POMPONII MELAE

DE

SITV ORBIS

LIBRI TRES

AD PLVRIMOS CODICES MSSTOS VEL DENVO VEL PRIMVM CONSVLTOS ALIORVMQVE EDITIONES RECENSITI

CVM NOTIS CRITICIS ET EXEGETICIS

VEL INTEGRIS VEL SELECTIS

HERMOLAI BARBARI, IOACH. VADIANI, PETRI IO. OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDR. SCHOTTI, IO. OPORINI, PETRI IO. NVNNESII, IS. VOSSII, IAC. ET ABR. GRONOVIORVM, ET IAC. PERIZONII, NEC NON MSSTIS IO. GEORG. GRAEVII, IAC. GRONOVII, ET PETRI BVRMANNI, CONLECTIS PRAETEREA ET ADPOSITIS DOCTORVM VIRORVM ANIMADVERSIONIBVS

ADDITIS SVIS

A

CAROLO HENRICO TZSCHVCKIO

A. M. SCHOLAE ELECTORALIS MISNENSIS RECTORE, ET SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SOCIO.

VOLVMEN III. PARS II.

LIPSIAE 1806

SVMTIBVS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII.

NOTAE EXEGETICAE

IN

POMPONIVM MELAM

PARS II.

COMPLECTENS

LIBRVM II.

LIBER II.

CAP. I.

SCYTHIA EVROPAEA.

§. 1.

Remeantibus) Hinc adparet, auctorem ſic digeſſiſſe opus ſuum, ut optime cum ipſa rerum natura conveniret. I. GRONOVIVS *MS.* Sic a via ſeu itineris curſu, in quamcunque partem feratur, ſitum deſignare ſolent, ut Liv. 1, 8, 5. *locus, qui nunc ſeptus deſcendentibus inter duos lucos eſt;* ubi plura dabit Gronovius. Cf. etiam Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 5, 2. ſ. Sic Noſter ſupra 1, 5. in. et Strabo 11. pag. 349. ſ. 507. εἰσπλέοντι ἐν δεξιᾷ οἱ Σκύθαι νέμονται καὶ Σαρμάται, et alibi.

ſiniſtro) Sequitur enim ſemper ea, quae a dextra ſunt, prius, ominis gratia. Sic 1, 4, 5. 3, 1, 3. cap. 5, 4. cap. 8, 4. CIACCONIVS.

nives) Sic Dionyſ. v. 669. de Scythis illis: αἰεί σφιν ψυχρὴ χιών. Plin. 4, 26. ſ. 12. *Mox Rhipaei montes et adſiduo nivis caſu pinnarum ſimilitudine Pterophoros adpellata regio.* Sic et Solinus cap. 20. ſ. 15. et deinceps uterque de acri frigore, quod et vivide deſcribit Herodotus 4, 28. Tenebras autem caligantes praeter illos commemorat Martian. Cap. 6. p. 214. Omnino autem cum aliis ultra Tanain terras incognitas fuiſſe ſcribit Agathemer. 1, 4. De voce *viſum* cf. not. crit. p. 9 ſq.

Deinde) Herodot. 3, 116. in. Πρὸς ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ πλεῖστος χρυσὸς φαίνεται ἐών. De loco cf. etiam Plin. 7, 2.

Gryphi) Gr. Γρῦπες ſ. Γρύπες. Latini adſpiratione immiſſa *Gryphes*, ut Virgil. ecl. 8, 27. Plin. 10, 70. ſ. 49. (etſi libri variant) Solin. c. 20. ſ. 15. alii. Rariori forma protulit Noſter, qua etiam apud Plinium 7, 2. exſtat *cum gryphis*, et cum variatione 33, 21. ſ. 4. Feruntur autem fuiſſe beſtiae leonibus ſimiles, unguibus validis, pennis nigris, ore aquilino praeditae, uti prolixe deſcripſit Cteſias in Indicis cap. 12. et ex eo Aelian. in H. An. 4, 27. Cf. etiam Pauſan. 1, 24. Plin. 10, 70. ſ. 49. Solinus c. l. Servius ad Virgil. c. l. Cteſiae deſcriptionem refert imago in monumentis Perſepolitanis, unde exhibet Chardin voyage tab. 65. Quae de illis traduntur, eleganti carmine complexus eſt Vadianus, quod adpenſum eſt ipſius editioni, item Geſnerus in Chreſtom. Plin. n. 108. ubi notis gryphorum res inluſtravit, ut Turneb. in adverſ. 23, 6. De imaginibus praeter ſuperiorem exhibuit talem etiam Menetreius in Symbolicis Dianae Epheſiae ſtatuis p. 380. (in Gronov. theſ. Vol. 7.) frequentius conſpiciuntur in numis, veluti gentis Papiae, Abderae, Teji, Phocaeae — de quibus vid. theſaurus Morellianus aliique, quos ſat multos producit Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p 1550 ſqq. Adponi maxime ſolebant Iovi, Apollini et Nemeſi, ut adſtruere ſtuduit Spanhem. de uſu — num. diſſ. 5. p. 270 ſq. etſi nec reſpuunt Diana, Minerva, Mars — Picos a quibusdam habitos fuiſſe, intelligi poſſe videtur ex Plauto in Aulul. 4, 8. in. et quae notat Geſnerus in theſauro ſ. v. *picus*. Richter über die fabelhaften Thiere p. 60. ad Linnei vulturem barbatum refert. Veltheim von den goldgrabenden Ameiſen und Greiffen p. 21. canes Indicos fuiſſe putat, qui arcuerint peregrinos ab arenis aureis, et formicas fictas ex acervis arenae, quales formicae ſtruunt. Nempe ſedem illis auctores multi ad-

ſignant in India, ut Philoſtrat. in Apoll. 3, 48. et 6, 1. ſ. in primis Cteſias c. l. Megaſthenes apud Strabon. 15. pag. 485. ſ. 706. (de formicis quidem) Mela 3, 7, 2. Prope Meroen tamen etiam Heliodorus Aeth. 10, 4. pag. 458. Bourd. γρυπῶν ἀγέλας commemorat. Plures vero, certe potiores, relegant in Scythiam ad Rhipaeos ſ. Hyperboreos montes, ut Hierocles apud Stephanum ſ. v. Ταρκυνία, Plin. 7, 2. 33, 21. ſ. 4. Claudian. in Honor. 6, 31. Servius c. l. — ad ſeptemtrionem Europae Herodotus 3, 116. in Scythiam Aſiaticam Solin. c. l. prope Arimaſpos, quibuscum de auro pugnent, Pauſan. 1, 24, 6. Priſcian. v. 703. ad alterum mundum i. e. Antipodas Apulei. Metam. 11. pag. 804. Oudend. Propter Arimaſporum confinia ponit de Guignes in Memoires — de Paris T. 35. p. 563. ubi ſunt hodie Tatari cognominati a *Niuthe*. Cf. etiam Bayerus in opuſc. p. 92. Ex Scythia in Indiam translata forte eſt fabula. niſi quis contra ſtatuat, quod India monſtrorum fuit feraciſſima, et propter Cteſiae auctoritatem. Dicuntur autem ex cuniculis aurum eruere miraque cupiditate et ipſi cuſtodire et Arimaſpis eripere. Ipſi Indi, Cteſia auctore, fabulam ſic expedierant, cum homines ad illa loca acceſſiſſent, de pullis ſuis gryphes timere, et hinc pro illis pugnare; Bactri, ut idem refert, ſic, conficiendis nidis eos aurum eruere, quod in terram delapſum ab hominibus colligatur. Aliam viam ingreſſus eſt Uphagen in parergis hiſtor. p. m. 52. Scythas eos fuiſſe, qui olim in montibus Altais metalla effoderint, uti nunc doceant veſtigia. Cf. Pallas Reiſe T. 2. p. 608. et quae iam ſupra notavi. A ceteris disſentit Aeſchylus in Prometh. v. 809. qui non ſolum ὀξυστόμους Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας vocat, ſed et cum Arimaſpis in Africa locat.

egeſtum) Sic 3, 7, 2. et Liv. 38, 7, 6. *non ſolum ſub terra ſodientes, ſed egerentes etiam humum*, et *egerere terram* Ovid. Metam. 7, 243. — quod alias eſt *penitus*

effodere apud Sil. Ital. 2, 607. ubi noſtrum locum comparavit Drakenborch. De ſimili huius verbi uſu vid. Arntzenius ad Panegyr. vett. 11, 28, 1. De gryphis Plin. 7, 2. *aurum ex cuniculis eruere* dixit. Uti Noſter, ſic in ſimili re Pacatius in Panegyr. in Theodoſ. Aug. cap. 28. *aurum e terrenis ſpecubus egeſtum*, ubi cf. Arntzen. Graeci fere de hac re uſurpant ὀρύττειν. Ariſteas tamen, teſte Pauſania 1, 24, 6. ipſum aurum ex terra naſci, et tantum a gryphibus cuſtodiri tradidit.

§. 2. *primi)* De ſitu intelligendum hic eſſe, nexus et ratio docet. Cf. ad 1, 2, 5. et 1, 3, 4. et ſic Dionyſ. v. 728. πρῶτοι μὲν Σκύθαι εἰσίν. Alias concertatio inter Scythas et Aegyptios de gentis vetuſtate ſatis nota eſt ex Iuſtino 2, 1.

Scythae) Latiſſimi uſus vagique nomen. Modo enim a populis notantur, modo a regionibus, modo a coeli plagis, et hinc βόρειοι, νότιοι, ἑῷοι; nunc anguſtis terminis continentur, modo latioribus proferuntur, ita ut etiam Germaniam adtingant, et ultra Imaum in Aſia et Europa prodeant, cum Sarmatis etiam commiſceantur, in quorum Germanorumque nomen poſt tranſierunt. (Plin. 4, 25. ſ. 12.) In quo quidem temporum non ſolum ratio habenda eſt, ſed etiam veterum mos tenendus, qui populos ad ſeptemtrionem ignotos ſic etiam omnino vocabant. Europaei hoc in loco a Mela ponuntur ſupra Maeotim, ut nexus docet, et Herodot. 4, 100. Dionyſ. v. 14. Anonymus in periplo Ponti p. 3. Hudſ. Schol. Apollonii ad 2, 399. et alii. Sic Noſter anguſtioribus Scythiam hanc concludit 1, 3, 4. *a Tanai in media ferme Pontici lateris.* Verſus occidentem varie extendunt vel coercent fines, quae omnia ſingulatim hic enarrare, nimis eſt longum. De Scythia Europaea ex Herodoti narratione in primis conſuli poteſt Gatterer in Comment. 1. de Sarmatica Pruſſorum — origine in Commentatt. Goetting.

Vol. 12. ubi p. 138. ex iis, quae antea operose adstruxerat, conficit, conclusisse olim ex Turcicis terris Walachiam et Moldaviam, ex Hungarico-Austriacis Transilvaniae et Galitiae partem eam, quae in Eurum spectat, et Buckowiniam omnem, ex Russicis Podoliam omnem, Palatinatum Kioviensem et Russiae albae partem eam, quae in Eurum vergit, tum inde a septemtrione ad austrum gubernii Mogilew partem maiorem in austrum, guberniorum Smolensk, Kaluga et Tula partes maxime australes, Russiam minorem omnem, gubernia integra Orel, Kursk et Charkov, gubernii Woronesch partem maiorem ad austrum, provinciam Otschakov, Russiam novam et provinciam Asov, maximam partem Kosakiae Donensis, tractum orientalem Krimeae. Post Herodotum aliqua mutata sunt, quia Getae occidentales Scythiae partes occuparunt ab Orsova ad Danubium et usque ad Tyram s. Dniester vel ad Hypanim s. Bog. Cf. etiam de hoc Gatterer pag. 140 sqq. c. l. Excerpta ex Nicephoro de Scythis proposuit Stritter. in Memoriis populorum — T. 3. p. 1020 sqq. qui omnino ex Byzantinis scriptoribus Scythicorum summam contraxit Tom. 4. p. 425 sqq. c. l. Ex recentioribus de Scytharum origine et priscis sedibus, de Scythiae situ docte in primis operoseque disquisivit Bayerus in opusculis N. 6. et 7. pag. 63 sqq. ut alios taceam.

Arimaspoe) Gr. Ἀριμασποί. De terminatione Latina dictum est in not. crit. p. 13. A Prisciano v. 40. dicitur *gens Arimaspa*. Nominis originem ex Scythica lingua ducit Herodotus 4, 27. a vocibus ἄριμα i. e. ἕν et σποῦ i. e. ὀφθαλμός, etsi alia facta divisione idem repetunt Eustath. ad Dionys. v. 31. et Schol. Aeschyli ad Prometh. vinct. v. 810. Cf. etiam Mureti Varr. lectt. 12, 8. et in primis Herodoti interpretes. Tales autem a multis describuntur, uti ab Herodoto 3, 116. et 4, 13. μουνόφθαλμοι, cui addit Pausan. 1, 24, 6. ἐκ γενετῆς;

ab Ariſtea apud Strabon. 1. pag. 15. ſ. 21. μονόμματοι, ſimulque, quod et facit Gellius 9, 4. cum Cyclopibus comparantur; ab Aeſchylo c. l. μουνῶπες. Sed cf. ibi Stanleius, viri docti ad Herodot. 4, 27. et Politus in animadverſ. ad Dionyſ. lib. 2. c. 13. p. 224. Sic *unoculam gentem* vocat Solin. cap. 20. ſ. 15. Latini tales ſingulari nomine etiam vocarunt Coclites, ut docent Varro de L. L. 6, 3. extr. Plaut. in Curcul. 3, 23. Plin. 11, 55. ſ. 37. Occaſionem natae fabulae explicat Euſtathius ad Dionyſ. v. 31. ſic: τοξικώτατοι ὄντες, εἰ ἐπιμύουσι τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν διὰ τὸ πρὸς τὴν βολὴν εὔστοχον, uti contra Niſites in Aethiopia dicti ſunt i. e. ternum et quaternum oculorum viri, teſte Plinio 6, 35. ſ. 30. quia ſagittis praecipua contemplatione uterentur. Euſtathii explicationem probant plures, ut Muretus c. l. Larcher in indice Herodoti T. 7. p. m. 40. De oculo tamen in fronte picto explicat Boettiger, (v. Teutſcher Merkur an. 1792. P. 6. p. 154 ſq.) quod et ad Cyclopas refert doctoque adparatu adornavit. Sed ab Arimaſpa fluvio nomen petit Gronov. ad Vibium p. m. 72. qui ſolus eius facit mentionem. Situs ex adiunctis patet, et ſic Herodotus 4, 13. primos in hoc tractu ponit Eſſedones, ſuperius Arimaſpos et inde Gryphes, poſt Hyperboreos ad mare. Certe quia ab antiquis ultra Rhipaeos montes ſiſtuntur Hyperborei, Arimaſpos eorum gentem minus accurate vocavit Stephanus. Melius Scythis adnumerantur a Diodoro 2, 43. et Dionyſio v. 31. conf. 728. ibi quidem ad Saturnium (Κρόνιον) mare, quod de Sarmatica intelligendum videtur ex Ptolemaeo 3, 5. qui Cronum fl. in id deducit, et ex accolis apud Plin. 4, 27. ſ. 13. Cum noſtro in ſitu plane congruit Pauſanias 1, 24, 6. In hiſtoria de Argonautis ad Maeotida commemorantur ab Orpheo v. 1061. Cf. et Voſſius ad Valer. Flacc. 6, 131. A noſtris diverſi ſunt cognomines in Drangiana, quos commemorat Diodor. 17, 81. in. alii tamen plerumque *Ariaſpas* adpellant. Vid. Weſſeling. ad Diodor. c. l. Berkelius ad Stephan.

pag. 359. et Voſſ. ad Valer. Flacc. 6, 131. Arimaſpos etiam recenſet Plin. 6, 19. ſ. 17. in Scythia Aſiatica verſus Caſpium mare. Turbavit expeditio Alexandri M. cuius milites Iaxarten Tanain putabant. (Plin. 6, 18. ſ. 16. —) Ob pugnas cum Gryphis de auro ἀϱειμανεῖς vocat Dionyſ. v. 31. et ad aurum varie adludit Lucan. 3, 280. et 7, 756. An de lapidibus etiam, ut ſmaragdis, pugnent, quod tradit Solin. cap. 20. ſ. 15. in dubium vocat Salmaſ. p. m. 137. etſi idem confirmare videtur etiam Priſcian. v. 698 ſq. Fabulae auctorem ferunt Ariſteam, de quo cf. d'Anville examen critique d'Herodote ſur ce, qu'il rapporte de la Scythie, in Memoires — de Paris T. 35. p. 583. nec abnuit de fabula Uphagen in parergis hiſtor. pag. 45. etſi ipſos antea ad gentem ſuam Riphat revocet, cuius inſignis pars fuerint, et in Rhipaeis montibus locet.

Eſſedones) Gr. Ἰσσηδόνες, ut ſaepe in Herodoto; nec aliter effert Stephanus, a quo tamen etiam notantur ad ſcripturae diverſitatem Ἀσσεδόνες ex Alcmane et Ἰσσεδοὶ, quibus addit tertiam per ε, quam cum noſtro adhibent etiam Plinius paſſim et Solinus cap. 20. ſ. 15. etſi, notante Salmaſio, quidam libri praeferunt *Aſſedones.* Sic *Eſſedoniae gentes* Lucan. 3, 280. ubi olim *Sidoniae* legebatur, ut in Valerio Flacco 6, 95. Burmannus etiam, ubi vid. in primis Heinſius et ad 6, 750. quae monent viri docti. Ἰσσηδοὺς dixit Tzetzes Chil. 7. hiſt. v. 688. In eorum ſitu diſcrepant auctores, uti fit in obſcuris vel vagis populis. Eadem ſerie, qua Noſter, Eſſedones et Arimaſpos coniungunt Herodot. 4, 13. Pauſan. 1, 24, 6. et Damaſtes apud Stephan. ſ. v. Ὑπερβόρειοι; e regione Maſſagetarum, quos in expeditione Cyri trans Araxen verſus orientem memorat, ponit Herodotus 1, 201. et Argippaeis ſ. Arimphaeis ad orientem finitimos ſiſtit. Araxes autem ex facta notatione non proprio nomine poteſt eſſe Araxes, ſed, cum adpellativum ſaepe ſit, Oxum

indicare, ut putat Vossius ad Melam 3, 5, 5. adsentiente Cellario in Geogr. ant. 3, 21, 6. Tum vero illi ultra Caspium sinum quaerendi sunt ad Sacas, quibus Plinius etiam 6, 19. s. 17. vicinos facit Massagetas et Essedones, quos omnes Scythis adscribit. Sic in Asiatica Scythiae parte inter Anthropophagos ostendit Solinus c. 20. s. 15. de qua sede ex Mela 3, 7, 1. iudicari potest. Nec in illa Scythia discrepant Ptolemaeus 6, 15. et 16. cum Ammiano 23, 6. et ad Indiam removet Aelian. H. An. 3, 4. ubi sunt formicae a Mela 3, 7, 2. descriptae. Quae quidem aliquantum discrepant ab hoc situ, et ipse Herodotus secum pugnat, etsi in priori loco 4, 13. Aristeam secutus, aut male reddit, ut iudicat quidem de Guignes in Memoires — de Paris T. 35. p. 559. ubi plura invenies de eorum situ prope Chinam versus occidentem in Buckaria parva, et de australi mari, cui admovet Aristeas, Wesseling ad Herodot. c. l. Turbavit igitur Aristeae narratio et Scythiae neglecta distinctio. Cum Nostro tamen Aristeam sequitur etiam Plinius 4, 26. s. 12. dum inde a Buce super Maeotida prope Sauromatas locat, mire tamen 6, 7. Colchis iunctos esse adfirmat. Longius vero ab hac parte removet Philostratus in Heroic. 5, 5. ubi trans Istrum ponit cum Massagetis, notatus ideo a Wesselingio ad Herod. 1, 201. Sedes igitur Essedonum, quod ex his conficitur, quaerendae sunt in Asia, nisi quis postea eos huc migrasse velit.

Buces) De scriptura vid. not. crit. p. 14. Fluvium et lacum alii hoc nomine adferunt, cuius causam optime explicat Plin. 4, 26. s. 12. *A tergo* (Carcines, unde sinus dictus) *Buges fossa emissus in mare. Ipse Buges a Coreto, Maeotis lacus sinu, petroso discluditur dorso. Recipit amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diverso venientes tractu.* Quod de Hypani dicit, ad Hypacarin pertinet, de quo infra ad §. 4. An idem sit Hyrgis Herodoti 4, 57. dubium videtur. In Tanaim enim eum in-

fluere dicit, nec magis certum eſt, Syrgin amnem eſſe, qui in Maeotida effunditur, teſte eodem 4, 123. ut quidam putant. Vid. ibi Weſſeling. Quem enim Bucem veteres deſcribunt, in Tanaim is non excurrit, immo infra Tanaim in Maeotida. Sed quia ſimul locum commemorant, videtur potius eſſe Σαπρὰ λίμνη Strabonis 7. p. 213. ſ. 308. cui ſitus, a Ptolemaeo 3, 5. adſignatus, congruit. Nec minus conſentiunt recentiores, a quibus plerumque vocatur *das faule Meer.* Tat..ris eſt *Tſchuerruek-Dengis*, Ruſſis *Ghniloje More.* Vid. Büſching Geogr. Vol. 1. T. 2. p. 1921. et d'Anville in Memoires — de Paris T. 35. p. 581.

Agathyrſi) Gr. Ἀγάθυρσοι. De ipſo nomine cf. Herodot. 4, 10. Stephan. h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 310. Ex Turcorum lingua, ab *Agha* dominus et *durouſchi* cicatrix, repetit Meninsky in Lex. Cf. etiam Freret ſur les Cimmeriens in Memoires — de Paris T. 19. p. 588. Situm varie indicant auctores. Prope Neuros ad occaſum a Maeotide ponit Herodot. 4, 125. Tum ex Noſtro intelligi infra §. 7. poteſt locus, ubi cum Herodoto 4, 51. Tyram in Neuris oriri dicit. Sic ad Boream Iſtro adponit Euſtathius ad Dionyſ. v. 302. cum Neuris et Gelonis, ipſe Dionyſius c. l. ultra Iſtrum verſus Boryſthenem, et, qui eum ſequuntur, Priſcianus et Avienus. Inter Maeotida et Oceanum Sarmaticum ad Cheſynum fl. (Duena) in Sarmatia Europaea producit Marcian. in periplo p. 56. Hudſ. verſus ſinum igitur Finicum, cum eoque conſentit Ptolemaeus 3, 5. ad Maeotidos ſtagna Ammian. 22, 8. Scythas Europae omnino vocat Vibius p. 34. Strabo eos ignorat, et tractum inter Tanaim et Tyram ſolis Sarmatis tribuit. Longius aliquanto a ſuperioribus recedit Stephanus, dum ad Haemum montem ponit et ex eo Suidas. Diverſi ſunt plane Ptolemaei Agathyrſi 6, 14. ad Imaum montem, aut commiſcuit Scythiam utramque. Forte tamen ex eo apud Stepha-

num pro Αἴμου legi debet Ἰμάου. Ex migrationibus factis diverſae in Europa ſedes explicari debent. Tenuerunt autem fere maximam Tranſilvaniae partem et Banatum Temeſchwarienſem, uti docet Gatterer de Sarmatica Pruſſorum — origine pag. 139. in Vol. 12. comment. Goetting. Idem etiam Neuros in Polonia interiori et Lithuania quaerit. Cf. infra §. 7. de Tyra. Adamanta olim apud eos repertum fuiſſe, narrat Dionyſ. v. 518. et ex eo Priſcian. v. 511. et Avien. v. 454. De Sauromatis ſupra dictum et dicendum erit ad 3, 4.

Hamaxobioe) Cf. not. crit. p. 16. A Iamblicho de abſtin. 3, 15. dicuntur ἁμαξόβιοι Σκύθαι. Cauſam nominis explicat ipſe Mela, et ſic Euſtath. ad Dionyſ. v. 666. ὑποζεύξαντες ἀπήνας πλανῶνται εἰς ἑτέραν χώραν, unde tales populos etiam Strabo 7. pag. 208. ſ. 300. ἁμαξοικοὺς vocat, uti et pro ἁμαξικοὶ leg. eſt lib. 2. p. 87. ſ. 126. Ipſa plauſtra ex hoc uſu *errantes domos* vocat Lucan. 1, 253. et proprie Horat. odarr. 3, 24, 10. *quorum plauſtra vagas rite trahunt domos;* Heſiodus apud Strabon. 7. p. 209. ſ. 302. ἀπήναις οἴκι' ἔχοντες. De Scythis id praedicat Horat. c. l. cum Iuſtino 2, 2, 4. de Sarmatis cum Noſtro Plin. 4, 25. ſ. 12. qui Scytharum tamen gentem facit, et ad Danubii oſtia ponit; Strabo 2. p. 87. ſ. 126. ad Tanain, Maeotida et Boryſthenem; Ptolemaeus 3, 5. interius a palude. Sed quis vagis populis certam ſedem ſtatuat? Ceterum narrat le Vaſſeur de Beauplan in Beſchr. der Ukraine und Krimm p. 52. ſe in Cherſoneſo Taurica multos vicos ambulantes vidiſſe, quorum domicilia ſint in bigis. Cf. et de Tataris Hannöveriſches Magazin 1770. P. 11. p. 168. Ammiani aetate idem mos apud Alanos et quosdam alios dominabatur, de quo vid. 31, 2.

plaga) Tauricae Cherroneſi. VADIANVS.

§. 3. *Satarchae)* Scythas vocat Plinius 4, 26. ſ. 12. et in eodem tractu ponit. Forte iidem etiam ſunt, quos 6, 7. ſ. *Satarcheos* nominat. *Catorchaeos* ad Taphras habitaſſe ſcribit Stephanus ſ. v. Τάφραι, et ſic in Solino codices quidam ferunt, notante Salmaſio ad cap. 15. ſ. 20. p. m. 135. Nomen ab iis traxiſſe videtur Σατάρχη urbs, quam ponit in Cherſoneſo Taurica Ptolemaeus 3, 6. Ipſis populis flavum crinem tribuit Valer. Flacc. 6, 144. De moribus infra §. 10. Septemtrionalem igitur partem paene inſulae Krimm tenuerunt.

Cimmerica) Quorum nomina rurſus oſtendunt linguam et originem Graecam, uti obpoſita paene inſula, [1, 19, 15.] ut inde pateat omnino, Graecos fuiſſe dominos Boſpori et liberam illic fuiſſe navigationem. I. GRONOVIVS *MS.* Πόλεις etiam Ἑλληνίδες vocantur a Scylace pag. 29. Hudſ. Omnino autem, ut Strabo 11. p. 340. ſ. 494. refert, Cimmerii olim illam regionem tenuerunt, quos expulerunt Scythae, Scythas Graeci, a quibus Panticapaeum et ceterae urbes in Boſporo ſitae conditae ſunt.

Myrmecion) Gr. Μυρμήκιον; Scylax c. l. Μυρμήκειον, etſi Voſſius malit per ι, forte potius Μυρμηκεῖον, quod diſerte ex Herodiano notat Stephanus, addita ſimul ex Artemidoro tertia forma Μυρμηκία. Accedit ex anonymo in Periplo p. 4. Hudſ. Μυρμηκίων bis poſitum. Gentilia Μυρμηκειεὺς et Μυρμήκιος. (Stephanus.) Idem vocat πολίχνιον Ταυρικῆς, ut Strabo 7. p. 214. ſ. 310. qui innaviganti Boſporum ad ſiniſtram locat et a Panticapaeo 20 ſtadiis removet. Promontorium etiam hoc nomine commemorat Ptolemaeus 3, 6. Urbem hanc, ut ſequentes, Scylax adſcribit Scythis, qui cum Tauris et Graecis paene inſulam habitarint. Quaerenda hodie prope *Jengi - Kaleh.*

Panticapaeum) Gr. Παντικάπαιον, vel Παντοκαπαῖον (ο pro ι) apud Theophraſt. in hiſt. plantar. 4, 17. rarius Παντικάπη, quod exſtat in Strabonis epitome 7. p. 89. Hudſ. ubi ipſe Strabo uſitata forma utitur, ut alibi epitome. *Panticape* tamen aliqui etiam adferunt in Eutropio 7, 9. ſ. 5. Porro Παντικάπαια dixit Ptolem. 3, 6. Nomen traxit a Panticape fluvio; (Stephan. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 311.) quem tamen falſo urbem praeterfluere ſcribunt. Conditores facit Mileſios Strabo c. l. cum Plinio 4, 26. ſ. 12. κτίσμα παιδὸς Αἰήτου Euſtathius, conſentiente Stephano, ubi hoc nomen tuetur contra Salmaſium Holſten. p. 242. Impoſita erat tumulo, 20 ſtadiorum ambitu patens, inſtructa portu et arce munita. (Strabo.) Urbis antiquae ſplendor hinc emicat, quod Βοσπόρου βασίλειον vocat Scymnus in fragm. v. 97. et Strabo metropolim Boſporanorum ſc. Europaeorum, ut Aſianorum Phanagoriam 11. p. 341. ſ. 495. Cf. etiam Eutrop. 7, 9. ſ. 5. In extrema palude ponit Scymnus, ad os ipſum paludis anonymus in periplo p. 3. Hudſ. a quo tamen removet 20 ſtadiis Scylax pag. 30. Hudſ. in ipſo Boſpori introitu etiam Plin. 4, 26. ſ. 12. et ſic Strabo 7. c. l. circa eam Ponti initium facit. Cauſa quaerenda eſt in ambigua oris notione et termino. Quod aliquos Boſporum eam vocaſſe refert Plinius 4, 24. ſ. 12. de eo conſuli poſſunt in utramque partem disputata a Cellario in Geogr. ant. 2, 6, 33. Nempe alii ſolum Panticapaeum aut Boſporum commemorant, alii, ut Eutropius, Stephanus, utramque. Büſching in Geogr. Vol. 1. P. 2. p. m. 1922. Peyſſonnel in obſervat. hiſtor. — p. 99. et Mannert in Geogr. T. 4. p. 311. commune nomen cenſent, et Boſpori iam Demoſthenis temporibus innotuiſſe, qui tamen utramque habet et Boſporum emporium vocat in Leptin. p. 467. Reisk. non item Panticapaeum. Comprobare tamen id videtur anonymus in periplo p. 7. Hudſ. ubi ſcribit: ἀπὸ Βοσπόρου ἤτοι Παντικαπαίου ἕως Χερσῶνος — Forte Boſporus emporium fuit Panticapaeo

finitimum, ut ſolent navalia diverſis nominibus urbium efferri. Incola Παντικαπαιεὺς apud Strabon. 2. p. 50. ſ. 74. *Panticapenſis* in Plinio 6, 7. in numis Παντικαπαιων legitur. Brevem urbis hiſtoriam contexuit Büſching. Cf. etiam d'Anville in Memoires de l'academie des inſcrr. — T. 35. p. 579 ſq. et Peyſſonnel, qui h. putat eſſe Jenikalé, Mannert vicinam urbem *Kertſch*, in qua ille Nymphaeum quaerit.

Theodoſia) Gr. Θεοδοσία, quae tamen ſcriptura in Graecis variatur, etſi conſtantem pronuntiat Caſaubonus ad Strabon. 7. p. 214. ſ. 309. Nam etiam Θευδοσία occurrit in Scylace p. 29. Hudſ. et praeter alios ſaepius in Demoſthene. Cf. Taylor in orat. in Leptin. p. 466. Reisk. et Wolf. p. 255. item quae disputantur ab Holſten. ad Steph. p. 134. ubi in libris ſic legitur. Latinis uſitate *Theodoſia*. Anonymus tamen in periplo Ponti p. 5 Hudſ. ſuo tempore dictam eſſe ſcribit *Theudoſiam*, dialecto Alanica, Taurica *Ardaudam* i. e. ἑπτάθεον, deſertam tamen ſimul dicit, etſi portu inſtructam, quem etiam Strabo cum agro fertili memorat. *Theoſiopolis* eſſe videtur in Geogr. Ravenn. 4, 3. et 5, 11. Mileſiorum coloniam praedicat anonymus ille cum Arriano in periplo p. 20. Hudſ. Iuxta eam palus Maeotis pontum Euxinum ingreditur, (Oroſius 1, 2.) quod aliquatenus ſitum indicat. Hodie putatur eſſe *Kaffa*, etſi de eo dubitat Voſſius ad anonymum c. l. quod Καφὰ (Conſtantin. de adminiſtr. imp. c. 53.) a poſterioribus a Theodoſia diſtingui putat. Vid. Wolf. ad Demoſth. c. l. Kleemann Reiſen p. 168. ubi deſcribitur, et quae conlegit Büſching Vol. 1. P. 2. p. 1914.

Hermiſium) Habet et Plin. 4, 26. ſ. 12. in Bosporo Cimmerio, eique iungit Myrmecion.

Taurici) Graecis et aliis Latinis Ταῦροι, *Tauri*, ut Noſter infra §. 11. etſi maxime repugnat Guietus ad

Lucan. 2, 594. Stephanus tamen a Taurica Cherroneſo deducit Ταυρικὸς, ut Ἀττικός. De cauſa nominis conferendi, ſi cui lubeat, Stephanus, Antonin. Liber. c. 27. ex recentioribus Freret in Memoires — de Paris T. 19. pag. 612. (a *Thor*, audax.) Scytharum gentem plerique dicunt, in iis Strabo 7. p. 215. ſ. 311. Plin. 4, 26. ſ. 12. Ovid. ex Ponto 3, 2, 45. Schol. Sophoclis ad Ajac. v. 172. Alii diſtinguunt, ut Herodotus 4, 100. 102. Appian. in Mithridat. cap. 15. 69. Procop. de B. Goth. 4, 5. Sed poſtquam Scythae illa loca occupaverant, eorum pars miſta fuiſſe videtur cum Tauris, de quo cf. Strabo c. l. Procop. c. l. et quae ſupra ſunt dicta. Hinc Scythotauri in variis Taurorum populis recenſentur a Plinio c. l. vel omnino incolae vocantur, uti ab Euſtathio ad Dionyſ. v. 163. A Tauroſcythis tamen Tauros ſeparat Procop. de aedif. cap. 7. forte ut gentem a populo. Regio, quam tenuerunt, vocatur inde vel *Taurica Cherroneſus* vel *Scythica*, ut in Strabone 7. p. 213. ſ. 308. utrumque adponitur. *Tauricam* vocant Plin. 19, 30. ſ. 15. Euſtath. ad Dionyſ. v. 163. et ita abſolute Herodot. 4, 99 ſq. Plin. 4, 26. ſ. 12. Procop. de B. Goth. 4, 5. Stephanus, cui eſt magna inſula pro paene inſula more conſueto, ut Euſtathio ad Dionyſ. v. 306. qui et ibi *Maeoticam inſulam* dictam eſſe ſcribit. A Scythia Tauricam diſtinguit Plin. c. l. aliique. Nempe Taurica a Carcinite incipiebat, (Plin. c. l.) et quod ultra iſthmum ad Boryſthenem iacebat, Scythia parva vocabatur ſec. Strabonem. Cf. et Herodot. 4, 99. Latius in Ponto ponit Diodor. 3, 43. ad δρόμον Ἀχιλλέως Dionyſ. v. 306. ubi Tauroſcythas ponit Ptolem. 3, 5. An et *Taurinia* vocetur, ut tradit Stephanus ſ. v. Ψησσοὶ, incertum eſt. Hodie *Krimm, Krimmiſche Tatarey, Tauria.* Cf. Dapper de l'archipel pag. 522. Peyſſonnel obſervatt. Geogr. — p. 83. quae expoſuit Büſching Vol. 1. T. 2. p. 1383 ſqq. et in primis Heyne in opuſc. academ. Vol. 3. p. 387 ſqq.

portuofus) Qui quafi in hoc difficilis navigationis aequore erat rarus, cum finus quidem effent, fed non portus. Unde apud Graecos eandem habuit appellationem, quam actorr. apoftoll. [27, 8.] fcribunt in Creta fuiffe, quo appulit apoftolus Paullus, ut pateat, idiotifmi Graeci effe καλὸν λιμένα. I. GRONOVIVS *MS.* *Portuofus finus*, ubi funt portus, ut apud Salluft. Iug. 16. f. pars Numidiae portuofior vocatur, cui cap. 17, 5. obponitur importuofus. Multos autem hic fuiffe portus, adfirmat contra Gronovium Plin. 4, 26. f. 12. H. uti contendit Peyffonnel p. 91. c. l. eft *Cap Felenk-Bournou.*

καλὸς λιμὴν) Ita vocari putat Brunkius ad Apollon. Rh. 1, 954. pag. 43. ubi talis in Propontidis infula commemoratur, portus a natura factos, quibus obponantur χυτοὶ, ut ibid. v. 987. i. e. arte manuque adparati. Hunc noftrum adtingit etiam prope Carciniten finum anonymus in periplo Ponti p. 7. Hudf. Arrianus in periplo pag. 20. Hudf. Ptolemaeus 3, 5. At quia Mela fubiicit, *Cherrone adiacet*, igitur ante Carciniten finum et poft Parthenium promontorium, non hic, fed alius effe debet, qui a Ptolemaeo 3, 6. vocatur Κτενοῦς λιμὴν, et hinc in Strabone 7. p. 213. f. 308. καλὸς λιμὴν Χεῤῥονησιτῶν pro ἄλλος λ. Χ. quem tamen Strabo a Ctenunte diftinguit. Plinius c. l. inter Parthenion et Criu metopon ponit *Symbolum* portum, quem eundem exiftimat Harduinus, alii tamen a pulchro portu diverfum faciunt. Videntur parum fibi auctores in hoc fitu et nomine conftitiffe.

Κριοῦ μέτωπον) Commemorant plures. Ita vero ab accolis vocari, tradit Dionyf. v. 153. et quod ita procul fpectantibus adpareat, ut Cretenfe, Euftath. ad v. 83. Latini fere illud nomen retinent, et fic ex poetis Prifcian. v. 92. Avienus v. 228. Pfeudo-Plutarchus de fluminibus f. v. Tanais nominis caufam ex fabulis repetit,

et ab accolis *Brixaba* vocari tradit. Brevi intervallo Carambico fuiſſe obiectum, cum multis aliis et Noſter hic refert. Cf. ſupra ad 1, 19, 8. Hodie vocant Turci *Karadje-Bourun*, alii *Caroſci*, ut dicit de Broſſes de Ponto Euxino in Memoires de litterature — de Paris Tom. 32. pag. 637. Alii putant eſſe *Famar*, ut notat Peyſſonnel in obſervatt. hiſtor. p. 93. qui ipſe contendit de *Aia*, quam extremam partem dicit promontorii a montibus *Balyklava* contracti. In recentiſſima tabula, quam exhibuit Zach in Geogr. Ephemeriden Vol. 2. adpoſita ſunt nomina *C. Ania* et *C. Karadze.*

par et adverſum) *Par* ideo dicunt, quia, ſicut Carambis, medium Euxinum ſecat. Plin. 4, 26. ſ. 12. *promontorium Criu metopon adverſum Carambi*, ut alii. Sic Noſter de Iunonis promontorio in Hiſpania 2, 6. extr. de Ponti angulo 2, 2, 5. Sic *par* 1, 7, 5. Cf. 1, 3, 1. Caeſar de B. G. 2, 18. CIACCONIVS.

Parthenion) Secundum Strabonem 7. p. 213. ſ. 308. fuit ibi τὸ τῆς παρθένου ἱερὸν δαίμονός τινος, unde et promontorium nomen tulit, remotum ab urbe 100 ſtadiis. Virgo autem illa ſine dubio fuit Diana, quam Noſter deinceps commemorat, ubi vid. notata; Tauros vero daemonem Iphigeniam dixiſſe, illique immolaſſe, refert Herodotus 4, 103. Hodie eſt *Felenk-Bournou*, uti ex notatione Melae et Plinii contendit Peyſſonnel p. 91. c. l. qui ſimul monet, nimis hinc verſus ſeptemtrionem removeri a Ptolemaeo 3, 6. cum inde a Parthenio urbe ad Perecop nusquam terra aut exſtet, aut promineat. Alii aliter, quos hac de cauſa non moror.

Cherrone) Graeci promiſcue dicunt Χεῤῥόνησος et Χερσόνησος, et hinc Latini de hac urbe et aliis, a quibus non discrepant numi. Cf. not. crit. pag. 22. Forte Χερσόνησος ſcriptura eſt antiquior, quam et ſervat Hero-

dotus et tuetur χέρσος i. e. ἤπειρος apud Homerum paſſim, unde χερσαῖον ζῶον apud Palaephatum 8, 1. conl. 28, 1. Lacones proprie, Heſychio notante, χέῤῥονα adpellarunt τὴν χέρσον γῆν. Cf. etiam Stephani theſ. Gr. Vol. 4. p. 469. Incola Χεῤῥονησίτης, ut apud Strabon. 7. p. 213. ſ. 308. Idem c. l. adpellat πόλιν Ἡρακλεωτῶν, ἄποικον τῶν ἐν Πόντῳ. Sic Plin. 4, 24. ſ. 12. *Heracleotarum oppidum*, et 4, 26. ſ. 12. *Heraclea* (ſive ut vult Voſſius ad anonymi peripl. pag. 145. in Gronov. Geogr. *Heracleae*) *Cherroneſus libertate a Romanis* (Mithridatis tempore) *donatum* (oppidum). Idem confirmant Scymnus in fragm. v. 74. et anonymus in periplo p. 6. Hudſ. qui et Delios addit, quos alii ignorant. De Diana poſt. Eadem urbs poſt dicta eſt Cherſon, Χερσών, de quo vid. Cellar. in Geogr. ant. 2, 6, 30. Hinc Cherſoneſum 600 ſtadiis a Cercinite removet Arrianus in periplo p. 20. Hudſ. quot Cherſonem anonymus in periplo p. 7. Hudſ. In ſitu turbat Procopius de B. Goth. 4, 5. f. qui Cherſona prope Cepos et Phanagoriam ponit, remota inde oppida. Strabonis aetate vaſtata iacuit. Olim, ut idem refert, templum ibi fuit virgineae daemonis, in qua facile Dianam agnoſcas, cuius caput etiam numi oſtentant. Eam vero in Cherroneſo Taurica cultam fuiſſe, victimis etiam humanis oblatis, notum eſt ex auctoribus. Vid. Ammian. 22, 8. qui *Orilochen* ibi vocari addit, et a Lindenbrogio notata. Quis vero cum Mela urbem ab ea conditam fuiſſe tradat, ignoro. Hodie ruinis obruta iacet, de quibus vid. Büſching Vol. 1. P. 2. p. m. 1998 ſq. ubi et urbis illius hiſtoria. Cf. praeterea le Vaſſeur Beſchr. der Ukraine — pag. 48. Heyne in opuſc. acad. Vol. 3. p. 391. Hodie *Guſlevé* apud Turcos, *Koslof* apud Ruſſos ibi ſitum eſſe operoſe adſtruere conatur Peyſſonnel p. 87 ſq. c. l. renitente tamen Mannerto in Geogr. Vol. 4. p. 296. qui ex Strabone in primis docet, hodie illum locum occupare *Gurtſchi.*

Nymphaeo) Locum Dianae antiquitus ſacratum, item alterum Nymphis docemur clare ab anonymo Ravennate 5, 11. *Iterum civitates Patuas, Nimphae, Dina.* Quin etiam conſtat Nymphas ſolere tres ſtatui, (unde etiam Apollon. Rhod. 4, 1450. tres nominat) ad fontes inque antris, et plerumque illis vel Deum addi ex agreſtium numero, vel aliquam ex deabus et maxime in iis Dianam. I. GRONOVIVS *MS.* Nota ſunt Nymphaea i. e. antra Nymphis dicata. *Domus Nympharum* dicitur a Virgilio Aen. 1, 168. ubi deſcripſit. Cf. in primis Homerus Odyſſ. 13, 103 ſqq qui omnino ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι ſedem Nymphis dare ſolet, et de eo antro Porphyrii diſſertatio. Dianae eiusmodi *antrum nemorale receſſu* habes apud Ovid. Metam. 3, 157 ſq. et Nymphaei antiqui picturam inluſtratam et explicatam ad calcem notarum Holſtenii in Stephanum pag. 584 ſqq. Aediculas etiam Nymphis ponebant, qualem adtingit epigramma Uticenſe in Gruteri theſ. 93, 3. Celebre in primis Nymphaeum apud Apolloniam commemorant multi, ut Livius 42, 36. f. Plutarch. in Sulla c. 27. Strabo 7. p. 219. ſ. 316. Plin. 2, 110. ſ. 106. Ampel. c. 8. in. et qui prolixius de illo expoſuit Palmerius in Gr. ant. 1, 28. Ita vero ab ignis eruptionibus locum illum vocatum eſſe, diſerte monet Dio Caſſ. 41, 45. Procul a Noſtro autem, 25 ſtadiis a Panticapaeo, (anonym. in periplo pag. 4. Hudſ.) Nymphaeum erat urbs cum portu, quam commemorant Scylax p. 29. Hudſ. Strabo 7. p. 214. ſ. 309. Plin. 4, 26. ſ. 12. Ptolem. 3, 6. Stephan. h. v. anonym. c. l. Hic Mela ita vocaſſe videtur templum daemonis i. e. Iphigeniae ſ. Dianae, quod Cherroneſi fuiſſe refert Strabo 7. p. 213. ſ. 308.

§. 4. *ripam)* Adpellantur *ripae* a Mela litora, quae recta tendunt, nec ullis ſinibus inflexa curvave ſunt, a ſimilitudine riparum in fluviis, qui in terram non excurrunt, ut lib. 3, 1, 7. de Luſitania, c. 6, 1. de Gadibus, cap. 8, 1. de mari Caſpio, cap. 9, 3. de ora exteriore

Africae. PINTIANVS. Nempe propter anguftias, unde fpecies fluminis exfiftit, etfi vere ripa non fit. I. GRONOVIVS *MS.* Senfus: Mare tum terram intrat, et fit anguftum adeo, ut non amplius litus, fed ripa dici debeat. KAPPIVS *in indice f. v. fubire.* Pintianum recte refutat Ancherfen de valle Deae Herthae in origin. Danicis P. 1. c. 3. p. 59 fq. fed gravius addit, docti eum ftuporis documentum dediffe. Peccavit in hoc Pintianus, quod ripas de litoribus *rectis* explicat, cum et poffint effe et fint obliquae. (Ovid. Metam. 1, 39.) At *litus* de mari dici folet, (vid. Ciofan. ad Ovid. epift. 19, 121.) ripa de fluviis, uti et Nofter diftinguit 1, 2, 2. et 3, 9, 3. Sic Ovid. Metam. 1, 42. *pro ripis litora pulfant*, de fluviis exfuperantibus. Paffim tamen, ut in his folet, utramque vocem promifcuo fenfu poni docuerunt Heinfius ad Ovid. epift. 6, 54. Cerda ad Virgil. Aen. 3, 590. Gefner ad Columell. 4, 20, 2. Weffeling. ad itiner. Hierofol. pag. 582. — Quod Nofter fubiecit *litora*, videtur *ripis* formam orae refpexiffe, unde et *fubit* apte dicitur, et *litore* omnino oram maris, uti 3, 1, 7. unde Lufitaniae *frons rectam ripam* habere dicitur. Plinius 4, 26. f. 12. Melam fic reddidit: *Mare fubit vafto receffu, donec 5 M. P. intervallo abfit a Maeotide.*

quinque) Sc. paffuum, de qua ellipfi vid. not. crit. p. 26 fq. Sic vero etiam Plinius c. l. fcribit. Strabo 7. p. 213. f. 308. numerat 40 ftadia, quae totidem paffus efficiunt. Le Vaffeur in libro Befchr. der Ukraîne und Krimm pag. 48. adfirmat, Cherronefum Tauricam, ubi cum continenti cohaeret, vix dimidium miliarium effe latam. Büfching Vol. 1. P. 2. p. m. 1883. miliarium unum Geographicum habet. De Satarchis et Tauricis fupra dictum eft.

paene infulam) Hygin. fab. 15. vocat *infulam*, quod Cluverius in Ital. ant. 3, 4. mutat in paene infulam.

Sed ita fit etiam in aliis, et ſaepe a Stephano. Cf. Weſſel. ad Antonini itiner. p. 522.

Taphrae) De forma dictum eſt in notis criticis p. 28. Stephanus h. v. explicat χώραν ταφρευθεῖσαν ad Maeotin. Cum nempe Scythae contra Medos diuturnum bellum gererent, ſervi cum uxoribus dominorum conſuerunt, et ut redeuntes hos arcerent, foſſam a Tauricis montibus ad paludem duxerunt, ut narrant Herodotus 4. in. et Calliſtratus apud Stephan. c. l. qui contra Thracas bellum geſtum eſſe ſcribit, et Satorchaeos (i. e. Satarchas) iſtam regionem incoluiſſe addit. Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. imp. c. 42. foſſam commemorat longam 1000 M. P. ſuo tempore terra obpletam, quod et accidit in hac, quam nec Strabo novit, etſi ſaec. 16. iterum egeſta eſt. Cf. de ea Bouherius in diſſert. Herod. cap. 6. etſi minus accurate verſatur, et quae ſupra monui. Mannert tamen in Geogr. Vol. 4. p. 294. de Herodoti foſſa, quippe quae a Tauricis montibus ad Maeotim ducta fuerit, movet, et eam, ubi Taphrae ſteterunt, ad antiquiora tempora remittit. Plures enim in hac Cherroneſo fuiſſe foſſas, ex auctorum comparatione diſcitur. Hodie in illo loco, ubi anguſtiſſima eſt Cherroneſus, ponitur urbs Tataris dicta *Or*, Polonis *Pzrecop* i. e. tellus foſſis cincta, vulgo *Perecop*. Vid. le Vaſſeur p. 48. et quae congeſſit Büſching Vol. 1. T. 2. p. m. 1919.

Carcinites) De ſcriptura conſulendae notae criticae pag. 29. Strabo 7. p. 213. ſ. 308. magnum vocat ſinum, et qui verſus ſeptemtrionem ad 1000 ſtadia, ab incolis ad intimum receſſum ad 3000 porrigatur; tum *Tamyracen* eo, quo promontorium, nomine etiam vocari addit, etſi diſtinguit p. 212. ſ. 307. interpoſita particula καὶ, ut epitomator p. 87. Hudſ. diſerte hic magis, quod in hunc Boryſthenem educit, in illum Carciniten fluvium, etſi haec ſine Strabone. Hodie dicitur *golfo di Negropoli*,

Turcis *Olu-Dengisi* s. *Akmesdgiid-Limani.* Urbem autem, quam et Plinius 4, 26. s. 12. commemorat, sitam fuisse putant, ubi h. est *Goeslewe* s. *Gjueslewe.* Cf. Büsching Vol. 1. T. 2. p. m. 1919.

Gerrhos) Gr. Γέῤῥος, ut docui in not. crit. p. 29. In Valerio Flacco ex variatione librorum dicitur *Gerys, Getys, Gerus.* Secundum Herodotum 4, 56. a Borysthene dirimitur ad locum cognominem; et sic Stephanus. De eius cursu et confluvio eadem tradit Herodotus 4, 56. Alia omnia refert Ptolemaeus 3, 5. quippe qui valde discrepat in situ et cursu horum fluviorum, ut inde cum gradibus notatis corruptum eum censeat Bayerus in opusc. pag. 83. etsi illi acta fossa de exitu in Bycen et Maeotida succurrere tentat. In Maeotida tamen etiam emittit Plin. 4, 26. s. 12. De Gerrhis populis apud Dionys. v. 320. an huc pertineant, cf. disputata a Schradero ad Avien. v. 459. et Wernsdorfio ad Priscian. v. 313. Hodie putatur esse *Woluschnusa*, etsi alii aliter sentiunt. Vid. d'Anville in Memoires — de Paris T. 35. p. 581.

Hypacaris) De forma nominis cf. notae criticae pag. 30. Quod putant Vadianus ad h. l. et Geographi, a Ptolemaeo 3, 5. ab urbe cognomini, quam praeterit, *Carcinites* vocatur, quem etiam diserte hoc nomine in Carciniten sinum educit Strabonis epitomator lib. 7. p. 87. Huds. Cf. d'Anville examen critique d'Herodote sur ce qu'il rapporte de la Scythie in memoires — de Paris T. 35. p. 580. et quae disputata sunt in not. crit. p. 32 sqq. H. alii credunt esse *Kuru-Berak*, alii *Kanilschack*, ut Peyssonnel observat. sur les peuples, qui ont habité les bords du Danube p. 6.

delapsa) *Labi* de fluviis usitate dici, notum est. Vid. Burmann. ad Ovid. Amor. 1, 8, 49. 2, 16, 9. Sic *delabi* infra 2, 4, 9. et Ovid. Metam. 13, 954. ut hic,

diverſis lapſi de fontibus amnes, et ſimili forma de Tigride et Euphrate Lucanus 3, 257. *quos non diverſis fontibus edit Perſis.* De ipſis populis cf. infra.

§. 5. *Silvae)* Inde ipſa regio vocatur Ὑλαία ab Herodoto 4, 18. qui ponit cis Boryſthenem verſus orientem, uti et diſerte definit auctor peripli Ponti p. 3. Hudſ. etſi ibi, ut in Scymni fragm. v. 106. male legitur Ὕβλα; circa Boryſthenis oſtium ἠϊόνα ὑλώδη καὶ δασεῖαν καλάμῳ καὶ δένδροις commemorat etiam Dio Chryſoſt. in orat. 36. in. Herodotus etiam 4, 55. 76. iuxta Dromon Achilleum, in quo conſentit Plinius 4, 26. ſ. 12. qui *ſilveſtrem* vocat *regionem*, a qua etiam mare, quo adluitur, *Hylaeum* cognominetur. Influit eam Panticapes, qui inde Boryſtheni admiſcetur. (Herodot. 4, 54.) Incolae *Hylaei* apud Plinium c. l. Cum omnis illa plaga praeter Hylaeam arboribus ſit nuda, teſte Herodoto 4, 19. cui ſuffragatur Noſter in fine capitis, varie eam adtingunt alii, quod quidem ſitus declarat. Ita Strabo 7. p. 213. ſ. 307. ibi commemorat ἄλσος καλούμενον ἱερὸν Ἀχιλλέως, Ptolemaeus 3, 5. ἄλσος Ἑκάτης ἄκρον, ut anonymus in periplo Ponti p. 8. Hudſ. qui promontorium vocat Dromi Achillei. Regionem Hylaeam deſcripſit Valer. Flacc. 6, 76 ſqq.

Panticapes) Gr. Παντικάπης. Pro eo Priſcian. v. 306. dicit *Panticapi fluenta*, Avien. v. 449. *Panticapaei aequora*, de qua forma cf. diſputata ab interpretibus. Plinius 4, 26. ſ. 12. additis quibusdam Pomponium ſic reddit: *Ultra* (Hylaeam) *Panticapes amnis, qui Nomadas et Georgos diſterminat.* Inde ſic pergit: *Quidam Panticapen confluere infra Olbiam cum Boryſthene tradunt,* (ut Herodot. 4, 54. Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 311.) *diligentiores Hypanin*; (de quo poſt) *tanto errore eorum, qui illum in Aſiae parte prodidere.* Quodſi hoc Panticapen ſpectat, eos carpere videtur, qui eum ex Rhipaeis

montibus deducunt, ut Dionyf. c. l. et fequaces. Sunt vero et alia, in quibus auctores discrepant. Sic Stephanus h. v. Panticapaeum urbem eum praeterfluere fcribit, nomenque inde impofitum. Cf. etiam Euftath. c. l. At hoc repugnat aliorum narrationibus, et quae de Panticapaei fitu ad Bofporum Cimmerium traduntur. E palude verfus feptemtrionem oriri narrat Herodotus c. l. et hinc decurrere per Scythas Georgos et Hylaeam, atque in Boryfthenem influere. Contra eius oftia in mari glaciali novit Dionyf. c. l. cum Prifciano c. l. Quod cum quidam de Scythico mari intelligant, reluctatur Wernsdorf. in Prifcianum c. l. p. 307. et de Ponto etiam valere contendit. Nec obftat electri mentio, quod etiam in Scythia reperiri docuit Salmafius ad Solin. c. 40. f. 37. p. m. 540. Auctor fragmenti peripli c. l. ultra Georgos Scythas Androphagos et vaftas folitudines ponit in Nomadibus, vel Limnaeorum gente, quae ad illos pertinere debet, unde per Sauromatas, Gelonos, Agathyrfos progrediatur ad paludem. — Quo hodie veniat nomine, inconftans fluctuatur opinio. Aliis eft *Przepetz*, (Ortel. in thef. h. v.) aliis *Samara*. (Bayer in opufc. p. 83. Gatterer c. l.) Attamen id plane negat d'Anville in examen critique d'Herodote fur ce, qu'il rapporte de la Scythie, (vid. Memoires de l'academie de Paris Tom. 35. p. 580.) quia Samara in Boryfthenem (Dnieper) influat ultra illum curfum, quem Herodotus cognoverit, et nimis magnus fit; eius porro locum in Herodoto occupare Ptolemaei Hypanin, tantum quod hic in mare eum deducat, non in Boryfthenem; denique nullum hic omnino effe fluvium, qui traiecta terra, quae cum paene infula illa, Dromo Achilleo, cohaereat, in Boryfthenem exeat, uti ex Rufforum expeditione 1736. et fequ. intelligatur. (p. 579.) Ab hac quidem parte quaerendum effe fluvium Boryftheni ad orientem ex nexu et ferie adparet, et funt aliqui rivi potius, quam fluvii, qui in Boryfthenem influunt. Cf. Büfching Vol. 1. P. 2, p. 1929. et Mannert Geogr. Vol. 4. p. 76.

distenta) Nempe a litoris recti per continentem serie, ut inde satis penitus in Pontum se immittat. I. GRONOVIVS *MS. Excedens* sc. in Pontum. Sic 1, 2, 5. 2, 4, 1. ubi a *procedere* distinguitur, 3, 2, 1. ubi obponitur *abscedere.*

radice) Hoc sensu 2, 2, 6. *in radicem magnae paene insulae sedens Lysimachia.* Pro eo *cervix* legitur 1, 17, 3. 19, 2. ut αὐχὴν apud Strabon. 7. pag. 213. s. 307. Proprie magis 2, 5, 6. *angusto aggere continenti adnectitur.* Ita vero dicitur terra in angustius spatium contracta, qua regionum et locorum confinia iunguntur, ut cohaereant. *Gracile* hoc litus vocat Ammianus 22, 8. Hodie in vicinia iacet *Perecop.*

mucronem) Haec est pulcerrima explicatio verbi *fastigare,* quum proprie in terris tunc id fit, quod videmus exigere formam ensis, ut paullatim fiant angustiores. Dicit *facie ensis,* quoniam haec metaphora Geographis placet, unde cap. 2, 8. *facie vallis,* pro quo cap. 4, 5. *cubiti imagine.* I. GRONOVIVS *MS. Facies* vel omnino formam locorum indicat, vel similitudinem cum aliis rebus in illorum situ declarando. Sic 3, 3, 4. *facie amnium* i. e. instar; 1, 17, 5. *abit in paene insulae faciem,* i. e. eius formam sumit. Cf. 2, 3, 9. Solin. c. 16. s. 10. Plin. 4, 18. s. 11. et plura quae de hoc usu conlegit Corte ad Sallust. Iug. cap. 78, 3. Pro eo Ammian. 14, 8. *prominens terrarum lingua.* Pro eo proprie magis ex Varrone Plin. 6, 15. s. 13. de Caspio mari: *sicilis similitudine,* et de nostra paene insula 4, 26. s. 12. *ad formam gladii in transversum porrecta.* Cum taenia comparat Strabo 7. p. 213. s. 307. et auctor peripli Ponti pag. 8. Huds. αὐχὴν ἰσθμοειδὴς, τουτέστιν στενώδης τῇ ἠπείρῳ, ἤτοι τῇ γῇ συνάπτει. Mucronis autem vocabulum sensu metaphorico etiam ponit de forma situs Plinius 6, 15. s. 13. ubi *mucro faucium.*

infesta) Haec vox addi solet in notanda belli cum damno, clade gesti forma et adparatu. Sic *classis*, ut hic, *exercitus*, *acies*, *signa*, *pila*, *hastae*. Exempla praeter alios dabunt Drakenb. ad Livium 2, 46. f. Oudendorp. ad Hirtium de B. G. 8, 48. Pro eo etiam *adversus* dicitur, ut infra 3, 8, 9. Cf. Cerda ad Virgil. Aen. 10, 877. De *mari Pontico* vid. ad 1, 19, 6. p. 581.

celebrasse) I. e. ludos dedisse ob victoriam, quasi Circenses, quum ipsa regio similis circo videatur ob longitudinem. Procul dubio autem id posteriores finxere ex adpellatione, quam antiquiores aliam ob causam illi dederant. Nam δρόμος etsi notet cursum, vel etiam currendi locum, tunc potuit et alia notare. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

dicta) Recte, si certus fuit auctor Noster, respectu talis facti istam appellationem loco datam, quod est prorsus incertissimum; et vox δρόμος notat multa alia, in primis ipsam *navigationem*, quo sensu dicit 2, 7, 6. Pharon ab oris Aegypti cursu diei totius abductam esse; et potuit Achilles haud dubie curiosus dux huc navigasse explorandi gratia. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Cf. deinceps.

δρόμος) Retinent has voces Graecas etiam Latini, ut Plin. 4, 26. f. 12. Ammian. 22, 8. Pro eo *dromon Achilli* i. e. Achillis (ut in aliis) Priscianus v. 297. In Graecis est, ut hic, Ἀχίλλειος δρόμος, (Strabo 7. p. 213. f. 307. Stephanus h. v.) vel Ἀχιλλέως. (Dionys. v. 306. Arrian. in periplo Ponti p. 21. Huds.) Promiscue utrumque ponit auctor peripli p. 8. Huds. Insulam vocat Stephanus, cum aliis omnibus sit paene insula; sed ita ille solet. Arrianus, auctor peripli c. c. l. l. insulam Istri ostio obiectam ab aliis vocari scribunt *Achillis insulam*, ab aliis *Dromon Achillis*, ab aliis a colore *Leucen*. Sic confundere videtur Euripides in Iphig. in Taur. v. 436. et Achilleam eandem dictam censet Wernsdorf. ad Priscian.

v. 297. At reliqui diſtinguunt, de quo cf. ad 2, 7, 2. et omnino hic Plinius 4, 26. ſ. 12. qui ſeparat utrumque 125 M. P. Nominis cauſam expoſuit Noſter, cui et alii quidam adſentiuntur, ut Plinius, Ammian. c. c. l. l. Alii inde ducunt, quod Achilles Iphigeniam, a Diana raptam, in haec loca ſecutus curſum illum confecerit, et aliquamdiu ibi manſerit. Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 306. et Tzetzes ad Lycophron. v. 193. Cum hinc poſtea in inſulam Leucen conceſſerit, non temere alii, teſte Euſtathio ad c. l. Scytharum regem hunc Achillem faciunt, ex qua commiſtione nominis intelligitur, cur Achillis illius celeberrimi tumulum et templum a Sigeo in Leucen transferant, uti ſolet in talibus. Cf. Stuckius in Arrian. p. 159. Longitudinem Strabo facit 1000 ſtadiorum, Agrippa apud Plinium 80 M. P. cum 1000 ſtadia aequent 125 M. P. Auctor peripli Ponti Euxini p. 8. Hudſ. ſtadia habet 1200. Latitudinem maximam Strabo dicit duorum ſtadiorum, minimam 2 iugerum. Includitur autem duobus promontoriis, quod tradit auctor peripli, Tamyrace ad Carciniten ſinum, et ſacro Hecates luco. Magis coartat Ptolemaeus 3, 5. promontoriis, ſacro ad occidentem, Myſari ad orientem. Conſtantin. Porphyrog. de admin. imp. cap. 42. videtur adpellare τὰ Ἄδαρα ad Danapreos (Boryſthenis) oſtia et ſinum illum, ut Leucen ſic ſimul complectatur, niſi hanc ſolam intelligit. Prius putat Büſchingius Vol. 1. P. 2. p. m. 1936. qui malit ibi Τάνδαρα. Tum vero hodierna adpellatio Tatarorum *Tenterc* adiuvat.

§. 6. *Boryſthenes)* Gr. Βορυσθένης, in Latinis inſcriptionibus paſſim *Boruſthenes*, ut apud Gruter. p. 297. 453. Sic *Illuricus* et ſimilia, de quibus ad 2, 3. extr. Poſtea dictus eſt *Danapris*, ut notat auctor peripli Ponti p. 8. Hudſ. et ſcriptores Byzantini ſaepe commemorant. Utrumque tamen nomen aeque antiquum cenſet Dodwell. in diſſ. de periplo anonymi §. 8. pag. 165. Hudſ. ſic ut Danapris fuerit accolarum, alterum Graecorum. Quod

Naparin ab Herodoto 4, 48. dici putat Wernsdorf. ad Prifcian. v. 303. errat, cum claris verbis eum Herodotus Iftro mifceri referat. Sed et alii Iftrum et Danaprin eundem faciunt, de quo cf. Voffius ad anonymi periplum pag. 7. Sic Danaprin a Boryfthene diftinguit Geogr. Ravenn. 4, 5. Alii *Danaftrum* huc referunt, qui a Danapri fuit diverfus, ut adparet ex Conftant. Porphyrog. de admin. imp. cap. 8. et cum illo faepe commifcetur. Cf. Cromerus de rebus Polonor. p. 8. Hinc vero Iornandes de reb. Get. c. 8. Boryfthenem ab accolis Danubium vocari fcribit. Sed *Danapris* ad Boryfthenem revocari debet, h. *Dnepr* f. *Dnieper*, Tataris et Turcis *Ufi*.

gentem) Plin. 4, 26. f. 12. *flumen Boryfthenes lacusque et gens eodem nomine.* Ab Herodoto 4, 53. et alibi vocantur Βορυσθενεΐται vel, ut eft in codd. Βορυσθενεῖται et Βορυσθενῖται, quam formam per ι praefert Stephanus et in multis locis Dio Chryfoftomus. *Boryfthenidas* dicit Propert. 2, 6, 18. quod poeticum cenfet in Stephani thefauro Birrius pro *Boryfthenitas*. Proprie funt incolae urbis, ut docet Stephanus et confirmat Herodot. 4, 18. quo auctore ita vocantur a Graecis, qui Hypanim accolunt, cum ipfi fe vocent Olbiopolitas, ab urbe igitur binomini, de qua poft. Adfcribit vero idem Scythis Georgis. Ut porro hic *adluit*, fic Strabo 7. p. 223. f. 323. ἔθνη κλυζόμενα τῷ πελάγει.

placidior) Igitur nec poft Herodotum novit catarrhactas, quos hodie 13 commemorant. Conftantin. Porphyr. de adminiftr. imp. cap. 9. qui primus eorum mentionem fecit, vocat Φραγμούς. Cf. Büfching Geogr. Vol. 1. T. 1. p. m. 707. Sujews Reifen T. 1. p. 180.

liquidiffimus) Herodot. 4, 53. quem expreffit: πίνεσθαι ἥδιστός ἐστι· ῥέει δὲ καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι. Locum inde retulit Euftathius ad Dionyf. v. 311. fed

καλὸς habet pro καθαρὸς, quod recte reponendum putat obpofitionis caufa Valckenarius ad Herodot. c. l. Ita vero Ariftides T. 1. p. 8. ed. Iebb. Nilum τὸν κάλλιστον τῶν ποταμῶν vocat, et κάλλος noftri laudat Dio Chryfoft. orat. 36. init. Boryfthenis tamen faporem ab influentibus rivis mutari, quod alii de Hypani referunt, fcribit Plin. 31, 29. f. 4. Quod quidem ex eo intelligi poteft, quod in eum Hypanis influit. Eius aquam tamen etiam recentiores per aeftatem minus effe falubrem tradunt. Cf. Büfching c. l.

pabula) Herodot. c. l. fic: τῶν λοιπῶν πολυαρκέστατος, ὃς νομάς τε καλλίστας καὶ εὐκομιδεστάτας κτήνεσι παρέχεται. Haec fic declaravit Scymnus Chius fragm. v. 66. et ex eo auctor peripli p. 8. Hudf. πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος Κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ καρποὺς φέρων Τοὺς φυομένους νομάς τε τοῖς βοσκήμασι. Riparum et regionis adiacentis fertilitatem praedicat etiam Büfching c. l. *Laeta pabula* dixit cum Lucretio 2, 596. Sic 3, 6, 6. *laetae herbae.* Cf. ad 1, 10. in.

pifces) Herodot. c. l. dicit ἰχθύας ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους. Scymnus Chius c. l. κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ, ut Herodotus etiam poft κήτη in pifcibus commemorat ad falfuram idonea, quae adpellari fcribit ἀντακαίους, de quibus, an fint *hufones*, disquifiverunt viri docti, quos laudat ad Herodotum c. l. Weffelingius et Schneider. ad Aeliani H. A. 14, 26. ubi ἰχθύες κητώδεις fine fpinis in dorfo et cauda vocantur. Plinius 9, 17. f. 15. in Boryfthene refert capi pifces *praecipua magnitudine, nullis offibus fpinisve interfitis, carne praedulci.* Solin. c. 20. f. 15. *pifces egregii faporis, et quibus offa nulla funt, nec aliud quam cartilagines tenerrimae.* Et fic fere Iornandes de reb. Get. c. 20. Harduin. ad Plin. de hufonibus etiam intelligit, eosdemque *ichthyocollas* vocari a Plinio 32, 24. f. 7. putat. In Iftro

inveniri tradit Aelianus, hodie alii in primis in fluminibus Wolga et Iaik, ſed et in Boryſthene. Plura dabit Krünitz in Oekonomiſche Encyclopädie T. 22. p. 433 ſqq. Piſcoſum autem omnino eſſe Boryſthenem tradit praeter Büſchingium c. l. luculenta narratione le Vaſſeur in Beſchreib. der Ukraine und Krimm p. 20. 24.

nulla oſſa) Herodot. c. l. κήτη ἀνάκανθα, quo verbo etiam utitur Aelianus 14, 23. Ita vero ἄκανθα dici ſolet, uti aliquoties apud Plutarchum de ſanitate tuenda Vol. 6. p. 496 ſq. ed. Lipſ. *Oſſa* hic etiam habent Plinius et Solinus, quae vox ad alia etiam ſolet transferri, v. c. ad fructus. Uſitatior vox eſt *ſpina*, quam et de piſcibus adhibet Noſter 1, 6, 2.

ignotis) Fontes nec ſe, nec Graecorum ullum indicare poſſe, fatetur Herodot. 4, 53. f. ad Gerrhum cognoſci et a ſeptemtrione fluere, etſi nemo regiones deſignare poſſit. Sic Scymnus Chius in fragm. v. 70 ſq. εἰς τοὺς ἄνω τόπους ἄπλωτός ἐστι καὶ οὐ περάσιμος· ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται. Strabonis etiam aetate fontes erant incogniti, ut ipſe teſtatur lib. 2. p. 73. ſ. 107. Duos commemorat Ptolemaeus 3, 5. ad ſeptemtrionem unum, alterum ad meridiem magis, unde recentiores putarunt, in iis d'Anville, illum Boryſthenem eſſe hodiernum *Dnieper*, hunc *Przypiec*, contra quos Gatterer Tom. 12. commentatt. Goetting. contendit, illum hodie eſſe *Przypiec*, hunc Hypanim et verum fontem a veteribus ignorari. Ad verum utique accedit ſeptemtrionalior; ſed quem Boryſthenem ex Amadoca palude deducit in ipſum Boryſthenem ſuperiorem, non alius eſt, quam qui nunc *Bog* dicitur. Contra Hypanim i. e. Bog Boryſtheni facit orientaliorem, et in mare emittit, in quo turbat, niſi eſt corruptus. Cf. Spener in not. Germ. ant. 2, 3, 10. p. 94. In Alanis (Ptolemaei 3, 5. Alaunis) fontes ponit Marcianus in periplo pag. 56. Hudſ. qui tamen populi

propius habitarunt ad Maeotim. Ex Neuris arceſſunt Plin. 4, 26. ſ. 12. et cum eo Solin. cap. 20. ſ. 15. et Martian. Cap. lib. 6. p. 214. et ex Neurorum montibus Ammian. 22, 8. At ex iis oritur Tyra ſecundum Melam, aut Mela cum aliis miſcet. At certo hodie conſtant fontes, qui aperiuntur in Smolenscenſi agro. Cf. praeter alios Stuckius ad Arrian. pag. 156. et Büſching. Vol. 1. P. 1. p. 706 ſq.

quadraginta.) Herodot. 4, 53. μέχρι Χέῤῥου χώρου ἐς τὸν τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστί. Ita et Scymnus Chius in fragm. v. 69. et auctor peripli pag. 8. Hudſ. Strabo tamen 7. p. 212. ſ. 306. habet 600 ſtadia. Exitum Noſter ponit ad Boryſthenida. Herodotus in lacum deducit, ubi Hypanis admiſcetur, et inde in mare. Alii minus et hic accurate verſantur. Sic Strabonis epitomator lib. 7. p. 87. Hudſ. ſine ipſo tamen Strabone, in Tamyracum ſinum educit, quem nempe a Carcinite, de quo ſupra dictum eſt, diſtinguit. Quo quidem poſito, recte narrat Dionyſius v. 312. ante Κριοῦ μέτωπον contra Cyaneas inſulas elabi et contra Leucen ſ. Achilleam v. 542. ſequentibus Priſciano v. 304. 558. et Avieno v. 721. Melius Conſtantin. Porphyr. de admin. imp. cap. 42. deſignat: a Danaſtri (Tyra) ad Danaprim (Boryſthenem) ſunt 80 M. P. litus vocatur aureum; ab oſtio Danapreos ſunt Adara, (vid. antea Dromos Achilleus) et ibi ſinus Necropyla. (Carcinites.) Hodie nota ſunt oſtia prope Oczakow. Cf. le Vaſſeur c. l. Quod autem Herodotus c. l. tradit, Boryſthenem et Hypanim in eundem lacum (ἕλος) effluere, egregie non ſolum confirmat Dio Chryſoſtomus in orat. 36. in. ſed etiam recentiorum narrationes, a quibus lacus ille ſat amplus dicitur *Liman.* Cf. Büſching. Vol. 1. P. 1. p. 707. Ceterum Melae hunc locum totidem fere verbis reddidit Boccatius de fluminibus ſ. v. Boriſteus. (ſic.)

ſecundum) I. e. iuxta. Sic ſupra 1, 16, 1. *ſecundum Calbin* ponit Caunum, ubi Strabo 14. p. 448. ſ. 651. habet πλησίον. Alias ſic adiectivum occurrit. Multa dabit Waſſe ad Salluſt. Iug. c. 22. Cf. et ſupra ad 1, 16, 1.

Boryſthenida) Graeci conſtanter Βορυσθένης, de quo cf. etiam Weſſeling. ad Herodot. 4, 78. praeter ea, quae monui in notis criticis p. 41. In Herodoto 4, 17. Boryſthenitarum emporium dicitur, ut in Strabone 7. p. 212. ſ. 306. Πόλιν Ἑλληνίδα eamque antiquam vocant Arrian. in periplo p. 20. Hudſ. Dio Chryſoſtomus in orat. 36. p. 82. ed. Reisk. cum Mela. Propius a Mileſiis conditam multi ſcribunt, ut Strabo c. l. Scymnus Chius in fragm. v. 61. et ex eo auctor peripli p. 9. Hudſ. — Hinc et *Miletopolis* priſco nomine dicta eſt, teſte Plinio 4, 26. ſ. 12. quod pro Μητρόπολις in Ptolemaeo 3, 5. ſubſtituit Harduinus ad Plin. Euſebius coloniam eo deductam eſſe ſcribit Olymp. 31, 2. (a. Chr. N. 655.) Poſt delapſa eſt circa finem ſaeculi 1. ut ex Dione Chryſoſtomo diſcitur. Quod Mela ab Olbia diſtinxit, male id fecit et invitis aliis, etſi omnino multa loca duo nomina geſſiſſe conſtat, et docet Dodwell in diſſert. de periplo anonymi §. 8. p. 165. Hudſ. quare etiam multorum expertus eſt reprehenſiones. Cf. Berkel. ad Stephan. p. 233. Weſſeling. in obſervatt. 2, 12. p. 192 ſq. Bayerus in opuſc. p. 496. Nempe alii auctores non ſolum non diſtinguunt, ut Strabo c. l. Ptolem. 3, 5. — ſed etiam nomen *Olbia* antiquius faciunt, ut Scymnus Chius in fragm. v. 59. et auctor peripli p. 8. qui cum augmento producit Ὀλβία Σαυΐα, alterum Graecis tribuit, quod et peregrinis notius fuiſſe cenſet Dodwell c. l. Secundum Herodotum 4, 17. ipſe ſe *Olbiopolitas* vocarunt, alii, Graeci in primis ad Hypanim, *Boryſthenitas*. Cf. etiam Stephanus c. l. Olbiopolitas tamen recentiori aetate incolas dixit etiam Capitolinus in Antonino Pio cap. 9. et Ολβιοπολιτεων occurrit in deſcr. numor. vett. p. 29. (Lipſ. 1796. 4.) Situm

urbis auctores ſtatuunt, ubi Boryſtheni Hypanis admiſcetur, veluti Scymnus v. 58. et ex eo auctor peripli p. 8. Nomen a Boryſthene nactam eſſe, ſed ad Hypanim iacere, adfirmat Dio Chryſoſt. in orat. 36. init. qui cum Herodoti narratione 4, 53. conſentit in reliquis etiam non rebus ſolum, ſed et verbis. Ex quo adparet, inter confluentes fluvios, propius tamen ad Hypanim ſitam fuiſſe ultra Hippolai promontorium, et quidem, quod addit teſtis oculatus Dio, ἐν τῷ καταντικρύ. Ita conciliari poſſunt, qui disſentire videntur. Nempe Arrianus in periplo p. 20. Hudſ. ad Boryſthenem, ſi quis adverſo amne innaviget, ponit. Strabo 7. p. 212. ſ. 306. 200 ſtadiis a mari removet, quibus Scymnus et auctor peripli addunt 40. Boryſthenes enim, ut dictum eſt, cum Hypani iunctus, in lacum (Liman) influit, antequam mare contingat, unde Dio Chryſoſtomus c. l. ἐντεῦθεν, (a confluente) inquit, λιμνάζουσι μέχρι θαλάττης ἐπὶ σταδίους σχεδόν τι 200. Iam vero lacus ille habet longitudinem 60 miliarium Ruſſicorum, quae efficiunt 12 miliaria Germanica, P. M. 48. ſtadia 384. et longius hodie extenditur, ultraque eum haud procul iacuit Olbia. Plinius 4, 26. ſ. 12. eam 15 M. P. a mari recedere dicit, corruptus forte pro 25, quippe quibus aequantur 200 ſtadia. *Egreditur* igitur in Noſtro ad mare referri non poteſt, ſed ad lacum cum mari coniunctum. Quaerunt hodie, ubi conſpiciuntur urbes *Oczakow* et *Kinburn*, (vid. Stritter in indice ad Memorias populor. — h. v.) alii, ubi h. *Dzike-Polie* campi deſerti et pars Oczacovienſis agri. Ex ſitu a veteribus notato fuit in occidentalibus Nogaenſibus.

§. 7. *Callipidas)* Herodoto 4, 17. ſunt Καλλιπίδαι, qui ponit poſt Boryſthenitarum emporium (Olbiam) et Graecos Scythas. Errat igitur hic Ciacconius, dum negat, Herodotum huius gentis meminiſſe. Ultra Boryſthenem ponit etiam Strabo 12. p. 379. ſ. 550. ſed populorum nominibus adiungit, ab Herodoto, Hella-

nico et Eudoxo male obtrufis. Commemorat etiam Solinus cap. 20. f. 14. etfi vitiato nomine, de quo cf. interpretes, et videntur elfe Carpidae Scymni in fragm. v. 102. qui propius tamen Iftro adponit verfus Boryfthenem. Bayerus in opufc. p. 68. fedem illis adfignat in orientali Braclavienfium tractu et in Oczacovienfi agro. Lepide vero Καλλιπίδας apud Strabonem c. l. nomen viri putavit Voffius et inter hiftoricos Graecos p. 509. pofuit, derifus ab Holftenio ad Ortel. p. 38. et Stephan. p. 23. Maluit tamen illum errorem fequi Bergftraefferus in Realwörterbuch T. 4. p. 855.

includit) Quomodo poteft includere, cum paullo poft dicat, etiam Axiacen intra Callipidas et Axiacas defcendere? Boccatius de flumin. f. v. Ipachares interpretatur *circuit*; Ciacconius explicat *terminat*, *feparat*, ut apud Plin. 3, 9. f. 5. de Aniene: *qui et ipfe Latium includit a tergo*, et 6, 23. f. 20. de Indiae populis: *Hos includit Indus montium corona circumdatos.* Videtur hoc loco elfe intercludi, quae verba faepe etiam commutantur. Cf. quae monentur ad Liv. 26, 5, 11. Tum vero refpicit Mela Boryfthenitas. Valet huc obfervatio Graevii ad Cicer. in Verrin. 5, 37. multis etiam firmata exemplis. Homines et loca dicuntur *claudi;* illi, cum pervenerunt, haec, cum fita funt ad litora maris aut alia invia, unde non licet ulterius progredi; ultimi quoque limites, ad quos patet gens aliqua, dicuntur illam *claudere.* Sic *includere* Liv. 42, 52, 14. *non ante vincere defierunt, quam Rubro mari inclufis, quod vincerent, defuit.*

Hypanis) Gr. Ὕπανις; male Ὑπάνης ex commiftione nota apud Ariftot. hift. an. 5, 19. vulgo et auctorem peripli p. 8. Hudf. Penultima brevi efferunt poetae, ut Ovid. ex Ponto 4, 10, 47. Ὑπάνιων ποταμὸν vocat Antigon. in hift. mirab. cap. 92. Errat hic Ciacconius, qui praeteritum eum ab Herodoto fuiffe notat; immo

prolixe 4, 52. de eo retulit, unde et ſua Pomponius derivavit. Scythiae fluvium plures vocant, et diſtinguunt quidam diſerte ab Hypani fluvio, quem Hyphaſin etiam quidam nominant. Hinc *Hypanis Scythicus* et *Indicus* in Euſtathio ad Dionyſ. v. 1143. quos confundit Boccatius de flum. ſ. v. Ipachares. Indicus ad inluſtrandam Alex. M. expeditionem, ut alia, effictus eſt. Sed in ipſa fluvii deſcriptione et conlocatione veterum narrationes parum ſibi conſtant. Sic Antigonus c. l. cum Ariſtotele in hiſt. an. 5, 19. ad Boſporum Cimmerium removent; Alexander Polyhiſtor apud Stephanum h. v. in duas partes diviſit, quarum una in Maeotim, altera in Pontum effluat. In Maeotim etiam deducit Ammian. 22, 8. et Gallus apud Vibium p. m. 11. terminum Aſiae et Europae ſtatuit. Ptolemaeus 3, 5. in Pontum quidem emittit, ſed aliquot gradibus orientaliorem facit Boryſthene, omnino in hoc fluviorum ſitu incertus omniaque miſcens, de quo plura disſerit Bayer. in opuſc. p. 83. Quae quidem narrationum diverſitas diſcitur ex Plinio 4, 26. ſ. 12. ubi ſcribit, quosdam tradere, Panticapen cum Boryſthene confluere infra Olbiam, diligentiores Hypanim, etſi ipſe poſt Hypanim a Buce lacu excipi refert. Alii, quod Strabo lib. 11. p. 341. ſ. 494. ſ. notat, Anticiten prope Corocondamen de Hypani intellexere. Cuius disſenſionis cauſa quaerenda videtur in vago nominis uſu, quod ad alios etiam fluvios translatum eſt, ut ex Strabone adparuit. Hinc quae animalcula ἐφήμερα naſci in Hypani ad Boſporum ſcribunt Ariſtoteles et Antigonus c. c. l. l. alii, ut Plutarchus in conſolatione ad Apollon. p. 423. (Vol. 6. ed. Lipſ.) eorum natales omnino ad Pontum transferunt; alii, ut Cicero Qu. Tuſc. 1, 39. ad Hypanim ſtatuunt, qui in Europae parte in Pontum influit. Cf. Plin. 11, 43. ſ. 36. Herodotus c. l. quem ſequitur Mela aliique, ad occidentem Boryſthenis Hypanim oſtendunt, cumque eo coniunctum in lacum devolvunt, ut ſupra dictum eſt. Hoc ſitu videtur eſſe alter Boryſthenes ſ. minor, quem

Ptolemaeus 3, 5. ex Amadoca palude provenire ſcribit. Tum vero h. eſt *Bog*, quod nomen Oberlinus ad Vibium pag. 125. ſibi deprehendere viſus eſt in Geogr. Ravenn. 4, 5. ubi memoratur *Bagos*. A Conſtantino Porphyr. de admin. imp. cap. 42. ὁ Βογοῦ, opinor, vocatur; a Iornande de reb. Get. c. 16. ut putat Porcheron ad Geogr. Ravenn. c. l. *Vagoſola*. Harduinus ad Plin. 4, 26. ſ. 12. Peyſſonnel in obſervat. hiſtor. — p. 7. aliique in *Axiace* Bog quaerunt, de quo deinceps. *Kuban* alii Hypanim veterum iactant, ut Hermann in Schilderung von Rufsland pag. 137.

oritur) Inter vel apud Auchetas naſci tradunt Plin. 4, 26. ſ. 12. Solin. cap. 20. ſ. 14. et Martian. Cap. lib. 6. p. 214. Ex *Ganoi* palude inter Avenhetas (Auchetas) derivat Boccatius de flumin. ſ. v. Ippanis, ubi h. l. repetit; *Ganoi* ex *grandi* enatum videtur, quia nusquam hoc nomine lacus prodit. Hodie notum eſt, in Podolia, Poloniae regione eum oriri, ex quo ſimul Auchetarum illo tempore ſedes diſcatur.

matrem) Ex Herodoto 4, 52. translatum, ubi μήτηρ Ὑπάνιος vocatur, et hinc apud Euſtathium ad Dionyſ. v. 1143. Ita vero *pater*, *mater*, *parens* dicuntur, uti exemplis docuerunt Iac. Nicol. Loenſis in miſcell. epiphyll. 6, 21. et in primis Valckenar. ad Herodot. c. l. quibus addi poſſunt Wernsdorf. ad Priſcian. v. 155. idem et Schrader. ad Avien. v. 903. et 245. Sic Raetia *Danubii Rhenique parens* dicitur a Claudiano de B. Get. v. 331. *Pieria Muſarum parens* a Noſtro 2, 3, 2. Cf. et ſupra notata ad 1, 19, 16. Sic deinceps apte *natus*, ut de Oronte Plin. 5, 18. ſ. 22.

Exampaeo) Duxit item ex Herodoto 4, 52. ex quo Scythicam eam vocem eſſe adparet, quam Graece interpretatur ἱεραὶ ὁδοί. Ipſam rem plures inde repetunt.

ut Athenaeus 2, 6. f. 18. Euftathius ad Dionyf. v. 1143. Paufan. 4, 35, 6. Stephan. f. v. Ὕπανις, quos excitavit Valckenar. ad Herodot. c. l. quibus addi poffunt Vitruv. 8, 3. Ovid. Metam. 15, 286. (quem imitatus eft Rutilius in itin. 1, 251.) Solin. cap. 20. f. 14. Iornandes de reb. Get. c. 5. f. 20. etfi mifcet. Ex recentioribus Melam fuo more reddidit Boccatius f. v. Ipachares. Plinius 31, 29. f. 4. Boryftheni tribuit, cuius aqua ex influentibus rivis faporem mutet, quod tamen Herodotus quatuor a mari dierum navigatione fieri fcribit, unde etiam intelligitur, quomodo Mela verba *non longe a mari* ceperit. De ufu particulae *procul* cf. fupra ad 1, 6, 1. p. 149. Non igitur erat, quod refutaretur Mela (falfo enim ad Herodotum reiiciuntur) in diario Maximiliani Immanuelis, principis Würtembergenfis, quod editum eft 1735 et 1755. unde excerpta adnexuit le Vaffeur libro: Befchreibung der Ukraine — pag. 183. Optime enim fidem narrationis confirmat, dum fcribit miliaribus quibusdam ante, quam excurrat in Pontum, amarum faporem traxiffe, quem mari tribuunt. Poft pag. 201. memoratur lacus falfus, per quem in mare fluit *Teligol*, nifi fit huius mater. (fons) Veteres, inquit, ut Plin. 4, 26. f. 12. Ptolemaeus 3, 10. adpellant Axiacen, eosque errare pronuntiat, qui curfum eius fluvii (Teligol) in Hypanim (Bog) exire putent. Bayerus in opufculis Exampaeum cenfet effe *Sinauda* fluviolum.

dulcis) Qualis eft aqua fluviorum, quae obponitur falfis i. e. marinis, ut 2, 5, 7. In Herodoto 4, 52. γλυκὺς et πικρὸς obponuntur, et 4, 81. cum hoc coniungitur ἄποτος.

Axiaces) Mentionem eius primus hic fecit Mela, et inde Plin. 4, 26. f. 12. Ptolem. 3, 5. et 10. hic tamen diverfis gradibus. In priori enim loco influit in Maeotim f. Bucen paludem, in pofteriori poft Boryfthenis oftia

exit, et tunc eſt noſter. Hodie putatur eſſe *Teligol*, rectius quam quod alii volunt *Bog*, ut Harduin. ad Plin. c. l. et Peyſſonnel in obſervat. — p. 7. Gatterer tamen de Sarmatis c. l. *Kagalnik* praefert, Axiacas populos inde inaudito nomine fictos cenſet. Eosdem tamen etiam commemorat Plin. c. l.

Iſtricis) *Iſtros* vocat Noſter 2, 3. extr. aliique Illyrici populum, unde poſſeſſivum Stephanus ſ. v. Ἴστροι facit Iſtricus. Iſtrianos vocat Herodot. 2, 33. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 823. qui ad exitum Iſtri in Ponto habitabant. Sed quod Mileſiorum colonos dicit, ad urbem pertinet Iſtropolim, ſive, ut habet Stephanus, Iſtrum, unde facit Iſtrianus. Iſtrianos vocat etiam Oroſius 3, 13. H. ibi *Beſſarabia*. Antiqua variorum populorum nomina dabit Strabo 7. p. 212. ſ. 306.

Tyra) Gr. Τύρας, et ſua dialecto Herodotus 4, 51. Τύρης. Sed vid. notae criticae p. 47. Addo tantum hic Τύρις ex Stephano et Heſychio. Τρίσσης, nomen corruptum, huc refert Voſſius in Scylace p. 29. Hudſ. quod probant urbes vicinae apud auctorem peripli p. 9. Hudſ. Strabonem 7. p. 212. ſ. 306. et Ophiuſa apud Plin. 4, 26. init. ſ. 12. Poſt in ſcriptoribus Byzantinis dici ſolet *Danaſtris*, etſi male diſtinguit Iornandes de reb. Get. cap. 5. ſ. 16. omiſſa forte particula ſive, ut ſupra ſimile aliquid notavi ex Geogr. Ravenn. 4, 5. Priſci nominis veſtigia ſervant Tatari et Turci, quippe qui vocant *Turla*, ceteri *Dnieſtr*. Ptolemaeus 3, 5. Daciae et Sarmatiae partes ab eo terminari tradit. Cetera deinceps. De Tyra autem eiusque nomine multa congeſſit Katancſich de Iſtro pag. 12 ſq. Cognominis etiam fuit urbs, cuius incolas Τυράνους vocat Stephanus, etſi Τυραίους malit Salmaſius, comprobantibus tamen id numis. Vid. deſcr. numor. vett. p. 29. Lipſ. 1729.

Neuris) Gr. Νεῦροι s. Νευροί. In Martiano Cap. 6. pag. 214. vitiose legitur *Neutrae* et *Neutri*, pro quibus Grotius emendat *Neuri*, etsi et *Neurae* in Plinii quibusdam codd. 4, 26. s. 12. se invenisse adfirmat. Iidem dicti etiam sunt Νευρῖται sec. Stephanum, et hac forma producunt Suidas et Eustathius ad Dionys. v. 310. Pro eo Νευροῦται adferunt ex Ephoro Scymnus Chius in fragm. v. 104. et auctor peripli p. 5. Huds. Regio Νευρὶς γῆ apud Herodot. 4, 51. et Stephanum. Gravior surgit quaestio de eorum priscis sedibus. Cum Tyra oriatur in Russia rubra, unde permeat Podoliam, teste Maximiliano Würtembergensi in excerptis, de quibus antea, pag. 216. Neuri in Polonia quaeri debent versus Leopolim et Vistulam. Herodoti aetate Neuri habitabant iuxta Hypanim ad occidentalem partem Borysthenis. (4, 17.) Sarmatiae populum vocat Stephanus. Sedes olim serpentum causa mutasse tradunt Herodot. 4, 105. et Eustathius ad Dionys. v. 310. quos quidem Melanchlaenos fuisse putat Uphagen in parergis hist. p. 46. et Fennos ib. Cf. etiam Bayer. in opusc. p. 87 sqq. Originem Tyrae ex ingenti palude ducit Herodot. 4, 51. qua terra Scythica a Neuride separetur; hinc in Neurorum finibus antiquis. Eius indolem describit Scymnus Chius in fragm. v. 52. et ex eo auctor peripli p. 9. Hudf. Narrant autem, eum esse profundum, piscibus alendis aptum, et bene navigabilem. Rapidum fuisse docet Burmann. ex Valerii Flacc. verbis 6, 84. *abruptus pelago Tyras*, idque confirmat ex Ovidio ex Ponto 4, 10, 50. ubi dicitur: *nullo tardior amne Tyras*, etsi diversa tradit dux Würtembergensis p. 216. c. l.

oppidum) Gr. Τύρας, et hinc Plinius 4, 26. in s. 12. *clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur;* in quo nomine consentit Polyhistor apud Stephanum. Simpliciter *Ophiusa* hic adfert Scylax p. 29. Hudf. Contra Ptolemaeus 3, 10. non solum utramque urbem distinguit, sed et Ophiusam male ultra

Tyram conlocat, refutatus ideo a Vossio ad Scylac. c. l. Cf. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 6, 6. Male etiam confundit Ammian. 22, 8. qui scribit: *Proxima est civitas Tyros, colonia Phoenicum, quam praestringit fluvius Tyras.* Unde fluxerit de conditoribus error, patet. Ad verum propius accedit Scymnus Chius in fragm. v. 56. et ex eo auctor peripli p. 9. Hudf. qui referunt, Milesiorum fuisse coloniam. In ea enim etiam loca penetrasse Milesios, innuit Herodotus 2, 33. qui Istrianos Milesiorum colonos facit. Cf. etiam Scymnus in fragm. v. 24. Causam nominis Ophiusa exponet nota praecedens. De situ bene Strabo 7. p. 211. f. 306. quo auctore adverso flumine navigantibus 140 stadiis ab ostio in dextra ripa erat obiecta. Hinc recte dubitat princeps Würtembergensis c. l. an *Bender* in eo loco sit sita. Equidem quaerendam puto, ubi h. *Palanko* castrum cernitur. Civis olim varie adpellabatur, Τυράτης, Τυρίτης, pro quo Τυρῆται ex more libri quidam in Herodoto 4, 51. et Τύρανοι. (Stephanus. Pro Τύρανοι tamen Salmasius ibi mavult Τυραῖοι, refragante quidem Holstenio p. 332.) A Strabone 7. p. 212. f. 306. Τυριγέται vocantur accolae, et apud epitomatorem p. 86. Hudf. Τυραγέται, ut Plinio 4, 26. f. 12. pro quo corrupte Ptolem. 5, 10. Τυραγγέται Σαρμάται habet, cum Getas conterminos fuisse etiam Strabo c. l. tradat. Hinc et Τυρικὸς et Τυρικὴ χώρα apud Suidam f. v. Ποσειδώνιος. Cf. etiam Holsten. c. l.

§. 8. *Scythiae populos)* Quos nempe hactenus explicuit. I. GRONOVIVS *MS.* Scythiae tribuit Herodot. 4, 48. Hinc *Scythicus* vocatur hic amnis a Valerio Flacco 8, 185. Cf. et Oppian. Cyneg. 2, 141. Ab altera parte de Danubio Agathemer. 2, 4. ὁρίζει τὴν Γερμανίαν; *dirimit* apud Nostrum, quod et alibi de terminis regionum, locorum ponit, ut 2, 4. extr. De fluviis terminis etiam alii hoc verbo utuntur, ut Liv. 22, 15, 4. Lucan. 3, 275.

sequentibus) Thracibus.

fontibus) Varie notantur a veteribus. Herodotus, qui extremum curſum et oſtia bene noverat, a Celtis ducit 2, 33. et urbe Pyrene; Celtas autem conlocat extra columnas Herculis, de qua dictione audiendus ibi eſt Weſſelingius. Ita nempe deſignabant loca ad Oceanum, uti Cernen inſulam ſic indicat Palaephat. c. 32, 5. Igitur omnino in Hiſpania fontes quaeſivit. Cf. etiam de eius origine in Celtis Dodwell in diſſ. de Scymno Chio §. 7. p. 95 ſq. (in Hudſ. Geogr. Vol. 2.) Alio, recentiori uſu, Celtas intellexit Procop. de B. Goth. 4, 5. f. dum fontes eius in Celticis montibus ponit. In Pyrene urbe Herodoti latet forte fama de monte illo, ubi eum naſci dicit Ariſtoteles Meteorol. 1, 13. In Ponti regionibus fontes eſſe putavit Hipparchus teſte Strabone 1. p. 39. ſ. 57. qui illum refutat, ipſe ad montes ultra Hadriam ſitos originem remittit. Cf. 4. p. 143. ſ. 207. Ad verum tamen propius acceſſit lib. 7. in. ubi in occidentali Germania ſtatuit, etſi male addit, non procul ab intimo receſſu ſinus Hadriatici, 1000 ſtadiis i. e. 51 miliaribus Germanicis. Loca ad occaſum remota memorat et inde ab Celtica intima cognitum eſſe ſcribit Scymnus in fragm. v. 27 ſqq. et ex eo auctor peripli p. 11. Hudſ. Errori utrique forte cauſam dedit commiſtio Iberi in Hiſpania cum Iſtro, et Argonautarum fabuloſa narratio, quod per Iſtrum ad fontes ſubvecti inde in Hadriaticum ſinum per alium eius alveum ingreſſi fuerint. Apollon. Rhod. 4, 284. ubi critici docent, antea Timagetum ſolum in eadem fuiſſe opinione, etſi communem eum olim errorem facit Strabo 1. p. 39. ſ. 57. Accedit, quod, cum duplex ille fluvius nomen gerat, de quo poſt, Iſtrum a Danubio diverſum putarunt, et utrumque confuderunt. Hinc qui Iſtrum in Pontum emittit Diodor. Sic. 4, 56. f. Danubium in Oceanum exonerari ſcribit 5, 25. quae et eſt ultima ſententia et ſine dubio veriſſima Weſſelingii

ad c. l. Cf. etiam Mannert in Geogr. T. 3. p. 527 ſqq. Poetae, ut ſolent in locis remotis et obſcuris, mira hic referunt. Sic Apollon. Rhod. 4, 286. fontes reiicit ὑπὲρ πνοιὰς Βορέαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι, quibus Alpes intelligi putat Hoeltzlinus, qui et adfert Coel. Rhodigin. 8, 28. At vel Alpes, vel quae ſit Alpium portio, Hercyniam ſilvam intelligi contendit Stuckius in Arriani peripl. p. 163. De Rhipaeis montibus idem cenſuiſſe Aeſchylum in Prometheo ſoluto adfirmat Schol. Apollonii ad 4, 284. Hyperboreos montes habet Pindarus Olymp. 3, 25. Sub Alpibus emittit Aelian. in H. An. 14, 23. Sed omnino fontes olim ignotos fuiſſe adfirmat Auſon. in Moſella v. 424. Poſt re accuratius explorata et certius cognita fontes in Germaniae iugis montis Abnobae ex adverſo Rauraci Galliae oppidi multis ultra Alpes milibus poſuerunt, ut Plin. 4, 24. ſ. 12. Cf. Tacit. de Germ. init. Avien. v. 437. Solinus c. 19. ſ. 13. Alii vel omnino in Germania cum Noſtro, vel prope Rauracos montes oriri putant, ut Ammian. 22, 8. qui cum nulli ſint, Salmaſius ad Solin. c. 13. p. m. 131. in eo emendat *oriens prope Rauracos monte.* Raetiam parentem faciunt alii, ut Claudian. de B. Get. v. 330. Zoſimus 3, 10, 2. Alii haud procul a Rheno fontes oſtendunt, ut Dionyſ. v. 301. Priſcian. v. 288. Agathemer. 2, 4. Suevos fontis accolas faciunt Strabo 4. pag. 143. ſ. 207. Auſon. epigr. 4, 3. Alemannica arva hic indicat Iornandes de reb. Get. c. 37. ſ. 12. Hodie nota ſunt omnia.

immania) Ut ſolent Romani loqui, praeſertim de Germanis. Unde Florus 3, 10. in. *immaniſſimi gentium Galli atque Germani.* I. GRONOVIUS *MS.* Immo in hoc loco indicat longum immanemque quaſi tractum, quem decurrit Danubius, in quo curſu plurimas gentes vel dirimit, vel permeat, veluti Germaniam, Raetiam, Vindelicam, Noricum, Pannonias, Dalmatiam, quae recenſet Agathemer. 2, 4. Cf. Strabo 2. p. 88. ſ. 128. Ut Noſter,

ſic Plinius 4, 24. ſ. 12. *per innumeras lapſus gentes.* Hinc et in maximis Europae fluviis recte numeratur a Scylace p. 30. Hudſ. Herodoto 4, 48. Strabone lib. 7. in. Aeliano in H. An. 14, 23. aliisque. De curſu aquarum cf. omnino Scymnus in fragm. v. 32. auctor peripli Ponti p. 11. Hudſ. de impetu Seneca in Qu. Nat. 3, 27. m.

Danubius) Antiquius nomen fuit Ματόας. (Stephanus, Euſtath. ad Dionyſ. v. 298. qui et explicant.) Poſt *Danubius*, paſſim etiam mutata forma Δάνουβις, (Stephan. auctor peripli p. 11. Hudſ. Procop. de B. Goth. 4, 5. f. Schol. Pindari ad Olymp. 3, 25. —) pro quo Δάννουβις legitur apud Tzetzem ad Lycophr. v. 74. Δάνουσις adfert etiam Stephanus. In numis maxime poſterioris aevi et inſcriptionibus invenitur etiam *Danuvius.* Vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 49 ſq. et Hohenhauſen Alterthümer Daciens p. 51. Prima occurrit Danubii mentio in Iulio Caeſ. de B. G. 6, 6. Cauſam nominis ex Celtica lingua probabiliter explicant, ut ſignificet *duo fluvii*, qui ſunt *Brig* et *Breg*, prope Donauſchingen confluentes, ubi hoc nomen frequentare incipiunt. Cf. Uphagen in parerg. hiſt. p. m. 21. et quos laudat, item Nicolai in Reiſen Vol. 12. p. 26 ſq. Alii tamen derivant a *dan* i. e. fluvius, unde etiam explicentur Danaſter, Tanais, Boryſthenes, Rhodanus, Eridanus; in Celtica enim lingua *toun* ſignificare *aquam.* Vid. de Broſſes in Memoires de litterature — de Paris Tom. 35. p. 533.

ſit) I. e. dicitur, ut 1, 18, 1. *Aeolis ſacta.*

Iſter) Ἴστρος. Pro *Iſter* paſſim etiam ſcriptum reperitur *Hiſter*, de quo vid. not. crit. p. 50. Res ipſa eſt nota, at obſcurum, certe dubium, quo potiſſimum loco hoc nomen adſumat. Nec mirum. Strabo 7. p. 211. ſ. 305. ad Catarrhactas usque ſuperiorem fluvii partem

in Dacis Danubium vocari fcribit, inde inferiorem partem ad Pontum usque prope Getas *Iſtrum;* inde ab Axiopoli Daciae in Moefiae finibus Ptolem. 3, 8. 10. de quo cf. et Sulzer Gefch. Daciens T. 1. p. 276. inde a Vindobona Agathemer. 2, 4. quod valde discrepat, et ex auctore iuniori, forte Menippo, ductum putat Dodwell p. 156. c. l. in Illyrico Mela 2, 3, 13. Plinius 4, 24. f. 12. et ex Noftro Boccat. de flumin. f. v. Ifter, minus tamen recte, cum Illyricum vetus non adtingat, quare Plinii locum mendofum effe fufpicatur Dodwellus in diff. de fcriptis et aetate Marciani Heracleotae §. 9. p. 155. paullo inferius ab eo loco, ubi Savus influit, Appian. in Illyr. cap. 22. Vid. de hac nominis mutatione Katancfich de Iftro p. 16. Lingua autem Befforum fic vocari refert Iornandes de reb. Get. §. 37. f. 12. Hoc certum effe videtur, Danubium fuperiora, Iftrum inferiora vocari. Germaniae quidem tribuendum cenfet Danubium, exteris regionibus Iftrum Spener in notit. Germ. ant. 2, 2, 2. p. 57. Saepe tamen promifcue utrumque nomen ponunt auctores, maxime poetae, adeoque Nofter ad fontes Iftrum vocat 2, 5, 5. ut *Iſtri fontes* dixit Aufon. idyll. 10, 424. Frequentius autem omnino Iftrum Graeci, Danubium Latini adpellant, de quo ufu cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 5. 25. ubi addi poteft Vopifcus in Aurelio c. 39. praeter alios. Utrumque vero nomen fecit, ut paffim hic fluvius *binominis* diceretur. Cf. Ovid. ex Ponto 1, 8, 11. Aufon. in Mofella v. 106. Sil. Ital. 1, 326. ibique Drakenborch. et ad Vibium Sequ. p. m. 103. Oberlinus.

aliquot) Immo multis. Sexaginta fere numerant, ut Plin. 4, 24. f. 12. Solin. c. 19. f. 13. Ammian. Marcellin. 22, 8. Iornandes de rebus Get. c. l. fed 69 habet Martian. Cap. 6. p. 214. Plures novit Herodotus 4, 48. Illorum recenfum ex Bartholino et Cufpiniano agit Stuckius p. 176 fqq. c. l. Tum vero *aliquot* Mela de magno numero pofuiffe videtur.

Noſtrum) Notandum, quod ita etiam Pontus tamquam maris interni pars adpellatur. Ceterum eodem fere modo de Nilo et Danubio partim ex Sallustio loquitur Gellius 10, 7. in. Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Rom. eſt, fluunt, quam Graeci τὴν ἔσω θάλασσαν adpellant, maximum eſſe Nilum conſentitur; proxima magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. Hinc vero Ponticus Iſter apud Scymnum in orbis deſcr. v. 663.

Nilo) Vid. proxime antea. Reſpicit autem 1, 9, 1, ubi, *Nilus*, inquit, *amnium in Noſtrum mare permeantium maximus.* Sic Iornandes c. l. *omnes ſuperat praeter Nilum*, quocum comparat Herodot. 2, 33, 34. et, ut Noſter hic, 4, 50. Idem in oſtiis quidam faciunt, de quo ſtatim.

totidem) Igitur ſeptem, ut notum eſt de Nilo et Noſter tradit 1, 92. At variant alii. Tria tantum habet Schol. Apollonii ad 4, 306. quinque Herodotus 4, 47. Ephorus apud Strabonem 7. p. 211. ſ. 305. Arrian. de exped. Alex. 1, 3. Scymnus in fragm. v. 29. et inde auctor peripli p. 11. Hudſ. Dionyſ. v. 301. cumque eo Avien. v. 440. Claudian. de B. Get. v. 337. et de 4. conſ. Honorii v. 630. et quos ibi producit Barthius, item Schrader. ad Avien. c. l. Nempe ſecuti hi eſſe videntur Herodotum, qui 4, 47. vocat πεντάστομον, ut Ephorus apud Strabon. 7. p. 211. ſ. 305. Sex habet Plinius 4, 24. ſ. 12. Tacitus de Germ. c. 1. Plerique ſeptem numerant, in quibus cum Noſtro hic et 2, 7, 2. Strabo, Solinus c. c. l. l. Ptol. 3, 10. Ammianus 22, 8. Cf. Longol. ad Tacit. c. l. Hinc paſſim eadem epitheta, quae Nilo, adiiciunt, ut *ſeptemplex*, (Ovid. Triſt. 2, 189.) *ſeptemgeminus*, (Valer. Flacc. 4, 718.) *ſeptenus*, (Statius Silvar. 5, 39, 8.) et omnino *multifidus*. (Lucan. 3, 302.) Illorum maximum vocatur *ſacrum*, teſte Strabone c. l. vel *Peuce* teſte Ptolemaeo 3, 10. quod unum nomen habet

Plinius c. l. ab infula, prope quam effluebat, quare de exitu illam infulam adfert Valer. Flacc. 8, 218. 256. Nomina aliorum oftiorum commemorant multi, ut Plinius, Solinus, Ammianus c. c. l. l. Arrianus in periplo p. 23. Hudf. ad quem cf. Stuckius p. 186. Boccatius de fluminibus f. v. Danubius fcribit: *feptimum non habemus.* At habent alii, ut docet Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 70. Per quinque hodie oftia cum impetu proruere narrat Büfching. Vol. 1. P. 2. p. m. 1452. Et fic Kleemann in Reifen pag. 59. etiam quinque novit, fimulque adfirmat, plura, etfi diligenter fuerit fcifcitatus, explorare tamen non potuiffe; parva enim, quae intra infulas iterum coeant, eo minime effe referenda; navigabilem cognovit per oftia ad dextram et finiftram, ubi h. confpicitur Kilianova. Zannoni in tabula quatuor notat oftia, *Kilia Bogafi, Rufki Bog, Ghiurchewi Bog*, et *Vizi Bogafi.* Ceterum recentiori aetate Danubii inferioris curfum in primis fplendido opere inluftravit Marfiglius, qui regnante Leopoldo I. ad eius ripas exercitui praefuit.

§. 9. *Effedones)* De ipfo populo fupra. De moribus fua Nofter fumfit ex Herodoto 4, 26. qui locus conferri poteft. Eadem etiam repetiit Solinus c. 20. f. 15. De coitu nihil uterque. Herodotus tantum: *οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα*, tum de mactatione et commiftione. At *coitus* et *coetus* confunduntur, aut paffim promifcue ponuntur, de quo cf. notae criticae p. 51.

caefis) I. e. concifis. Herodotus: *καταταμόντες τὰ κρέα.* Aliter Mela 3, 7, 3. *parentes velut hoftias caedunt caeforumque vifceribus epulari fas et maxime pium eft. Vifcera* proprie carnes funt, ut ait Servius ad Virg. Aen. 3, 622. et idem ad 1, 211. *vifcera non tantum inteftina dicimus, fed quidquid fub corio eft.* Et fic Solinus c. l. *pecudum carnibus mifta,* et Herodotus *ἀναμίξαντες πάντα τὰ κρέα.*

laniata) Tamquam ex imitatione filiorum Lycaonis, de quibus tradit Hyginus fab. 176. Unde patet, ſeptemtrione id vetus fuiſſe. I. GRONOVIVS *MS.* *Dentibus* addit Solinus. Hunc vero morem in Scythis Aſiaticis valuiſſe, adparet ex eo, quod narrat Plutarchus in orat. 1. de fortit. Alex. p. 300. ed. Lipſ. quippe qui effecerit, ut mortuos ſepelirent.

fabre) Herodotus: τὴν κεφαλὴν ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες. *Fabre* autem praeter Plautum hoc etiam nexu aliquoties habet Ammianus.

auro vincta) Herodotus καταχρυσοῦσι, et de ſimili poculorum condecoratione apud Scythas 4, 65. περιχρυσοῦν, ut de Scythis Plato in Euthydemo p. 63. Bip. Vol. 3. πίνουσιν ἐκ κρανίων κεχρυσωμένων. Salmaſius ad Trebellium Pollionem in Gallienis cap. 8. ubi legitur: *cornua auro iugata*, in Noſtro explicat *deaurata*, χρυσένδετα, κεχρυσωμένα. Solinus dicit: *capitum oſſa auro cincta.* Idem vult *urci auro incluſi* in Trebellii Pollionis Claudio cap. 17. Cf. Salmaſ. in Solin. cap. 20. ſ. 15. p. m. 135. In Livio 23, 24. f. legitur *caelare auro calvam.* I. Gronovius MS. explicat: emblematibus ex auro adornata. Reſpicit hunc morem Gellius lib. 39. (etſi *Caelius* quidam malunt ex Capro de Orthogr. p. 2243.) cuius verba ſervavit Priſcianus lib. 7. p. 750. ed. Putſch. *calvariae eius ipſum oſſum* (i. e. os) *expurgaverunt inauraveruntque.*

pro poculis) Solinus: *in poculorum miniſterium tradere oſſa.* At de poculis nihil Herodotus, immo ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, quod etſi Voſſius proprie intelligere malit, prior tamen expoſitio eius vocis ex Grammatico anonymo, quem adfert, magis adridet, ut ſit omnino, quo quis delectatur, veſtis adeo, et ſic Salmaſius propter adiectum χρέωνται ad pocula referendum cenſet. Notio-

nem autem eam vocis ἄγαλμα confirmant Homeri aliorumque loca. Vid. Euſtath. ad Il. 4, 144. p. m. 547. et quos ibi laudat Erneſti, Apollonius in Lex. Hom. p. m. 24. h. v. d'Orville ad Chariton. p. m. 12. Ruhnken. ad Timaei gloſſar. p. 3. Fiſcher. ad Anacr. 5, 3, 6. ubi Charitum ἄγαλμα de roſa dicitur, ante χάρμα. Confirmat id etiam uſus verbi ἀγάλλω, de quo vid. in primis Hemſterhuſ. ad Thom. Mag. p. 4. h. v. Non igitur inficete ſic a Mela ad talem ſupellectilem relatum eſſe iudicat Weſſeling. ad Herodot. p. 292. c. l. et tale etiam poſtulare verba Herodoti putat. Celtis vero idem tribuit Silius Ital. 13, 482. *At Celtae vacui capitis circumdare gaudent Oſſa, nefas, auro ac menſis ea pocula ſervant.* Ex quo certe explicatio illa ex communi narratione confirmatur. De poculis autem ex oſſibus cf. etiam infra ad §. 12.

Haec ſunt) Acclamatio eſt Melae familiaris, ut infra *is honos praecipuus eſt.* VADIANVS. Sic paullo antea §. 12. *Id putant manſurae fidei pignus.* Cf. c. 2, 3. et alibi. Poſt *pietatis* latiori ſenſu, ut notum eſt, dicitur.

§. 10. *pingunt)* Varie de hoc auctores tradunt. *Picti Agathyrſi* omnino Virgil. Aen. 4, 146. Priſcian. v. 302. Alii a variis partibus pictos deſignant. Plin. 4, 26. ſ. 12. *coeruleum capillum* eos habuiſſe ſcribit; Solin. c. 20. ſ. 5. *coeruleo*, inquit, *picti colore fucatis in coerulum crinibus;* Servius ad Virgil. c. l. *cyanea coma placentes.* Sic enim coeruleum colorem intellexit. Vid. pluribus Salmaſius in Solin. p. m. 133. Nempe varie ſumitur ille color, ut docent Lexica et multis exemplis inluſtravit Clericus in arte critica P. 2. Sect. 1. cap. 1. p. m. 355 ſqq. Porro Ammianus 31, 2. de iis ſic: *interſtincti colore coeruleo corpora ſimul et crines.* Avien. v. 447. *praecincti ſagis ſemper pictis*, qui ſic multum recedit et ieiune exponit. Propius ad ipſam rem et fidem faciunt, quae Mela commemorat, de quo more vid.

ad 1, 19, 10. et 3, 6, 5. Addi etiam possunt, quae congesit Büffon in allgem. Natur-Gesch. T. 6. p. 259. et docte disseruit Boettiger in libro Teutscher Merkur an. 1792. P. 6. pag. 140 sqq. Geislerus adscripserat hic: cf. Lafitau Moeurs des Sauvages Americains, Germanice in Allgem. Gesch. der Länder — von America p. 296 sqq. (Halae 1752. 4.) Idem constat aliunde de virginibus Ottaheiticis. De caussis disputatur. Quidam id fieri putant ad arcendam muscarum infinitam vim, quas gignant alantque palustres illae terrae, ut de Pauw in recherches sur les Americains T. 1. p. m. 202 sq. Tres addit Heyne ad Virgil Georg. 2, 115. vel ornatum, quia sic nudum corpus condecoretur (cf. Mela 3, 6, 5.) vel muscarum, frigoris etiam depulsionem, vel terrorem hostibus incutiendum. Cf. quos laudat Wesseling. ad Herodot. 5, 6. et in primis Robertson history of America T. 2. p. 151.

ablui) Intelligit igitur inusta fuisse, quocumque modo antiqui id fecerint, quod *pingere* etiam dixit Virgil. Aen. 4, 146. I. GRONOVIVS *MS.* Tum stigmata fuerunt, uti intelligit Servius de Gelonis in Virgilio Georg. 2, 115. parum tamen sibi constans, quod, cum pictos Agathyrsos comparat, in ipso tamen loco Virgilii Aen. 4, 146. contrarium adfert, et eo, quo antea notavi modo, explicandum censet. Dissentit de stigmatibus Heyne ad Georg. c. l. probat Cerda. Certe ad stigmata confugere non est necesse. Herodotus nihil de colore fucato innuit, at illos vocat *ἁβροτάτους καὶ χρυσοφόρους* et *ἐπίκοινον μίξιν τῶν γυναικῶν* notat 4, 104. et ex eo Eustath. ad Dionys. v. 310. Apud Thraces *τὸ ἐστίχθαι εὐγενὲς* fuisse testatur Herodotus 5, 6. et alii, quos ibi nominat Wesselingius.

maioribus) Stirpis magis famigeratae. VADIANVS. Solinus c. l. sic: *quanto quis altero praestat, tanto propensiore nota tingitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi,* de quo loco cf. notae crit. p. 54 sq. Dio Chry-

ſoſtomus, quem hic adlegat Voſſius, orat. 14. pag. 442. ed. Reisk. ubi refert Threſſas ἐλευθέρας τοσούτῳ πλείονα ἔχειν στίγματα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων δοκῶσι, idem declarat, quod hic Mela narrat. Cf. et Herodot. 5, 6. de Thracibus. *Maioribus* petitum videtur ex Romana ratione, aut certe innuere, quantum generi et natalibus etiam illae gentes dederint.

peſtium) Sic enim, ut illi loquebantur, etiam locuti ſunt philoſophi Graeci, ut patet ex tabula Cebetis; et hinc Horatius 3. od. 24, 49. *ſummi materiam mali* vocat aurum et argentum. I. GRONOVIVS *MS.* Similes ſententias ex florilegiis, theſauris aliisque eiusmodi libris facile liceat conligere. Cf. 3, 9, 1. uti vulgo legitur. Solinus c. 20. ſ. 15. ſic: *Satarchae uſu auri argentique damnato in aeternum ſe a publica avaritia abdicarunt.*

vice rerum) Permutatione mercium. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. 1, 12, 4.

ſaeva hiemis) Sic ſupra §. 8. *immania gentium.* Helleniſmus Tacito ſaepe et Salluſtio aliisque uſitatus. Exempla in mundo ſunt. SCHOTTVS. Sic *ſaevitia temporis* de hieme Salluſt. Iug. 37, 4. ubi alia dedit Corte.

demerſis) Profunditatem apte indicat. *Depreſſi ſpecus* dixit 3, 1, 2. et Iuſtin. 15, 3, 8. de Lyſimacho: *manum in os leonis immerſit.* Xenophonti de exped. Cyri 4, 5, 19. ſunt οἰκίαι κατάγειοι de frigidis Armeniae partibus. Contra de locis torridis Aethiopum Herodot. 3, 97. Africanorum Strabo 16. p. 225. ſ. 773. Cf. Virgil. Georg. 3, 376. de Sarmatis, Vitruv. 2, 1. de Phrygibus.

ſpecus) Similes aliorum populorum, praecipue priſcorum, ſedes enarrat Cluver. in Sicilia ant. 1, 2. p. 20. Sic Ovid. Metam. 1, 121. *domus antra fuere.* Cf. Iuvenal. 6, 2. Tacit. de Germ. c. 16, 6. et quae ſupra notavi

ad 1, 3, 6. De Oſtiakiis, quod memini me legere, idem refert Pallas. Geislerus de his habitaculis notaverat legendos hos libros: Memoires geogr. — tirées des lettres edifiantes et des voyages des Miſſ. Jeſuites T. 2. p. 294. Kraſcheninnikow de Kamtſchatka, Chappe d'Auteroche voyage en Siberie.

ſuffoſſa) Nempe vel natura, (ſpecus) vel labore humano facta antra. I. GRONOVIVS *MS.*

bracati) Quia *braca* in Scythicis et Europaeis gentibus pertinebat ad femora. Sed quum braca ſtricte adducebatur, et extrinſecus plane oſtendebat ſiguram partium, quas tegebat, ut plane non haberet aliquid laxum, ideo quia horum hominum velamenta arte adducta erant iuxta cutem, prout ſolebat in femoribus eſſe braca, ideo dicit totum corpus fuiſſe tectum adſtricta veſte. I. GRONOVIVS *MS.* Improprie h. l. dixit de omni corporis veſtimento. Involuti enim erant populi ad ſeptemtrionem ſiti veſtibus hirſutis vel pellibus. Sic Virgil. Georg. 3, 383. *Gens effrena virum Rhipaeo funditur Euro Et pecudum fulvis velatur corpora ſetis*, ubi Servius *rhenones* eſſe dicit, qua voce teſte Salluſtio adpellentur veſtes de pellibus. Hinc Seneca epiſt. 90. *magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis ſunt.* Conſentit in eo Iuſtinus 2, 2, 9. ubi vid. quae notant viri docti et Lindenbrogius ad Ammian. Marcellin. 31, 2. qui idem tradit de Hunnis, ut Tacitus in Germ. cap. 17. de Germanis, quibus fluitantem veſtem tribuit, quali Sarmatae fuerint uſi. Confirmat et Lucan. 1, 430. *et qui te laxis imitantur Sarmata bracis, Vangiones.* Et ſic *laxas* vocat Ovid. Triſt. 5, 7, 49. Cf. Opitii varr. lectt. cap. 3. p. 9. In primis huc valet locus Ovidii Triſt. 3, 10, 19. *Pellibus et ſutis arcent male frigora bracis, Oraque de toto corpore ſola patent.* Plura de bracis vid. ad 2, 5, 1.

§. 11. *Tauri)* Supra §. 3. *Taurici.*

adventu) De Iphigenia, quam, in Aulide cum immolanda esset, subductam in Scythiam abripuit Diana, cf. Eustath. in Dionys. v. 306. Ovid. ex Ponto 3, 2, 59 sqq. Antonini Metam. c. 27. Hygin. fab. 98. — et in primis Euripides in Iphigenia in Tauris v. 28 sqq. ubi ipsa narrans inducitur. Eam Thoas, qui ibi imperabat, sacerdotem Dianae constituit, (Eurip. v. 34. c. l.) quare et *Thoantea Diana* vocatur a Silio 4, 771. Valer. Flacco 8, 208. — De Orestis adventu praeter alios vid. Ovid. Trist. 4, 4, 69. et Hygin. fab. 120.

caedere) Diodor. Sic. 4, 44. f. θύειν Ἀρτέμιδι Ταυροπόλῳ (ut saepe vocatur) τοὺς καταπλέοντας ξένους, et Herodot. 4, 103 praeter naufragos maxime Graecos, quoscumque captivos immolasse refert, modumque simul caedendi describit. De Graecis idem adfirmat ipsa apud Euripidem v. 39. c. l. De ipsis sacrificiis saevis vid. Lactant. instit. 1, 21. in. Ovid. Trist. 4, 4, 63. aliique, quos laudant Wesseling. ad Diodor. c. l. et Barnes. ad Euripid. v. 30. c. l. Hinc ἀνδροφόνους vocat Orpheus Argon. v. 1073. rem ipsam ξενοκτονεῖν Eustath. ad Dionys. v. 306. et ξενοθυτεῖν ad v. 146.

Basilidis) Σκύθαι βασιλήϊοι apud Herodotum 4, 56 sq. In Strabone 7. p. 212. s. 306. βασίλειοι, *Basilidae* in Plinio 4, 26. s. 12. Inter Istrum et Borysthenem latius ponit Strabo. Herodotus 4, 20. trans Gerrhum, qui, ut idem scribit 4, 56. et ex eo Mela supra, Nomadas et Basilidas separat, de quo dictum est. Bayer in opusc. pag. 90. incoluisse censet occidentem paene insulae Chersonesi Tauricae ad Gerrhum et Carciniten sinum et Boream versus ad locum, unde Tanais oritur, et versus orientem ad ostia Tanais, ubi h. Tatari Crimmenses, Nogaici et Cosacci. Certe Herodotus 4, 57. vicinos facit Sauromatis ad paludem Maeotim, qua separentur, et

Sauromatas 4, 115 ſq. traiecto Tanai ſedes poſuiſſe refert. Ulterius vero inde ad occidentem removet Strabo inter Boryſthenem et Iſtrum. Quod ſi verum eſt, ſedes mutarunt; ſed et eos et finitimos populos migrationes amaſſe addit, unde augetur veri ſpecies. Ipſorum regionem *βασιλήϊα* vocat Herodotus 4, 20. ibique de eorum moribus haec commemorat: *Σκύθαι ἄριστοι — τοὺς ἄλλους νομίζοντες Σκύθας δούλους σφετέρους εἶναι.* Inde intelligitur, qua de cauſa et quo ſenſu regii illis mores tribuantur.

regii mores) Dubites, utrum dicat ad laudem, prout dixerunt *regio more conſulere* et Spartianus in Hadriano cap. 11. dicit: *militibus more regio converſis;* an ad notam et infamiam, quo ſenſu Liv. 2, 3. in. *adſueti more regio vivere,* et Iuſtin. 9, 8. in. dicit, Philippum habuiſſe liberos ex variis matrimoniis regio more ſuſceptos. I. GRONOVIVS *MS.* Senſum verum conſtituit locus Herodoti, quem proxime antea adpoſui. Sic *cultus* et *animus regius* Valer. Max. 5, 1, 4. *animum capere regis* Curt. 9, 5. extr.

Nomades) Νομάδες. Baſilidis ex Herodoto 4, 56. vicinos facit Noſter. Cf. Bayer in opuſc. p. 90. Tum habitarunt loca, ubi h. Tataria minor. Sed quis vago populo perpetuas ſedes adſignet? Olim poſt Gygen, regnante filio Ardue, Cimmerios ex ſedibus in Aſiam expulerant, ut tradit Herodot. 1, 15. Ita vero dicuntur a *νέμεσθαι*, quod eſt *βουκολεῖσθαι, βόσκεσθαι.* Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 185. Vitam eorum, etſi de Africae Nomadibus loquitur, deſcribit Dionyſ. v. 188. De noſtris cf. Herodot. 4, 19. ubi haec: *οὔτε σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες.*

Georgi) Herodot. 4, 18. *Σκύθαι γεωργοὶ* et inverſo verborum ordine cap. 54. Iuxta Nomadas ponit

Herodotus 4, 19. et ultra Borysthenem versus orientem ad Panticapen cap. 18. et 54. inter utrumque fluvium. Cf. Noster supra et Plin. 4, 26. f. 12. Bayerus in opusc. p. 87. incoluisse eos putat palatinatum Braclaviensem, (nisi sic nimis ad occidentem ablegat) et quidquid regionum a fontibus Hypanis ad Kioviam usque inter Borysthenem et Hypanim, (immo Panticapen sec. Herodotum) ita tamen, ut ad confluentes utriusque sint Olbitae. (Cf. Herodot. 4, 18.) Sed proprie Tauricae Chersonesi incolas γεωργοὺς vocatos esse tradit, supraque eos Nomadas fuisse. Tum eos, si sunt iidem, ad orientem nimis revocat. Anonymus in libro: historisch-kritischer Versuch über die Wenden (vid. Journal für Sachsen an. 1792. p. 524.) hos Melae Georgos Wendos esse putat, Nomadas autem Nemczen, uti Germanos hodie in Lusatia superiori Wendi vocant, et Wendos olim in Asia Sarmatica habitasse; cf. p. 529.

Axiacae) Vid. supra ad §. 7. Mores eosdem de iis notavit Solin. cap. 20. f. 15. variatis verbis: *neque mirantur aliena, nec sua diligunt.* Sic apud Scythas nullum scelus furto gravius fuisse ex Iustino 2, 2, 6. adscripserat hic Burmannus. Furta contra apud quosdam populos, veluti Aegyptios, Lacedaemonios — certa quadam conditione licita erant, de quo praeter alios vid. Gellius 11, 18.

§. 12. Verba haec de Scythis repetit Solinus cap. 20. f. 15.

cruorem) De Odrysis Ammian. 27, 4. *humanum sanguinem fundere adsueti, ut, cum hostium copia non daretur, ipsi inter epulas post cibi satietatem et potus suis, velut alienis, corporibus imprimerent ferrum.* Tale exemplum idem narrat lib. 31. extr. ubi de hoc barbarorum more similia adfert Valesius. De his Scythis vero eadem habet Solinus c. 20. f. 15. iisdem verbis.

in cruenta) Mos iſte non apud varios tantum Scythiae populos, verum etiam apud Lydos, Medos, Armenios et Iberos obtinuit. De prioribus illis Herodotus lib. 1. [cap. 74. Solin. c. 20. ſ. 15.] E digitis vero ſanguinem eliciebant gentes iſtae. Cf. Tacitus Annal. 12. [c. 47. quem locum etiam notaverat Vadianus.] Valer. Max. 11. [9, 11. ext. 3.] Sed Lucianus in Toxari [cap. 37.] ἐνταμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα. Porro hic Melae locus expreſſus eſt ex Herodoto in Melpomene. [4, 70.] VOSSIVS. In poſteriori loco refert ſanguinem ex inciſo corpore emanantem ad confirmandum foedus adhibitum fuiſſe, ſed in eo discrepat, vel auctiora exhibet, quod vino admiſtum ſanguinem et arma intincta fuiſſe addit. Plura dabunt de hoc ritu Lipſius ad Tacit. c. l. Colerus, Putſchius et Corte ad Salluſt. Catil. 22, 1. Ouzelius et Elmenhorſt. ad Minuc. Felic. cap. 30. Valckenar. ad Herodot. 4, 70. Hutchinſ. ad Xenoph. de exped. Cyri 2, 2, 4. ubi de Thracibus idem narratur. Ad coniurationem Catilinariam hoc ritu ſancitam (Salluſt. in Catil. 22, 1.) conferri poteſt, quod narrat Polyaenus 6, 7, 2. de Apollodoro Caſſandrenſium tyranno. Vid. Carver Reiſe nach Nord-America p. 263. Garcilaſſo de la Vega Vol. 1. Sect. 12. it. 7, 17.

mentio) Idem de Nigris populis narrat Römer in Nachrichten von Guinea p. 200.

binis) Herodot. 4, 66. ὅσοι δὲ αὐτῶν καὶ κάρτα πολλοὺς ἄνδρας ἀναιρηκότες ἔωσι, οὗτοι δὲ σύνδυο κύλικας ἔχοντες πίνουσιν ὁμοῦ. Ita vero etiam apud antiquos Graecos praecipuus honos fortioribus deferebatur in conviviis. Cf. Homer. Il. 4, 342. Idem etiam cernebatur in pluribus poculis, de quo vid. Stoeber. ad Feithii antiqu. Homer. p. 49. Quod Schottus explicat: hi inter bibones alternatis vicibus collocabantur, hau-

ſtumque iterabant, et obſcurum eſt et durum, recteque a Kappio in indice ſ. v. *binis poculis* ex Herodoto explicatur. Contra, qui neminem apud Scythas interfeciſſet, ex eo ſcypho, qui die quodam feſto circumferebatur, bibere vetabatur. Ariſtotel. de republ. 7, 2. qui et addit, tot obeliſcos (verucula) circa ſepulcrum defixos fuiſſe, quot quisque hoſtes interemiſſet.

inimiciſſimorum) Ex Herodoto 4, 65. αὐτὰς κεφαλὰς οὔτι πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων ποιεῦνται τοιάδε. Solin. cap. 20. ſ. 15. *pocula, non ut Eſſedones, ſed de inimicorum capitibus moliuntur.* Adparet Melam et hinc Solinum ἀγάλματα Herodoti de poculis conſtanter eſſe interpretatos, de quo ſupra. Capita autem a Scythis maxime huic uſui accommodata fuiſſe, docent praeter Herodotum et alii, ut Strabo 7. p. 207. ſ. 300. Euſtath. ad Dionyſ. v. 146., qui Axenum inde Pontum dictum fuiſſe ſcribit. Anthropophagos huius tractus oſſibus humanorum capitum bibiſſe refert Plin. 7, 2. De Thracibus, quibus iidem paene mores adſcribuntur, vid. Flor. 3, 4, 2. Sext. Aurel. cap. 9. Oroſ. 5, 23. Ammian. 27, 4. ubi plures teſtes producit Lindenbrogius. De Gallis addatur Liv. 23, 24. f. quos alias hoſtium caeſorum capita cedrino oleo condita ſervaſſe refert Diodor. Sic. 5, 29. Nec deſunt hodie feri homines, qui idem faciant, ut Nigritae, Tibetani, de quibus cf. Hiſt. générale des voyages T. 5. p. 89. (T. 4. p. 10. interpr. Germ.) Gatterer allgem. hiſt. Bibl. T. 7. p. 220.

§. 13. *humanis)* De Scythis Strabo c. l. idem refert, et de Thracibus ante memorati auctores. Cf. ad 3, 2, 3. *Viſcera humana* de Anthropophagis Solinus etiam cap. 20. ſ. 15. dixit; Plin. 6, 20. ſ. 17. *corpora humana*, Strabo c. l. σαρκοφαγεῖν. At Herodotus 4, 107. τὸ ἀνθρωποφαγεῖν ſolis tribuit Melanchlaenis. — Ceterum noſtros Anthropophagos in agri Smo-

lenscensis et Vitepcensis tractibus egisse, existimat Bayer in opusc. p. 90.

Geloni) Gr. Γελωνοὶ, originis Graecae, quorum nomen a Gelono, Herculis filio, derivat Eustathius ad Dionys. v. 310. Ex emporiis eiecti in Budinis habitarunt sec. Herodotum 4, 108. Cf. supra ad 1, 19, 19. Migrationes eorum et hinc incertas sedes vagasque indicant plures. Ita Scylax p. 32. Huds. in Asia ponit inter Melanchlaenos et Colchos, in Asiaticis etiam populis circa Maeotin Orpheus Argonaut. v. 1059. At in Europa ad Maeotin prope Sarmatas Scymnus Chius fragm. v. 125. et ex eo auctor peripli Ponti p. 4. et sic ultra Borysthenem versus Chersonesum Dionys. v. 312. cum Prisciano v. 302. et Avieno v. 446. Iidem Agathyrsis faciunt vicinos, ut Plinus 4, 26. s. 12. quibus *collimitari* scribit Solin. cap. 20. s. 15. Habitarunt igitur hoc tempore in Tataria minori. Alii volunt in Ukrania. *Sagittiferos* vocat Virgil. Aen. 8, 725. *pictos* idem Georg. 2, 115. et Claudian. lib. 1. in Rufin. v. 315. *celeres* Avien. c. l. *volucres* Lucan. 3, 283. *equimulgas* Sidon. Apollin. 4. epist. 1. ubi cf. Savaro et Cerda ad Virgil. Georg. 3, 463. Alii tamen ex superioribus Hippopodas et Hippemolgos separant. Quod *sagittiferos* vocat Virgilius, falcem i. e. falcatum ensem alii illis tribuunt, de quo vid. Barthius ad Statium Achill. 2, 419. et quos memorat Savaro ad Sidon. Apollinar. carm. 7, 242. De moribus — *γῆν ἐργάζονται καὶ σιτοφαγοῦσι καὶ κήπους ἔχουσι* ex aliis refert Eustath. ad Dionys. v. 310.

velant) Herodot. 4, 60. de Scythis omnino: *πολλοὶ ὅλους ἄνδρας (ἐχθροὺς) ἐκδείραντες καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων, ἐπ' ἵππων περιφέρουσι.* De Anthropophagis Plin. 7, 2. *cutibus cum capillo pro mantelibus ante pectora utuntur.* Ut Noster, sic Solinus c. 20. s. 15.

Geloni de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina, atque ex eo repetiisse videtur Ammian. 31, 2. Ita Sarmatarum equitibus nobilissimis Tacit. hist. 1, 79, 4. tegmen dat ferreis laminis aut praeduro corio consertum. Cataphractarii vel clibanarii inde dicti sunt.

illos) Prout Parthi sic habebant loricas plumatas, quae simul equum, simul equitem tegerent, ut testatur Iustin. 41, 2. f. qui Parthi cum fuerint Scytharum exsules, possunt hinc originem produxisse. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. ad Iustini locum interpretes.

Melanchlaenis) Quos supra 1, 19, 14. in Asia commemoravit, et Gelonis finitimos facit Scylax p. 32. Hudf. Supra Basilidas in agro Mosquensi locat Bayer in opusc. p. 90. dubito an recte de illis, quia mare accoluisse dicit Mela; melius de his, quos nunc commemorat propter Neuros, si ordinem tenuit et Herodoti notationem 4, 20. qui ultra Basilidas ad Boream ponit. Ibidem etiam Scythicam gentem fuisse negat, contra adfirmat Stephanus h. v. et Dio Chrysost. orat. 36. pag. 77. ed. Reisk. Neuridem invasisse Neurosque exegisse, tradunt auctores quidam. Vid. supra ad 2, 1, 7. *Diram gentem* vocat Avienus v. 445. quod etsi ad vestitum nigrum ibi referunt Schraderus et Wernsdorfius, propius tamen ad feros mores valere puto. Solos enim humana carne vesci adfirmat Herodotus 4, 107.

nomen) Ex Herodoto etiam 4, 107. εἵματα μέλανα φορέουσι πάντες, ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι. Cf. etiam Dio Chrysost. orat. 36. pag. 77. ed. Reisk. et Stephanus h. v. Herodotum reddit Eustath. ad Dionys. v. 309. qui et ad v. 501. in Cassiteridibus novit Melanchlaenos. Alias etiam Graecis nomen est adpellativum.

ſtatum) Tamquam haec fabula ficta eſſet a Chaldaeis vel aſtrologis, qui ſtatuebant, ex nativitate ſingulorum tempus eſſe, quo plus valerent, quam aliis diebus, ut docet hoc Manethon in apoteleſmaticis. I. GRONOVIVS *MS.* In Herodoto 4, 105. eſt ἔτεος ἑκάστου ἅπαξ et ἡμέρας ὀλίγας, unde pro aeſtatis temporibus in Solino cap. 20. ſ. 15. Salmaſius emendat *ſtatis temporibus.*

in eos, qui) Hominis periphraſis. Herodotus c. l. αὖτις ὀπίσω ἐς τὠυτὸ κατίσταται.

mutentur) Narrant idem Herodotus et Solinus c. c. l. l. et ex Herodoto Euſtathius ad Dionyſ. v. 510. Omiſſo populi nomine ſic Plinius 8, 34. ſ. 22. *Homines in lupos verti rurſumque reſtitui ſibi falſum eſſe, confidenter exiſtimare debemus.* Pana talis converſionis auctorem iactavit Varro apud Auguſtin. de civ. Dei 18, 17. TZSCHVCKE. Iam Herodotus et Plinius habuere pro fabula, et viri docti oſtenderunt, eius originem veniſſe ex morbo et melancholiae ſpecie, medicis dicta *lupina,* (λυκανθρωπία) qua inſania capti dicuntur vagari per ſilvas et lupinos edere ululatus. Patet autem hinc, Neuros veterum convenire cum hodiernis Livonis, [cf. Olaus Magnus de gentibus ſeptemtrion. 18, 45 — 47. p. 642. ed. Rom. 1555.] et quod ad fabulam hanc, et quod ad ſitum. I. GRONOVIVS *MS.* Eodem modo fabulam hanc explicant Harduinus ad Plinium, Burmannus MS. ad noſtrum locum, et nuper Boettiger, qui veſtigia eius morbi in mythologia Graeca indagavit. Vid. Sprengel Geſch. der Medicin, Beyträge Vol. 1. P. 2. N. 1. Γόητας eos homines inde finxit Herodotus. Attigit illam fabulam Plato de rep. lib. 8. p. 228. ed. Bip. et feritatis lupinae quaſi mercedem pronuntiat; repetit autem ex fabula circa templum Iovis Lycaei in Arcadia. Addit Pauſanias 8, 2, 1. eundem, ſi carne humana absti-

nuiſſet, in hominis formam reverſum fuiſſe, contra nunquam. Qui plures vel easdem, vel ſimiles hominum converſiones legere cupit, adeat, quos notavit ad Luciani Lucium ſ. aſinum cap. 4. Cognatus. Multa etiam hic congeſſerunt Vadianus et Schottus; ille praeterea additis ex more disquiſitionibus argutis et piis meditationibus, item Cerda ad Virgil. eclog. 8, 97. De Laplandis aliisque hodie ſimilia adfert Iſelin in Geſch. der Menſchheit T. 1. p. 167. ed. 5.

Mars) Herodot. 4, 59. ἀγάλματα καὶ βωμοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν πλὴν Ἄρηϊ. Idem Solinus cap. 20. ſ. 15. ex Noſtro ſic repetit: *Populis iſtis Deus Mars eſt; pro ſimulacris enſes colunt.* Hinc forte Arimaſpos Ἀρειμανεῖς vocat Dionyſ. v. 31. quod ſpectat Martem, qui et ipſe a Graecis μαινόμενος dicitur. Cf. Homer. Il. 5, 831. et Heraclides Ponticus in allegor. Homer. pag. 451. ed. Gal. οἰστρηθεὶς a Sophocle in Trachin. v. 665. Scytharum autem Thracumque Deum maxime ferri docent Euſtath. ad Homer. Il. 2, 844. p. m. 271. Cerda ad Virgil. Aen. 3, 35. De voce *cinctoria* vid. notae criticae p. 69.

hominesque) Solin. cap. 20. ſ. 15. *homines victimas habent.* Centeſimum quemque ex hoſtibus captivis immolaſſe tradit Herodotus c. l.

§. 14. *ad cetera)* Alias ſimpliciter *cetera,* de quo uſu multa dedit Lambin. ad Ciceron. pro Quinct. in. Hic propter connexum et rationem cum praecedentibus continendam adpoſuiſſe videtur particulam.

oſſibus) Herodot. 4, 61. τῆς γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλως ἐούσης ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται. De Neuris ſolis id videtur referre Solinus c. l. quem hoc nomine reprehendit Salmaſius p. m. 133.

Pro offibus fimum bubulcum in Gallo-Graeciae regione Axylo adhibebant tefte Livio 38, 18, 5. Et fic hodie lignorum penuria crefcens ad variam ignis alendi materiem adigit. Praeter Hylaeam autem Scythiam arboribus fuiffe deftitutam adfirmat Herodot. 4, 19.

CAP. II.

THRACIA.

§. 1. *Thracia)* Gr. Θράκη, quae forma etiam a poetis Latinis ufurpatur, et ex Cicerone notatur a Servio ad Virgil. Aen. 12, 335. Θρήκη Homer. Il. 11, 222. — Orpheus Argon. v. 70. — Θρηΐκη Herodot. 4, 98. Gentilia inde ducuntur Θρᾷξ, Θράκιος, Θρηΐκιος. (Stephanus, et quae ad eum monentur, conl. Euftathio ad Dionyf. v. 322.) Θρακικὸς Βόσπορος dixit Phileas tefte Schol. Aefchyli ad Aiac. v. 879. Apud Latinos in ufu funt *Thrax*, *Thracius*, *Threicius* et quaedam alia in Lexicis notata et in Erythraei ind. Virgil. h. v. *Threces* et *Thraeces* paffim occurrunt in inferr. de quo vid. nov. mifcell. obferv. Tom. 4. p. 192. Ipfa Thracia, ut refert Stephanus, antea dicta eft Πέρκη et Ἀρία. De Perce idem exftat apud Euftath. c. l. Alterum nomen ab Ἄρης derivat Berkelius ad Stephan. pag. 400. propter gentem bellicofam. Cf. fupra ad 2, 1, 13. De Thraciae nomine cf. Stephanus, et quae notavit Berkelius. I. Gronovius MS. ab antiquo θράττειν, poft ταράττειν, dictum putat. Ipfa regio latiffime olim patuit, adeoque Herodotus 5, 3. πάντων ἀνθρώπων ἔθνος μέγιστον vocat praeter Indos, et Strabo, tefte Euftathio ad Il. 2, 844. p. 271. ex 22 gentibus coaluiffe retulerat. Cf. notata ad Herodot. c. l. Inter validiffimas Europae gentes recenfet Plinius 4, 18. in. f. 11. De regionis ambitu Dionyf. v. 323. Θρήϊκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες, nempe, quod ex fequu. adparet, quia a Ponto ad Aegaeum per-

tinuerunt, quod et agnofcit Euftathius. Herodotus tamen Afiae Thraces fimul refpicit, quos memorat 5, 90. et Xenophon de exped. Cyri 6, 4. in. ut Euftath. c. l. Thraciam in Afia producunt. Vid. Larcher ad Herodot. 1, 28. T. 1. p. m. 216. Nofter, dum ad Illyricum extendit, complectitur Myfiam utramque, quam alii diftinguunt, ut Ptolemaeus et ipfe Plinius 3. f. Verfus Macedoniam quatenus proferat, docent nomina fluviorum et montium, de quibus in ipfa explicatione, fi quid ad fitus valeant discrimen, dicendum erit. A Strymone ad Iftrum promovit Scylax p. 27. et 29. Hudf. ab Iftro ad Aegaeum mare notatis locis Plinius 4, 18. f. 11. etfi fuperiori loco Moefiam ad Pontum usque cum Danubio deducit. De finibus cf. praeterea Ptolem. 3, 11. qui aliquantum coartat, et praeter eos, qui data opera libros Geographicos fcripferunt, Pococke Reifen Tom. 3. p. m. 182. Poetae fuo more et iure ad alias etiam regiones Thraciae nomen trahunt, vel mifcent, veluti cum Scythia, Theffalia. Vid. Heyne ad Virgil. Aen. 11, 659. Burmann. ad Valer. Flacc. 4, 280. Muncker ad Hygin. fab. 138. et quae infra de Haemo notavi. Sic non femel Ovidius Scythiam vocat eam regionem, ubi egit in exfilium actus, idemque de Myfia notavit Ortelius h. v. Sic Tomos in Scythia Thraciae ponit Zofimus 4, 40. et fic alii alia loca. Contra Libethrum in Thracia ponit Orpheus Argon. v. 1370. quod Thraces olim illa loca tenuerunt, ut refert Strabo 9. p. 582. f. 410. De Thracia Herodoti et Thucydidis disquifivit Gatterer in commentat. fociet. fcient. Goetting. Vol. 4. p. 87 fqq. Primas turbas, quantum conftat, ante Troica tempora Thraciae intulit Teucrorum et Myforum adventus. Poft Troiae excidium Graeci colonias in eam deduxerunt; libertatem ademerunt Darius et Xerxes, Perfis expulfis Odryfarum imperium exortum, poft debilitatum a Triballis, tum Macedonibus Philippi et Alex. M. armis, denique Romani cum Macedonia fubegerunt et Moefiam ab ea fepararunt.

immiſſa) Longe longeque provecta. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. 1, 9. in.

Iſtro) Plin. 4, 18. ſ. 11. Iſter finit a ſeptemtrione, ab ortu Pontus ac Propontis, a meridie Aegaeum mare. Sed et omnino ad Iſtrum extendunt Homerus, Herodotus, Thucydides, Scylax, Strabo, ut ſimul Moeſiam et Pontum Europaeum, qui poſt Scythia minor dictus eſt, contineret; Ptolemaeus et alii poſtea Moeſiam et Pontum a Thracia excludunt. Totum tractum Noſter 1, 3, 4. deſcribit.

nec coelo —) Nempe propter ventos, quorum Boreas in iſta regione dominabatur; εὐχείμερον vocat Apollon. Rh. 1, 213. et ventorum fuiſſe οἰκητήριον notat etiam Euſtath. ad Homer. Il. 1, 5. pluribusque declaravit Spanhem. ad Callimach. in Del. v. 26. et 65. *nec ſolo*, nempe, quod refert Schol. Apollonii ad 1, 826. (ubi ἄρουρα χιονώδης Θρηΐκίης memoratur) glebas albi coloris habuit, cum glebae nigrae praeferantur ad fertilitatem, ut praedicant auctores de Aegypto. Interim haec diverſitas videtur orta eſſe ex inertia incolarum, cum partes mari vicinae, antequam provinciae a Graecis colonis inſiderentur, perinde legantur ubique fuiſſe infecundae. Utrumque autem verbum, *coelum* et *ſolum*, ſaepe in notanda regionum ſalubritate et fertilitate coniungitur. Cf. 1, 4, 2. Contra triſtem cultu adſpectuque, aſperam coelo Germaniam dicit Tacitus cap. 2.

niſi qua) Nam quae maritima ſunt loca, fertiliora ob radiorum ex undis reflexionem fieri ſolent, maxime ſi alioqui frigidi ſint coeli. VADIANVS. Cf. proxime notata. Et ſic ἐρίβωλον adpellat Thraciam Dionyſ. v. 598.

frigida) Frigus acerrimum deplorat Ovidius, qui et vinum ibi coagulare refert. Cf. ex Ponto 4, 7, 8.

Trist. 5, 10, 24. Adde Virgil. Georg. 3, 364. et quae ibi monentur. Xenophontis testimonium habes de exped. Cyri 7, 4. in. Notum autem est, quod Thracia *Βορέου ἐργαστήριον* hac de causa vocatur et *ἀνέμων οἰκητήριον*. Cf. Theophrast. de caussis plantar. 5, 17. et in primis Schol. Apollonii ad 1, 826. Qui plura desiderat, inveniet apud Salmasium ad Solin. p. m. 137. et Spanhem. ad Callimach. c. l.

maligne) Reddit enim invita frugem. VADIANVS. Id est non large. Plautus in Bacchid. 5, 2, 17. *malignus, largus, commodus, incommodus.* CIACCONIVS. Pro parce, tenuiter, avare saepe ponitur, et obponitur benigne, large. Cf. ad praefat. Sic, ut hic fere, Plin. epist. 2, 17. m. *harum arborum* (moros intelligit et ficos) *illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris.* Ut sequentia, sic Tacit. de Germ. c. 5. *frugiferarum arborum impatiens.*

vitem) Unde frequentia ibi sacra Liberi patris, ut statim ostendit auctor. I. GRONOVIVS *MS.*

maturat) Atqui ab aliis celebratur Thracia propter vini praestantiam. Athenaeus lib. 1. [cap. 44. pag. 31. s. cap. 56.] ἐπιεικῶς δὲ ἡ Θράκη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδύοινος. Sed recte addidit Mela, infecundam esse Thraciam, nisi qua mari vicina est. Universum enim huius regionis litus Graecis erat refertum coloniis, vinaque hic nascebantur generosissima, Maroneum, Biblinum aliaque, vixque in ulla regione maior erat cultus Bacchi, quam in litoralibus illis Thraciae oppidis; adeo illa passim erant πολύοινα. At vero interior tractus, qui proprie Thracia erat, altior et frigidior ora illa, quam Graeci inhabitabant, vel nullum omnino, vel malignum satis producebat vinum. Neque id tam regionis, quam incolentium vitio imputandum esse censeo. Barbari enim et bellatores erant plerique Thraces, agriculturae ignari, lacte tantum et pecoribus

viventes, aut raptu vicinorum. Vitam illorum breviter ſic deſcripſit Herodotus [5, 6.] ἀργὸν εἶναι κάλλιστον· γῆς δὲ ἐργάτην ἀτιμότατον, τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ ληϊστύος κάλλιστον. Verum non Thracum tantum, ſed et omnium fere regum principumque circa hoc potiſſimum verſantur ſtudia, ut id populis ſuis perſuadeant. VOSSIVS. De vino cf. Schraderi obſerv. 1, 1. et 4. Sic quotidie naves ex Thracia ad Agamemnonem vinum vehebant, (Homerus Il. 9, 72.) etſi Koeppen in Anmerkung. zum Homer T. 3. p. 12. malit de Lemno intelligere ex Il. 7, 467. et Euſtathius de locis Thraciae obiectis. Idem πολύοινον Thraciam ibi dicit et ad Il. 23, 230. p. m. 1409. in. εὐφορίαν κατ' οἶνον laudat, unde Martis ſit οἰκητήριον ob rixarum materiem. Cf. notae criticae p. 73. Teſtatur et fabula de Lycurgo. Edonum rege, qui a Baccho ſpreto in inſaniam converſus eſt, ut pro vite filium amputaret. Cf. Apollodor. 3, 5. in. et ad Hygini fab. 132. interpretes. Denique vinolentia Thracum in ſcriptoribus memoratur, quos et ſic vicit Alcibiades. Vid. Horat. 1. od. 27, 2. Staveren. ad Nepot. 7, 11, 4. Harduin. ad Plin. 14, 28. ſ. 22. et quae infra de Maronea notavi. De Scythis tamen id praecipue narrat Herodotus 6, 84. de quorum vaga notione et confuſione cum Thracibus antea dixi.

mitigat) Verbum de vitibus in primis aptum, quarum maturitatis perfectae ſignum eſt, ut tactui cedant. Sic *mitia poma* Virgil. eclog. 1, 81. *uvae* Georg. 1, 448. —

obiectu —) Sic Strabo 2. p. 50. ſ. 73. ad Boryſthenem et Boſporum hyeme frigoris cauſa vites defodi ſcribit. Antea etiam in iisdem regionibus et in maritima Galliae ora nec creſcere, nec fructus maturos vitem edere tradit. De Gallia cf. etiam Diodor. Sic. 5, 26. *Obiectu frondium* autem eſt obiectis frondibus, ut *obiectu laterum*

apud Virgil. Aen. 1, 160. Frondes autem in hyeme? Igitur de tegmine ex fruticibus intelligi debet.

Viros) Plures viri nafcuntur, quam feminae. Cf. fequ.

ad fpeciem) Nempe virilis proceritatis, in qua partium omnium fit congrua proportio, ut Tacitus de Germ. cap. 16. loquens de eorum aedificiis: *materia ad omnia utuntur informi, et citra fpeciem aut delectationem.* Et ftatim dicet Nofter, ex fpecie et moribus caufam effe, cur ducantur feminae. I. GRONOVIVS *MS.* *Species* eft externa pulchritudo, decor. Vid. Burmann. ad Gratii Cyneget. v. 177. Declarant fubiuncta. Sic Iul. Caefar apud Suetonium c. 67. cultos habuiffe dicitur milites — fimul ad fpeciem.

ferociam) Ideo Thraces inter validiffimas Europae gentes numerat. Nam ad arma magis, quam quem alium mollioris vitae ufum nafcuntur. Eam ob rem poetae vetufti, inter quos Euripides eft, Thraciam Martis domicilium appellarunt, et Strymonium Martem ipfum ab amne eius terrae. [Cf. in Rhefo v. 386.] Herodotus quoque Thracum Martem pulchrum nominat; nam unice aliquando ab ipfis cultus eft, adeo ut, cum intonuit, aut fulguravit, fagittis in coelum miffis, Iovi minitati fint, cum nulli alii divinos honores, nifi Marti fuo, tribui vellent, auctore lib. 4. [cap. 94.] VADIANVS. Ufurpat id vocabulum, quod fere omnes Latini in notanda indole horum populorum adhibuerunt, ut patet tum ex Floro 2, 12, 3. tum ex Iuftino 15, 3. ubi agit de Lyfimacho, cui Thracia fuit attributa. I. GRONOVIVS *MS.* Multa de ferocia Thracum apud veteres leguntur, quos omnium gentium adeo faeviffimos vocat Sextus Rufus cap. 9. in. Hinc ut omnino Scythis, fic et Thracibus Mars tribui folet. Hinc *Odryfius Mars* apud Stat. Theb. 5, 173. Cf. Silvar.

4, 2, 46. Hinc *Mavortia terra* apud Virgil. Aen. 3, 13. et Thraces Ἄρεϊ κάτοχον γένος vocantur ab Euripide in Hecuba v. 1090. Cf. ad Virgil. Aen. 3, 35. Germanus et Cerda, hic etiam ad Aen. 12, 331. Barthius ad Statii Theb. 4, 794. ut praeteream alios.

ut multi) Explicatio praecedentium verborum.

§. 2. *Hebrum)* Gr. Ἕβρος, vel etiam Ἔβρος et in libris Εὖρος, ut apud Arrian. de exped. Alex. M. 1, 11, 6. etſi nunc addita adſpiratione legitur, ut apud Strabon. 7. p. 223. ſ. 322. unde Schweighaeuſerus in Polybio 34, 12, 3. ſine adſpiratione reddere maluit. Antea, teſte Plutarcho ſpurio de fluviis h. v. dictus eſt *Rhombus*, poſt Hebrus, cuius cauſam addit. Oritur e Scombro (Ariſtoteles in Meteorolog. 1, 13.) et flumina excipit Bargum, Suemum, (Plin. 4, 18. ſ. 11.) Agrianem aliis ante auctum, (Herodot. 4, 90.) Tonum h. Tunſa, (Zoſimus 2, 22, 8.) et in mare influit iuxta Aenon urbem, (Herodot. c. l. Ptolem. 4, 11. Euſtath. ad Dionyſ. v. 538.) latius iuxta Samothraciam, (Belon obſervat. 1, 63. p. 63. ubi et de curſu exponit) duobus oſtiis. (Stephanus ſ. v. Αἶνος.) Inclaruit maxime, quod dilaniati a Maenadibus Orphei caput lyramque excepiſſe fertur. (Ovid. Metam. 11, 50. Virgil. Georg. 4, 523 ſq.) Hodie vocatur *Maritza*, quod nomen iam medio aevo ſucceſſit priſco. Vid. Stritter in memoriis populor. T. 3. p. 1037. ex Acropolita p. 64. pro quo *Mariſſa* leniori ſono habet Belon c. l. Verantius tamen in itinere Buda Hadrianopolim (cf. Fortis viaggio in Dalmazia) pag. 46. reluctatur, et hodie a Graecis et Turcis *Ergienem* adpellari adfirmat, et prius ad Strymona refert. Pococke T. 3. p. m. 201. *Meritcheh* habet, quod ad prius nomen valet. *Frigidiſſimum* dicit Servius ad Virg. Georg. 4, 463.

Neſton) Varie effertur in auctoribus et eorum libris editis. Νέστος et *Neſius* Herodot. 7, 119. 126.

Scylax p. 27. Hudf. Scymnus Chius v. 672. Diodor. Sic. in fragm. 26. p. 643. ed. Weff. Ariftoteles in Meteorol. 1, 13. ubi quidem Cafaubonus vult Νέσσος, Strabo 7. p. 224. f. 323. (ubi libri variant) Plin. 4. 18. f. 11. et 8, 17. f. 16. ut adfirmat Harduinus, in omnibus MSStis, et de Solino, Martiano Salmafius in Solin. p. m. 112. et Holften. ad Ortelium p. 129. Sed *Neffus* Theophraft. hift. plantar. 3, 2. Strabonis epitome 7. p. 108. Hudf. Liv. 45, 29, 5. *Nefus* pro eo habet Ptolemaeus 3, 11. Ex numis huc pertinet Νικοπολεως προς Μεστω, quam περὶ Νέσου ponit Ptolem. 3, 11. et 13. Cf. de varia fcriptura Cellar. in Geogr. ant. 2, 13, 86. Schurtzfleifch in notit. bibl. Vinar. p. 71. Gottleber ad Thucyd. 2, 96. Quod verum fit, disputatur. Alii *Neftus* et *Neffus* perinde habent, ut Cuper. ad Lactant. de mort. perfecutor. in praef. Alii discrimen ftatuunt, et fic Salmafius c. l. *Neffum* facit Thracium, *Neftum* Illyricum, ex Stephano forte, incertae fidei, ut Blancard. ad Arrian. de exped. Alex. lib. 1. p. 4. in quo tamen repugnant numi. Denique quidam, ut Froelichius, numis maxime confentientibus moniti, *Meftus* aut *Neftus* praeferendum putant. Cf. quos producit Rafche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 194. et Wefleling. ad Hieroclem p. 640. et ad Herodot. 7, 109. ubi in Neftus fubfiftit. Quae fi conferantur, dubia manet fcriptura, etfi ad interpofitam literam *t* ducat etiam hodierna adpellatio *Carafu Meftro*. Ex Scombro eum deducit Ariftotel. in Meteorol. 1, 13. ex Haemo Belon in obfervatt. 1, 60. pag. 60. b. Cf. nota proxima. Olim Macedoniam et Thraciam feparabat, nempe Philippi et Alexandri temporibus, tefte Strabonis epitome c. l. cum antea Strymon terminos conftitueret, de quo in fequ. Poftea mutatos fuiffe, difcitur ex Livio 45, 29, 5. et Diodoro in fragm. p. 643. ed. Weffel. Redierunt tamen priores limites ad Neftum, ut docet Ptolem. 3, 11. Quod manifeftum eft, excurrit in mare Aegaeum. An fuerit hic fluvius, qui Pythagoram humana voce falutaffe

dicitur, disceptant, quos qui cognoſcere cupiunt, adeant Meurſium ad Apollonium Dyſcolum cap. 5. et in primis Perizon. ad Aelian. V. H. 2, 26. et 4, 17. De Neſto ſ. Neſſo fluvio, quem hic commemorant Diogenes Laert. 8, 11. et Iamblichus in vita Pythagorae cap. 28. adſentiente Blancardo c. l. reluctatur Perizonius.

Strymona) Gr. Στρυμὼν, ῶνος et όνος; nam disſentiunt libri, de quo cf. Schurtzfleiſch ad Diodori fragm. pag. 643. ed. Weſſel. Herodotus 1, 64. Ptolem. 3, 13. et alii plerique melius per *o* efferunt; poetae enim cum derivatis corripiunt *o*. Oritur in Haemo, in ſeptem lacus funditur, priusquam dirigit curſum. (Plinius 4, 17. ſ. 10.) Haemi ſeptemtrionalem partem hic commemorat Nicephor. 9, 12. quae hinc Scombrus eſt Ariſtoteli in Meteorolog. 1, 13. quippe qui inde eum deducit. Cf. Belon c. l. Noſter infra §. 9. vage *longe ortus* dicit. Antea, quod Plutarchus ſpurius de fluminibus h. v. refert, nominatus eſt Palaeſtinus, poſt ubi Strymon in eum ſe coniecit, quam cauſam in aliis ſolet adferre, alterum nomen eſt nactus. At, ut ſec. Cononem narrat cap. 4. nomen antiquius fuit Ἰωνεὺς ſive, ut Codices quidam volunt, Ἠωνεύς; poſterius nomen impoſuit Strymon, rex Thraciae, quod quidem fide dignius videtur. Ἁγνὸν vocat Aeſchylus in Perſ. v. 495. quia ſec. Scholiaſten aquam perlucidam ſervat. Navigabilem ante ſaxis iniectis ab Hercule vadoſum factum eſſe tradit Apollodor. 2, 5, 10. Celebrantur in poetis *Strymoniae grues,* (cf. ad Virgil. Georg. 1, 120.) quae et inde *Thracum volucres* vocantur a Iuvenale 13, 167. *Threiciae grues* ab Ovidio de A. A. 3, 182. Eius oſtia prope Amphipolim ponit Ptolem. 3, 13. unde etiam Amphipolis fluvium vocat Stephanus h. v. inter Athon et Thaſum Belon c. l. Terminum eum Thraciae et Macedoniae faciunt plures, in quibus Scylax p. 27. Hudſ. Strabonis epitome 7. p. 100. Hudſ. Plin. 4, 17. ſ. 10. Martian. Cap. 6. pag. 211.

Solin. cap. 15. f. 9. Hinc Thraciae fluvium vocant multi, et *Strymonis* pro Threiſſa dicitur a Propertio 4, 4, 70. ubi vid. Burmannus. An et Macedoniae vicina terra tribui poſſit, de eo disputat Verantius p. 44. c. l. Quod Bithyniam antea etiam Strymonida vocatam eſſe, tradit Plinius 5, 40. f. 32. intelligitur ex Herodoto 7, 75. qui narrat, Strymonios accolas, cum in Aſiam tranſiiſſent, Bithynos vocatos fuiſſe, unde ſua petiit Stephanus. De hodierno nomine Büſching. adfert *Strymon*, Mentelle *Strumona*, *Maritza* Illyriorum addit Verantius p. 41. 46. c. l. quod tamen ad Hebrum rectius pertinet. Quod refert Belon obſervatt. 1, 55. p. 55. b. hodie vocatur *Marmara*, ſed ubi lacus facit, pagorum vicinorum nomina ſumit. *Strymonius ſinus* inde paſſim commemoratur, h. *Golfo di Conteſſa* ab adiacente oppido. (Baudrandus ad Ferrarii Lex. Geogr. T. 2. p. 219.)

adtollit) Graphice, ut ſolet, pro habet.

Haemon) Gr. Αἶμος. Genere tamen etiam neutro efferri notant Stephanus et Euſtathius ad Dionyſ. v. 428. De adſpiratione dictum eſt in notis criticis p. 74. Cauſas nominis varias, ut ſolet, adferunt auctores, quas qui cognoſcere cupiunt, adeant Stephanum h. v. Apollodor. 1, 6, 3. f. Euſtathium a Dionyſ. c. l. Schol. Theocriti ad 7, 76. Plutarch. de flum. f. v. Στρυμών. Theſſaliae male adſcribit Servius ad Virgil. Georg. 1, 492. quod et alios facere adfirmat Boccat. de montibus ſ. v. Emus. Late extenditur per Thraciam et in Pontum procurrit, ut notant plures, in quibus Strabo 7. p. 216. f. 313. p. 221. f. 319. Arrian. in periplo p. 24. Hudſ. anonymus in periplo Ponti p. 13. Hudſ. qui magnitudinem eius comparat cum Tauro, niſi de excelſitate malis intelligere, de qua paullo poſt, Plin. 4, 18. f. 11. — Fluvios gignit aliquot, in iis Strymona aliosque, quos nominat Herodot. 4, 49. A frigore vocatur χιονώδης a Dionyſio v. 428. *glacialis*

ab Aufonio de urb. 13, 7. *aquilonibus pulfari* fcribit Ovid. Metam. 10, 77. — Incolae dicti funt Haemimontani, uti certe vocat Sextus Ruf. c. 9. qui et provinciam inde fic dictam commemorat. Si certa retulit Vibius p. m. 30. vocatus etiam eft poftea *Haemimons;* tum ab incolis Πράσοβος f. Πρόσοβος, auctore Chalcondyla. Cf. Stritteri memor. populor. — T. 2. p. 903. Hodie a plerisque adpellari *Cadena del Mondo* adfirmat Harduin. ad Plin. 4, 18. f. 11. Aliud tamen adponit Oberlin ad Vibium p. 328. *Emineh dag;* Büfching *Tfchengie.*

Rhodope) Gr. Ῥοδόπη. Fabulofam nominis originem commemorat Plutarch. de flum. f. v. Στρυμών. Secundum epitomen Strabonis 7. p. 194. Hudf. ut Orbelus, Haemus aliique, initium fumit a mari Hadriatico, et latus Thraciae fimul conftituit. (Ib. p. 100.) Hinc Thraciae mons vulgo vocatur a veteribus, quorum loca plurima conlegit Heffelius ad Vibium p. 363. ed. Oberl. Ita etiam, quod addi debet, Ptolem. 3, 11. Plinius tamen 4, 17. f. 10. eum cum Orbelo in Macedonia commemorat, fed et poft 4, 18. f. 11. in Thracia ex confinio utriusque regionis. *Mygdonium montem* vocat Solin. cap. 15. f. 9. in Macedoniae defcriptione, et ex eo, cautius tamen, Martian. Cap. 6. p. 211. *quem Mygdonium adferunt montem.* At plerique veterum adtribuunt Thraciae, unde Orpheus Thracius ab hoc monte etiam notatur, de quo poftea; item Thraciae provincia pofteriori aetate dicta eft *Rhodope.* Strabo 7. p. 217. f. 313. ὑψηλὸν ὄρος poft Haemum. Recentiora nomina varia ex auctoribus refert Ortelius in thefauro Geogr. h. v. ut *Valiza, Czernaniwerti;* Büfching et Mentelle antiquum repetunt.

Orbelon) Gr. Ὄρβηλος. Alii in Macedonia et hunc ponunt. Duos porro cognomines montes, unum notum hunc, alterum prope Philippos ex Arriano de

exped. 1, 1, 6. ſtatuit Gatterer de Herodoti et Thucydidis Thracia in commentatt. Goetting. Vol. 4. p. 99 ſq. Vol. 6. p. 33. Commemorat alterum etiam Herodotus 5, 16. non item Thucydides. Lazius apud Ortelium *Karopnitze* hodie vocari ſcribit; Mentelle habet *Monte argentaro;* antiquum ſolum Büſching.

ſacris) Adpellantur ὄργια, dies ſacri feſtique Baccho, uti *ſacra* Cybeles et Cereris vocantur. *Sacrorum ſolemnia* dicit Iuſtin. 11, 7, 14. Διονύσου μυστήρια Apollodor. 1, 3, 2. De cauſa et occaſione eorum inſtitutorum cf. Palaephatus cap. 34. et quae plura ex auctoribus congeſſit Banier in Götterlehre Vol. 3. p. 481 ſqq. qui ad Aegyptum eorum originem revocat et Iſida auctorem exiſtimat. Lactantius 1, 22, 15. primum celebrata ab Orpheo in Cithaerone Boeotiae monte et ab auctore *Orphica ſacra* dicta refert.

patris) Etſi notante Servio ad Virgilii Georg. 2, 4. generale hoc eſt nomen omnium Deorum, ſolemni tamen uſu Libero tribuitur. Cf. Emmeneſſius ad Virgil. c. l. TZSCHVCKE. Liber dictus eſt proprie a Romanis Bacchus in hac regione cultus, cui collem Zilmiſſum fuiſſe conſecratum ſcribit Macrobius Saturnal. 1, 19. Graeci Bacchum tum in Thracia, tum in aliis regionibus cultum vocarunt una adpellatione Διόνυσον. Satis mirum eſt, Romanos diſtinxiſſe, ut hunc Thracium dixerint Liberum patrem, quum alibi vocent Bacchum. Et ſane tyrannica monſtra leguntur primis temporibus fuiſſe, quae poſt tempora huius Liberi patris et cultum eius introductum prorſus ceſſarunt. I. GRONOVIVS *MS.* Si vel verum hoc eſt, promiſcue tamen Liber et Bacchus in his ponuntur. Thraces autem Bacchum vocarunt *Sabazium*, Phrygia dialecto, ut adfirmat Euſtath. ad Dionyſ. v. 1069. et confirmat Macrob. Saturn. 1, 18. uti pro vulgato *Sebadius* ex auctoribus et lapidibus emendandum cenſent

Meurſius et Scriverius. Cf. Strabo 10. p. 324. ſ. 470. et quae conlegit Anquetil ſur les anciennes langues de la Perſe p. 420 ſqq. et antea praeter alios Heinſius in Ariſtarcho ſacro cap. 1.

Orpheo) Qui de illo egerunt auctores, longo agmine produxit Fiſcher. ad Palaephatum c. 34. A ſede vel theatro fabulae in Thracia adpellatur *Thracius,* (Ovid. Metam. 11, 92.) *Threïcius vates*, (ib. 11, 2.) *Rhodopeïus vates,* (ib. 10, 11. de A. A. 3, 321.) *heros,* (Ovid. Metam. 10, 50.) et ipſo ſic addito nomine, (id. in A. A. 3, 3.) *Odryſius,* (Valer. Flacc. 5, 100.) *Biſtonius vates,* (Sil. Ital. 11, 476.) ut taceam, quae a carminibus et cantibus muſicis ducta ſunt. Ceterum repetiit hunc locum iisdem paene verbis Boccatius de montibus ſ. v. Emus.

altitudinis) Quae fuit narratio quondam, uti videtur, leporis ergo inventa et ficta, et cui nimium videtur credidiſſe Philippus, ut narrat Liv. 40, 22. quippe qui, idcirco etiam hunc montem conſcendens, nunquam aperire voluit, quod repererat. I. GRONOVIVS *MS.* De montis excelſitate celebris ferebatur fama apud veteres, quod Philippi adſcenſus declarat. Hinc Avienus v. 588. *tumet arduus Haemus.* Idem, quod Noſter, retulit Polybius, propter oculorum circumſcriptos terminos fieri poſſe negat Strabo 7. p. 216. ſ. 313. Excelſitatem illi tribuit Plin. 4, 18. ſ. 11. ſex M. P. et ſic eius ſectatores. Verantius tamen in itinere Buda Hadrianopolim ſcripto 1553. evulgato a Fortiſio in libro: Viaggio in Dalmazia Vol. 1. p. 30 ſq. hunc montem uſu cognitum deſcribens adfirmat, multa vera eſſe, quae de illo tradiderint veteres. Ita vero ſolent montium altitudinem paſſim vividius declarare. Sic ab Argaeo Cappadociae monte Ponticum mare et Iſſicum ſinum conſpici poſſe ex aliorum narrationibus refert Strabo 12. p. 370.

ſ. 538. Idem de Delphio monte et Liburnicis inſulis Theopompus apud Strabonem 7. p. 219. ſ. 317. et Ariſtoteles de mirabil. auſcult. cap. 111. unde proſpectare liceat mare Ionium et Hadriaticum; ut hodie ex vertice Bructeri (Brocken) Albim prope Hamburgum conſpici tradunt. Prolixe hic, an fieri poſſit, disputat Voſſius, quae loci anguſtia hinc excludit. Cf. etiam Bredow et Hellwag in libro: Genius der Zeit an. 1797. p. 325 ſq. qui ex refractione radiorum ſolis explicant. Ceterum mutatis tantum Melae verbis idem narrat Boccat. c. l.

Hadriam) I. e. mare Hadriaticum, ut aliquoties Noſter vocat, v. c. 2, 3, 4. 10. et 13. Ita ſolent etiam alii, in primis poetae, ut Horat. 1. od. 3, 15. epiſt. 1, 18, 63. Ovid. Triſt. 1, 11, 4. Sed et proſaici, ut Seneca epiſt. 90. Sic *Atlas* pro mari Atlantico ponitur. *Hadrias* vero hoc ſenſu ſaepe de mari Ionio intelligi debet, quod multis locis adſtruxit Bochartus in Chanaan 1, 26. Utrumque contra alios ſitu miſcet Ptolemaeus 3, 14. et alibi. De Ionio cf. Ovid. Triſt. 1, 11, 4. Et ſic forte hic, etſi de diſtantia recte monuiſſe et dubitaſſe videtur Strabo. Ceterum Graeci ſic maſculino genere efferunt, in quibus Polyb. 2, 16. Strabo 5. p. 148. ſ. 214. et alibi, Lucas etiam Act. 27, 27. Euſtathius tamen ad Homer. Il. 6, 292. p. m. 503, 9. dixit τὴν Ἀδριάδα.

oſtendat) Inverſe, uti ſolet, pro: ut proſpectari poſſint. Ita fere 2, 3, 7. *Corinthos ex ſumma arce — maria utraque contuens.*

§. 3. *nominibus)* Populos innuit, quos magno numero recenſet Plinius 4, 18. ſ. 11. Complexus eos omnino etiam eſt Herodotus 5, 3. cum Noſtro ſic: οὐνόματα δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι; etſi 4, 93. aliquos commemorat, ut Noſter infra §. 8. Cicones; aliquos etiam indicat Liv. 38, 40 ſq. De moribus

eadem c. l. et ſeqq. refert. Ex eo et Noſtro ſua hauſit Solinus cap. 16. ſ. 10. recentiori aetate Coelius Rhodiginus lectt. antiqu. 18, 23. de Thracum moribus potiora proponit.

ad mortem) Idem de Getis adfirmat Iulian. in Caeſarr. p. 23. ed. Spanh. ex praeceptis Zamolxis. Solinus cap. 16. ſ. 10. *Thracibus barbaris ineſt contemtus vitae et ex quadam naturalis ſapientiae diſciplina concordant omnes ad interitum voluntarium.* Martian. Cap. 6. p. 211. *Thraciae incolae bardi* (Gloſſarium explicat Ἰλλυριοὶ δοῦλοι) *adpetitum maximum habent mortis.* Euſtathius ad Dionyſ. v. 304. de Getis, ut Noſter, ἑτοιμότερον θνήσκουσι. Reddit ibi locum Iuliani, qui ex Euſtathio emendari poteſt. De Hiſpanis idem referunt Iuſtin. 44, 2. in. Silius Ital. 1, 225. de Germanis Appian. in Celticis cap. 3. de Arcticis populis Lucan. 1, 458. de Brachmanibus Clemens Alex. Strom. 3. p. 451. ed. Sylb.

Getae) Gr. in caſu recto Γέτης apud Stephanum, et ſic apud Ovid. ex Ponto 4, 2, 22. Lucan. 2, 54. ſed Latini etiam ſcribunt *Geta*, ut Avien. v. 442. Quod praedicat Herodot. 4, 93. ἀνδρειότατοι fuerunt Thracum καὶ δικαιότατοι. Facit igitur eos, et ex eo probat Euſtathius ad Dionyſ. v. 304. μέρος τῶν Θρακῶν. Et ſic Stephanus ſ. v. Γετία vocat ἔθνος Θρακικόν. Thraces etiam a Graecis fuiſſe creditos, adfirmat Strabo 7. p. 204. ſ. 295. nec diſtinguit a Myſis, ſed eosdem facit Chryſoſt. in orat. 12. p. 198. ed. Reisk. Myſos autem Thraces fuiſſe tradit Strabo c. l. Cf. Staveren. ad Hygini poet. aſtronom. 2, 14. p. 450. Thraces enim, uti docet Freret in Memoires ſur les Cimmeriens (vid. Memoires de l'academie des inſcrr. — de Paris T. 19. p. 584.) a Graecis dicti olim ſunt Danubii accolae, (cf. poſt) quorum pars fuerunt Getae. Scytharum vero populum fuiſſe, contendit d'An-

ville ſur la nation des Getes (vid. Memoires de l'academie — T. 25. p. 34 ſqq.) ſedemque et incunabula ponit ad mare Caſpium, ubi antea Maſſagetae fuerunt. In Scytharum populis ad Danubium Plinius etiam 4, 25. ſ. 12. ponit Getas, alias Romanis dictos Dacos. Sed promiſcue etiam Graecos quosdam id nomen adhibuiſſe, diſcitur ex Dione Caſſ. 67, 6. qui tamen improbat, et Getas ponit ſupra Haemum ad Iſtrum. Πρὸς βορέην τοῦ Ἴστρου novit etiam Dionyſ. v. 302. Alii, ut Herodotus et Strabo, de quo monet ad c. l. Euſtathius, aliter, quod diverſa tempora et migrationes ſpectat. Plura ad Dionem dabit Reimarus pag. 1106. Alii enim eosdem faciunt, alii diſtinguunt. Cf. tamen etiam Dio Caſſ. 51, 22. ubi in medio relinquit, an, qui ultra Iſtrum degerint Daci, Getae fuerint, an Thraces ex Dacorum gente, qui olim Rhodopen tenuerint. Scythicis etiam olim adnumeratos fuiſſe populis, tradit Procop. de B. Goth. 4, 5. et ſic alii, vel ex vaga Scythici nominis notione, vel ob priſcas ſedes. Gothos quidem, quos Getas dicunt alii, Scythas ipſorum vernacula vocatos fuiſſe, adfirmaverat Traianus in hiſtoria teſte Theophane in Chronogr. p. 45. (Venet.) Prolixe de his disſeruit Praetorius in orbe Gothico lib. 1. p. 86 ſqq. Sic contra Scythas Thraciam gentem vocant quidam, ut Stephanus et Euſtathius ad Dionyſ. v. 728. Scythis finitimos facit ſuo tempore Thucydides 2, 96. Haemo monte ſuperato. Et ſic veteres auctores Getas ponunt ad Iſtri ripas cum Myſis, ut Strabo c. l. quamquam vagi cis et trans eum migrarunt, ut diſerte refert Strabo 7. p. 211. ſ. 305. qui et paullo poſt Getarum ſolitudinem commemorat inter Tyram et Iſtrum. Idem 7. p. 210. ſ. 303. refert, ſua aetate magnum Getarum numerum trans Iſtrum fuiſſe ductos, omninoque Myſis et Thracibus admiſtos egiſſe. Cf. in priori loco. Hinc regio eorum Γετία vocatur a Stephano h. v. Γετικὴ γῆ ab auctore peripli p. 14. Hudſ. qui Meſembriam conterminam illi fuiſſe ſcribit. Partem igitur ſic complexa eſt Bulgariae, ſeu fere Sangia-

catum Siliſtrienſem. Sed obiicitur hic alia quaeſtio, paucis adtingenda, an iidem dicti etiam fuerint Gothi, quod negant alii, alii adfirmant. In illis nominandi ſunt maxime Cluver. in Germ. ant. 3, 34. et Pontanus in chorogr. Daniae deſcr. p. 675 ſqq. qui Iornandem aliosque refutat et Getas in Herodoto occurrere dicit, non item Gothos, quorum nomen paullo ante Conſtantinum cum eius gentis invaſione in Thraciam innotuerit. Plures adfirmant, quorum aliquos producit Praetorius in orbe Gothico 1, 11. p. 116. ubi prolixe de eo disquirit, et Uphagen in parergis hiſtor. p. m. 207. ipſe huic opinioni addictus. Et ſic certe veteres multi auctores Gothos antea Getas dictos fuiſſe tradunt, ut Spartian. in Antonino Caracalla c. 10. f. Oroſ. 1, 16. in. Procop. de B. Goth. 1, 24. — Et ſic ſcriptor Gothorum domeſticus; ſic poetae poſterioris aetatis Latini, qui de Gothis audiiſſent. Getas tamen porro adpellant quidam, ut Rutil. in itin. 1, 142. et ſaepe Claudianus, ad quem v. de B. Get. v. 30. Barthius. Nempe Gothos omnes oſtendunt, ubi antea Getae adparent. Iornandes certe Gothis tribuit, quae de Getis veteres narrant. At hic ex Sanzia progreſſos in illas ſedes narrat, omninoque latius effuſum eſt nomen Geticum, quam Gothorum, quod declarant Tyragetae, Maſſagetae. — Ubi autem fuerit nativa Gothorum ſedes, varie disputatur. Vid. in primis Praetorius in orbe Gothico 1, 9. qui antiquam ſedem ponit in Sarmatia. In Getarum igitur terram nomenque, quod de Myſis et Moeſis fertur, ſucceſſiſſe videntur. Alia eaque hinc remotiora praetereo. De moribus Euſtath. ad Dionyſ. v. 304. φιλογύναιοι καὶ περὶ τὸ θεῖον σπουδάζοντες. Inclaruit apud eos Zamolxis. *Utique* eſt maxime, praecipue, de quo cf. notae criticae ad 1, 9, 9. p. 359 ſq.

etſi) Ex hoc loco et quibusdam aliis probat Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. Gall. 6, 39. *etſi* etiam cum con-

iunctivo reperiri. Id quidem pendet a nexu, et hic eſt oratio hiſtorica ſ. obliqua.

exſtingui) Ἀθανατίζοντας hinc Getas vocat Herodotus 4, 3. 5. 4. alii ἀπαθανατίζοντας, ut Arrian. de exped. Alex. 1, 3, 1. Diodor. Sic. 1, 94. et ex Herodoto Euſtath. c. l. Eodem etiam verbo uſus id Thracibus tribuit Plato in Charmide p. 156. Bip. Getis et Scythis Lucian. in Deorum conc. cap. 9. et in Scytha c. 1. aliisque alii. Vid. Gronov. et Weſſeling. ad Herodot. c. l. hic etiam ad Diodor. c. l. ubi de poſteriori verbo docte disſerit, et, quo ſenſu utrumque de Getis intelligi poſſit, docet. Plura tamen dabit Gronov. ad Arrian. pag. 8. c. l. Doctrinam hanc de animorum immortalitate a Celtis ſ. Gallis, qui egreſſi ex Thracia duces quosdam ibi reliquiſſent, profectam putat Martin de la religion des Gaulois T. 1. lib. 2. c. 14. p. 328. ut ſolet, quatenus ſpecies emicat aliqua, ad Gallos omnia referre. TZSCHVCKE. Hiſtoria manifeſte docet, illos didiciſſe ex Zamolxi, qui diſcipulus Pythagorae [Philoſtrat. in Apollonii epiſt. 28. ſervus certe, Diogen. Laert. 8. in.] et fugiens perſecutionem in Graecia maiori, ubi erat ſchola Pythagorae, venit ad hos Thracas, et hanc Pythagorae doctrinam eos docuit, ſicut alius eiusdem philoſophi diſcipulus, cum fugeret ad Gallos, eandem doctrinam promovit in lib. 3. cap. 2. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. Eudocia in violario pag. 194. (Villoiſ.) ubi de hac opinione eadem tradit.

beatiora) Seneca in epiſt. 76. m. dicit: *Si modo ſolutae corporibus animae manent, felicior illis ſtatus reſtat, quam eſt, dum merſantur in corpore.* I. GRONOVIVS *MS.* Eandem ſententiam ſic reddunt Solinus c. l. *alii* (animas putant) *non exſtingui, ſed beatas magis fieri;* Iulian. in Caeſ. c. l. οὐ γὰρ ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ μετοικίζεσθαι νομίζοντες, unde idem repetiit Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Quae autem ſint *beatiora* ex illorum opi-

nione, explicat Herodot. 4, 94. ἰέναι τὸν ἀπολλύμενον παρὰ Ζάμολξιν δαίμονα. De Zamolxide ſimul ibi plura narrat, cuius mentionem faciunt plures. Cf. Menagius ad Diogen. Laert. p. 205.

emori) *Nusquam eſſe*, ut loquitur Seneca in epiſt. 83. I. GRONOVIVS *MS.*

melius) Trauſos in Thracibus hanc opinionem fovere, adfirmat Herodot. 5, 4. in. De ipſo illo Thraciae populo, quem et aliqui cum adſpiratione ſcribunt, cf. Livius 38, 41, 6. Heſych. h. v. (qui Scythas facit) Stephanus, (qui a Graecis Agathyrſos vocari refert,) Procopius de aedific. 4, 11. (qui in Rhodopes caſtellis ponit.) Ipſa autem eius opinionis ſigna edita ſic deſcribit Herodotus: τὸν γινόμενον περιϊζόμενον οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται (ob futura mala) — τὸν ἀπογενόμενον παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι γῇ κρύπτουσι. Brevius illa contrahit Heſychius: τοὺς γεννωμένους ἀτιμάζουσι, τοὺς τελευτῶντας κατευφημίζουσι. Solinus c. 16. ſ. 10. *Apud plurimos luctuoſa ſunt puerperia. Denique recentem natum fletu parens excipit.* Cf. etiam de Thracibus Sextus Empiricus in hypotypoſ. 3, 24. p. 186. Fabr. Valer. Max. 2, 6, 12. de Cauſianis Nicolaus Damaſcenus apud Stobaeum p. 603. de Philippinarum inſularum incolis Sprengel in Beyträge zur Völker- und Länderkunde T. 2. pag. 83. Plura omnino in hanc ſententiam paſſim monet Seneca, data opera Cicero in Qu. Tuſcul. 1, 48. ex aliis poetis maxime Sextus Empir. c. l. et Clemens Alex. in Stromat. lib. 3. p. 432. Sylb.

§. 4. *ſegnis)* I. e. Feminae bellicoſae ſunt. *Segnis* ſine igne, qui opponitur proprie bellicoſo. BVRMANNVS *MS.* Tardus ad mortem, cui ſupra obponit: *ad mortem paratiſſimi.*

interfici) Adtigit Stephanus f. v. Γετία· νόμοι δὲ Γετῶν τὸ ἐπισφάζειν τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρί· quem locum refpexit Euftathius ad Dionyf. v. 304. Fundus huius narrationis eft in Herodoto 4, 5. Melam reddidit Solinus c. 16. f. 10. Ille fic: ἥτις αὐτέων ἐφιλέετο μάλιστα ὑπὸ τοῦ ἀνδρός· ἡ δ' ἂν κριθῇ καὶ τιμηθῇ ἐγκωμιασθεῖσα ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν σφάζεται ἐς τὸν τάφον· σφαχθεῖσα δὲ συνθάπτεται τῷ ἀνδρί. Hic: *Quae feminae tenaces funt pudicitiae, defunctorum infiliunt coniugum rogos.* De Indorum uxoribus idem certamen commemorant Nicolaus Damafcenus h. v. Cicero in Qu. Tufc. 5, 27. qui locus cum noftro conferri poteft, uti Diodor. Sic. 19, 33 fq. Propert. 3, 11, 15. et quos laudant Wefleling. ad Diodor. et Herodot. Perizon. ad Aelian. V. H. 7, 18. Burmann. ad Propert. p. 619. c. l. Idem etiam ftudium ibi adhuc hodie fervere, tradunt Sonnerat voyages aux Indes orientales T. 1. p. 93 fqq. Niebuhr Reifebefchr. nach Arabien Vol. 2. p. 25. quibus a Geislero MS. ad h. l. additi erant Holwel examens — relatifs aux Provinces de Bengale — P. 2. c. 4. p. 193 fqq. (Paris) Labat relation de l'Ethiopie T. 1. pag. 387. et 395 fq. de la Flotte fur l'Inde p. 294 fqq. Berichte der Dänifchen Miffion in Oftindien, paffim. Ita vero et olim folebant milites in funere cariffimi ducis, de quo vid. Rutgerf. in Varr. lectt. 6, 19. Ufitatius equos aliaque animalia, homines etiam cremandos cum mortuo in ignes coniiciebant, ut in funere Patrocli apud Homer. Il. 23, 171 fq. Plura dabit Cerda ad Virgil. Aen. 11, 80.

plures) Herodot. 4, 5. ἔχει γυναῖκας ἕκαστος πολλάς. Solin. c. l. *uxorum numero fe viri iactitant et honoris loco ducunt multiplex coniugium.* Menandri teftimonium de Thracum, maxime Getarum, polygamia habes apud Strabonem 7. pag. 205. f. 297. Cf. et Euripides in Andromache v. 215. Hinc φιλογύναιοι adpellantur ab Euftathio ad Dionyf. v. 304. Ut Nofter, fic

Cicero Qu. Tufc. 5, 27. de Indicis mulieribus: *plures fingulis folent effe nuptae.*

decus) Contra μέγιστον ὄνειδος et συμφορὰ, ut dicit Herodot. c. l. unde hic fubiicitur *confolari.*

certamine) Sic *certamen leti* apud Propert. 3, 11, 19. ubi vid. Broukhuf. et Burmann.

moribus) Sic loquitur ex more Ictorum R. apud quos divortia plerumque fieri dicuntur propter mores uxorum vel obfcenos, vel pervicaces, cuiusmodi aliqua exempla occurrunt in Suetonio. [v. c. in Tiberio c. 7.] In hoc loco intelligi debent uxores, quibuscum maxime confueverat maritus, et quarum confuetudine in primis tenebatur. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. hic notae criticae p. 78.

efferunt) Verbum folemne in hac re. Exempla nota funt. Cf. Kirchmann. de funer. lib. 2. in. *Moerent* ceterae victae, (nam uni plures funt) tum ob mortuum maritum, tum quod non fimul moriantur. *Aliae* enim pro ceterae paffim, uti apud Ovid. Faftor. 5, 10. Cicer. ad Diverf. 7, 1.

cum fato) Id eft cum genio, vel umbra Thracis iftius mortui, uti Euthymus apud Paufaniam. [6, 6, 2.] Apud Herodotum haec non habentur, unde adparet, reliqua ifta ex alio haufiffe Melam. VOSSIVS. Cum ipfa morte, quae iacentem occupavit. Neque enim id fatis bene percepit Voffius, perinde ut Propertius 1, 17, 11. *an poteris ficcis mea fata reponere ocellis?* pro quo alibi idem 4, 5, 24. dicit: *nec fit in Attalico mors mea nixa toro.* I. GRONOVIVS *MS.* Nempe pro reliquiis et refiduo cadaveris poni in priori loco Propertii obfervavit Pafferatius, probatque Broukhufius. Monet quidem Gefnerus in thefauro p. 615. h. v. cum de naufrago fermo fit, cuius

nulla offa, ut proximo verfu dicitur, fuperfint, non temere imitandum effe. Vid. tamen Burmann. ad Propert. 4, 7, 30. ubi multa dedit. An vero h. l. fatum fic commode explicari poffit, dubitare licet, tum quod vix cum reliquiis mortui pugnare aliquis velit et cogitet, tum quod adiecta vox *iacentis* obftat. Quid enim fit mors iacentis i. e. cadaveris mortui, vel, fi alterum malis, quid reliquiae mortui, cuius totum corpus expofitum iacet? Fatum enim pertinet ad mortuum, non ipfe eft mortuus, nec cum mortuo pugnabat, fed cum iacentis fato. Ad aliam igitur fignificationem verbi transeundum eft. Ita vero fata, Μοῖραι, de Parcis faepe dicuntur, uti docuerunt Spanhem. de ufu — num. T. 2. pag. 639. Muncker ad Fulgent. Mythol. 11, 7. Duker. ad Flor. in prooem. et plures alii, quos nominat Burmann. ad Ovidii Trift. 3, 7, 14. Sed quia vel fic remotum eft, ex difciplina funebri et facris certaminibus in mortuorum honorem inftitutis repeti debet, quae quidem docent, umbris ea omnia data fuiffe. Cf. Servius ad Virgil. Aen. 10, 519. de buftuariis, qui inde dicti funt, et in primis la Cerda. *Fatum* igitur explico genius, δαίμων, umbra mortui. Eadem formula legitur in Pacatii Panegyr. 41, 4. ubi haec: *qui cum fatis fortius pacifcentes incertum exitum certo occuparunt;* etfi diverfo fenfu.

iacentis) I. e. mortui. Exempla conlegerunt Pafferat. et Broukhuf. ad Propert. 1, 4, 27. Burmann. ad Ovid. Metam. 2, 268. et multi alii, quos producit Klotzius ad Tyrtaeum p. m. 93. Hinc Frontinus 2, 5, 12. *in modum defunctorum ftrati iacebant.* De fepultis inde in epitaphiis frequenter occurrit.

fi detur) Si liberum fit, VADIANVS. Si communes veniant. I. GRONOVIVS *MS.* Prius recte habet. Verba *pacifci*, *decernere*, *pugnae*, *pecuniae* fpectant fuperiora illa *arma opesque.*

manent) Sperant, exſpectant, ut Servius exponit apud Virgilium. [Aen. 6, 71.] VADIANVS. Ea huius verbi vis ex Graeco μένειν ſatis eſt nota. *Dominae* autem ſunt amaſiae, mortuorum uxores, quippe quae blanda eſt adpellatio in amore. Ita Claudius apud Sueton. c. 39. de coniuge ſua. Sic ſaepe in Ovidio, Petronio aliisque. Vid. quos laudat de hoc uſu Geſnerus in theſauro p. 262. h. v. Multa praeterea dant Barthius et Titius ad Calpurn. 3, 50.

veneunt) Solinus c. l. haec: *Nupturae non parentum arbitrio transeunt ad maritos, ſed quae prae ceteris ſpecie valent, ſubhaſtari volunt, et licentia taxationis admiſſa non moribus nubunt, ſed praemiis.* Herodotus non Thracibus eum morem tribuit, ſed Babyloniis et Henetis, qui ſunt ex Illyriis 1, 196. Aliunde igitur Noſter petiit, etſi omnino recte refert. Docet id in primis Xenophon de exp. Cyri 7, 2. f. ubi ſic Seuthes Thracum rex: εἴ τίς σοί ἐστι θυγάτηρ, ὠνήσομαι Θρᾳκίῳ νόμῳ. Quod ad Herodotum monet Valckenarius, de ſimili puellarum mercatu apud Aſſyrios egit Nicolaus Damaſcenus h. v. Aſſyriis tribuit Aelianus V. H. 4, 1. ubi plura adtulit Perizonius; Sarmatis Zenobius Proverb. 5, 25. TZSCHVCKE. Cf. Ieſſen de Finnorum — religione pagana ad Leemii commentar. de Lapponibus Finmarchiae p. 67. et p. 78. ubi emtionis pretium *Bota* vocari ſcribit, voyage du chevalier des Marchais en Guinée par Labat T. 2. p. 177. T. 3. p. 303. de Buccarienſibus idem in hiſt. générale des voyages T. 9. p. 242. ſ. verſ. Germ. T. 7. p. 336. GEISLERVS *MS.* Cf. etiam, quos de hoc ritu producit Morus ad Xenoph. c. l.

ſemina) Quaenam ſint illa ſemina, quaerit Vadianus, et ex Plutarcho et Dioſcoride hederae ſuffitum inebriare docet, unde et ſeminibus illam vim ineſſe putat. Cannabis tamen ſemini in ignem coniecto tribuit Hero-

dot. 4, 75. ſic ut Scythae cum gaudio fremant et deſudent; lavacri enim loco adhiberi, et ſudorem exprimere; quod καννaβισθῆναι dictum videtur apud Heſychium h. v. Propius autem huc valent alia auctorum loca, qui narrant, ex arborum quarundam fructibus, vel ex herbis odoriferis in ignem coniectis natoque inde ſuffitu hilaritatem et ebrietatem conſequi. Vid. Herodot. 1, 202. de Maſſagetis, ubi idem fere adfert, quod hic Noſter; Max. Tyr. 27. ſ. 11, 6. de Scythis, quales fuerunt Maſſagetae, Dio Chryſ. orat. 32. p. 680. ed. Reisk. Schol. ad Lucian. in Verae hiſt. lib. 1. cap. 23. ex Herodoto. De Thracibus idem Plutarchus ille de fluv. ſ. v. Ἕβρος; herbam vocat origano ſimilem, ex cuius ſuffitu in ebrietatem et ſomnum profundum coniiciantur. Noſtrum reddidit mutatis verbis Solinus cap. 16. ſ. 10. Ex hiſtoria recentiorum gentium multi eiusmodi potus et cibi noti ſunt, qui ebrietatem inferant. Cf. Chappe d'Auteroche voyage en Siberie T. 2. pag. 100. Pallas Reiſen T. 3. p. 180. 275. Apte huc transferri poteſt, quod refert Niebuhr in Beſchr. von Arabien p. 75. pauperes Arabum herbae incenſae fumum haurire, uti nos fere ſolemus in herbae Nicotianae uſu.

nidor) Ἀτμὸν vocat Dio Chryſoſt. c. l. ὀδμὴν Max. Tyr. c. l. cum Herodoto. TZSCHVCKE. I. e. ſuffitu et odore, ut *nidor cibi* [*prandii*] apud Sueton. in Claudio cap. 33. in. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

§. 5. *Iſtropolis)* Varie profertur huius urbis nomen. A Graecis conſtanter fere dicitur Ἴστρος, ut a Strab. 7. p. 220. ſ. 318. Scymno Chio fragm. v. 22. Appiano in Illyr. c. 30. Stephano aliisque, nec aliter ex recentioribus a Conſtantino Porphyr. de them. 2, 1. In Ptolemaei edd. 3, 10. utraque forma legitur. Ex Latinis *Iſtrus* habent Eutrop. 6, 10. ſ. 8. et Ammianus Marc. 22, 8. *Iſtropolim* vero vocant Geogr. Ravenn. 4, 6. 5, 11. tab. Peuting. 8. A. *Hiſtorio* pro *Iſtro* legitur in

Antonini itin. p. 227. Nam promiscue utrique formae adspirationem vel praeponunt, vel demunt. Solus, quod equidem sciam, *Istriam* vocat Arrian. in periplo p. 24. Hudſ. ut etiam ex eo notat Stephanus, et quidam codices Herodoti 2, 33. adferunt. Incola inde dicitur, monente Stephano, Ἴστριος, et, quae inde frequentantur, Ἰστριεὺς et Ἰστριανός. Hinc Herodot. 2, 33. in plerisque MSSt. ut et refert Eustath. ad Dionyſ. v. 823. et obferunt numi, Ἰστριηνός. Quare etiam Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 62. *Istrus* antiquiorem formam fuisse censet. Nomen accepit ab Istro fluvio, ut diserte scribit Scymnus c. l. et ex eo auctor peripli p. 12. Hudſ. Conditores ferunt Milesios, ut Strabo, Plinius aliique; tempus indicat Scymnus in fragm. v. 24. et ex eo auctor peripli c. l. cum Scytharum exercitus in Asiam transiit, Cimmerios Bosporanos persequens. Cf. Syncellus p. 170. Ven. Hinc πόλιν Ἑλληνίδα omnino, quod et fit alibi, vocat Appian. c. l. Mirum tamen est, quod de Milesiis hic silet Mela, cum de proxima id moneat, dubia adeo fide et dissentientibus aliis. Potentissimam olim fuisse civitatem indicat Ammianus c. l. sed Strabo de sua aetate πολίχνιον vocat. Idem situm describit a sacro Istri ostio procul 500 stadiis, et sic Arrianus a quinto ostio, procul a Tomis 300 stadiis, cum quo consentit auctor peripli, qui aequat cum 40 M. P. quot habet etiam tabula. Strabo 250 stadia, Antoninus 36 M. P. Hodie *Grossea*, vel *Stravico*, vel *Prostaviza* vocari, aliqui putant, de quo Ortelius et Ferrarius in Lex. Geogr. Si Strabonem de situ audias, ibi h. est *Visier* oppidulum. Multa de hac urbe conlegit Katancsich de Istro p. 10 sq.

Callatis) De scriptura nominis dixi in notis crit. p. 85 sq. Addi hic possunt Gronov. ad calcem Stephani pag. 6. et viri docti ad Luciani Macrobios cap. 10. Noster Milesiorum coloniam facit. TZSCHUCKE. Alii Heracleotarum faciunt coloniam. Ovidius in Tristibus, [1, 10, 39.]

eum illos ab Alcathoi moenibus ortos dicit, Megarenſium facit coloniam. Sed non dubito ex hoc loco, quin etiam aliquando Mileſiorum fuerit. Urbes iſtae Ponticae ſaepe mutarunt colonos ſuos, et modo ab his modo ab illis captae et deductae fuerunt. Quum Mileſii illam tenerent, aliud videtur habuiſſe nomen. Plinius [4, 18. ſ. 11.] *Thracia — urbes habet Iſtropolim Mileſiorum, Tomos, Calatimque, quae antea Ceraſtis vocabatur.* Vulgo *Acervetis*, quod vocabulum nihili eſt. Libri veteres ſcribunt *cervetis*, quod corruptum eſt ex Κεραΐτις. Sic nempe vocabatur *Callatis*, cum ea Mileſii potirentur. Cauſa nominis exinde, ut arbitror, quoniam Mileti locus erat ſacer Κεραΐστης vel Κεραστὶς dictus, a fixis illic ab Apolline arietum cornibus, ut Etymologi M. auctor [ex Callimacho p. 504.] et alii teſtantur. Ab hoc autem loco coloniae ſuae nomen primum indidere Mileſii. Callatidis nomen recentius et ab Heracleotis ortum, poſtquam illi eo miſere colonos, regnante apud Macedonas Amynta, ut teſtatur anonymus de Ponto Euxino [p. 12. Hudſ. ex Scymno in fragm. v. 15 ſq.] Orus Grammaticus apud Etymologi M. auctorem [p. 486.] ab adſita palude ſic dictam tradit. Si Stephani Byzantini epitomatori credendum, nomen accepit a calatho illic reperto, ἐν ᾗ καλαθὶς εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς θεσμοφοριακοῖς. Sic fere libri veteres. Graeci enim in Cerealibus feſtis primitias frugum, quas Deae offerebant, in faſciculum colligatas, reponebant in calathis. VOSSIVS. Megarenſium coloniam putaſſe videtur etiam Ovidius Triſt. 1, 10, 39. De Heracleotis tamen conſentiunt Memnon apud Photium in narrat. cap. 22. Strabo 7. p. 220. ſ. 319. — Caſtellis Thraciae adnumerat Procop. de aedif. lib. 4. f. Quod Cellarius reductiorem forte a mari fuiſſe cenſet, Stephanus diſerte ponit ἐν παραλίᾳ τοῦ Πόντου, et in litore oſtendunt Scylax, Ptolemaeus aliique, et portum illi tribuit Arrianus in periplo p. 24. Hudſ. Notandum porro hoc eſt, quod ordinem et ſeriem oppidorum Noſter turbat, quod

et fecit Ammianus 27, 4. f. Ita enim debebat: *Iſtropolis, Tomi, Callatis.* Vid. Ovid. Triſt. 1, 10, 39. In hodierno nomine variatur. Ortelius ex aliis adfert *Pandalla* et *Kilia.*

Tomoe) Varie effertur. Strabo 7. p. 220. f. 318. Procop. de aedif. 4. f. Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 1. Suidas, Geogr. Ravenn. 4, 6. tabula Peuting. 8. A. Τόμις, Tomis, pro quo tamen in Strabone repoſui Τομεύς; Arrian. in periplo p. 24. Hudſ. ἀπὸ et εἰς Τομέας, pro Τομέας et Τομέαν, quia utrumque conſiſtere nequit, aut per αι, ut etiam in Strabone reperitur; Τομέοι ſcribit auctor peripli p. 12. Hudſ. cum Scymno in fragm. v. 19. niſi de incolis interpretari malis, raro quidem uſu; Τομεὺς apud Stephanum, Zoſimum 1, 34, 3. 4, 40, 1. etſi 1, 42, 1. legitur Τόμοις, Aelian. H. An. 14, 25. quod et praeferunt numi, de quibus conſulendi Raſche, Eckhelius et deſcr. numor. vett. pag. 49. (Lipſ. 1796. 4.) Ptolemaeus 3, 10. Τόμοι, et ſic fere Latini, in primis Ovidius, etſi olim etiam legebatur *Tomus* ex Ponto 4, 14, 59. et Triſt. 3, 9, 33. ubi cf. Heinſius, et Froelich. in animadverſ. ad Gorii ſymb. liter. 7. p. 45 ſq. ubi plura congeſſit de hac urbe. In numis tamen etiam Τομος η μητροπολις et Tomi legitur apud Eckhel. de vett. num. anecdotis P. 1. p. 52. Incola, monente Stephano, dicitur Τομίτης, in numis ſic et Τομειτης, ut paſſim Tomitae (pen. producta) apud Ovidium. Inde deſcendit *Tomitanus* (Ovid. ex Ponto 3, 4, 2.) ex numis Τομιτηνων adfertur ab Eckhelio in doctr. num. P. 1. Vol. 2. pag. 18. Cauſam nominis arceſſunt ex disſectione (τομῆς) Abſyrti a Medea, illius ſorore, facta, quam adferunt Ovid. Triſt. 3, 9, 6. (ubi et rei deſcriptio) Stephanus, Apollodor. 1, 9, 24. Aelian. H. An. 14, 25. et ſic numus a Mazzoleno in Muſeo Piſano prolatus innuit, qui discerptam figuram exhibet; quamquam ex Strabonis narratione 7. p. 218. ſ. 315. procul hinc in Abſyrtidibus caedes facta eſt.

Cf. Apollon. Rhod. 4, 481. et, a quo aliorum opiniones commemorantur, Stuckius ad Arriani peripl. p. 86. Numi tamen ſat multi *Tomum* indicant conditorem, additis etiam vocabulis κτιστης et ηρως. Plura dabit Froelich. c. l. Quidquid eſt, Ovidius Triſt. 3, 9, 5. priſcum nomen a Mileſiis colonis ſervatum eſſe teſtatur, et cum Scymno et auctore peripli c. c. l. l. Mileſios conditores agnoſcit, et Triſt. 1, 10, 41. *Miletida urbem* vocat. Πολίχνιον eſt Straboni, at in numis multis μητροπολις additur, ut in poſterioris aetatis auctoribus, de quo vid. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 227. et ad Hieroclem p. 637. Inſignitur etiam in tab. Peuting. quod ex temporum viciſſitudine facile intelligitur. Inclaruit maxime exſilio Ovidii, *qui*, ut ait Sidon. Apollinar. carm. 9, 266. *tempore Caeſaris ſecundi aeterno incoluit Tomos reatu.* Intervallum a Callati faciunt fere 200 ſtadia. Quod hodie nomen ſucceſſerit, diſcrepant in eo auctores, ut diſcitur ex Ortelio h. v. Diligenter de loco quaeſivit Sulzer, cuius cf. Geſchichte des Transalpiniſchen Daciens T. 1. p. 449. Nempe quidam putant Ovidium relegatum fuiſſe in Beſſarabiam hodiernam, quia inſcriptio ſepulcralis ad *Iſak* pagum reperta eſſe feratur: *Hic ſitus eſt vates, quem dira* (diri) *Caeſaris ira Auguſti patria cedere iuſſit humo* etc. Vid. Sarnicii annales Polon. lib. 2. cap. 4. ext. qui in Beſſarabia ponit. Credidit Kantemirius, et ex hoc probavit, quod accolae Limanum lacum, vel ſinum Dneſtrowicenſem hodiernum vocent *Lakul Ovidului* i. e. Ovidii lacum, apud Büſching. in Geogr. Tom. 1. P. 2. p. m. 1950. *Vidovo.* Contra Sulzer p. 451. c. l. Haec enim regio, inquit, fuit ſub ditione Romanorum, neque hac de cauſa exſilii locus eſſe potuit; nomen Ovidului cenſet meram accommodationem, ut in aliis. Porro Ovidius dicit, ſe non inter, ſed prope Getas, Beſſos et Sarmatas habitaſſe, (Triſt. 3, 10, 5.) non trans, ſed cis Iſtrum. (Triſt. 3, 10, 34. et 12, 30.) Tum quia plauſtra per concretum Iſtrum vecta audiit Ovidius, nec prope Akir-

man, nec prope Warnam quaeri poſſe. Ipſe ponit, ubi nunc *Tultſcha* ſ. *Tulcza*, olim Achillea, contra Kiliam hodiernam. Omnia autem facilius explicari poſſe putat, ſi Ovidium de tota illa regione intelligamus. Kantemir T. 1. cap. 4. p. m. 73. et Sulzer p. 452 ſq. c. l. Idem Kiliam veterem p. 458. Tomos putat. Alii fere hodie oſtendunt, ubi *Tomiswar*, Turcis *Pargala*. A Danubio paullo remotius fuiſſe hoc oppidum docent veterum loca. Strabo certe removet 750 ſtadia i. e. 25 circiter miliaria Germanica, a quo parum discrepant alii. Quod *Baba* ſ. *Babudag* quidam eſſe volunt, ut Mentelle, Oberlinus in orbe ant. p. m. 82. nimis ad Danubium promovent.

Caria) Portus ipſe Καρῶν λιμὴν vocabatur, ſed vero regio circumſita Caria. Teſtantur hoc Arrianus [in periplo extr.] et anonymus de Ponto Euxino; [p. 13. Hudſ.] quamvis apud poſteriorem perperam legitur *κατακλύζεται* pro Καρία *κλήζεται*. Notum enim, Pontum Euxinum non eſſe obnoxium reciprocationi alicui ſenſibili. Scio quidem aquas et hic quoque multum intumeſcere adeoque attolli, ut totum hunc tractum ad quatuor usque milliaria operuerit quandoque, urbes vero Odeſſum et Dionyſopolin totas pene abſorpſerit, prodentibus id Cedreno [p. 296. Ven.] aliisque; verum particularia iſta diluvia locum hic habere non poſſunt, cum toto ſaepe ſaeculo vix contingant. Sed vero, quod Arriani lectionem maxime confirmat, Cariamque regionem hic fuiſſe evincat, id eſt, quod praeter hunc portum Carum ſitum hic fuit et aliud oppidulum Κέραμος dictum, cuius meminit Pauſanias Eliacis poſterioribus. [6, 13, 2.] Ὁ *πολίτης δ᾽ ἦν οὗτος ἐκ* Κεράμου *τῆς ἐν τῇ* Θρᾳκίᾳ Καρίᾳ. Perperam viri docti id accipiunt de Ceramo in Caria Aſiatica, tamquam ſi et illic aliqua fuiſſet Thracia. Recte vero Suidas in voce Ἱππόδαμος, locum illum Pauſaniae reſpiciens, Θρᾳκίαν Καρίαν interpretatur, *τὴν ἐν* Θρᾴκῃ Καρίαν, VOSSIVS. Cf. de hac ultima notae Voſſia-

nae parte Kuhn. ad Paufan. p. 482. Apud Suidam praeterea Palmerius in exercitt. in auctorr. Gr. p. 406. emendat ἐν τῇ τραχείᾳ Καρίᾳ. Cares autem varie disiectos erraſſe, notum eſt, quippe quorum etiam ſedes et veſtigia reperiuntur prope Tanain apud Plin. 6, 7. Cf. Bochart. in Chanaan 1, 10. f. Veroſimile exiſtimat Stuckius ad Arrian. pag. 188. c. l. cum Graecis in hanc regionem veniſſe.

Tiriſtis) In Ptolemaeo 3, 10. eſt Τιριστὴ f. Τιριστρία ἄκρα (cf. not. crit. pag. 88.) Arrian. in periplo p. 24. Hudf. Τετρισιάδα vocat, ut auctor peripli p. 13. Hudf. qui addit Τιρίζαν ἄκραν, ubi ſit ὕφορμος. A Caria portu uterque removet 120 ſtadiis i. e. 16 M. P. *Tiriſſa* eſt in Geogr. Ravenn. 4, 6. *Triſſa* in tab. Peuting. 8. A. In Strabone 7. p. 221. f. 319. corrupte legitur Κητίριζις ἄκρα pro καὶ Τίριζις ἄκρα, ut ego edidi.

ſimilis) Sic lib. 2. cap. ult. [c. 7, 12.] *Crete — niſi maior eſſet, Cypri ſimilis;* et alibi [1, 19, 16.] *citra magnitudinem prope Ponto ſimilis.* CIACCONIVS.

Bizone) Strabo 7. p. 220. f. 319. Βιζώνη, ut alii. Arrian. in periplo extr. vocat Βίζον. Βυζῶνος occurrit in caſu obliquo apud auctorem peripli p. 12. Hudf. quod pro Βιζώνης ſubſtitutum eſſe praecedentia declarant. In Eutropio 6, 10. f. 8. eadem urbs miſere diſtorta indicari videtur, ut adnotationes docent. De ſitu conſentiunt auctores. Quod Stephanus πόλιν Ποντικὴν adpellat, de mari intelligit, cui adiacebat, non de provincia, aut certe ſi de regione intellexit, ut alibi, (cf. Φαρνακία) erravit. Fatum urbis adtingit etiam Strabo ſic: ἧς κατεπόθη πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμῶν. Igitur poſt Tiberium acceſſit nova calamitas, fuitque Melae aetate recens ruina. Plin. 4, 18. f. 11. *Habuit* (Thracia) *Heracleam et Bizonen, terrae hiatu raptam, nunc habet Dionyſopolim.* Ita enim ſolet

Plinius exſtinctas urbes a ſtantibus diſtinguere. Noſter hic *fuit*, qua forma verbi interitus urbium notatur etiam a Plinio, ut 5, 33. ſ. 30. pro quo Solinus c. 43. ſ. 40. *interiit*. Sic *fuit* et *ſunt* obponit Plin. 5, 43. ſ. 32. Vid. Emmeneſſius ad Virgil. Aen. 2, 325. Salmaſ. in Solin. p. m. 611. Hinc χῶρον ἔρημον vocat Arrianus c. l. Cum anonymus in periplo c. l. πολίχνιον vocat, aut excitatum iterum eſt aliquo modo, aut antiquiora tempora reſpicit; addit enim: τινές φασιν βαρβάρων, τινὲς δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας. Prius tamen ſuadet tabula 8. A. ubi *Bihone* (i. e. *Bizone* ex ſcripturae forma) et Geogr. Ravenn. 4, 6. *Bizol* (vitioſe) hoc ſitu commemoratur.

Crunos) Vid. proxime poſt.

Dionyſopolis) De ſcriptura cf. notae criticae p. 90. Dicta eſt antea Κροῦνοι, διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις, ut eſt in Scymni fragm. v. 4. et inde in anonymi periplo p. 13. Hudſ. conſentiente Stephano h. v. Poſtea ſucceſſit nomen *Matiopolis*, de quo poſt, et cum Bacchi ſtatua ex mari eo adpulſa fuiſſet, *Dionyſopolis*, ut referunt iidem auctores. Duplex nomen *Dionyſopolis* et *Crunos* (ita enim) confirmat etiam Plinius 4, 18. ſ. 11. Antiquum tantum Κροῦνοι habet Strabo 7. p. 220. ſ. 319. poſtremum Ptolemaeus 3, 10. unde de tempore mutati nominis coniicere liceret, niſi obſtaret Ovidius Triſt. 1, 10, 37. qui ſic indicat: *arces dictae nomine, Bacche, tuo.* Hinc vero numi Bacchi caput oſtendunt. Quod Mela utrumque nomen diſtinguit, bene explicat Voſſius, Crunon poſt Dionyſopolis fuiſſe portum. Incola Διονυσοπολίτης, teſte Stephano et numis, qui tamen in penultima, ut alibi, ει praeferre ſolent. De cognominibus urbibus conſulendus eſt Stephanus. An vero *Matiopolis* etiam dicta fuerit, disquirit Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 79. et dubitat, quia Stephanus, dum Scymni verba repetit,

nihil eiusmodi adfert; quare ſpurium illum verſum cenſet intruſumque ſub Traiano, vel poſt, praeeunte in his Voſſio, qui pluribus de hoc nomine disputat ad anonymi peripl. p. 160. (in Gronovii Geogr.) Hodie ibi *Dionyſiopoli* reperitur. *Crunos* videtur referendum eſſe ad portum urbis *Warna.*

Odeſſos) Gr. Ὀδησσὸς, Scylax pag. 29. Hudſ. forte, ut putat Palmerius in exercitt. in Gr. auct. p. 281. ex cohaeſione pro Ὀδησσὸς πόλις. Geogr. Ravenn. tamen 4, 6. effert etiam *Odyſſos*, et 5. 11. ex commutatione nota *Oduſſos*, et ſic per υ Ammian. 27, 4. f. (etſi per *i* 22, 8.) Procop. de aedif. 4. f. codices quidam Appiani in Illyr. cap. 30. Theophanes in Chronogr. p. 151. Ven. unde poſteriori demum aevo haec ſcriptura invaluiſſe videtur. Superiorem per η numi probant. Mileſios conditores facit Strabo 7. p. 220. f. 319. cum Plinio 4, 18. f. 11. hinc omnino Scylax c. l. πόλιν Ἑλληνίδα vocat. Tempus deſignatur a Scymno Chio in fragm. in. et auctore peripli p. 13. Hudſ. nempe ſub Aſtyage Mediae rege. In ſitu conſentiunt alii cum Noſtro. Quod in Ponto locat Stephanus, de mari valet, quod prope Salmydeſſon poterat propius definire. Navium ibi fuiſſe ſtationem, diſcitur ex anonymo in periplo c. l. Incola dictus eſt Ὀδησσίτης et Ὀδησσεὺς ſec. Stephanum. In numis prior forma maxime frequentatur ſimplici praeterea σ (Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 56 ſq. et deſcr. numor. vett. p. 63. Lipſ. 1796. 4.) etſi etiam Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 51 ſqq. plures adponit numos, in quibus penultima ει oſtendit. In claris civibus Stephanus numerat Heraclidem et Demetrium hiſtoricos. *Varna* hodie eſſe quidam opinantur, ut Raſche c. l. Stuckius ad Arrian. p. 189. Oberlin. in orbe ant. p. m. 82. Mentelle aliique. Forte paullo infra eam urbem quaerenda eſt prope *Urana* fluvium, qui Ptolemaeo eſt *Panyſus.*

Mefembria) Graecis ufitate Μεσημβρία. In Herodoto 4, 93. et alibi Μεσαμβρίη, quod et probant numi, in quibus pro ufitato gentili Μεσημβριανὸς, quod notat Stephanus, plerumque pro α reperitur η. Sed et alii pro σ habent praeterea τ, unde exfiftit Μεταμβρία ex dialecto Dorica, qua, ut Megarenfium coloni, ufi funt. Cf. Paufan. 1, 39, 4. Tefte Stephano nomen accepit a *Melfo*, ut fit quafi Melfi urbs, unde euphoniae caufa factum fit Mefembria, pro Melfembria. Ita etiam Nicolaus Damafcen. in excerpt. Peirefc. ex lib. 4. p. 495. Strabo 7. p. 221. f. 319. a Mene conditam fuiffe fcribit, et initio vocatam *Menebria; Bria* autem in Thracia lingua fignificare urbem, notat Strabo cum Nicolao c. c. l. l. et, quod videtur, ex alterutro Stephanus f. v. Μεσημβρία et Βρουτοβρία, etfi hic ad Hifpanos transfert, qui potius habent *briga*. Cf. ad 5, 1, 6. Megarenfium coloniam vocat Strabo c. l. Chalcedonios addit Scymnus in defcr. orb. fin. et ex eo auctor peripli p. 14. Hudf. cum Darius Scythis arma inferret. Megarenfes autem intelligit Byzantinos Vindingius in Hellene p. 418. (in Gronovii thef. Vol. 11.) ex Herodoto 6, 33. Nempe Byzantii Megarenfium coloni fuerunt, unde adftruere tentat illam fententiam. Sed quod putat eandem effe Mefambriam, quam commemorat Herodotus 7, 108. huius quidem fitus aperte notatus a noftra discrepat, ut recte etiam monuit Weffelingius; quippe quae fita fuit prope Pontum ad radices Haemi, nomenque antiquum hodie retinet. Büfching tamen V. 1. P. 2. p. m. 1766. *Miffeviria* h. vocari fcribit.

Anchialos) In nomine aeque ac fitu prope Apolloniam confentiunt auctores. Strabo tantum 7. p. 221. f. 319. cum ipfius epitomatore et Euftathio ad Dionyf. v. 875. vocat *Anchialen*; quae fuit urbs Ciliciae, etfi idem Euftath. ad Homer. Odyff. 1, 105. p. m. 27. promifcue fic noftram vocari adfirmat, ut contra Ciliciam *Anchialum* adpellat Arrian. de exped. Alex. 2, 5. Noftra nomen

Anchialus servavit et postea, eoque prodit saec. 14. ut ex Scriptoribus hist. Byzant. notat Stritter in memoriis populor. — T. 2. pag. 837. et alibi. *Anchialis* tamen legitur in Geogr. Ravenn. 4, 6. et *Ancialis* in tab. Peuting. 8. nisi haec in vitiis sunt ponenda. Olim ibi *Messa* steterat, ut refert Plin. 4, 18. s. 11. Post dicta est *Ulpia* s. *Ulpiana* a Traiano, uti monent Holsten. ad Stephan. p. 7. et Patin in numism. Imper. R. p. 373. ex numis, in quibus saepe legitur Ουλπιανων Αγχιαλεων, quod docet Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 599 sq. A Mesembria, quod adfirmant Arrian. in periplo p. 24. et auctor anonym. peripli pag. 14. Huds. distabat 70 stadiis s. 9 fere M. P. ab Apollonia 128 stadiis s. 24 M. P. Primam eam in Thracia propria ponit Ptolemaeus 3, 11. H. *Akelo.*

Apollonia) Gr. Ἀπολλωνία. *Apollinis urbem* vocat Ovid. Trist. 1, 18, 35. Nominis eiusdem urbes 25 recenset Stephanus, plures exquisivit Ortelii et Patini curiositas, ut exsistant omnino 32. vel 33. Traxerunt nomen ab Apollinis cultu. Templum eius certe in Nostra fuisse scribit diserte Strabo 7. p. 220. s. 319. Porro in templo commemoratur statua colossea Apollinis, Calamidis opus, quam inde ereptam in Capitolio erexit Lucullus, (Strabo c. l. Plin. 4, 27. s. 13. 34, 18. s. 7. Appian. in Illyr. cap. 30. Solin. c. 22. s. 19. aliique) cum teste Eutropio 6, 10. s. 8. ipsam urbem evertisset. Πόλιν Ἑλληνίδα vocant Scylax p. 29. Huds. Arrian. in periplo p. 24. Huds. et Appian. c. l. ex nexu hic quidem, cum ipsum urbis nomen ibi desit. Propiora adferunt alii, qui Milesios conditores faciunt, ut Strabo c. l. Aelian. V. H. 3, 17. Scymnus v. 730. et ex eo anon. in periplo p. 14. Huds. qui duo id factum esse tradunt annis 50 ante regnum Cyri omninoque notant, plurimas ex Ionia colonias in Pontum esse deductas, de quo cf. etiam Strabo 14. p. 437. s. 635. Praeter Milesios etiam Rhodios conditores commemorat

Stephanus. Situs convenit inter auctores, non item ſedes et area urbis. Nempe Stephanus ponit ἐν νήσῳ ad Salmydeſſum, quod lites movit. Adiuvat Strabo c. l. qui refert, maiorem urbis partem in parva quadam inſula fuiſſe exſtructam. Plinius vero 4, 27. ſ. 13. cum Solino c. l. inſulam Apolloniatarum hic memorat, unde Apollinis ſtatua avecta fuerit, quod de urbe alii referunt. Alii maritimam tantum urbem faciunt, ut Scylax, Ptolem. 3, 11. Ammian. 22, 8. cum periplis. Nec hic agnoſcit, qui diligenter haec loca exploravit, inſulam Arrianus, et, quam habet Apolloniam tamquam νῆσον μικρὰν p. 13. Hudſ. ea Thynias ab aliis, ut et diſerte monet Plinius 6, 13. ſ. 12. vocatur et in Aſia ponitur, etſi idem Plinius c. l. ab Apollonia Europae inſula illo cognomine diſtingui addit. Magna fervet hac de re diſputatio Salmaſii ad Solin. c. 19. p. m. 151 ſq. ubi contendit, Strabonem et Plinium Apolloniam et Thyniadem Europaeam cum Apollonia Thyniade Aſiatica aliud agentes confudiſſe, cum haec inſula fuerit tantum urbs illa maritima. Certe Thynias Plinii huc referri etiam ideo nequit, quod propter diſtantiam ſat magnam urbis pars eſſe non potuit. Forte vel in paene inſula urbs fuit ſita, uti νῆσος promiſcue etiam dicitur, vel, quod tam confidenter id Strabo adfirmare videtur, vere alia urbis pars ſtetit in inſula, cuiusmodi exemplum eſt in Syracuſis, et tum proprie locutus eſt Ovidius Triſt. 1, 10, 35. *Thyniacosque ſinus et ab his per Apollinis urbem* Alta *ſub Anchiali moenia tendat iter.* Sozopolim ſuo tempore dictam fuiſſe adfirmat auctor peripli p. 14. Hudſ. Vid. de eo nomine, quae disſerit Dodwellus in diſſ. de periplo anonymi 10. pag. 168. (Hudſ. Geogr. Vol. 1.) Incolae Graece et Latine dicti ſunt *Apolloniatae.* Hodie in ruinis fere iacet et *Sizeboli* eſſe putatur.

Recta) Non dixit aequa; nam aliquot ſinibus curvatur; ſed quod recto continentis tractu in Boſporum

tenditur. Vid. Ptolemaeus, cuius cum Pomponio in ſequentium locorum ſerie cum primis convenit. VADIANVS. Nempe qualis eſt nervus in arcu non intento. I. GRONOVIVS *MS.*

Thyniam) Θυνιὰς ἄκρα, ultima Thraciae Aſticae vocatur a Scymno v. 727. et anonymo auct. peripli p. 15. Hudſ. qui et litus hoc nomine novit cum navium ſtatione. Sic ἀκτὴν tantum vocat Apolloniatarum Arrian. pag. 34. Hudſ. porro Strabo 7. p. 221. ſ. 319. χώραν Apolloniatarum, oppidum Plinius 4, 18. ſ. 11. ἄκραν vero etiam Ptolemaeus 3, 11. Ab Ovidio Triſt. 1, 10, 35. *Thynniaci ſinus*, a Valer. Flac. 4, 424. *Thynnaea litora* commemorantur, uti quidem edidit Burmannus. Sed ut duplex *n* locum habere nequit, ita notanda videtur emendatio Salmaſii ad Solin. p. m. 152. *Thyniados ſinus.* Gentilia enim adfert Stephanus Θυνιάδιος et Θυνιαδεύς. Quod idem inſulam dicit et promontorium ad Ponti oſtium, poſterius huc pertinet. De terminatione dictum eſt in notis criticis p. 93. H. ut tradit Dapper de l'Archipel p. 515. vocatur *Capo Thinno.*

incurvis) More ſinuum et promontoriorum. I. GRONOVIVS *MS.* Incurvat ſe ita, ut figura eius concava, non convexa ſit. KAPPIVS in indice ſ. v. *obtendo.*

Halmydeſſon) Ab aliis *Salmydeſſon* dici, monitum eſt in notis criticis p. 94 ſq. Loci notatio item, vel magis variatur. Cum Noſtro oppidum vocat Plin. 4, 18. ſ. 11. et Apollodor. 1, 9, 21. qui ibi Phinea habitaſſe ſcribit; ſinum Ponti Stephanus h. v. Thraciae fluvium, qui in Pontum Euxinum influat, Tzetzes ad Lycophron. v. 186. χωρίον, vel χώραν alii ex Xenophonte in exped. Cyri 7, 5, 8. ut Arrianus in periplo extr. plerique αἰγιαλὸν, ut Strabo 7. p. 221. ſ. 319. Scymnus v. 723. et ex eo auctor peripli p. 15. Hudſ. Ptolem. 3, 11. — et

tamquam importuofum, vadofum et noxium adpulfis ob accolarum feritatem defcribunt; προσχωσιν vocat etiam Strabo 1. pag. 36. f. 52. Paffim etiam omnino Salmydeffum adpellant, in iis Herodot. 4, 93. Strabo 1. p. 34. f. 50. Diodor. 14, 37. ita tamen, ut litus vel habitatum, vel periculofum et vadofum, indicent; τόπον Θρᾴκης vocat Suidas. Cf. Cafaubon. ad Strabon. 1. p. 36. f. 52. et Vindingius ad Arrian. c. l. Σαλμυδησίαν (per σ fimplex) γνάθον legimus in Aefchyli Prometh. vincto v. 732. qui et latrociniis infamem fuiffe novit. Cf. ibi Schütze Vol. 1. p. 190. De nomine Schol. Apollon. 2, 349. ἀπὸ τοῦ συῤῥέοντος εἰς αὐτὸν ποταμοῦ, quem Rhebantem arbitratur, etfi de fluvio dubitat omnino Vindingius. Mare vero Salmydeffium hinc adpellat Lycophron c. l. De fitu turbat Herodotus c. l. quia fupra Mefembriam et Apolloniam ponit, eumque etiam fic tuetur Schwartze ad Cellarii Geogr. ant. Vol. 1. p. 1077. ut fcripfiffe id velit ex itinerario Perfae, qui in Getis verfatus tunc fuerit, cum fcriberet. Ita turbat in Argonautarum curfu Apollodor. c. l. ubi vid. Heyne p. 190. et quos laudat, praeterea Gillius de Bofporo Thr. 2, 22. Turbat etiam Aefchylus, qui ad dextram Ponti ponit, ubi Amazones erant. Sed hi poetarum et mythographorum funt errores, cum reliqui in finiftra Ponti parte oftendant, etfi hic curfus progreffio valet. H. ubi *Stagnara* cernitur in tabulis. Oberlin in orbe antiquo adpofuit *Midjeh*. Tournefort voyage du Levant. T. 2. p. m. 435. ubi h. eft *Belgrade*, ultra *Mauromolo*, ubi forte olim fuit Phinopolis.

Phileas) Varie et fcribitur et notatur. Stephanus habet Φιλέας, qui tamen fimul monet, alios Φιλέαν, alios etiam Φινέαν efferre. Occurrit in Scymno v. 722. Φιλίων καλουμένων ex libris, ubi Vindingius Φιλέας καλουμένη dedit, alii aliter. Situs autem noftrum hunc locum innui declarat. In auctore peripli Ponti p. 15. Hudf. Φιλία eft et Φιλέα, alterum ex vitio, etfi et illud habet Ptole-

maeus 3, 11. *Philias* est in tabula 8. pro quo ex more usitato *Filias* habet Geogr. Ravenn. 4, 6. et 5, 12. Cf. Salmas. ad Stephan. h. v. et Holsten. in Ortelium p. 150. In Arriani periplo extr. *Phrygia* tantum hic commemoratur, cuius causas exquirit Stuckius p. 189. et pro eodem loco habet. Recte. Nam diserte id monet auctor anon. peripli pag. 15. Hudf. Tum varie notatur locus, ut Byzantii χωρίον aut χώρα, (a Stephano, Scymno) ἄκρα; (Ptolemaeo) utrumque additur ab auctore peripli c. l. Noster diserte urbem facit, erratque Holsten. c. l. qui regionem ab illo dici scribit Φιλεατίναν λίμνην. Commemorat in hoc tractu Zosimus 1, 34. m. In recentiorum tabulis hic adparet *Filea*.

Phinopolim) Hanc urbem commemorant etiam Strabo 7. p. 221. f. 319. Plin. 4, 18. f. 11. Stephanus h. v. Ptolem. 3, 11. et *Panopolim* Livio 32, 33, 7. dici hic notaverat Ciacconius, etsi aliter ibi videtur viris doctis, et Glareanus *Poneropolim* Plinii 4, 18. f. 11. intelligit, quae tamen a Byzantio nimis remota fuit ad Hebrum fl. et Rhodopen montem. Forte *Panopolis* illa quaerenda est in *Panio* promontorio prope Cyaneas, quod memorat Dionys. Byzantin. de Thracio Bosporo pag. 17. Hudf. Iuxta Bosporum vero nostram ponit Plinius. An fuerit Phinei aula, in qua ille Argonautas excepit, multis disquirit Gyllius de Thracio Bosporo 2, 22. p. m. 232 sqq. negatque, quia sic Iason iam praetergressus fuisset Cyaneas, nec necesse habuisset, consilium a Phineo petere, qua eas ratione praeterire posset, ponitque hinc iuxta Bosporum inter Cyaneas. Tournefort T. 2. p. m. 454. (à Lyon) ex cursu Argonautarum putat, hanc Phinei aulam ad os Bospori fuisse in Europae parte; ita nempe Phinopolis (la cour de Phinée) explicat; ubi h. *Mauromolo;* ultra Cyaneas ideo etiam esse non posse, quia nullus ibi sit portus, cum tamen Argonautas Phinopolim adpulisse scribat Apollonius. (2, 177.) Tum h. *Belgrade* ultra Mauro-

molo forte eſt Salmydeſſos. Sed tale commentum lapſumque geographicum iam antea in Salmydeſſo notavi ex Apollodoro. Cum hanc urbem periplorum auctores non agnoſcant, intercidiſſe videtur et a Ptolemaeo ex antiquioribus translata. Poſſit id etiam magis ex Plinio 5, 43. ſ. 32. probari, ubi *Phinopolis fuit* dicitur, ſi lectio conſtet et ſitus in Europa indicetur. Poſſit tamen duplex Phinopolis conſtitui, et ſic disceptatio illa de vago Argonautarum curſu tolli.

§. 6. *Boſporus)* De eo vid. ad 1, 19, 2. de Propontide ad 1, 19, 5.

Byzantium) Urbs celeberrima, de qua potiora delibaſſe ſat erit. Antea dicta eſt *Lygos*, ut tradit Plin. 4, 18. ſ. 11. eoque nomine indicat Auſon. de clar. urb. 1. f. ubi *Byzantina Lygos* vocatur, pro quo *Lycus* exſtat in libello prov. Rom. p. 765. (ad calcem Eutropii Verheyk.) poſt *Byzantium* a Byza conditore, quem et multi numi exhibent. Hinc *moenia Byzae* Avien. v. 973. Βύζαντος ἄστυ Oppian. in Halievt. 5, 521. vel ἕδος apud Zoſim. 2, 37. in oraculo Sibyllae. Βύζου πόλις in Chron. Paſch. ſub Olymp. 243. p. 212. Ven. Prima fundamenta ieciſſe Phidaliam, quam Byzas duxit, narrant Malalas in chronogr. lib. 13. p. 5. Ven. et Chron. Paſchale ſub Olymp. 243. a Megarenſibus et Byzante conditam confluentibus ad eam condendam Caryſtiis et Corinthiis refert Geneſius de rebus Conſtantin. lib. 1. f. De Megarenſibus Niſo oriundis plura dabit Cuper. in obſerv. 4, 14. Graecos omnino producit Tacit. Annal. 12, 63. in. Feruntur autem omnino ab auctoribus multi populi, in quibus Athenienſes, Megarenſes, Mileſii, Spartani, alii, qui diverſo tempore colonos eo miſerunt, ſic ut κτίζειν latius etiam valeat. Plura conlegerunt de iis Heſychius Mileſius de reb. Conſtantin. p. m. 43 ſq. Berkel. ad Stephan. p. 248. Cellar. in Geogr. ant. 2, 15, 58. Bandurius in commentt.

in antiqu. Conftantin. lib. 1. pag. 350. Ven. aliique. Poftero tempore dicta eft, tefte Euftathio ad Dionyf. v. 803. fub Severo et Antonio *Antonia*, ubi tamen *Antoniniam* malit Cuperus c. l. notante Hudfono, atque ita antea Ortelius in thef. Geogr. f. v. Conftantinopolis, fub Conftantino M. *Anthufa*, de quo nomine vid. Bandurius p. 455. c. l. Sed ab eo magis inclaruit et manfit *Conftantinopolis* nomen, quare etiam Mamertinus in gratiar. act. ad Iulian. c. 2. urbem vocat *nominis novi*, *fed antiquiffimae nobilitatis*. Novam Romam etiam dictam fuiffe notat Stephanus. De fitu, natura, commoditate — aliqua adferunt Strabo 7. p. 221. f. 320. Tacitus Annal. 12, 63. plura Polyb. 4, 38 fqq. Incolae, in numis etiam, dicti Βυζάντιοι, etfi ferius fucceffiffe Βυζαντῖνοι notat Bayer. in opufc. p. 447. quae formae in bonis etiam auctoribus commutantur, ut docet Garaton. ad Cicer. pro domo cap. 20. Alia ex Stephano et Lexicis peti poffunt. H. ab Arabibus et aliis Orientis populis vocatur *Cofthanthinah* f. *Cofthantiniah*, a Turcis *Iftambol*, a Bulgaribus *Zaregrad*, a Graecis hodiernis πόλις; alias vulgo *Conftantinopel*.

Selymbria) Duplici modo effertur, aut *Selybria*, Σηλυβρία, (Herodot. 6, 33. Strabo 7. p. 221. f. 319. Plutarch. in Alcib. c. 30. Ptolem. 3, 11.) aut *Selymbria* inferto *m*. (Scylax p. 28. Hudf. Scymn. v. 714. Demofth. de Rhodior. libert. p. 198. Reisk. Stephan. h. v. et Μεσημβρία, Strabonis epitom. 7. p. 97. Hudf. Xenoph. de exped. 7, 2, 15. 7, 6. f. hift. Gr. 1, 1, 21.) — Ita etiam variat gentile, de quo Weffeling. ad Diodor. 13, 66. Priorem formam origini propiorem et antiquiorem iudicat Weffeling. ad Herodot. c. l. eamque hinc praefert in Diodoro c. l. contra ac Gronov. ad Herodot. c. l. Utra tamen forma potior fit, dubium cenfeo. Strabo quidem explicat Σήλυος πόλιν, ut Stephanus f. v. Μεσημβρία; nempe βρία Thracibus eft urbs, de quo fupra ad §. 5. Porro in

ipsis libris magna dominatur variatio, ut adparet ex notatis ad Herodotum et Diodorum. Cf. et Schneider ad Xenoph. in hist. Gr. c. l. et Hutchinson ad eund. de exped. 7, 2, 15. Ita discrepat adeo epitomator ab ipso Strabone. Posteriores auctores, in iis scriptores Byzantini, quos magno numero producit Stritter. in memor. populor. — T. 2. p. 556. habent fere Σηλυβρία. Attamen et quidam μ inserunt, ut Constantin. Porphyrog. de them. lib. 2. in. Nec obstat etymologia, cum idem notetur in Mesembria et Poltymbria. Vid. Stephanus ad prius nomen. Aliae corruptiones facile deprenduntur, de quibus monuit etiam Wesseling. ad Diodor. c. l. et 14, 12. item Holsten. ad Stephan. p. 290. Numi hic desiderantur. Gentile Selymbrianus, eiecta etiam litera *m*. Conditores Megarenses facit ante Byzantium Scymnus c. l. Hodie *Selivrea* (Büsching Vol. 1. T. 2. p. m. 1765.) Graeci, quos audivit Leunclavius (vid. ad Xenophont. de exped. 2, 7, 15.) vocant Σηλυβρίαν et Σηλυουρίαν. Belon in observ. 1, 68. p. 66. notat *Silivrée*, et metalli fodinas memorat.

Perinthus) Gr. Πέρινθος, unde *Perinthii* dicuntur, in numis etiam. Si Tzetzae in chil. 3, 812. fides haberi potest, antiquius nomen fuit *Mygdonia*. Samiorum coloniam dicit Scymnus v. 713. Postero tempore adpellata est Heraclea, quare diserte Ptolemaeus 3, 11. scribit Πέρινθος ἤτοι Ἡράκλεια, idque confirmant Eustathius ad Dionys. v. 142. Procop. de aedif. 4, 9. aliique plures. Cf. ad Eutrop. 9, 15. Hinc coniuncte *Perintho Heraclea* in Antonini itin. p. 323. *Heraclea Perinthus* in Ammiano 22, 2. Cf. Geogr. Ravenn. 4, 6. 5, 12. et quae notavit Valesius ad Ammian. c. l. in primisque vir doctus in observ. miscell. Vol. 5. Tom. 3. p. 50 sq. De causa nominis Perinthus dissentiunt Ammianus 22, 8. et Stephanus. Cf. Buonarottius in osserv. ist. p. 182. Herculem tamen κτίστην ferunt numi, etsi

Perinthi nomen constanter servant. Cf. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 39. Quo autem tempore nomen Heracleae obtinuerit, disputatur. Si ἤτοι Ἡράκλεια Ptolemaei manum reddit, Imperatore Traiano nomen illud est antiquius. Spanhemius de usu — num. diss. 9. p. 578. tribuit imperatoribus Constantinopolitanis, Constantino M. Pontanus ad Theophylactum 1, 11. At altius originem esse repetendam docet Lactantius de mort. persecutor. cap. 45. Aureliani autem, qui iuxta eam occisus est, tempore hoc nomen innotuisse ex Zosimo 1, 62. et Vopisco in Aureliano c. 35. adparet. Numi certe, in quibus Perinthiorum fit mentio, in Gallieno et Valeriano desinunt, nec ultra progrediuntur, ut docuit Rasche in Lex. num. c. l. Cf. etiam quae disputantur in observatt. miscell. c. l. a Wesselingio ad Antonini itin. p. 323. et ad itiner. Hierosol. p. 601. praeter Cellarium in Geogr. ant. 2, 15, 50. Tristanum in hist. des Empereurs T. 2. p. 80. et alios. Cum Heraclea Ponti passim miscetur, quem quidem errorem tribuunt etiam Stephano s. v. Ἡράκλεια, quia Heracleam Thraciae in Ponto ponat, ut videatur intelligere Thraciam Bithynorum. Diversas tamen urbes facit Perinthum et Heracleam Scylax p. 28. Hudf. cui accedit tab. Peuting. 8. quae utramque etiam haud magno intervallo dissitam notat, ut Scylax. Forte igitur Heraclea cognomen additum est Perintho, quod videtur ex Procopio de B. Vandal. 1, 12. ubi haec: Πέρινθος, ἣ νῦν Ἡράκλεια ἐπικαλεῖται, quae non neglexit vir doctus in observatt. miscell. c. l. Et sic fere idem Procopius de aedif. 4, 9. Ἡράκλεια ἡ Πέρινθος. Hinc forte factum, ut, Perintho imminuta, Heraclea emineret, vel utraque urbs in unam coalesceret. In quo quidem egregie adiuvat Malalas chronogr. lib. 10. p. 111. Ven. qui refert, Vespasianum ex Perintho Heracleam condidisse, etsi vir doctus in miscell. observ. c. l. infra Aurelianum nominis mutatio nem revocandam censet ex Zosimo 1, 62. Hinc vero

ſimpliciter Ἡράκλεια τῆς Θράκης vocatur, a Claudiano in Rufin. 2, 292. *Herculei nominis urbs.* De ſitu Plin. 4, 18. ſ. 11. *Perinthus latitudine 200 paſſuum continenti adnexa.* Diodor. Sic. 16, 76. in. κεῖται παρὰ θάλασσαν ἐπί τινος αὐχένος ὑψηλοῦ Χεῤῥονήσου, ubi ſimul plura de urbis forma et ſtructura habes. Portum memorat Scylax p. 28. Hudſ. In hodierno nomine disſentiunt. Harduin. ad Plin. c. l. vocat *Pantiro*, Büſching Vol. 1. P. 2. p. m. 1766. *Heraclea;* Oberlin. in orbe ant. p. m. 196. *Erekli*, Belon in obſerv. 1, 68. pag. 66. *Rodoſto*, etſi idem 2, 111. p. 167. etiam *Heraclée* aliorum adfert, de quo disputare nolit, quia urbium nomina vetera et recentiora parum curarit. Certe Spon et Wheler (voyage d'Italie — 1724.) T. 1. p. 131. tuentur ex ſitu etiam Heraclée. De proxima urbe *Bithynis* cf. disputata in notis criticis p. 97 ſq.

Erginos) Meminit eius etiam Plinius 4, 18. ſ. 11. ſed Helleſponto facit viciniorem. *Arzum* a Ptolemaeo 3, 11. vocari putat hic Ciacconius.

Athyras) Commemoratur etiam a Plinio, ex quo *Padyram* eundem dictum fuiſſe diſcitur, et Ptolemaeo 3, 11. Stephanus h. v. vocat ἐπίνειον καὶ ποταμὸν iuxta Byzantium, et in utroque habet conſentientem Suidam ſ. v. Μελαντίας. Ἐπίνειον πρὸς ἐκβολὰς novit etiam Agathias lib. 5. pag. 110. Ven. et in Propontidem eum excurrere dicit. In ſcriptoribus Byzantinis occurrit praeterea urbs cognominis, veluti in Procopio de aedificiis 4, 8. auctore incerto in eorum conlectione Ven. Vol. 9. p. 343. Procopius c. l. κάστρον vocat cum ponte firmiſſimo et prope Selymbriam ponit.

Rheſo) Satis hic innotuit ex Homero, Virgilio, maxime ex tragoedia Euripidis. Auxilium is tulit Troianis et ab Diomede occiſus eſt. (Homer. Il. 10, 494.

Apollodor. 1, 3, 4.) De eius parentibus quae adferuntur varia, disserit Eustathius ad Homer. Il. 10, 435. p. m. 741. Hinc *Thracum dux* vocatur in Sabini epist. 1, 13. ipse *Sithonius* ab Ovid. de A. A. 2, 137. *Threicius* Amor. 1, 9, 23. et ipsa Thracia *Rhesi Mavortia tellus* apud Virgil. Georg. 4, 462. Cf. Euripid. in Rheso v. 276 sq. 296. et alibi. Hinc *Rhesi domus* quae sit in Sil. Ital. 2, 76. patet.

regnata —) Ut Virgil. Aen. 3, 14. *terra quondam est regnata Lycurgo.* Horat. 2, od. 6, 11. *rura regnata Phalanto.* Et sic alibi hoc verbum in structura occurrit Graeca ratione. Cf. Ovid. Metam. 8, 623. Sil. Ital. 1, 293. Ovid. ex Ponto 4, 15, 15. Horat. 1. od. 6, 27. 3. od. 29, 27. Virgil. Aen. 6, 793. ex prosaicis Plin. 6, 23. s. 20. Sic et Graeci verba ἀνάσσω, βασιλεύω ponunt. Cf. Emmenessius ad Virgil. Aen. 3, 14. et de passiva eius vi German. ad 6, 770.

Bisanthe) Gr. Βισάνθη. Samiorum coloniam facit etiam Stephanus, at idem vage vel falso in Macedonia ponit iuxta Thraciam, ut monuerunt ibi viri docti. Nunquam enim huc permissi fuerunt Macedoniae termini. Xenophon enim de exped. Cyri 7, 2. f. et alibi Seuthi dat Thracum regi, et in Thracia diserte ponit Plutarch. in Alcib. c. 36. In Hellesponto, atque hinc in Thracia, ponit etiam Herodotus 7, 137. in Propontide propius cum Mela Ptolemaeus 3, 11. et Plin. 4, 18. s. 11. Κάλλιστον χωρίον τῶν ἐπὶ θαλάττῃ vocat Seuthes apud Xenophontem c. l. Post Rhaedestum vocatum est, ut ex Ptolemaeo discitur, et hoc nomine occurrit apud Procop. de aedif. 4, 9. ubi etiam de situ. Memorant praeterea plures, qui cognosci possunt ex nota Wesselingii ad Antonini itin. p. 176. An vero sit Antonini *Resiston* pag. 176. et 332. item Plinii 4, 18. s. 11. quod adfirmant Berkelius ad Stephan. p. 225.

Bosius ad Nepot. 7, 7, 4. et pro Resisto in Plinio reponere malit Pintianus, recte dubitatur, cum Resiston fuerit in mediterraneis. Vid. Cellarii Geogr. ant. 2, 15, 48. Wesseling. ad Antonini itiner. p. 176. Quod vero ibi Surita scribit, a Plinio etiam *Macrontichos* vocari, errat vitiosam interpunctionem secutus. H. *Rodosto* ad mare di Marmora.

Cypsela) De scripturae discrepantia dictum est in not. crit. p. 100. ubi pro simplici *l* propugnavit, quo etiam praeferunt Stephanus, epitomator Strabonis 7. p. 104. Huds. ubi Κυψέλων πόλεως Vadianus hic et ad Livium 38, 40, 5. Glareanus male a Cypselum in casu recto derivant, nec melius Penzelius in Strabone pag. 975. vertit: *die Stadt der Cypseler*, cum gentilia, Stephano etiam teste, sint Κυψελῖνος et Κυψεληνός. Passim etiam pro *e* adparet *a Cypsala*, uti effert Servius ad Virgil. Aen. 1, 317. et dedit in Antonini itin. p. 332. Wesseling. Ad Hebrum ponit Servius c. l. cum Strabonis epitomatore 7. p. 99. Huds. quem situm innuunt etiam Livius c. l. et Ptolemaeus 3, 11. qui mediterraneis adscribit, idque confirmat Antoninus cum tabula Peuting. quare hic extra ordinem et cursum institutum commemorat Mela. In castellis recenset Livius 31, 16, 5. Thucydidis Cypsela falso huc advocavit Harduinus ad Plin. c. l. quia ibi ad Arcadiam pertinet. Fuerunt autem quatuor eius nominis oppida, ut docuit Wasse in addendis ad Thucyd. p. 671. H. quidam *Ipsala* vocant, alii aliter, ut ex Ortelio discitur. *Chapsilas* notavit Stritter in ind. Geogr. ad memorias populor. — h. v.

locus) Apud Geographos diversa sunt regio, vel urbs, vel pagus a loco, cum in vulgari sermone hoc postremum de illis adhibeatur. I. GRONOVIUS *MS.* Late tamen valet et laxe saepe dicitur *locus*. Sic urbibus obponitur 2, 3, 4. ubi simul montes complectitur. Statuit

vero hoc discrimen Gronovius ad Cicer. 7, 3. exemplisque ſuſtinet ad notandum proprium ſermonem Geographorum. Nempe, inquit, *locus* Latinis non modo, quod Graecis τόπος, ſed etiam χωρίον dicitur, et quando locus ſignificat τόπον, etiam oppidum locus eſt; quando autem ſignificat χωρίον, oppidum non eſt locus. Igitur ex nexu hoc debet diiudicari.

μακρὸν τεῖχος) Notatur a Plinio 4, 18. ſ. 11. Ptolemaeo 3, 11. et aliis. TZSCHVCKE. Graeci quidem generaliter de quovis pariete dixerunt, ſed in primis hiſtoria illud adripuit ad munimenta inſtar murorum ducta contra hoſtes, ut ſint caſtella, ſed quae porrigerentur in longitudinem per adpoſitas foſſas et inde quoque eductos muros, ut hodie per linguam Gallicam revocatae ſint *lineae*, quibus per hoc caſtellum defenderetur introitus in Thraciam. I. GRONOVIVS *MS.* Τεῖχος ſaepe ſignificare arcem, munimentum, dubitatione caret, et pluribus exemplis adſtruxerunt Spanhem. ad Iulian. p. 62. qui et ſic Noſtrum intelligit ex Plinio, etſi, ut ſequ. docent, falſo, Weſſeling. ad Diodor. Sic, 13, 69. 18, 33. et Holſtenius, cuius ille notas ineditas hac parte vulgavit ad Hieroclis ſynecd. p. 681. Valckenar. ad Herodot. 7, 59. Et ſic πύργος κατὰ χέρσον in Aeſchyli Perſis v. 869. ad hoc τεῖχος refert Schützius p. 110. ad c. l. Hoc tamen in loco murus eſt ad muniendum iſthmium exſtructus. Ita enim Plinius c. l. *a Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Cherroneſum.* Poſt Latine *longos muros* interpretatur. Τεῖχος ἐφ' ἑκατέρᾳ θαλάττῃ προβεβλημένον dicit Agathias lib. 5. p. 108. Ven. in Iſthmo. Talem murum in iſthmo Corinthi a Cenchreis ad Lechaeum per 40 ſtadia fecerunt Graeci in bello Perſico, de quo cf. Diodor. 11, 16. f. Ptolemaeus nomine tantum cum aliis urbibus et oſtiis fluviorum produxit. Tabula adpoſuit ſignum, quo montes no-

tare ſolet. Περίβολον vocat Procop. de B. Perſ. 2, 4. et μακρὰ τείχη luculentiſſime deſcripſit idem de aedif. 4, 10. at dicit εὐκαταφρόνητον καὶ τοῖς ἀποπειρασομένοις εὐάλωτον. Illum deſtruxit, eodem auctore, Iuſtinianus et validiorem maiori latitudine et altitudine in eius locum erexit. Quod ad ſitum propiorem, Plinius a Biſanthe porrigit ad ſinum Melanem. Alii ad Propontidem ponunt inter Biſanthen et Pactyam, ut Ptolemaeus; Mela inter Cypſela et Lyſimachiam; poſt Heracleam tabula. Vid. Boſius ad Nepot. 7, 4. Ceterum auctorem ſtructi huius in Cherſoneſi iſthmo muniment Miltiadem indicat Herodotus 6, 36. Poſt etiam munierunt Pericles (Plutarch. in vita cap. 19.) et Dercyllidas. (Xenoph. in H. Gr. 3, 2, 10.) Eodem autem modo μακρὰ τείχη commemorantur, ut Megarenſium apud Thucydidem 4, 109. in. Diodor. Sic. 12, 66. — Argivorum ap. Diodor. Sic. 12, 81. — Peloponneſiorum in Iſthmo contra Xerxem (Diodor. 11, 16.) in iſthmo Pallenes (Thucydid. 1, 64. in. Procop. de aedif. 4, 5.) — et poſtea ſatis innotuit murus Britannicus a Severo maxime ductus, cuius rudera deſcribit Belon in obſerv. 1, 64. p. 63.

radicem) Senſus: ubi incipit paene inſula in altum excedere, ibi ſita eſt Lyſimachia. KAPPIVS *in indice h. v.* Vid. ad 2, 1, 5.

Lyſimachia) Gr. Λυσιμάχεια. Incolae Λυσιμαχεῖς in multis etiam numis. Conditorem habuit Lyſimachum, Thraciae regem, uti tradunt Scymnus v. 702. Appian. in Syriac. in. Iuſtin. 17, 1. in. numis comprobantibus. Vid. Raſche in Lex. num. Tom. 2. P. 2. p. 1920. Poſt annos 22. terrae motu everſa eſt, (Iuſtin. c. l. Oroſ. 3, 23. f.) ſed iterum refecta. Ut enim tradunt Appian. c. l. Livius 33, 38, 10. poſt eius mortem a Thracibus capta et direpta et incenſa eſt, ex quo

tempore eam inſtauravit Antiochus et colonis frequentavit. Decreviſſe Plinii aetate diſcitur ex lib. 4, 18. ſ. 11. ubi dicit: *deſeritur et Lyſimachia in Cherroneſo.* Commemorant tamen Stephanus h. v. Ptolemaeus 3, 11. numi etiam Plinio poſteriores, ex quibus denuo eam convaluiſſe adparet. An prius Cardia dicta fuerit, quod adfirmat Stephanus, recte dubitatur, quia reliqui diverſas urbes faciunt. Erroris cauſam miniſtrare videtur Pauſanias 1, 9. f. qui refert, Lyſimachum everſa Cardia pro ea condidiſſe Lyſimachiam; Cardiam poſt vicum dicit cap. 10. f. qui remanſit. Idem videtur de poſteriori eius nomine, quod ſuo tempore *Hexamilium* fuiſſe vulgo, ſcribit Ptolemaeus. Sed cum codex Palatinus illa verba ignoret, nec tunc illud nomen innotuerit, recte adſutum a librariis exiſtimat Bertius. *Hexamili* enim hodiernum nomen creditur. Urbis ipſius ſitus ſatis clare a Noſtro notatur, et Appianus de B. Civ. 4, 88. illam et Cardiam portas quaſi Cherroneſi vocat; quae quidem obportunitas ſatis comprobata eſt in bello Antiochi. Vid. infra Cardia, et de ſitu obportuno Lyſimachiae etiam Diodor. in excerptis p. 574. T. 2. Weſſ.

§. 7. *hic)* Iuxta Lyſimachiam, ubi a continente anguſto Iſthmo porrigitur in Helleſpontum. VADIANVS. Ibi etiam Iſthmon diſerte ponit Plin. 4, 18. ſ. 11.

Helleſpontum) Gr. Ἑλλήσποντος; paſſim etiam inverſis verbis *Pontus Helles*, ut in Ciceronis orat. c. 49. Reperitur etiam *Helleſpontum pelagus* apud Hygin. fab. 3. ubi alia dabit Munckerus. Inde ducuntur *Helleſpontius*, (vid. Gronov. ad 1, 2, 2.) *Helleſponticus*, (Mela 1, 2, 2.) *Helleſpontiacus*. (Virgil. Georg. 1, 111. Ovid. epiſt. 18, 108. Triſt. 1, 10, 24.) Origo nominis in vulgus eſt nota. Tractavit varie hanc fabulam Hyginus in poet. aſtron. 2, 20. cui addi poſſunt plurimi a Fiſchero ad Palaephat. cap. 31. expoſiti. Hinc variae eius adpellationes fluunt,

ut ab Athamante, Helles patre, στεινωπὸν ὕδωρ Ἀθαμαντίδος Ἕλλης, (Dionyſ. v. 515.) πορθμὸς, (Aeſchylus in Perſ. v. 69.) ῥέεθρα, (Apollon. Rhod. 1, 927.) *freta*, (Avien. v. 692.) *aequora*, (Ovid. epiſt. 18, 157.) *undae*, (Propert. 1, 20, 19.) et omnino *virginis aequor*. (Ovid. epiſt. 18, 117.) Sic a Phryxo fratre alia petuntur, ut *Phryxeus pontus* (Lucan. 5, 56.) *mare*, *aequor*, *ſtagna*, quae ſingulatim enarrata in Lexicis noſtris proſtant. Accedunt alia, quae ab adiacentibus duabus urbibus petita ſunt, Seſto et Abydo, ut *Seſtiaci ſinus*, *Abydena aqua*. Cf. Dapper deſcr. des isles de l'archipel p. 484. et, qui plura notavit Serra in apparatu Synonymor. p. 473. TZSCHUCKE. Quod de nomine tradunt, ab Helles caſu, id falſum eſt ex Heſychio, qui comprobat, ante Helles mortem id nomen habuiſſe. [Immo Boryſthenis nomen. Vid. Heſychius et ibi viri docti.] Nomen vere accepit ab ἕλλην et πόντος, quaſi Pontus Hellenicus, quod Hellenes et Graeci antiqui aliquando ad eum coluerunt, et videtur hoc nomen accepiſſe ad diſtinctionem alterius, qui dictus eſt Pontus Axenus, quod barbari et inhoſpitales homines ad eum habitarunt. Poſt vero et huius ora a coloniis Graecorum occupari coepit. GRAEVIUS *MS*. ad 1, 1, 5. Ipſum autem nomen Helleſpontus varie ſumitur, vel de freto inter Seſtum et Abydum, vel de tota Propontide aut eius parte intra Perinthum, vel denique de adiecta Aegaei maris parte, ut tradit Euſtathius ad Dionyſ. v. 142. qui putat ideo ab Homero latum vocari, (Il. 7, 86. Odyſſ. 24, 82.) etſi aliter intelligunt interpretes ad priorem locum. Cf. praeterea Burmann. ad Valer. Flacc. 1, 50. Quidam antiquiſſimis temporibus pro fluvio habitum fuiſſe coniiciunt inde, quod Homer. Il. 2, 845. et alibi ἀγάρροον vocet, de quo vid. Wood — von Troia in Zuſätzen p. m. 97. probatque Schlichthorſt in Geogr. Homeri pag. 127. Praeter Homerum tamen alii etiam, niſi quis ex imitatione factum velit, ſic adpellant, ut Dionyſ. v. 325. et hinc Avien. v. 466. *praecipiti fluctu furit*

Hellespontus. Sic mare in literis sacris de magnis fluviis dicitur, ut de Nilo, Euphrate, Tigride. (Ies. 11, 15. 18, 2. 21, 1. Ierem. 51, 36. —) Illud tamen proprie valet de freto, et hodie observatur in utraque ora, cum saxa latentia cursum impediant. Vid. Dapper. c. l. Büsching Geogr. Vol. 1. P. 1. p. m. 101. Denique sic saepe occurrit, ut Asiae provinciam denotet, ut in Stephano. Cf. Sextus Ruf. cap. 10. Sed et sic Cicero de tota Asiae parte ponit, quae est ad Hellespontum, quippe in ea commemorat urbes Lampsacum et Parion. Vid. Verrin. 1, 24. ad divers. 13, 53. Hic de freto strictiori sensu et usitato, qua dividit Thraciam a Troade, ut describit Eustath. ad Homer. Il. 2, 845. Sed neque sic omnes in eo conveniunt. Noster incipit prope Lysimachiam ad Eleum. Agathemerus 1, 3. in. terminos ponit ad Abydum et Sestum. Cf. Strabo 2. p. 85. s. 124. et supra in eius notationibus. Certe ibi angustissimum est fretum 7 stadiorum. (Herodot. 7, 34. Strabo c. l. et 13. p. 406. s. 591. Plin. 4, 18. s. 11. 5, 40. s. 32. Martian. Cap. 6. p. 213. Cf. ad Melam 1, 1, 4.) Mille passus computat Dapper c. l. stadio minus. Per eum erupisse Pontum Euxinum vetus fama tulit. Cf. 1, 1, 4. Strabo 1. p. 34. s. 49. et ad Diodor. Sic. 5, 47. Varia, quae gerit hodie nomina, contulit Dapper c. l. in quibus *Golfo* s. *Stretto di Gallipoli* et *di Dardanelli; Braccio di S. Georgio*, a D. Georgii brachio in aede sacra finitima adservato; Turcis vocatur *Stambul Denghiz.* Cf. etiam d'Anville description de l'Hellespont cum adnexa tabula in Memoires — de Paris T. 28. p. 318 sqq. et de hodierno nomine etiam Biörnstahl Briefe T. 4. p. 347.

Aegaeumque) Cum ex Caria lectorem provehens secundum litora nuspiam huius nominis mentionem fecerit, etsi sit eadem aqua et continens aequor, adparet auctorem in litore Asiatico non agnovisse mare Aegaeum. Sed nunc primum eius meminit, quia post Hellespontum

illud procedit per litus Europae praeter Thraciam et Macedoniam, adeo ut, cum cap. 7. Tenedon inſulam dixerit eſſe extra Helleſpontum, non ſuſtineat loqui de mari Aegaeo. Sic ibidem poſt Europae litoribus plures inſulas dicit eſſe adpoſitas, et ad eius rei fidem in Aegaeo mari addit Thaſon aliasque. I. GRONOVIVS *MS.* Sic unice in Europae deſcriptione generali 1, 3. commemorat hoc mare, ubi de eo ad §. 3. vid. notata.

anguſtias) 50 ſtadiorum, (Herodotus 6, 36.) vel 40, (Scylax p. 28. Hudſ. et Strabonis epitome lib. 7. f.) Scylax quidem a Pactya Cardiam verſus. Xenophon in hiſt. Gr. 3, 2, 10. habet 37 ſtadia, Plinius 4, 18. ſ. 11. V. M. P. nempe totidem, quot iſthmus Corinthiacus 4, 5. ſ. 4. i. e. 40 ſtadia. Conſilium de eo perfodiendo agitaſſe videtur Philippus ex Demoſth. orat. Philipp. 2. p. 73. Reiske. Cf. idem de Haloneſo p. 86. Ceterum de hoc Plinius c. l. ut hic Mela: *Anguſtiae*, inquit, *unde procedit* (Peloponneſus), *Iſthmos adpellatur.* Ipſam vocem ἰσθμὸς explicat Schol. Apollonii Rh. ad 1, 938.

Maſtuſiam) Promontorium vocat Plin. c. l. Cherroneſi 4, 23. ſ. 12. cumque eo Solinus c. 16. ſ. 10. et Martianus Cap. 6. p. 212. Sic et Ptolemaeus 3, 12. ἡ Μαστουσία ἄκρα, Lycophron v. 534. Χερσαίου κέρως ſive, ut alii, κέρας. Nam Μαζουσία ſine dubio ibi eſt Μαστουσία. Voſſius igitur *frontem* hoc in loco ſic explicat, ut de promontorio etiam intelligi poſſit; nempe de continentis partibus, quae maxime in mare excurrunt et prominent. An vero ſic plane ponat Mela, ut idem ſit, quod promontorium, dubito. Latiorem enim tractum *frons* indicat et quidem eum, quem latera regionis divera efficiunt. Sic initio capitis: *Pontici lateris frons* et alia. Tum ſi ipſam Cherſoneſi deſcriptionem conſideres, obponit Iſthmo recte et ordine frontem, et inde latera perſequitur, ad Helleſpontum unum, alterum infra §. 8.

Et sic, his scriptis, verbum hoc etiam intellexisse vidi Cellarium in Geogr. ant. 2, 15, 28. Nec repugnat cum sequentibus, ubi dicit: *Eleus finit Hellespontum; et praevectis Mastusiam sinus intrandus est, qui alterum Chersonesi latus adluit* — Si quis vero promontorium esse malit, ad occidentem australis lateris poni debet, ubi etiam posuit Ptolemaeus 3, 12. disertis verbis. At contra Sigeo illud promontorium adversum facit Plinius 4, 18. s. 11. cum ipsius sectatoribus, et sic Tzetzes monet ad Lycophron. c. l. Mastusiam a nonnullis promontorium Eleuntis dici. Aliquantum igitur Plinius a Mela hic discedit, forte quia vocem *frons* male cepisset de ora Hellesponti proxime ab Isthmo, vel Eleuntis promontorium putasset. Ibi enim fuisse, et mare utrumque divisisse, patet ex Procopio de aedif. 4, 10. in. Inde *Mastusium mare* etiam dici putant ab Hygino in poet. astron. 2, 40. Certe sic pro *Matusium*, ut olim Ortelius in thes. Geogr. h. v. ibi emendant. H. *Capo Greco*. Vid. d'Anville in Memoires — Paris T. 28. p. 337.

totam) Nempe terram, quae inter Hellespontum et Aegaeum mare procurrit, ut explicat d'Anville c. l.

Chersonesum) Gr. Χεῤῥόνησος s. Χερσόνησος, de qua varietate dictum est ad 2, 1, 3. Sic Noster vulgo *Chersonesus*, Plin. 4, 18. s. 11. *Cherronesus*, ut alii; Χεῤῥόνησος Apollon. Rh. 1, 925. uti ex 5 MSStis dedit Brunckius pro vulgato Χερσόνησος, quod tamen etiam agnoscit Scholiastes. Etsi plures sunt Chersonesi, ut Taurica, Cimbrica, haec tamen absolute et simpliciter sic adpellari solet. Cf. Agathemer. 2, 4. m. Passim tamen etiam a Thracia notatur, ut in Scylace pag. 28. Hudf. Appiano de B. Civ. 4, 88. et alibi; vel a mari vicino, ut Chersonesus ad Propontidem, (Plin. 11, 73. s. 37.) Hellespontum. (Herodot. 7, 33. Stephan. s. v. Ἀλωπεκόννησος.) Incolae dicti Χεῤῥονήσιοι (Scymnus v. 701. —)

vel Χεῤῥονησῖται. (Herodotus, Demofthenes, alii.) An Pallene etiam fuerit dicta, quod putat Ortelius, de eo vid. disputata ab Hudfono ad Dionyf. Halic. 1, 47. f. Antea infulam fuiffe, refert Schol. Apollon. Rh. 1, 925. Hodie partem facit fatrapiae Gallipoli, et lata eft milliarium Hollandicum unum et dimidium. Kinsbergen v. Archipelagus p. 153.

Aegos) Eft memorabilis haec mixtura vocis Latinae cum Graeca, cum utique potuiffet genitivum illum efferre *caprae*, nifi quod ifta Latina vox nihil fonaret ad frequentationem hiftoriae Graecae, quae femper dicit αἰγὸς ποταμούς. I. GRONOVIVS *MS.* Ita quidem plurali numero tantum non omnes, in iis Xenophon, Ariftoteles, Plutarchus, Diodorus Siculus, Stephanus, alii. Singularis tamen legitur in Scylace p. 28. Hudf. forte ex vitio, et olim in Herodoto 9, 119. Latini dicunt *Aegos flumen*, ut Plinius 2, 59. f. 58. 4, 18. f. 11. (inverfo hic verborum ordine) Nepos 6, 1, 4. et alibi cum aliis. Ammianus tamen 22, 8. Graeca verba fervat. Stephanus vocat urbem Hellefponti, ut alii, fine dubio a flumine vicino. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 57. Tennulius et maxime Oudendorp. ad Frontin. 2, 1, 13. Gentile Αἰγοποταμίτης, quod adfert Stephanus, pro urbe pugnat, cuius etiam veftigium adparet in numis. Cf. Rafche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 114. conl. Harduino ad Plin. 4, 18. f. 11. Ad mare autem fitam fuiffe docent ea, quae paffim narrantur de navium tranfitu, vel ftatione, (Diodor. 13, 105.) contra Lampfacum, uti diferte ponit Xenophon in hift. Gr. 2, 1, 20. cum Plutarcho in Lyfandro cap. 9. Cf. in Alcib. cap. 36. Forte eft Ποταμουκάστελλον in Procopio de aedif. 4, 11. H. *Kara Ova Su*, ut vult Lechevalier.

naufragio) Nempe Lyfander ibi claffem Perficam fuperavit, quod vel ex Nepote notum eft. Quare non

videatur recte naufragium vocari, ut monuit quidem Brodaeus in Mifcell. 6, 16. qui memoria vacillare Melam exiftimat, quod nullum unquam ibi paffa fit naufragium claffis Attica, at cladem a Lyfandro. Sed cf. Duker. ad Flor. 1, 13, 19. et quae notantur ad Nepot. Themift. 7, 5. Ceterum hunc locum iisdem verbis repetiit Boccatius f. v. *Aegos flumen.*

Seftus) Gr. Σηστὸς, utroque genere, de quo cf. Euftath. ad Homer. Il. 2, 836. p. m. 270. et de feminino, quo Attici efferre folent, idem ad Dionyf. v. 513. et Stephanus. Inde defcendit Σήστιος, rariori forma *Seftia puella* apud Ovid. in epift. 18. in. quae alias *Seftias* vocatur, (Mufaeus v. 24.) ut *Seftias ora* apud Sidon. Apollinar. carm. 2, 507. Paffim etiam occurrit *Seftiacus*, ut in Statio Silvar. 1, 3, 27. Ad Pontum latius ponit Mufaeus v. 16. Proprie enim fuit in Cherfonefo, cuius urbem dicit Herodot. 4, 143. inque ea commemorat etiam Ptolem. 3, 12. Oppofitam fuiffe Abydo conftat, a qua urbe tefte Strabone 13. pag. 406. f. 591. diftabat ftadiis ferme 30, nempe navigationis curfu, qui non recta procedebat. Alias enim 7 ftadia habet Strabo 2. p. 85. f. 124. ibique anguftiffimum fretum fuiffe, fupra notavi. Πόλιν ἀρχαίαν vocat Procop. de aedif. 4, 10. f. ubi caftellum exftruxit Iuftinianus. Hodie intercidit, etfi Oberlinus in orbe antiquo p. m. 195. adpellat locum *Zemenic.* In exitu Bofpori caftellum aliquod Turci vocant *Khes-Kalafi*, i. e. caftellum virginis, Europaei vulgo *turrim Leandri*, de qua cf. Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 52. fed fitus coarguit. Vid. Dapper de l'archipel p. 506.

amore) Nota hiftoria ex Mufaeo maxime et Ovidio, eiusque memoriam numi etiam celebrant. Quippe in uno adparet Leander natans, et Hero porrecta lampade ex

turri noctem inluſtrans. Vid. Raſche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 777. Rem et ſupra adtigit Noſter 1, 19. in.

regio) Ad Seſtum ponit Strabo 13. p. 406. ſ. 591. locum nomine Ἀποβάθρα, καθ' ὃν ἐζεύχθη ἡ σχεδία. Cf. etiam Herodot. 7, 33. Diodor. Sic. 11, 3. Ipſa res eſt decantata. Vid. Gyllius de Boſporo 2, 12.

ſpatio —) Cf. notae criticae p. 107. *Terras*, i. e. Aſiam et Europam. Sic Ovidius de Tanai ex Ponto 4, 10, 55. *Quique duas terras Aſiam Cadmique ſororem Separat.* Plura dabit Bentlei. ad Horat. epiſt. 1, 3, 4.

pontibus) Sic Ammian. 22, 8. *unde iunctis pontibus Xerxes maria pedibus peragravit.* Martian. Cap. 6. p. 213. *Helleſpontus, ubi Xerxes — adgregatis navibus ponteque conſtructo exercitum duxit.* Aeſchylus in Perſ. v. 734. γέφυραν ζευκτηρίαν vocat. Cf. v. 742. et ibi Schol. Diodor. Sic. 11, 5. ζεῦγμα vocat, *conſtratum Pontum* Auſon. in Moſella v. 289. et Plin. 4. 24. ſ. 12. *conſtratum navibus pontem* ſ. *Pontum.* Omnino autem *iungere* fere dicunt Latini, pro quo in Lucan. 2, 674. *Seſton admovit Abydo* legitur. Graeci utuntur plerumque verbo ζεύγνυμι, ut Herodot. 7, 36. et alibi, Iſocrates in Paneg. pag. 186. ed. Wolf. Lyſias p. 94. ed. Reisk. — item γεφυρόω, ut Herodot. c. l. Lucian. in Nerone cap. 2. etſi hic de ponte Darii per Boſporum, ut ζεύγνυμι Agathemer. 1, 3. — Alias etiam Latini ponunt *ſternere, conſternere mare* — Cf. Iuven. 10, 175. Iuſtin. 2, 10. f. pro quo Curt. 5, 7, 8. *contabulato mari molibus* dixit. Comparari poteſt deſcriptio rei apud Lucret. 3, 1042 ſqq.

mirum —) Extollit et Cicero de Fin. 2, 34. quem cum Noſtro rem in maius auxiſſe miratur ideo Gyllius de Boſporo 2, 12. f. cum tamen Pyrrhus cogitaverit Hadria-

ticum mare ſpatioſius inter Hydruntem et Apolloniam pontibus iactis traiicere, et Helleſpontum Turcorum imperator paucis navibus latis poſſit. Recte. At cogitare debebat tempora operisque immenſum adparatum et molem.

pedes) Nemo non totum exercitum transiiſſe videt. Hinc *pedes* navigationi obponitur, ut ſaepe *pedeſter* et πεζικὸς dicuntur in obpoſitione copiarum navalium, proeliorum et ſimilium. Exempla congeſſerunt multa Gronovius et Drakenb. ad Liv. 37, 53, 15. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. cap. 57. Sic πεζὸς et ἐν νηΐ obponit Homer. Il. 24, 438. et de hoc ipſo tranſitu dicit Procop. de aedif. 4, 3. διαπορθμεύεσθαι τολμῶσι πεζοὶ, Ammian. c. l. *pedibus maria peragravit*, Arnob. adv. gentes lib. 1. p. 13. (1619.) *greſſibus maria transire*, et ſic alii. In primis hic comparari poteſt Iſocrates in Panegyr. p. 136. (Wolf.) ubi haec leguntur: πεζεῦσαι διὰ τῆς θαλάττης, praeterea Lucian. in rhetor. praeceptore cap. 18. De Euripo Procop. de aedif. 4, 5. dixit εἰς γῆν ἀντιπέρας πεζοὶ ἴασιν ſc. trabe interpoſita, et paullo poſt πεζεύειν et ναυτίλλεσθαι obponit.

navigata) Sic *navigare Oceanum* dixit de Iulio Caeſare Eumen. in panegyr. ad Conſtantin. Caeſ. c. 11. f. Tacit. de Germ. c. 34, 2. *lacus claſſibus navigati*, Plin. 6, 23. ſ. 20. in. *fluvius navigatus*, Martian. Cap. 6. p. 200. *Oceanus transnavigatus*, et ib. *pars* (Indici maris) *remigata claſſibus*, Solin. c. 15. ſ. 9. *Athos claſſibus navigatus*, Eumen. in panegyr. Conſtantii cap. 11. extr. *Oceanum navigare.* Sic *mare natatum* dixit Lucan. 9, 954. uti, renitente quidem Burmanno, dedit Oudendorp. et dici poſſe operoſe probavit. Cf. et Perizon. ad Sanctii Minerv. 3, 3, 10. Similia exempla congeſſerunt Heinſius et Burmann. ad Ovid. Faſtor. 1, 122. ille etiam ad Triſt. 5, 7, 36.

transgreſſus) Explicationem I. Gronovii MS. ſatis quidem argutam dedi in notis criticis p. 110. *Transgreſſus eſt* hic proprie facit ad *pedes* et rem ipſam miram. Qui enim aliter? Ceterum notum eſt, talia verba, ut *ire*, *currere*, *ambulare*, *via*, *iter* et ſimilia ad navigationem transferri. Cf. Heinſ. ad Ovid. epiſt. 7, 40. remed. am. v. 488. Faſtor. 1, 122. ubi accedit Burmann. idemque in primis ad Valer. Flacc. 1, 271. et quos ibi indicat. Hic tamen propter pontes proprie dicitur, ut apud Flor. 3, 4, 5. *Hebrum equitare* ſc. glacie conſtrictum.

Proteſilai) Herodot. 9, 116. Πρωτεσίλεω τάφος τε καὶ τέμενος περὶ αὐτόν, et 7, 33. f. ubi vocat ἱρόν. Τάφος etiam legitur in Arriano de exp. 1, 11, 8. pro quo Quint. Calab. 7, 407. dicit σῆμα. Plin. 4, 18. ſ. 11. *turris et delubrum*, etſi copulam reiicit Salmaſius in Solin. cap. 16. ſ. 10. p. m. 117. qui ita refert: *turris Proteſilai delubro data.* *Sepulcrum* etiam vocat Plin. 16, 88. ſ. 44. quod deſcribit Philoſtrat. in Heroic. cap. 2. in. etſi poſt ἱερὸν vocat, ut ſupra Herodot. c. l. et Thucyd. 8, 102. Uno verbo τὸ Πρωτεσίλεων vocat Strabo 13. p. 410. ſ. 595. Omnia facile componuntur. Male in Sigeo locat Solinus, cui refragantur diſerte Plin. 16. c. l. (*ex adverſo Ilienſium urbis*) et Philoſtratus c. l. qui negat in Troade eſſe et in Cherſoneſo illi ſedem adſignat, ut alii, quorum nonnulli tribuunt Elaeunti, in iis Herodotus. Eam etiam urbem Proteſilao conſecratam fuiſſe ſcribit Pauſan. 1, 34, 2. Primus ille ferebatur ex iis, qui cum Agamemnone contra Troiam profecti erant, pedem in Aſia poſuiſſe, (Philoſtrat. Heroic. praef. in f.) unde ei etiam ſacrificavit Alexander M. in tumulo. (Arrian. c. l.) TZSCHUCKE. Sic agit Mela, quod oſſa ſtatueret iſtic alibi in aperto campo, quum Arrianus [c. l.] diſerte ponat in urbe Elaeunte, quam mox demum attingit auctor. I. GRONOVIUS *MS.* Mirum id etiam viſum eſt Voſſio, quod tam longe illud ſepulcrum

ab ea urbe seiunxerit. Potest tamen fuisse ad urbem, quod admittunt alii et consuetudo loquendi.

Coelos) *Portus Coelos* etiam a Plinio 4, 18. s. 11. memoratur, et 4, 23. s. 12. *Cherronesi portus* dicitur. In Ptolemaeo 3, 12. videtur esse Κύλλα, ut situs suadet. Sed et Vossius hic monet, in Codicibus ibi legi τὰ Κοῖλα. Et sic Ammianus 22, 8. in. vocat *Coela*, ut acta concilii Ephesini, Nicetas Choniates et alii, ut ibi docuit Valesius. Vitiatur hoc nomen etiam in aliis, et Κύλλα ex Chronico Alexandrino notatur. Κοιλία scribunt Constantin. Porphyrog. de them. 2, 1. et Hierocles in Synecdemo p. 634. ubi alia dabit Wesseling. Portus sine dubio nomen nactus est ex loci forma, ut τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίας. Cf. Herodot. 8, 13. et in primis Dio Chrysost. orat. 7. pag. 222. ed. Reisk. ex Latinis Livius 31, 47, 1. ubi plurima contulit Dukerus. Urbem facit Ptolemaeus, et sic alii, ut Geogr. Ravenn. 4, 6. 5, 12. ubi *Cela* legitur, ita ut postea loco oppidum adpositum fuisse videatur. Situm indicat Ptolemaeus non longe a Sesto, et sic Geogr. Ravennas inter Sestum ponit et Callipolim. Vid. plura, quae disputat Wessel. ad Hieroclem c. l.

Laconicae) Quod factum est duce Alcibiade, ut refert Iustin. 5, 4. 1. GRONOVIVS *MS.* Thucydides lib. 8. [cap. 104 sq.] pugnam navalem iuxta Abydum Atheniensibus cum Syracusanis et Lacedaemoniis fuisse scribit, Thrasyllo videlicet et Thrasybulo ducibus. De hac Melam intelligere crediderim. Sunt, qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedaemonios vicisse 80 navibus amissis et prope omnibus eorum ducibus caesis Plutarchus [in Alcib. c. 27.] et Iustinus [c. l.] scribunt. VADIANVS. In hoc tractu id nusquam contigisse, nisi gemino proelio inter Sestum et Abydum commisso, monet Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 33. Nempe res gesta est prope Sestum; at, cum ante Alcibiadis adventum nunc vincerent Athe-

nienſes, nunc vincerentur, (Xenophon hiſt. Gr. 1, 1, 5.) nec in uno ſemper loco pugnatum eſſe videatur; nihil obſtat, quo minus ad Coelum portum victoria conſecuta ſit primum et praecipue. Tropaea autem ſtatui ſolebant de victoria navali in promontorio Cynosſemate ante et poſt Alcibiadem. Cf. Diodor. 13, 40. et 47. et quae diſſerit Dodwellus in Chronologia Xenophontea init. De priori proelio et tropaeo cf. etiam Thucyd. 8, 106. Dubium igitur eſt, utrum proelium in iis locis commiſſum Noſter intelligat. De Thraſybuli tamen victoria intelligit Weſſeling. ad Diodor. 13, 40.

ſignatus) Nobilitatus, inluſtris factus. Sic Flor. 1, 12, 2. dicit portam *ſignari* ſceleratae nomine. I. GRONOVIVS *MS.* At in Floro ſignificat adpellatus, vel vocatus, quo verbo utitur Feſtus de hac porta. Sic Sueton. in Claudio c. 1. *Scelerata caſtra adpellata*, nempe quia Druſus in iis obierat. *Signatus ab Hercule portus* dicit Rutil. in itin. 1, 293. i. e. nominatus, et ſic ſaepe ſignare eſt nomen imponere. Vid. Burmann. ad Ovid. Triſt. 2, 429. Paſſim etiam additur *nomen*, ut in Ovid. Triſt. 3, 4, 221. Hoc vero loco per nexum eſt inſignis, notatus, ut apud Ovid. Faſtor. 5, 574. et alibi paſſim, ut Lexica docent.

Cynos ſema) Κυνὸς σῆμα diviſis fere vocibus, uti et in caſibus obliquis reperitur apud Strabonis epitomator. 13. p. 170. Hudſ. Tum κυνὸς plerumque praecedit; metri tamen cauſa poſtpoſuit Auſon. in epitaph. heroum 25. Multos, qui eius meminerunt, produxit Boeſſius in miſcell. p. 242. TZSCHVCKE. Poſterior vox σῆμα apud Graecos ſaepe notat *tumulum*, quale σῆμα Ἀριάδνης dicit Schol. Apoll. Rh. 3, 996. quamquam aliter etiam *Cynaeum* [Cyneum] dici ſcribat Hyginus fab. 111. I. GRONOVIVS *MS.* Σῆμα ſaepe eſt χῶμα, τύμβος, terra in loco ſepulcri adgeſta, tumulus, quod ex Homero adparet

Il. 6, 419. 7, 86 fqq, 2, 814. ubi cf. Koeppen et quos laudat Heyne. Sic Theocrit. 1, 125. Plutarch. de Socratis genio p. 284. Lipf. et alii. Saepe etiam eft fepulcri infcriptio, unde difcitur, quis ibi fepultus iaceat, quod olim folo defuncti nomine indicabatur. Cf. Euftath. ad Homer. Il. 6, 176. p. m. 491. Hinc τάφον et σῆμα diftinguit Hefiodus in fcuto Herc. v. 477. Plura dabit Perizon. in origin. Babyl. cap. 11. p. 216. Hic autem diferte fic intelligit Aufon. c. l. *Quicunque hic noftrum σῆμα κυνὸς legitis.* Quo fenfu Mela intellexerit, docet ipfe verbis fubiunctis, et fic explicat etiam Plin. 4, 18. f. 11. Pro eo Solin. c. 16. f. 10. habet *Hecubae fepulcrum*, Martian. Cap. lib. 6. p. 212. *locus Hecubae fepulcro tumulatus.* Et fic a Strabone 13. p. 409. f. 595. explicatur Ἑκάβης τάφος. Diodorus 13, 40. f. omnino indicat verbis: Ἑκάβης μνημεῖον. Euripides in Hecuba v. 1271. cum antea in canem eam converfum iri dixiffet, fubiicit: τύμβῳ δ' ὄνομα σὸν κεκλήσεται. Ovid. in Metam. 13, 569. qui vivam eam mutatam fcribit, fic notat: *locus exftat et ex re nomen habet.* Ita et alii de Hecuba intelligunt. Vid. quos produxerunt Boeffius in Mifcell. p. 242. Penzel ad Strabon. T. 3. p. 1879. Staveren. ad Fulgent. 3, 3. pag. 709. Fabricius ad Sext. Empir. adv. Mathem. 1, 12. fegm. 264. Ad Hecubam tamen Κυνὸς σῆμα pertinere negat Pollux 5, 5. et de canis cuiusdam generofi fepulcro interpretatur. De loco ipfo eiusque fitu ἄκραν vocat Diodor. Sic. c. l. et Thucyd. 8, 104. qui et luculenter defcribit; nempe vicinam regionem habere ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη περιβολήν. Unde fic fitum hodiernum conftituit d'Anville: *la pointe du rivage de l'Europe la plus faillante aux environs des Cyprès.* Vid. eius diff. de l'Hellefpont in Memoires de l'academie — de Paris T. 28. p. 338. Ναυτίλοις τέκμαρ vocat Euripides in Hecuba v. 1274. Male autem ex male intellectis Plinii verbis in Afiam ad Sigeum transtulit Solinus c. 16. f. 10. caftigatus hoc nomine a Salmafio. Cognominem locum

in Libya adfert Stephanus h. v. plura alia Ortelius in thef. Geogr. h. v.

converfa) Auctores de hac re praecipui funt Euripides, Ovidius c. c. l. l. et Quintus Calaber 14, 346 fqq.

fortuna) Varie, fi improprie explices, fumi et intelligi poteft. Ita enim κύων faepe dicitur homo ob immoderatam libidinem, protervam audaciam et impudentiam, quod vel ex Homero notum eft. Cf. Il. 6, 344. 356. 8, 423. Sic Graecos vocat Hector Il. 8, 527. Menelaus Troianos 13, 623. Sic κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κυνωπὶς et alia. Cf. Koeppen ad Homer. T. 1. p. 195. 143. — Et fic certe alii alias caufas adferunt, ut Servius ad Virgil. Aen. 3, 6. *Id ideo fingitur, quia nimio dolore inaniter Graecis conviciabatur.* Aufon. c. l. *Sic Hecuba iniectis perii fuper obruta faxis; Sed rabie linguae me tamen ulta prius.* Cicero Tufcul. Qu. 3, 26. propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi fcribit, propter dicacitatem Plaut. in Menaechm. 5, 1, 14.

Madytos) Gr. Μαδυτὸς, ut Stephanus, vel Μάδυτος, ut Herodot. 7, 33. Xenoph. in hift. Gr. 1, 1, 3. Demofth. pro corona p. 256. Reisk. — Hinc Μαδύτιος, et a Μάδυτα Μαδυτεύς. (Stephanus.) Pofteriores enim, ut et notat Ortelius h. v. *Madyta* etiam vocant. An *Maduateni* apud Liv. 38, 40, 7. huc pertineant, v. ibi disputata. Hellefponti urbem dicit Stephanus, quod et ex Livio maxime 31, 16, 6. 33, 38, 8. difcitur. Accuratiorem fitum ex Ptolemaeo 3, 12. tantum cognofci putat Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 44. etfi in illo foli Latini codices legant *Madi.* Ponit tamen hic in oppidis mediterraneis. Melius tamen eius fedes adparet ex Herodoto 7, 33. ubi dicit: inter Seftum et Madytum e regione Abydi oram effe falebrofam, ἀκτὴν τραχέαν. Eam autem fuiffe inter Seftum et Abydum ad locum eum, ubi Helles-

pontum iunxit Xerxes, indicat Tzetzes ad Lycophr. v. 1432. uti iam ad Herodotum c. l. monuit Wefſeling. Cf. Herodot. 9, 120. H. Mäitos. (d'Anville in Memoires — de Paris T. 28. p. 339.)

Eleus) De ſcripturae diverſitate per *e* et *ae* ſatis dictum eſt in notis criticis p. 115 ſq. Conditorem facit Phorbantem Scymnus v. 707. ipſam urbem dicit Τηΐκὴν ἀποικίαν, etſi alii aliter leg. cenſent, ut docent notae. In Helleſponto ſenſu latiori ponit Stephanus h. v. propius alii in Cherſoneſo, ut Herodot. 6, 140. 7, 21. Xenoph. in hiſt. Gr. 2, 1, 20. Ptolem. 3, 12. — Plerique vicinam admovent Seſto per nexum, diſertis etiam verbis Procop. de aedif. 4, 10. f. ubi praeterea ἄκραν οὐρανομήκη iuxta ponit, ſic quidem congruens cum Ptolemaeo, qui ἐχόμενον ἄκρον oppido ſubnectit, etſi hic in eo disſentire videtur, quod nimis a Seſto retrahit. Proteſilao ſacratum fuiſſe, ſupra vidimus. Novam Europae arcem h. ſitu maxime convenire putat d'Anville in Memoires — de Paris T. 28. p. 337.

§. 8. *impellit)* Ut ſcilicet ſibi locum faciat in Europa, cum Aſiam non ita invaſerit, nec excavarit, ut idcirco eius adpellationem non contineat, niſi pelagus proximum Europae. I. GRONOVIVS *MS.* *Hinc* ab Eleunte.

Sunium) Quod in extima eſt acie Helladis ſupra Athenas et Marathonem. VADIANVS. Vid. ad 2, 3, 6. et de *molli* ad 1, 19, 6. Senſus: paullatim ſe litore incurvante.

legentibus) Nauticum verbum, ut notat Servius ad Virgil. Georg. 2, 44. et ſecundum Iſidorum Orig. lib. 10. ſ. v. lector, *navis legere dicitur, quidquid tranſit.* Exempla ſunt obvia in proſaicis etiam auctoribus, et congeſta a Barthio ad Claudian. de conſ. Honorii 3, 119. et

ad Statii Achill. 2, 73. Emmeneſſio ad Virgil. eclog. 8, 7. Heinſio et Burm. ad Ovid. Faſt. 4, 289. Schwartz. ad Germanici Arat. v. 356. p. 77. — Ita vero et Noſter 1, 4, 5. 2, 6, 5.

praevectisque) Vid. de h. v. not. crit. p. 115. Eodem vero modo *ex* in compoſitione pro *extra* reperitur, de quo uſu multos laudat Staveren. ad Hygin. fab. 199. pag. 352. Differunt igitur uſu et vi *legentibus* et *praevectis*, tamquam antecedens et conſequens, et *praevectis* commode poteſt explicari, ut ſit ultra vectis, quo ſenſu *praetervehi* legitur apud Ciceron. in Verrin. 5, 38. Vid. Schwartz. ad Plinii panegyr. c. 56. p. 254.

alterum) Occiduum. *Iugo* i. e. litoris forma declivi, curſu expanſi, quo fit, ut vallis faciem ſinus, ſi litus reſpicis, habeat. VADIANVS. Aliorum explicationes repetii in notis crit. p. 117. I. Gronovius MS. ſic explicat: Iugo ſc. montano. Nam hoc intelligi patet ex mentione vallis, qua ſimilitudinem hanc conatur illuſtrare. Vallis autem eſt inter tractum montanum, perinde ut cap. 7. §. 5. dicit, Cyprum recto iugo inter Ciliciam Syriasque porrigi. I. GRONOVIVS *MS.* De verbo *facie* hoc uſu vid. ad 2, 1, 5.

Melas) Gr. Μέλας, Μέλανος, quem plures commemorant. Notiſſimus eſt ex eo, quod refert Herodot. 7, 58. eius aquas non ſuffeciſſe alendo Xerxis exercitui, uti poſt etiam Liſſus auctore eodem 7, 108. f. Inde ſinus dictus eſt eodem nomine, quo Noſter ſcribit. Sic et alii, ut Herodot. 7, 58. τὸν κόλπον τὸν Μέλανα καλεόμενον καὶ Μέλανα ποταμὸν, et Plin. 4, 18. ſ. 11. eodem modo, *Melas, a quo ſinus adpellatur.* Sic et Euſtath. ad Dionyſ. v. 414. Oppiano auctore Halieut. 4, 517. item Euſtathio ad Dionyſ. v. 538. ſic vocatus eſt a profunditate. Nempe profunda aqua nigrum reddit colorem, unde Apollon. Rh. 1, 922. μέλανος βένθεα Πόντου.

Terminabat autem ab hac parte Cherſoneſum ſec. Ptolemaeum 3, 12. et ſec. Procop. de B. Goth. 1, 13. ἀποτελεῖ τὸν ἐν Χεῤῥονήσῳ Ἰσθμόν. H. *Golfo d'Eno*, ut notat Harduin. ad Plin. c. l. Fluvios cognomines plures recenſent Euſtath. c. l. et Ortelius h. v.

Alopeconneſum) Gr. Ἀλωπεκόννησος duplici *v*, ut tunc ſolebat in his formis, monente Strabone 13. p. 618. ſ. 425. etſi ſimplici profert Stephanus h. v. et ſub Κάληρος. Inde deſcendit Ἀλωπεκοννήσιος, pro quo *t* male in Stephano legitur, etſi hac ſcriptura C. Caeſaris Auguſti numum producit Berkelius pag. 108. qualem Raſche et Eckhelius ignorant. Αἰολέων πόλιν vocat Scymnus v. 705. nomen Stephanus ex oraculi monito impoſitum refert, quod ibi vulpis catulos conſpexiſſent advenae, tamquam ſignum condendae urbis. In inſulis tamen numerat Plin. 4, 23. ſ. 12. nomine forſitan deceptus. Nam ceteri urbem Cherſoneſi faciunt, cuius ſitus in primis cognoſcitur ex Demoſthene in Ariſtocrat. p. 675. ed. Reisk. Ptolemaeus eam ignorat, forte quia tunc interciderat.

altero) Unum nempe eſt ad Helleſpontum, ubi Lyſimachia, alterum in ſinu hoc, Melane ad mare Aegaeum. Cf. deinceps. Adponam unum Appiani locum de B. Civ. 4, 88. qui diſerte de utraque urbe haec habet: αἳ τὸν ἰσθμὸν τῆς Θρᾳκίου Χεῤῥονήσου διαλαμβάνουσιν, ὥσπερ πύλαι.

Cardiam) Gr. Καρδία, unde ducitur Καρδιανὸς paſſim obvium. Talis fuit Eumenes. Cf. Nepos in vita, et quae ibi adferuntur. Hinc Καρδιανῶν πόλις apud Pauſan. 1, 9. f. pro quo corrupte Καρδανῶν ἐμπόριον legitur in Scylace pag. 28. et *Sardianus* in Frontino 4, 7, 34. ubi et ſic habet cod. Gothanus a me conlatus. Nomen nacta eſt vel a corde victimae, quod rapuerat corvus,

vel ex Scythicae linguae vocabulo, quam duplicem caussam commemorat Stephanus h. v. posteriorem explicat Hesychius T. 2. pag. 148. Plinius tamen 4, 18. s. 11. cum Solino c. 16. s. 10. petit a facie loci in cordis formam positi. Conditorem facit Hermocharem Stephanus, Milesios et Clazomenios, post Athenienses Scymnus v. 699. Ponunt autem in Chersoneso, alii propius ad Melanem sinum, ut Strabonis epit. lib. 7. extr. Plin. 4, 18. s. 11. — idque patet ex itinere exercitus Persici apud Herodot. 7, 58. Quod refert Pausan. 1, 9. f. Lysimachus eam evertit, quare vicum suo tempore vocat idem 1, 10. f. An vero ipsa post Lysimachia fuerit dicta, quod tradit Stephanus h. v. et indicare videtur Pausan. 1, 9. f. recte dubitatur. Hic tamen in eius locum Lysimachiam exstructam fuisse scribit, quod et componi potest cum aliorum narrationibus, qui utramque urbem distinguunt. Strabonis epitomator c. l. situm accuratissime sic describit: Cardia ad Melanem sinum, Pactye ad Propontidem, ad mediterranea Lysimachia. Cardiam tamen et Lysimachiam validiores fuisse et quasi portas isthmi adparet ex Appiano de B. Civ. 4, 88. Hinc utramque etiam Mela tantum commemorat. Plinius quidem habet ab altera parte Pactyam, sed is cum Cardia comprehensam Lysimachia fuisse subiicit. Quod si recte habet, exhaustae illae sunt vicinitate Lysimachiae, quae sola maxime invaluit. H. *Cardia*, locus tenuis. Büsching Vol. 1. T. 2. p. m. 1825.

Aenos) Gr. Αἶνος, gentile Αἴνιος, (Stephanus) quod occurrit in Plutarchi Cat. cap. 11. Thucyd. 7, 57. in. aliisque, et comprobatur a nummis. In Livio tamen 31, 31, 4. omnes libri et scripti et editi ferunt *Aenei*, quod intelligi non potest, nisi is in Graecis Αἴνειος agnoverit, uti certe ex Demosthene in Timocratem (leg. Aristocratem) adfert Harpocration p. m. 17. h. v. Locus exstat p. 659. ed. Reisk. ubi tamen Taylorus maluit ι, quod

et posuit Reiske, et Demosthenes habet in Theocrin. p. 1335. ut et Livius alibi 37, 33. in. Sed vid. quae sat copiose disputavit Drakenb. ad Liv. 31, 31. Antiquius nomen fuit *Poltyobria* i. e. urbs Poltyos, qui fuit rex Thraciae sub Troiani belli initia, ut adfirmat Plutarch. in apophthegm. p. 665. ed. Reisk. Ita enim hoc urbis nomen scribendum esse in Strabone 7. p. 221. s. 319. et Stephano, dudum viderunt viri docti. Vid. Berkelius ad Stephan. p. 67. Et sic vere scripsit Strabonis epitome 7. pag. 97. Hudf. etsi et Poltymbria locum habere possit, ut Selymbria, quod in Stephano praeferunt libri ex Apollodoro. Idem Stephanus aliud nomen, *Absynthum*, notat, et, qui ex eo hausit, Suidas h. v. de quo cf. Berkelius c. l. De conditoribus deinceps. Hic de situ. Urbem maritimam fuisse, et consilium Melae et cursus docent, et quae alii adferunt. Ultra Chersonesum ponit Procop. de aedif. 4, 11. in. plures ad Hebri ostia, ut Herodot. 4, 90. Ptolem. 3, 11. Schol. Nicandri ad Ther. v. 460. — ad Melana sinum Eustath. in Dionys. v. 414. et 538. Portum illi etiam dat Scylax p. 27. Hudf. Oppidum liberum dicit Plin. 4, 18. s. 11. Cf. Liv. 39, 27. in. Ille etiam Ciconum quondam regionem fuisse scribit et Polydori tumulum. H. *Eno*, ut quidam volunt.

ab Aenea) Ita quidem nonnulli haud dubie nominis similitudine ducti statuerunt, sed quod nullo modo videtur probabile, quum nulla causa Aeneam fugientem impulerit, ut litora Thraciae sequeretur. Sed deinde pulsus in sinum Thermaicum creditur condidisse urbem Aeneam, ut quae semper servaverit quotannis sacrificare Aeneae, ut conditori, quod dicit Liv. 40, 4, 9. I. GRONOVIVS *MS.* Nempe commune id habet cum aliis auctoribus Mela, maxime cum Latinis, ut Aeneam faciat conditorem. Ita Lutatius, teste Aurelio Victore de orig. G. Rom. cap. 9. Ammianus 22, 8. Servius ad Virgil. Aen. 3. in. Procop. etiam de aedif. 4, 11. in. At refra-

gatur historia. Aenum enim iam habet Homer. Il. 4, 520. unde Troianis auxilia venerant. Advectus ad illam est Hercules sec. Apollodor. 2, 5, 9. Cautius Plinius 4, 18. s. 11. nihil de conditore addit, et tantum Polydori tumulum adtingit, quippe cuius corpus in Thraciae Chersonesum fuisse eiectum canit Euripid. in Hec. v. 33. Porro alii ab aliis Aenon conditam tradunt, ut Herodotus 7, 58. Eustath. ad Dionys. v. 538. et forte hinc Graecos supra eam ponit Pausan. 5, 21, 5. Confirmat id Scymnus, qui v. 696. addit, Aeoles fuisse ex Mitylene. Cymaeos conditores facit Stephanus i. e. instauratores. Vid. Suidas h. v. Tum antiquiores auctores Graeci ab Aenea aliam urbem conditam fuisse referunt, Aeniam, (Αἴνειαν) ad Chersonesum Pallenen, uti ex Hellanico docet Dionys. Halic. 1, 49. facilisque fuit commutatio, quia et ibi Thraces Crusaei s. Crossaei (Herodot. 7, 123.) habitarunt. Quare etiam in utramque partem miscent, ut Conon narrat. 46. ubi scribit, Aeneam traiecto Hellesponto Aenum condidisse, antea dictam Αἴνειαν, unde post παρενεγκόντος τοῦ ὀνόματος Aenos factum sit, etsi id adstrui posse videtur ex Pausania lib. 5. extr. ubi ad Aenum Mendaeos ponit, si vera est lectio, quam quidem tentarunt. Contra Tzetzes ad Lycophron. v. 1236. Raecelum urbem Macedoniae ab Aenea Aenum vocatam esse scribit; certe mutationem nominis et alii admittunt. Vid. Potter ad Lycophr. pag. 171. c. l. Plerique tamen auctores utramque distinguunt, in quibus Herodotus. Plura dabunt Vales. ad Ammian. c. l. Anna Fabri ad Aurel. Vict. c. l., Drakenb. ad Liv. 40, 4, 9. Salmas. in Solin. c. 16. s. 10. p. m. 114. et in primis Politus ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 720 sq. et Heyne in excursu 1. ad Virgil. Aen. 5.

Cicones) Gr. Κίκονες, ex Orphei historia noti. In Thraciae populis recenset Herodotus 7, 110. Quae loca tennerint, ex auctorum indiciis discitur. Circa Hebrum ponit Noster cumque eo Plinius 4, 18. s. 11. Ex locis,

quae tenuerunt, memorantur *Serrhium*, (Herodot. 7, 59.) *Aenos*, (Plin. c. l. Euſtath. ad Homer. 2, 846. p. m. 272. ex Herodoto falſo quidem) *Biſtonia*, (Orpheus v. 77.) *Maronea*, (Scymnus v. 675.) *Iſmarus*, (Stephanus h. v.) et quae notat Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 14. Flumen praeterea in illorum regione quidam ponunt, quod res in illud deiectas lapideo cortice obducat. Vid. Ovid. Metam. 15, 313. Plin. 2, 106. ſ. 103. Ipſum nomen non indicant.

Doriſcos) Gr. Δορίσκος. Herodot. 7, 59. dicit τεῖχος βασιλήϊον i. e. caſtellum, de quo cf. ſupra ad §. 6. iuxtaque illud ponit litus Thraciae et magnum campum eodem nomine. Plin. 4, 18. ſ. 11. locum vocat 10,000 hominum capacem. In caſtellis numerat Liv. 31, 16, 5. ſimpliciter alii etiam proferunt, ut Demoſthenes. Sed Stephano eſt πόλις Θρᾴκης καὶ πεδίον, ut Ammiano 18, 6. f.

menſum) Nempe myriadem unum in locum coegit, quem circulo circumſcripſit, et ſepto ad circuli modum cinxit, quo alias deinceps myriades metiretur. Deſcripſit prolixe et luculenter Herodotus 7, 60. Brevius alii, ut Plin. c. l. *Xerxes ibi dinumeravit exercitum;* Ammian. 18, 6. f. *agminatim intra conſepta recenſiti exercitus;* Diodor. Sic. c. l. ἐποιήσατο ἐξετασμὸν τῆς στρατιᾶς ἁπάσης. — Adtigit et Curt. 3, 2, 2. Immenſam autem copiarum multitudinem, quas coegerat Xerxes, bene Noſter exprimit, etſi in ipſo numero diſcrepant auctores, quos produxit in primis Boſius ad Nepot. 2, 2, 5. Rem autem eodem modo, quo Noſter, eloquitur Ariſtides T. 2. pag. 180. ed. Iebb. τείχη ᾠκοδομεῖτο, ὅπως ἀριθμοίη κατὰ μυρίους. Darium id imitatum eſſe adfirmat Curtius 3, 2, 2.

Serrhium) Gr. Σέῤῥειον, praeter Demoſthenem, qui per ι effert, etſi utroque modo exhibet Cod. Bavar.

notante Reiskio T. 10. orator. Gr. pag. 205. ut Harpocration. *Serrium* cum Noſtro dedit Plin. 4, 18. ſ. 11. *Serreum* in Livio 31, 16, 5. vetuſti codices, ubi Drakenb. poſuit *Serrheum*. Nempe Graecorum ει promiſcue in multis per *i* et *e* Latini reddunt. Prope Zonen ponunt Herodot. 7, 59. Plin. c. l. prope Doriſcum Liv. c. l. cum quo coniungit etiam Demoſth. in Philipp. 3. p. 114. et 4. pag. 133. ed. Reisk. Varie vero notant. Demoſthenes vocat τεῖχος i. e. caſtellum et milites impoſitos commemorat; et ſic Livius in caſtellis habet. Herodoto eſt ἄκρη ὀνομαστὴ, Stephano promontorium Thraciae, Livio mons, ut Appiano de B. Civ. 4, 101. f. qui poſt dicit προὔχειν εἰς τὸ πέλαγος. Quae etſi primo intuitu repugnare videntur, conciliari tamen poſſunt.

Zone) Gr. Ζώνη. Urbem faciunt Herodot. 7, 59. Stephanus h. v. qui Ciconum fuiſſe addit, Scholiaſtes Apollonii ad 1, 29. qui ὀρεινὸν τόπον fuiſſe ſcribit. Cf. Berkelius ad Stephan. p. 377. Emporium prope Maroneam facit Scylax p. 27. Hudſ. Haud procul ſitam fuiſſe ab Hebro fl. et Zone urbe ſtatuit Schol. Nicandri ad Ther. v. 462. idemque Orphei quercus poſt Zonen ponit. Zonae id etiam adſcribit Apollonius Rh. c. l. quem reſpexiſſe Melam putat Salmaſ. in Solin. p. m. 113. Arbores illas Orphei ibidem etiam oſtendit Nicander c. l. et adeo emporium hoc nomine (Δρῦς. Cf. Stephan. h. v.) prope Zonen commemorat Scylax c. l. Hunc igitur forte locum innuit Ovid. Metam. 10, 86. *collis erat, collemque ſuper planiſſima campi Area* — et poſt v. 843. de re ipſa: *Tale nemus vates adtraxerat inque ferarum Concilio medius turba volucrumque ſedebat.* Cf. Hygin. in poet. aſtron. 2, 71. Sec. Nicandrum apud Schol. Apoll. Rh. 1, 29. fuit et πόλις ὁμώνυμος. De ipſa Orphei fabula plurimi expoſuerunt, quos producit Fiſcherus ad Palaeph. c. 34. ubi addere potes Agatharchidem de mari Erythraeo cap. 4. p. 7. Hudſ. De *Schoeno* vid. not. crit. p. 128 ſqq.

Maronia) Gr. Μαρώνεια. Plin. 4, 18. f. 11. *Maronea*, ut Martian. Cap. lib. 6. p. 212. in Cod. Grotii, qui tamen reliquit *Mauronea*. Gentile Μαρωνείτης notante Stephano; in numis tamen plerumque Μαρωνιτων legitur, de quo vid. Rafche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 271 fqq. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 54. Hinc vero Athenion pictor *Maronites* dicitur apud Plin. 35, 40, 29. f. 11. et *Maronitas* commemorat Liv. 31, 31, 4. Paffim tamen etiam *Maroneus* legitur, de quo deinceps. Quod refert Plin. 4, 18. f. 11. prius dicta eft *Ortagurea*, pro quo tamen Harduinus mavult *Orthagorea*, ab Ὀρθαγόρας, qui fuit Bacchi comes, quem Ariftoph. in ἐκκλησ. v. 911. f. 951. inducat, etfi ibi ex iudicio etiam Bergleri videtur effe *ὁ ὀρθὸν τὸ αἰδοῖον ἔχων*, quo et inclinat Schol. lacerus quamvis. Voffius ita hic adfentitur, ut nomen ad ipfum Bacchum, falacem Deum, referat. Bacchi certe nomen et figuram exhibent multi numi. Hinc Bacchus etiam Maroneus vocatur a Tibullo 4, 1, 57. *Maroniae* autem nomen adfumfit a Marone, conditore, prout ferunt Diodor. Sic. 1, 20. Suidas et alii quidam cum numis. Cf. Eckhel. c. l. Μάρωνος ἡρῷον ibi notat Euftath. ad Odyff. 9, 4. p. m. 335. m. ex Strabone, in quo tamen hodie defideratur, quia ea libri 7. pars periit. Cf. idem ad 9, 197. p. m. 347. m. In eius tamen aetate auctores disfentiunt, de quo vid. conlecta a Barnefio ad Euripid. Cyclop. v. 141. et maxime ab Oleario ad Philoftrat. in praef. init. p. 661. Praedicatur vini cultura, quam is exercuit, unde fit, ut Μάρων in Graecis paffim de egregio vino, proprie de Maroneo vino dicatur. Sic Eurip. in Cycl. v. 411. et 612. Cratinus in Polluce 4, 26. Hinc *ὁ τοῦ Μάρωνος οἶνος* ap. Athen. 1, 20. f. 47. etfi refpicit Homerum Odyff. 9, 197. ex quo eft vinum a Marone datum, praeftantiffimum illud, uti poft defcribitur. Vid. Plinius 14, 6. f. 4. ubi Harduinus notat ex Baccio in hift. vin. 7. pag. 335. vix eius hodie nomen reftare. Eundem vero Maronem Mareae, Aegypti

urbi, nomen impoſuiſſe, unde Μαρεώτης οἶνος celebratur, tradit praeterea Athenaeus 1, 25. p. 33. ſ. cap. 60. Noſtram vero urbem antea etiam *Iſmarum* dictam fuiſſe, tradunt poſteriores, ut Tzetzes ad Lycophr. v. 17. Heſychius, Suidas, Harpocration h. v. quos tamen refutat hic Voſſius, quia Iſmarus urbs in Homero [Odyſſ. 9, 40.] occurrat, nec id aetas Maronis patiatur, quippe qui multis ſaeculis Homero ſit antiquior et una cum Oſiride in Thraciam venerit urbemque illam condiderit, [Diodor. c. l.] etſi de poſteriori nomine intelligi poteſt. Sed et utramque urbem diſtinguunt auctores alii, ut Plin. c. l. Stephanus, Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 9, 40. p. 335, 19. adeoque Iſmarios Cicones olim Maroneam habitaſſe ſcribit Scymnus v. 675. Error natus eſſe videtur ex Homero Odyſſ. 9, 198. ubi Maron, Apollinis Iſmarii ſacerdos, commemoratur, qui Ulyſſi vinum egregium miniſtravit. Reſtat, ut, cum Ulyſſes Iſmarum everterit (ib. v. 40.) incolas tum Maroneam migraſſe dicamus. Κυνόσσημα denique vocatam eſſe tradunt, ſed dubia fide, Suidas et Cedrenus pag. 106. Ven. Nimirum Hecubae ſepulcrum Maroneae dederunt. Ciconibus hanc urbem adſcribunt quidam, (cf. ſupra) et Stephanus iuxta Thraciae Cherſoneſum ponit, a qua tamen eſt remotior. Vicinae urbes erant Abdera et Aenos, (Diodor. Sic. in fragm. 27. T. 2. p. 643. Weſſel.) quod et cognoſcitur ex Xerxis itinere apud Herodot. 7, 109. Prope Biſtonida lacum ponit epitomator Strabonis 7. ſ. quod et comprobant numeri in Ptolemaeo 3, 11. Manſit urbis nomen poſteriori aetate, et occurrit in Rhodope, Thraciae provincia, apud Hieroclem p. 634. ubi vid. Weſſel. et in Macedonia apud Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 2. quas mutationes vicinia regionum intulit. H. ut putant multi, *Marogna.*

§. 9. *ulterior)* Quae ab Geographis et fabulatoribus dicitur *Biſtonis*, unde in fabula Diomedis huius plerumque nominatur, ut apud Apollodor. 2, 5, 8. I. GRO-

NOVIUS *MS.* Nempe Diomedes Biſtonum erat rex, uti etiam adpellatur ab Apollodoro.

equis) Vocantur inde ἀνδροφάγοι, (Palaephatus cap. 4.) ἀνθρωποφάγοι, (Apollodor. c. l.) ἀνδροβόροι, (Qu. Calab. 6, 247.) ξενοκτόνοι. (Scymnus v. 608.) Diodor. Sic. 4, 15. ſic: τροφὴν ἐλάμβανον οὐ τὴν ἐκ γῆς φυομένην, ἀλλὰ τὰ τῶν ξένων μέλη διαιρούμεναι. Cf. Ovid. Metam. 9, 194. et quae ibi ſimilia adpoſuit Ciofanus, et de ipſa illa narratione, quos magno numero adducit Fiſcher. ad Palaephat. c. 4. etſi et ille augeri poſſit. Explicationem tentavit Palaephatus et ex eo Eudocia pag. 117. TZSCHUCKE. Originem fabulae facit loci ingenium. Nam iuxta Abdera et limitem, qui Diomedis vocatur, equi paſti in rabiem vertuntur, [inflammantur rabie] ut 15, 8. [25, 48. ſ. 8.] Plinius ſcribit. VADIANUS. Sic Heraclitus de incredibil. cap. 31. illorum ferociam explicat. Ex illorum progenie equum Cn. Seii fuiſſe putarunt quidam, ut refert Gellius 8, 9. in.

obiectum) Variant. Quidam enim tradunt, Diomedem ab Hercule occiſum, equos abactos eſſe, ut Gellius 3, 9. in. Apollodor. 3, 5, 8. Cum Noſtro conſentit Diodor. Sic. 4, 15.

Turris) Locum hunc optime inluſtrat Solinus cap. 16. ſ. 10. *Tyrida oppidum fuit, equorum Diomedis ſtabulum. Sed ceſſit aevo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.* Adiuvat Plinius 4, 18. ſ. 11. qui haec habet: *Oppidum fuit Tirida, Diomedis equorum ſtabulis dirum.* In Martiano Cap. 6. pag. 212. *Tyrida* legitur. Manſit poſteriori aetate rei memoria in loco *ſtabulum Diomedis* apud Antonin. in itin. p. 331. et in itin. Hieroſol. p. 603. Circa Abdera ponit Plin. 25, 53, 42. ſ. 8. quod congruit cum Noſtro. Antonin. c. l. a Maximianopoli removet 18 M. P.

Abdera) Gr. τὰ Ἄβδηρα, ut monet Stephanus, probantque auctorum loca, in quibus etiam passim Ἀβδήρων occurrit. Deflectunt tamen inde Latini, et femininum faciunt. Hinc *Abderam* dicit Plin. c. l. Solin. c. 16. f. 10. De Graecis dubitatur, etsi Ἄβδηραν legitur in monumento Herculeo, de quo infra. Cf. ad Herodot. 7, 109. et ad Diodori Sic. fragm. Tom. 2. p. 643. At sic facere solent etiam in aliis Latini, ut docent *Patara, Megara* — Quidam tamen Graecorum mutata terminatione efferunt Ἄβδηρον, veluti Ephorus apud Stephanum h. v. Apollodor. 2, 5, 8. Incola vel civis Ἀβδηρίτης in auctoribus et numis. Inde alia ducuntur, ut Ἀβδηριτικὸν πάθος apud Lucian. de conscr. hist. c. 2. de singulari febri, *Abderitana plebs* apud Martial. 10, 25. Quod vult Noster, nomen a Diomedis sorore accepit, cui et originem tribuunt Solin. c. 16. f. 10. et Martian. Cap. 6. p. 212. cum numis, qui Αβδηρας κορας mentionem faciunt. Vid. Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 22. Plerique tamen auctores ab Hercule conditam, et ab Abdero, Herculis comite, vel amasio, (alii aliter etiam) quem Diomedis equi dilaniaverant, nomen impositum fuisse scribunt, ut Scymnus v. 666. qui utrumque de Abdero adfirmat, Strabonis epit. 7. f. Philostrat. in icon. 2, 25. Stephanus, ubi male Ἀβδηρίτου exstat. De Hercule conditore cf. etiam Apollodor. 2, 5, 8. Tzetzes Chil. 2, 304. Spanhem. de usu num. T. 1. pag. 562. et in primis monumentum Herculeum, quod post alios vulgavit Marinius in Iscriz. Alb. p. 150. Veriora tradit Herodotus 1, 168. quo auctore fundamenta urbis iecit Timesius Clazomenius, Teii ex patria pulsi opus perfecerunt et locum tenuerunt. Teiis exsulibus adscribit etiam Scymnus v. 669. et hinc vulgatum olim est dictum illud, quod refert Strabo 14. p. 443. f. 644. Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία. Urbem conlapsam Clazomenios restituisse scribit Solinus, quod ad Timesium spectare videtur. Sed vid. Salmas. in Solin. p. m. 114. Sub Romanis

libera fuit civitas, (Plin. 4, 18. f. 11. cf. Liv. 43, 6. f.) nec poft, victo Perfeo, Macedoniae, quae in 4 partes dividebatur, adiecta eft cum Aeno et Maronea. (Liv. 45, 29, 6.) Ager f. regio dicitur Ἀβδηρῖτις in Theophr. hift. pl. 3, 2. unde fimul, ut ex Herodoto 7, 109. aliisque, difcitur, Neftum fl. eam praeteriiffe. Quae de pofterioribus nominibus tradidit Ortelius, vel falfa funt, vel dubia. H. putant effe *Polyftilo*. Vid. Büfching Vol. 2. P. 2. p. m. 1823. Ceterum olim Abderitae ftultitiae accufabantur et ridebantur, quod et fecit Cicero ad Att. 4, 16. Vid. Erafmus in adagiis 4, 6, 28. Davif. ad Cic. de N. Deor. 1, 43. et quae fupra ex Luciano notavi. Noftris etiam hominibus innotuerunt ex libro Wielandii.

Democriti) Etfi Milefium quosdam fecifle fcribit Diogen. Laert. 9, 7. in. a quo vita eius exponitur. Quia omnes ridebat et infanire dicebat, γελασινὸν eum cives vocaffe fcribit Aelian. V. H. 4, 20. Vid. et Suidas h. v. De re, ut Nofter, Martian. Cap. 6. pag. 212. et Solin. cap. 16. f. 10. Fuerunt praeterea Abderitae clari Protagoras, ex Cicerone notus, Nicaenetus, heroicorum carminum fcriptor, quos nominat Stephanus, plures innuit, in quibus notandi Anaxarchus philofophus, Hecataeus hiftoricus. Recte igitur Voffius miratur, cur *vervecum patriam* adpellet Iuvenalis 10, 50. cum praeterea cives Muficae et Poeticae ftuduerint, nec elegans illorum infania, quam dicit, in craffos et pituitofos, nedum in vervecum capita cadat.

Philippi) Gr. Φίλιπποι, unde Φιλιππεὺς et in Polybii fragm. hift. 41. et Φιλιππήσιος in epiftola Paulli. Latini dicunt *Philippenfis*, ut bellum, proelium. (Nepos in Att. 11, 2. Sueton. in Aug. cap. 13. in. —) *Philippii campi* tamen etiam dixit Aurel. Vict. de V. I. cap. 82. 83. In conditore, Philippo, omnes confentiunt, non item in priori nomine tum mutato. Plerique fcribunt Κρηνίδες,

unde incolae dicti Κρηνῖται apud Artemidorum teste Stephano. Vid. Diodor. Sic. 16, 3. et 8. Strabonis epit. 7. p. 109. Hudſ. Stephanus h. v. et in primis Appianus de B. Civ. 4, 105. At hic turbas dedit, dum poſtea *Datum* ca〈u〉 urbem vocatam eſſe ſcribit, quod alii non admittunt. Immo *Datus* ſ. *Datum* occurrit in Herodoto 9, 74. Scylace pag. 27. Hudſ. Vid. Weſſel. ad Diodor. Sic. 16, 8. Praeterea utramque urbem diſtinguit Plinius 4, 18. ſ. 11. et Strabonis epit. c. l. viciniam indicat. Male autem auctor anonymus in Hudſ. Geogr. minor. Vol. 4. p. 44. dicit: Κρηνίδες ἡ νῦν Φιλιππούπολις, quae urbs eſt a Philippis diverſa. Notanda reſtat alia commiſtio, cui occaſionem dediſſe videtur Virgil. Georg. 1, 490. male intellectus. Dum enim dicit: *Paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi*, τὸ *iterum* male retulerunt ad *videre*, cum pertineat ad *concurrere*, niſi ipſe Virgilius erravit, aut male connexuit. Ita nempe Servius Philippos Theſſaliae civitatem explicat, ubi primo Caeſar et Pompeius, poſtea Auguſtus cum Bruto et Caſſio dimicaverunt. Sed et alii, ut Florus 4, 7, 6. Manilius 1, 906. utramque pugnam ad eundem locum referunt. Vid. quae disputarunt Glareanus ad Lucan. 1, 694. Lipſius et Voſſius ad Vellei. 2, 70. Heyne ad Virgil. c. l. et notata a me ad Eutrop. 7, 3. n. 7. Poſſis tamen de duplici proelio apud Virgilium intelligere, in quorum uno Caſſius, in altero Brutus periit, ut tradit epitome Livii 124. Ceterum magnam tumulorum copiam ſe ibi vidiſſe adfirmat Verantius in itinere Buda Hadrianopolim ad calcem libri: Fortis Viaggio in Dalmazia V. 1. p. 43. In Thracia urbem ponit Noſter cum antiquioribus, in Macedonia, cui poſtea adiecta eſt ea Thraciae pars, (Liv. 45, 29, 5.) poſteriores, ut Stephanus h. v. Ptolem. 3, 13. Lucas in act. apoſtol. 16, 12. ad Pangaeum, Macedoniae et Thraciae montem, Dio Caſſ. 47, 35. Sed ſitum optime deſcripſit Appianus c. l. Intus autem iacuit a mari remotior, quod tradit Plinius c. l. et declarat Ptolemaeus.

A Strymone 305 ſtadiis removet Appianus, quem tamen errare alii iudicant. Vid. Weſſeling ad itiner. Hieroſol. pag. 604. Coloniam item vocat Plinius, plenius numi col. Iuliam vel Caeſaream, vel Iul. Auguſtam. Cf. Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 1120 ſq. Aurifodinas in eo tractu memorat Strabonis epitome c. l. Cf. etiam Ariſtot. de mirab. auſcult. cap. 42. Urbis nomen manſit poſteriori aetate, etſi ex more *Filippi* paſſim ſcribitur, ut a Geogr. Ravenn. 5, 12. H. *Filibah*. Cf. Büſching Geogr. Vol. 2, P. 2. p. m. 1781. Lucas voyage dans la Grèce (1712. 8.) T. 1. pag. 256. refert a Graecis hodie vocari *Philippigi*, i. e. la terre de Philippes. Idem magnifica aedificiorum rudera commemorat.

Apollonia) Gr. Ἀπολλωνία, unde Ἀπολλωνιάτης et Ἀπολλωνιεύς. In numis occurrit Απολλωνιαται, ut in Latinis auctoribus *Apolloniatae* et *Apollonienſis*, quod Lexica docent. De pluribus urbibus eiusdem nominis cf. ad §. 5. Noſtrae tamen in hoc loco ſitum impeditum eſſe cognovi. Qui enim ſeriem vicinarum urbium, quas Noſter contexuit, recenſent, hoc ordine eas ponunt: *Philippi*, *Amphipolis*, *Apollonia*, *Theſſalonice*, ut Antoninus in itin. p. 320. 331. tabula Peuting. 7. Geogr. Ravenn. 4, 9. et 5, 12. Tum vero eſt Apollonia, quam Μυγδονίας vocat Ptolemaeus 3, 13. et notavit Plin. 4, 17. ſ. 10. Cf. Weſſel. ad Anton. itin. p. 320. At nimis ea hinc eſt remota. Alia commemoratur in Hieroclis Synecdemo p. 640. hac ſerie ad noſtram conlata: *Acanthus*, *Neapolis*, *Apollonia*, *Amphipolis*, *Philippi*, quam in Chalcidice ponendam ex Demoſthene cenſet Weſſeling. ad c. l. Χαλκιδικὴν vocat Athenaeus lib. 8, 3. pag. 334. et ab Amnite et Olynthiaco fluviis adlui dicit. At cum ſitus a noſtra et ſic diſcrepet, quippe qui ducit ad intervallum inter Strymonem et Neſtum, aut turbavit Noſter, aut praeterea fuit alia. Eam vero memorat Plinus 4, 18. ſ. 11. in primisque aperte Strabonis epitome 7. p. 108.

Hudſ. eademque videtur eſſe, quam ab Amphipoli diei unius itinere diſtare dicit Livius 45, 28, 9.

Amphipolis) Gr. Ἀμφίπολις, unde, Stephano teſte, Ἀμφιπολίτης dicitur adſentientibus etiam plurimis numis. Antiqua urbis nomina ex Stephano recenſet Ortelius, dubia tamen fide, qualia ſunt *Myrice*, ſeu potius *Myrcinos*, et *Eïon*, quippe quae ad diverſas urbes pertinent male confuſas, ut docent ad Stephanum interpretes et Voſſius ad Scylacem p. 64. in Gronovii Geogr. ant. ex Thucydide in primis 4, 107. Alia Ortelii nomina nusquam alibi adparent. Verius eſt, quod addit, ἐννέα ὁδοὶ, quippe quod nititur auctoritate Thucydidis 1, 100. et praeterea legitur apud Herodot. 7, 114. Aeſchin. de falſa leg. p. 215. Reisk. Eius cauſam explicat Hyginus fab. 59. nempe quia Phyllis novies eo die, quo Demophoontis reditum praeſtolabatur, ad litus cucurrit. Cf. Meurſius de regno Athen. 3, 7. Amphipolim adpellavit Agnon, qui eo coloniam Atticam deduxit, auctore Polyaeno lib. 6. f. ubi occaſionem pluribus expoſuit. Idem confirmat Thucyd. 4, 102. qui nominis cauſam ducit ab circumfluente utrimque Strymone fluvio, eumque hic teſtem etiam adlegat Stephanus. V. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 12, 68. Eum quidem ſitum etiam alii indicant, ut Scymnus v. 649. Schol. ad Thucyd. 1, 100. Hinc Στρυμονίην vocat Dioſcorides in Anthol. Gr. Jacobſ. Tom. 1. p. 254. Duplicem tamen diverſo tempore Athenienſium coloniam eo deductam fuiſſe, adparet ex Diodoro Sic. 11, 70. et 12, 32. de quo cf. Weſſel. ad priorem locum. Chalcidenſium colonos recepiſſe ab hisque plerosque expulſos narrat Ariſtotel. de rep. 5, 3. Monumenta habuit urbs, quae Agnonis beneficia teſtarentur; at cum Braſidas Spartanus in bello Peloponneſiaco eam cepiſſet, tantum ille ſibi civium amorem conciliavit, ut vivus et mortuus tamquam heros coleretur, adeoque novus conditor haberetur, cui deiectis Agnonis monumentis ſummos honores

praeſtabant, ut narrat Thucyd. 5, 11. quo et reſpicit Himerius orat. 7, 10. ubi cf. quae notavit Wernsdorf. De ſitu ad Strymonem dictum eſt. Edonis tribuit Thucyd. 1, 100. quos Thraciae populum fuiſſe docet Herodot. 7, 110. Poſt Perſea debellatum caput fuit Macedoniae, cui etiam ideo dant poſteriores auctores, Plin. 4, 17. ſ. 10. Stephanus h. v. Ptolem. 3, 13. et ſic ſequenti tempore. Cf. Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 2. Deinde dicta eſt Χρυσόπολις, ut traditur in reliquiis Geogr. pag. 42. Vol. 4. Geogr. Hudſ. Hodiernum nomen eſt *Iamboli.* Plura de ea urbe contulerunt Stephanus eiusque interpretes, et praeter Cellarium in Geogr. ant. 2, 13, 77. Weſſeling. ad Antonini itin. p. 320. De *Atho* vid. poſt, de *Strymone* dictum eſt ſupra, et de *turri Calarnaea* et *portu* in not. crit. p. 134 ſqq.

Acanthus) Gr. Ἄκανθος, unde Ἀκάνθιος deſcendit, et hinc Ἀκανθίων πόλις dicitur apud Diodor. Sic. 12, 67. Andriorum coloniam faciunt Scymnus v. 646. et Thucyd. 4, 84. de quo in primis conſuli poteſt Plutarch. in Qu. Gr. p. 192. ed. Reisk. Graecam originem indicat etiam Scylax p. 27. Hudſ. Nomen explicat Stephanus, quia ſpinis fuerit circumſepta. Omnes prope Atho montem ponunt, quidam etiam hinc foſſam a Xerxe ductam tradunt, de qua v. infra, etſi in ipſo loco variant. Plerique enim deſignant Strymonicum ſinum, ſi progreſſionem ſpectes a Strymone ad Atho. Ita Scymnus c. l. Plin. 4, 17. ſ. 10. ut hic Mela; ſuadent etiam ea, quae commemorat Herodotus 6, 44. de claſſe Darii, et 7, 121 ſq. de claſſe Xerxis. Repugnant tamen aperte Ptolemaeus 3, 13. et Strabo in epit. 7. p. 108. Hudſ. quippe qui in ſinu Singitico oſtendunt. Cf. Waſſe ad Thucyd. 4, 84. Ita etiam videtur ſtatuere Stephanus, dum ſcribit ὑπὲρ τὸν Ἄθω, nempe reſpectu loci, ubi ſua edidit, Byzantii, tueturque etiam hoc ſenſu Holſten. pag. 19. contra Salmaſium, qui ὑπὲρ in περὶ vel παρὰ immutare

mallet. Nec aliter exiſtimavit Livius 31, 45, 15. qui narrat, ſuperato Toronae promontorio Romanos Acanthum navibus petiiſſe. Qui niſi errant, propter viciniam, ita cum aliis componi poſſunt, ut credamus, Acanthum ad utrumque ſinum pertinuiſſe, quippe in iſthmo ſitam, qui et inde adpellatur Ἀκανθαῖος ab Aeliano Hiſt. An. 13, 20. etſi Voſſius ad verba ſequentia Melae Ἀκάνθιος mavult. Mire tamen ſibi conſtat, et quaſi cauſa ſua fretus Strabonis epitomator, dum a Stagiris ad Acanthum in circuitu cherſoneſum 400 ſtadia habere ſcribit. Praeſtat tamen antiquiores, Herodotum maxime, ſequi, idque eo magis, quod Strabonis ipſius narratio periit. Conſentit etiam Scylax c. l. De *Echymnia* cf. not. crit. p. 140 ſq. de *Pallene* infra.

Cleona) Gr. Κλεωναὶ, ut in Herodoto 7, 22. Thucyd. 4, 109. In Plinio 4, 17. ſ. 10. *Cleone* legitur. Πόλιν Ἑλληνίδα vocat Scylax c. l. quippe quam condiderant Chalcidenſes, οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ ex Elymnio migrantes, uti refert Heraclides Ponticus de politiis Graecor. ſ. v. Χαλκιδεύς. Ponunt fere in Atho monte. (Strabonis etiam epit. 7. p. 108. Hudſ.) Non debet miſceri cum oppidulo cognomini inter Corinthum et Argos.

Olynthos) Gr. Ὄλυνθος, unde Ὀλύνθιοι, quod vel ex Demoſthene notum eſt, et in numis etiam occurrit, etſi Ὀλυνθίνων profertur ex numo in deſcr. numor. vett. (Lipſ. 1796. 4.) p. 107. Tum porro Ὀλυνθιακὸς, ut λόγος in Demoſthene, dicitur. Conditorem facit Conon narrat. 4. Strymonem, regem Thraciae, cum in Sithoniam, Thraciae regionem, delatus eſſet; nomen ab eius filio impoſitum fuiſſe addit. In nomine conſentit Stephanus h. v. ſed Olynthum Herculis filium prodit. Ἑλληνίδα πόλιν vocat Scylax p. 26. Hudſ. Χαλκιδικὴν Thucydides 4, 123. nempe Ἑλληνικὸν ἐνοικούντων τὸ γένος ἀπὸ Χαλκίδος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ· ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων

ἀποικία, ut dicit Libanius in argumento Olynthiacae 1. Demoſthenis. Scholiaſtes Thucydidis vocat μητρόπολιν Χαλκιδέων. Obtinuiſſe autem eam Chalcidenſes ſub Dario, patet ex Herodoto 8, 127. eo tempore, quo vel Mardonius, vel Artabazus eam expugnaverat, de quo v. Havercamp. ad Oroſ. 2, 11. p. 115. Cum vero Herodotus 7, 122. in Sithonia ponit, priſca tempora reſpicit, ubi haec regio urbes complectebatur ad ſinum Thermaicum et Toronaeum, uti ex earum recenſu adparet. Stephanus tamen Thraciae eam urbem agnoſcit iuxta Sithoniam Macedoniae, ubi etiam Plin. 4, 18. ſ. 11. aliique oſtendunt. Strabo autem in epitome 7. pag. 107. Hudſ. in Macedonia, diſerteque magis Scylax c. l. quod, ſi priſcam Scylaci tuearis aetatem, ex confinio explicari debet. Ante quam a Philippo everteretur, quod notum eſt, valuit dignitate et opulentia. Hinc μυρίανδρος vocatur in Diodoro de virtutibus et vitiis ex lib. 32. p. 589. ed. Weſſ. Cf. quae ille notavit ad 11, 49. Hinc τῶν ἐπὶ Θράκης μεγίστη πόλις dicitur a Xenophonte in hiſt. Gr. 5, 2, 12. et Diodoro Sic. 16, 53. Antiquiſſimam et florentiſſimam praedicat Oroſius 3, 12. antiquam et nobilem Iuſtin. 8, 3, 11. Cf. in primis Libanius c. l. Diſtabat a Potidaea ferme 60 ſtadiis (Thucyd. 1, 63.) et navale habuit Mecybernam in ſinu Toronaeo. (Strabonis epit. c. l.) Poſteriores, qui ſuae aetatis geographiam tractant, ut Ptolemaeus, Antoninus in itinerario, ſcriptores Byzantini nullam eius porro ferunt mentionem, ex quo plane eam intercidiſſe adparet. Narrat etiam Diodor. Sic. 19, 52. Caſſandrum ſuperſtites urbi Olynthios Caſſandream deduxiſſe. TZSCHUCKE. Non, quod auctor ſcribat, hanc urbem ſuo tempore exſtitiſſe, quippe quae a Philippo, Alexandri patre, ſic everſa eſt, ut nunquam fuerit reſtituta, ut docet certiſſima hiſtoria, et hinc adparet quam Geographiam, non ſui temporis, ſed minimum quae fuit ultra Philippi iſtius aetatem, tradiderit. I. GRONOVIUS *MS.*

Tum vero, quod de Mecyberna, Olynthi navali, refert epitome Strabonis c. l. antiqua tempora respicit.

maiore) Quod indicium est, in fundo istius lacus esse quandam opportunitatem aliarum aquarum ex ima terra in eum scaturientium. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 10. *Athos)* Gr. Ἄθως, ut Latini. *Atho* tamen rarissimo exemplo occurrit in Livio 44, 11, 3. ubi cf. Duker. et Drak. In accusativo variant. Τὸν Ἄθω habent Diodor. Sic. 11, 3. 13. 41. Theocrit. 7, 77. Scymnus v. 645. Agathemer. 2, 9. alii; Herodotus contra consentientibus plerisque iisdemque bonis libris praefert τὸν Ἄθων, de quo cf. Wessel. ad 6, 44. Id quidem in eo Atticae declinationis esse contendit Servius ad Virgil. Aen. 12, 701. ubi etiam vult *Athon* pro *Athos*, quia propter *os* breve versus non constet. Male quidem, cum Ἄθως per se ultimam producat. De *Atho*, Ἄθω in accusativo, quod amant Attici, vid. etiam Oudendorp. ad Thom. Mag. pag. 245. De forma nominativi *Atho* et *Athon* pugnant et libri et interpretes ad Virg. Georg. 1, 332. Recentiores priorem tuentur. Cf. Heyne et antea Pierius ad c. l. Idem notatur in Valerio Flacco 1, 664. in eodem nexu. Cf. 2, 76. Apud Plinium 4, 17. s. 10. *Athon* editur, ut 7, 2. et sic effert Strab. epit. 7. p. 331. Hudf. *Athonem*, teste Prisciano lib. 6. p. 710. ed. Putsch. dixit Cicero lib. 3. de republica, et *Athonis* dedit Ammian. 31, 4. m. Ablativus *Atho* est in Ovidio de A. A. 2, 517. et Livio 44, 28, 3. ubi etiam eadem terminatione sequitur dativus. Vid. Heins. ad Virgil. Georg. 1, 332. et quae de his formis monuit Torren. ad Valer. Max. 1, 6. ext. 2. Stephanus praeterea in casu recto adfert Ἄθοος contracte Ἄθους, unde flectatur Ἄθοος et Ἄθως, de quibus tamen consulendi sunt ibi interpretes. In Homero Il. 14, 229. genitivus reperitur Ἀθόω, qui est ab Ἀθόως, quod exstat in eius hymno in Apoll. v. 33.

metro probante per ἐπέκτασιν ποιητικὴν, ut volunt ſcholia Villoiſ. ad Il. c. l. Cf. Ilgen ad hymn. pag. 202. Incolae dicuntur Ἄθωοι ſec. Stephanum, ab oppido cognomini, et hinc Iupiter, qui in eo colebatur, Ἄθωος vocatur, ut refert Euſtath. ad Il. 2, 269. p. m. 165. et 2, 844. p. m. 271. ubi et agitur de diſcrimine ab ἀθῷος i. e. ἀζήμιος, de quo multa adpoſuit Politus Tom. 2. p. 776. Addit praeterea Stephanus Ἀθωΐτης, quod et numi ſiſtunt. De cauſa nominis cf. Schol. Villoiſ. ad Homer. 14, 229. et Euſtath. p. m. 970. 15. Thraciae cum Noſtro quidam adſignant, ut Stephanus, Plutarch. in Alex. c. 72. orat. 2. de virtut. Alex. p. 324. ed. Reisk. Homer. in Apoll. v. 33. Schol. Apoll. ad 1, 661. Vibius p. m. 27. — alii Macedoniae, in quibus Plin. 4, 17. ſ. 10. Solin. cap. 15. ſ. 9. Ptolem. 3, 13. Ammian. 22, 8. in. Iſidor. Orig. 14, 8. In Thracia tamen potius locandus videtur Berkelio ad Stephan. pag. 46. Sed de hac diverſitate aliquoties antea dictum eſt. Proprie magis ſitus erat in regione Acte, quam vocant Thucydides 4, 109. et Demetrius apud Stephan. ſ. v. Ἀκτή. Deſcripſit eum montem Herodot. 7, 22. breviter, luculenter hic Mela, prolixius Comnenus in hiſtoria montis Atho, quam inſeruit Montefalconius palaeographiae Graecae, cui addi poſſunt alii, in iis Sponius, Whelerus, Pocockius, nuper le Chevalier in Beſchr. v. Troia p. 231 ſq. Excurrit a planitie in mare 75 M. P. ambitus radicis conligit 150,000. (Plin. 4, 17. ſ. 10.) Suſtinebat aliquot urbes, ex quibus ſunt *Cleonae, Acrothous, Thyſſus* — quas commemorant Herodot. 7, 22. Thucyd. 4, 109. Plin. c. l. Hodie incolitur a monachis Graecis, qui vocant ἅγιον ὄρος, et hinc Itali *Monte ſanto;* Turci *Ajanoros, Keſchiſch Dhagi*, (Büſching Geogr. Vol. 1. P. 2. p. m. 1781 ſq.) vel etiam, ut tradit Dapper des isles de l'archipel p. 247. *Manſtir.* Quod adfirmat Lucas voyage dans la Grèce — (1712.) T. 1. p. 264. qui montem illum diligenter luſtravit, *Monte ſanto* non tam eſt Athos, quam totum illud

iugum montium, longum 7—8 miliaria, latum 3—4. cui adnexus eſt mons ille Athos; illud ὄρος ἅγιον a Graecis vocari, hunc etiam nunc *Atho.*

elatus) In altiſſimis montibus numerat Agathemer. 29. et ſic omnino Herodot. 7, 22. vocat ὄρος μέγα, Strabonis epit. 7. p. 108. Hudſ. ὄρος μαστοειδὲς, ὀξύτατον καὶ ὑψηλότατον, in primis Xerxes in epiſtola ad Atho apud Plutarch. de cohibenda ira p. 787. ed. Reisk. οὐρανομήκης. Praeter indicia altitudinis hic adpoſita, alii alia commemorant a ſolis maturo conſpectu et umbrae iactu petita. Sic Strabo c. l. adfirmat, qui in cacumine eius habitent, ſolem orientem tribus horis ante videre, quam in litore adpareat, quod de Caſio monte Noſter 1, 10. retulerat. Plures ex umbra argumentum ſumunt, quam proiici dicunt ad Lemnum usque inſulam. Vid. Apollon. Rh. 1, 604. Sophocles ap. Theocriti ſch. 7, 77. Schol. Villoiſ. et Euſtath. ad Homer. Il. 14, 229. Plin. 4, 23. ſ. 12. et inde Solin. c. 17. ſ. 11. Statius Theb. 5, 51. Iſidor. orig. 14, 8. Etymol. M. ſ. v. Λῆμνος. — Ad 300 ſtadia umbram mitti omnino ſcribunt Stephanus, Schol. Homeri ad c. l. aliquanto minus, quam alii, cum Lemnos ab Atho diſtet 80 vel 87 M. P. (Plinius, Solinus) ſtadia autem 300 efficiant tantum 38 M. P. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 129. c. l. Belon obſerv. 1, 25. p. 26. et quae de umbra diſſeruit Kaeſtner ad le Chevalier p. 227 — 245. c. l. Plutarchus in orat. 2. de virtut. Alex. p. 324. ed. Reisk. omnino vocat περιφανέστατον ſimulque notat eius ſymmetriam ab omni parte conſpicuam. Longe quidem eum conſpici, confirmant etiam recentiores, ut Chandler, Wood, le Chevalier. Sol occidens, quo ipſe vidit d. 2. Iun. Belon, umbram iacit in extremam Lemnum parte eius ſiniſtra.

imbres) Reddidit haec Solinus c. 17. ſ. 11. *Athos ſublimis adeo, ut altior aeſtimetur, quam unde imbres cadunt.* TZSCHVCKE. Omnibus montibus haec conve-

niunt, quorum vertices ſunt vel ſupra nubes, vel ſaltem in ſummitate earum. Nulli enim aut venti, aut imbres illic poſſunt oriri, niſi caſu ac inſolito fere modo. Eadem vero Geminus de Cyllene prodit in elementis aſtron. cap. 14. VOSSIVS.

aris) De aris Iovi conſecratis eſt intelligendum. Heſychius: Ἄθωος, ὁ ἐπὶ Ἄθω τοῦ ὄρους ἱδρυμένος ἀνδριὰς, ὁ Ζεύς. Omnes fere altiores montes, ut Pelion, Olympus, Ida, Caſius, Atabyrius Rhodi aliique quam plurimi Iovi praecipue dedicabantur, eiusque in verticibus ſuis fana et altaria ferebant. De hoc Iove nonnulli interpretantur imaginem, quae in Athoitarum numis comparet. Sed ea potius de Atho gigante eſt accipienda, cuius meminit Nicander apud Stephanum ſ. v. Ἄθως. VOSSIVS.

abluitur) Ita haec narrantur, ut colligi debeat, ſaepe illic ſacrificia inſtitui, ut ſit eadem ratiuncula, quam Itali habebant de promontorio Lacinio, ut eſt apud Liv. 24, 3, 7. I. GRONOVIVS *MS.* Cf. Valer. Max. 1, 8. ext. 18. Plinius 2, 111. ſ. 107. et ibi Harduinus. De Atho autem idem repetiit Boccatius de montibus h. v. *Eius vertex, ut pro comperto demonſtrant, ventos nubesque ſuperat, cum relictos cineres annui ſacri aliquibus caracteribus inſignitos, anno transacto redeuntes, in nullo mutatos inveniant.* Ita nempe expreſſit ille Solinum cap. 14. ſ. 8. qui idem de Olympo refert; aram Iovi adſignant. Preſſius tamen Solinus cap. 18. ſ. 12. de Atho Melam ſequitur. *Aggere favillae* dixit etiam Lucan. 5, 524.

ut alii) Qui plerumque iugi ſui montanam partem ad mare producunt ex continenti, ut fundus ipſius montis non utique ſit incluſus iſti peninſulae, ſed communicetur ex vicina regione, quod in hoc monte aliter

contigit. I. GRONOVIUS *MS.* Senſus eſt: Athos non promontorio aliquo exit in pelagus, ſed totus et undique aequali gradu modoque adſurgit, cum ſit proprie paene inſula. Facit huc, quod narrat Plutarchus in Alex. c. 72. conlata orat. 2. de virtut. Alex. pag. 324. ed. Reisk. Staſicratem artificem, Dinocratem alii vel alium producunt, recepiſſe, ſimulacrum Alexandri ex illo monte effingere, quippe qui, ubi adſurgat conſpicuus, habeat ipſi σύμμετρα πλάτη καὶ ὕψη, καὶ μέλη, καὶ ἄρθρα, καὶ διαστήματα μορφοειδῆ, et hinc facile admittat διατύπωσιν ἀνδρείκελον.

procedit) Cum alii porrigantur ſic in interiora regionum, vel inde deducantur, hic, ut ſcribit Herodot. 7, 22. τελευτᾷ ἐς τὴν ἤπειρον. Quomodo *dorſum* intelligi debeat, ſequentia docent; nempe de lateribus et dorſi primis utrimque partibus. Si enim dorſum obponitur fronti, dorſum ipſum continenti adhaeret. Ita *dorſum* dicitur de Tauro 1, 15, 2. ubi diſtinctius deſignat latus, iugum et dorſum ipſum. Cf. 1, 9, 1. Idem vero vult Noſter, quod poſt de Pallene: *tota in altum abit*, quare etiam in eo Atho et Pallenen comparat Livius 44, 11. in. Diligenter autem eius formam deſcripſit Belon obſerv. 1, 35. p. 35. et comparat cum homine, qui eſt renverſé nageant ſur l'eau, couché à la renverſe, quaſi hominum opera ita ſit formatus, unde credit, quod de Dinocrate ſimulacrum Alexandri formante narratur. Hinc et *totus exſtat* in Mela intelligitur.

perfoſſus) Sic et Cicero de fin. 2, 34. Virgil. in Culice v. 30. et Graeci ὀρύττειν, (Herodot. 7, 23. in. Zoſim. 1, 2. —) διορύττειν. (Lyſias pag. 94. ed. Lipſ. Iſocrat. in paneg. p. 136. ed. Wolf.) Hinc foſſam διώρυχα vocant Herodot. 7, 122. Thucyd. 4, 109. διώρυχα τετμημένην Scymnus v. 647. *foratus Athos* Ampelius cap. 13. Hinc Curtius 5, 7, 8. *perfoſſis montibus, in*

quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Tzetzes ad Lycophr. v. 1432. διέκοπτον αὐτὸν καὶ ἐθαλάττουν εἰς βάθος. Aelian. H. An. 13, 20. διατομὴν vocat, et ſic alii aliter indicant. Plin. 4, 17. ſ. 10. *montem Athon Xerxes continenti abſcidit*, et ſic *abſciſſus continenti* dicit Solin. cap. 15. ſ. 9. cum Martiano Cap. lib. 6. pag. 211. Porro Iuvenal. 10, 174. *velificatus Athos*, Solin. c. l. *claſſibus navigatus.* Sed plurima loca veterum notavit Elmenhorſt. ad Arnob. adverſ. gentes lib. 1. p. m. 3 et cui non dictus eſt Athos perfoſſus, qui olim cum Helleſponto pedibus traiecto latiſſimum exſpatiandi campum oratoribus aperuit, quos ideo ridet Lucian. in rhetor. praeceptore cap. 18. Ipſum perfodiendi laborem luculenter deſcripſit Herodot. 7, 21. ubi flagellis coactos fuiſſe operarios refert, vivide in primis Sidon. Apollinar. carm. 9, 42 ſqq. Inſani Xerxis inſana epiſtola ad Athon ante opus ſuſceptum additis comminationibus ſcripta legitur in Plutarcho de ira cohib. pag. 787. ed. Reisk. Foſſae initium erat circa Sanam urbem (Herodot. 7, 23.) ad Acanthaeum iſthmum, (Aelian. H. An. 13, 20.) vel prope Acanthum, (Scymnus v. 647.) vel ad Singum urbem, (Herodot. 7, 122.) in quo conſentit Aelian. c. l. ubi cum Voſſio legi debet Σίγγου pro Σιγείου. Cf. et Plin. 4, 17. ſ. 10. Alii alios terminos conſtituunt; ut Voſſius ab Acantho ad Sanam usque, quem acerbiſſime refutat I. Gronovius, qui ab Acantho initium minime duci poſſe contendit, quia Xerxes, cum Acanthum veniſſet, de foſſa audierit, teſte Herodoto 7, 116. f. quam alias debuiſſet videre. Ipſe a Thyſſo ad Sanam ducit, etſi fidem ex nullo auctore adſtruit. Sanam autem urbem, de cuius ſitu varia adferuntur ex auctoribus ad Stephanum, optime conſtituit Herodot. 7, 22. quippe qui ſitam fuiſſe dicit in Iſthmo, ubi Athos finiebatur. Quae autem loca intra Sanam et intus in Atho poſita erant, conatus eſt Xerxes a continenti hac foſſa ad inſulam transferre. Foſſa igitur facta eſt prope Sanam, ſic ut Sana maneret in continenti

et ab nova infula avelleretur. Ab Acanthiorum mari ad obpofitum contra Toronen per isthmum inter Sanam et Dion, Thyffum verfus Atho, facta eft foffa. Septem ftadiorum longitudinem illi foffae tribuit Scymnus v. 648. Sed an vere acta fuerit, dubitavit olim Iuvenal. 10, 174. et Graecorum mendaciis adfcribit, dubitavit etiam noftra aetate Belon in obferv. 1, 55. pag. 33. qui, etfi illa loca curiofe perluftravit, eius tamen veftigium non invenit; quare obftructam non temere putat, cum Aelianus c. l. fua aetate indicia exftitiffe adfirmet. De fequenti voce *transiugatus* cf. not. crit. p. 145 fqq.

pervius) Sic Ammian. 22, 8. in. *Athos navibus quondam Medicis pervius.*

Ima) Herodot. 7, 22. in isthmo, ubi Athos finitur, ponit Sanam, in ipfo Atho cum Acrothois Dion, Olophyxon, Thyffum et Cleonas. Cum Herodoto confentit Thucyd. 4, 109. qui addit, habitari a miftis barbarorum bilinguium gentibus. Disfentit Nofter, certe in Cleonis, nec, fi alias urbes innuit praeter productas, aliunde explicari poteft. Strabonis tamen epitome 7. p. 108. Hudf. ubi illae urbes etiam indicantur, etfi cum aliqua variatione, folos Acrothoos in vertice montis ponit, reliquas omnino in monte. Idem facit Plin. 4, 17. f. 10. etfi et hic in urbium nominibus recenfendis variat.

Acroathon) Varie in Graecis effertur. Herodotus 7, 22. vocat Ἀκρόθωον, Thucydides 4, 109. Ἀκροθώους, Stephanus Ἀκροθύνους, (ponit enim in Atho) Strabonis epitome 7. pag. 108. Hudf. Ἀκρεθώους pro Ἀκροθώους, Plinius 4, 17. f. 10. cum Solino c. 17. f. 11. *Acrothon*, et in cacumine etiam ponit, etfi in utroque Salmafius ad Solin. p. m. 129. emendat *Acroathon*, ut in Stephano Ἀκροάθωοι, uti pro *acroama* alias fcribatur *acroma*. Pro Ἀκρόθωοι tamen vel ex MSStis, vel ex aliis auctoribus

propugnant ad Stephanum Berkelius p. 81. et Holften. p. 21. qui ex Simplicio in Epictetum notat etiam Ἀκροθωϊτῶν, qui in Scylace p. 26. Hudf. funt Ἀκροθῶται. Apud Ptolemaeum 3, 13. Ἄθωσα ἄκρον καὶ πόλις legitur. *Fuit*, quod additur, interitum indicat in Plinio.

dimidio) Invaluerat olim opinio, homines in Atho monte longe diutius vivere, quam alios alibi, quod difcitur ex dicto Platonis apud Aelianum V. H. 9, 10. ubi vid. Schefferus et Kuhnius. Melam expreffit Solin. c. 17. f. 11. *in quo dimidio longior, quam in aliis terris, incolentium aetas prorogabatur.* Apolloniae id tribuit Plin. 4, 17. f. 10. cuius etiam incolae Macrobii cognominentur. Quae verba a librariis traiecta et ad noftram urbem referenda putat ibi Pintianus. Alio loco (7, 2.) Plinius, qui Athon montem incolant, Macrobios effe dicit, ut Lucianus de Macrobiis cap. 5.

§. 11. *Pallene)* Gr. Παλλήνη, Macedonibus Βαλλήνη, teftante Euftathio ad Homer. Odyff. 9, 106. p. m. 540. Variatur tamen fcriptura cum ipfa adpellatione. Nempe pro Παλλήνη libri paffim exhibent Παλήνη (ut Procop. de aedif. 4, 5.) cum tamen duplex λ auctoritate plerorumque praeferendum fit, ut monet diferte Euftath. ad Homer. Il. 2, 639. p. m. 235. et Waffius ad Thucyd. 4, 116. Tum faepius commifcetur cum Πελλήνη, quae fuit urbs Achaiae, ut diferte monet Schol. Apollonii ad 1, 177. aut in utramque partem vox agitur, in primis ubi nexus nihil certi definit. V. Efchenbach. et Gefner. ad Orphei argon. v. 464. Duker. ad Thucyd. 4, 120. Weffeling. ad Diodor. Sic. 19, 52. Heyne ad Apollodor. p. m. 70. Turbas maxime dedit utriusque gentile. A Παλλήνη enim Stephanus fub h. v. et Πελλήνη facit Παλλήνιος, Παλληνεὺς, Παλληναῖος et Παλληνίτης, fed a Πελλήνη tantum Πελληνεὺς et Πελλήνιος, in quo confentientem nactus eft Euftathium

ad Homer. 2, 574. p. m. 220. quare, ubi Πελληναῖος occurrit, illud mutarunt in Παλληναῖος. Sed nec ipſe ſibi conſtat Stephanus, nec ab aliis probatur, de quo monent Holſten. ad Stephan. pag. 249. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 13, 40. Duker. ad Thucyd. 8, 106. Caſaubon. ad Polyaen. 7, 47. et, qui de his gentilibus disſeruit, Valckenar. ad Theocriti Adoniazuſ. v. 42. pag. 352. Uſitate autem de Pallene occurrit Παλλήνιος, et hinc Παλληνία dicitur de ipſa Pallene apud Lycophr. v. 127. Παλληναῖα κλίτεα habet Apollon. 1, 599. *Pallenaea fulmina* Lucan. 7, 150. (ubi per *e* libri quidam efferunt) *Pallenis terra* Avien. v. 380. etſi foede omnino erravit, *Pallenenſis ager* Liv. 44, 10. f. et 11. in. Quam adfert Παλληνίδα Ἀθηνᾶν Holſten. ad Stephan. p. 259. pertinet illa ad Atticae demum, uti docent Canter. ad Lycophr. v. 1261. et Valckenar. ad Herodot. 1, 62. Cf. de illo demo Schol. Ariſtoph. ad Acharn. v. 233. Παλληνιακὰ ſcripſerat Hegeſippus teſte Stephano. Unus Ptolemaeus 3, 18. ſcribit *Patalene*. Superiori autem nomine vocatur urbs Thraciae, tum paene inſula et mons, ut tradunt Stephanus h. v. Schol. Apollonii ad 1, 599. Euſtath. ad Dionyſ. v. 327. Hic de cherſoneſo Mela loquitur, qualem indicant plures, ex iis Dionyſ. Halic. 1, 47. quod ex ipſa deſcriptione adparet. Nomen antiquius fuit *Phlegra*, ut adfirmant Herodot. 7, 123. Strabo epit. 7. p. 107. Hudſ. Polyaen. 7, 47. Stephanus h. v. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 221. Theon progymn. p. 91. — Alii id de urbe praedicant, ut Scymnus v. 635. et Plin. 4, 17. ſ. 10. adeo oppida Pallenen et Phlegram diſtinguit, quod ita probat Harduinus, ut Phlegram in Pallenes locum ſucceſſiſſe putet; Cellarius autem in Geogr. ant. 2, 15, 58. emendat: *Pallene, quae et ſ. olim Phlegra.* Sed non vidit, quod praecedit, *oppida*, quae de uno loco ſtare nequeunt. Attamen diſtinguunt etiam alii, ut Apollodor. 1, 6. in. qui numero plurali effert, Schol. Apollonii ad 3, 234. 1226. De

nominis caufa prolixe disferit Stephanus, quae plerumque petitur a pugna Deorum contra gigantes fulmine et telis confectos. Hinc γηγενῶν τροφὸν vocat Lycophron v. 127. Spectat id terrae motus et incendia fubterranea, quare ad alia etiam loca caecis ignibus exufta translatum eft nomen, veluti ad Cumas Italiae. Vid. Heyne ad Apollodor. p. m. 70. et Diodor. 5, 71. Accedit, quod in Arcadia prope Trapezuntem, ubi locus quidam flammas eructat, id proelium factum effe Arcades contendunt, non in Pallene, tefte Paufania 8, 29. in. Poft Pallene dicta eft a Pallene, Sithonis filia, fecundum Stephanum, vel, ut alii malunt, a Pallenenfibus a Troia eo profectis. V. Scymnus v. 637. Polyaen. 7, 47. ubi fic legit Cafaubonus, et quae disputat Duker. ad Thucyd. 4, 120. Ipfam τρίγωνον vocat Stephanus, et quatenus excurrit, cum Atho monte comparat Livius 44, 11. in. Hinc vero apte inluftratur Mela, qui de Atho fcribit: *totus exfiat*, et de Pallene: *tota in altum abit.* Situm etiam luculenter defcribit Livius c. l. Nempe hinc Toronaico, illinc Macedonico mari (Thermaico finu) fepta erat, et obverfa in Magnefiae regionem duobus promontoriis imparibus, fc. Pofideo et Canaftraeo, unde Καναστραίην ὑπὲρ ἄκρην dicit Apollon. Rh. 1, 599. Dionyfius Halic. 1, 47. etfi hinc nimis vicinum male facit Hellefponto, illinc obiacere refert Europae, pro quo Voffius hic ad verba *Cherfonefi latus* §. 8. reponit *Europiae*, Macedoniae regioni. In Thracia autem plures ponunt, ut Paufan. 8, 29, 2. Dionyf. Hal. 1, 49. Stephanus, Antoninus in itin. p. 525. Euftath. in Homer. Il. 2, 574. p. m. 221. Philargyr. in Virgil. Georg. 4, 391. — alii tamen in Macedonia, ut Plin. 4, 17. f. 10. Diodor. Sic. 5, 71. Scylax p. 26. Hudf. Ptolem. 3, 13. — quod quidem rectius fieri iudicant, illud tamen, quia Thraces olim illa loca tenuerunt. Mire tamen mifcet utrumque Mela, quia hic Pallenen commemorat, eius promontoria et alias urbes poft in Macedonia. Urbem autem Pallenen in ifthmo fitam oftendit Scymnus v. 635. ubi alii etiam

Potidaeam habent. Vid. poſt. Sunt, qui inſulam adpellent, uti ſit paſſim in his, a Stephano maxime, cum vere fuerit paene inſula. Ita Antonini itin. p. 525. ubi alios producit Weſſeling. Caſſandreae Cherſoneſum dictam quosdam putaſſe, refert Euſtath. ad Dionyſ. v. 327. Ceterum fertilitatem illius terrae praedicat Livius 44, 10. f. 45, 30, 4. Hodie in eo tractu reperitur, ubi eſt *Aiomama.*

quinque) In iis ſunt, quas proxime nominat, *Potidaea*, *Mende*, *Scione.* Herodotus 7, 123. addit *Aphytum*, *Neapolim*, *Aegam*, *Therambum* et *Sanam*, unde vero numerus accreſcit. Igitur aut depravatus hic eſt Mela, aut alium reddidit. Quinque, ſi Potidaeam in iſthmo addideris cum Noſtro, recenſet etiam Strabo in epitome 7. pag. 107. Hudſ. cum Scylace c. l. ita tamen hic, ut Thrambum habeat pro Sane Strabonis. Cauſa minuti urbium numeri haec videtur, quod Caſſander Caſſandream ex iis auxit. Vid. infra *Potidaea*. Plinius 4, 7. ſ. 10. ſeorſum eas numerat et disiecta ſerie. Quinque in Noſtro invenit etiam Boccatius de montibus ſ. v. *Pallenne*, ubi eum reddit.

abit) Sic 3, 1, 6. *Luſitania primum ingenti impetu in altum abit.* Alias *prominere*, *procurrere*, *excurrere*, *proiici*, de quibus vid. Dukerus ad Liv. 44, 11, 3. et quae notata ſunt in diſſertatione de Mela cap. 7.

anguſta) Intelligit iſthmum, (vid. antea) quem muro munierant incolae veteres, ut aditus in cherſoneſum praeſtrueretur. Vid. Thucydid. 1, 64. in. Procopius de aedif. 4, 5.

Potidaea) Gr. Ποτίδαια; incola Ποτιδαιάτης, quod ſaepe in Herodoto, Thucydide — occurrit, (Ποτιδεάται vitioſe in Pauſania 5, 23, 1.) et Ποτιδαιεὺς, teſte Stephano. Δωρικὴν πόλιν vocat Scymnus v. 628. incolas

Corinthiorum colonos Thucyd. 1, 56. et Dorienſes 1, 124. Corinthiorum coloniam facit etiam Schol. Ariſtoph. ad equit. v. 436. Poſt in bello Peloponneſiaco cum expugnata eſſet, colonos in eam miſerunt Athenienſes, teſte eodem 2, 70. Eandem ab Athenienſibus in bello Peloponneſiaco et poſt a Philippo dirutam reſtituit Caſſander, unde abolito vetere nomine dicta eſt Caſſandria, ut tradit Pauſan. 5, 23, 2. Nominis autem illius mutationem plures indicant, ut Scymnus v. 629. Strabo in epit. c. l. Plin. 4, 17. ſ. 10. qui addit *colonia*, Stephan. b. v. Procop. de aedif. 4, 5. aliique, in primis ex poſterioris aetatis ſcriptoribus. Dubitationem tamen movet, quod Mela poſt 2, 3, 1. Caſſandriam memorat. At vel hic inſigniter, ut ſitus docet, erravit, vel depravatus eſt, de quo in not. crit. ad 2, 3, 1. pag. 166 ſqq. Quem enim ſitum Potidaeae adſignant alii, eundem alii dant Caſſandriae, in ipſis nempe faucibus, quae Pallenenſem agrum ceterae Macedoniae iungebant, ut ſcribit Livius 44, 11. in. Et ſic Schol. Ariſtoph. c. l. πρὸς τῷ ἰσθμῷ τῆς Παλλήνης ſitam fuiſſe adfirmat. Neque tamen plane eadem fuiſſe videtur, quae Caſſandria, et in eadem ſede poſita, ſi Diodorum Sic. 19, 52. audiamus. Ille enim diſerte narrat, Caſſandrum urbem Caſſandriam a ſe nominatam in Pallene condidiſſe eoque ex Cherſoneſi urbibus, in quibus Potidaeam etiam memorat, tum Olynthios ex Olynthi clade ſervatos, novos incolas coegiſſe, unde urbs maxime aucta prae ceteris invaluit. Videtur igitur Potidaea poſt decidiſſe non ſolum, ſed et intercidiſſe, et quia novae illi urbi praecipua ſubſidia et incrementa paravit, Caſſandria in Potidaeae locum et nomen ſucceſſiſſe. Tum vero inde iterum adparet, antiquiorem aetate ſua Geographiam a Mela enarrari. Vid. ſupra de Olyntho. Hinc recentiores alii vel Potidaeae ſubiiciunt Caſſandriam, vel hanc unice commemorant, ut Ptolemaeus 3, 13. etſi vitioſe ſimplici σ. Sunt etiam, qui Potidaeam poſtea dictam eſſe narrent Beroeam, ut Schol. Bavar. ad

Demofth. p. 13. 59. Cf. etiam Leo Allatius ad Acropolitae hiftor. p. 241. (Parif. 1651.) ex codice Gr. Veneto. At minus recte id adfirmari, intelligitur ex utriusque urbis diverfo fitu et feparatione. Vid. Thucyd. 1, 61. Potidaeae fitum antea indicavi, indicat etiam Mela, in ifthmo, quem medium obftruxiffe dicit Scylax p. 26. Hudf. qui cum aliis rectius dat Macedoniae; quidam enim, in iis Stephanus etiam, Thraciae, de quo antea dictum eft. Mire tamen idem Stephanus Caffandriam tribuit Macedoniae iuxta Thraciam. Urbis fata enarrat Vindingius in Hellene p. 406 fq. in Gronovii thef. Vol. 11.

Mende) Varie terminatur. Cum Noftro confentiunt ex Graecis Herodot. 7, 123. Thucydides 4, 123. in. 130. Strabo epit. 7. p. 107. Hudf. Demofth. in Lacrit. pag. 926. Reisk. Diodor. Sic. 12, 72. Paufan. 5, 10, 2. Stephan. h. v. — pro quo vitiofe Μένδυ exftat in Scylace pag. 26. Hudf. Alii dant Μένδα, ut Suidas, et hinc Polyaen. 2, 1, 31. in cafu obliquo Μένδαν; Apollodorus, tefte Stephano, dixit Μένδιν, nec aliter editur in Livio 31, 45, 14. At, qui cum Plinio 4, 17. f. 10. dicat *Mendae*, ignoro. Quod enim Paufaniam adlegat Harduinus, falfum eft. Incola Μενδαῖος, quod in Thucydide, Xenophonte faepe legitur, et hinc in numis Μενδαιων. Minus vero recte ab Aegypti urbe Μένδης, unde Μενδήσιος defcendit, idem ducit Cafaubon. ad Sueton. Aug. c. 94. Nomen a Mende muliere petit Stephanus. Inclaruit Μενδαῖος οἶνος, quem memorat Stephanus et praeter eum Demofth. in Lacrit. p. 929. et 935. Reisk. Athenaeus 1, 23. p. 29. Pollux 6, 15. ubi Mendefium coniungitur. Eretrienfium coloniam cum Mela vocat Thucydides 4, 123. incolas Graecos ex Ionia dicit Paufan. 5. f. maritimum Caffandreae vicum Livius c. l. In Thracia cum Noftro ponit Paufan. c. l. item Stephanus. Ceterum Melam in hoc et feqq. reddidit Boccatius de montibus f. v. Pallene.

Scione) Gr. Σκιώνη, unde Σκιωναῖος, et Σκιωναίων πόλις Herodot. 8, 128. Situs ex ſuperioribus conſtat. In Thracia ponit etiam Stephanus.

Achivis) Stephanus h. v. narrat, Troianas mulieres captivos ibi naves incendiſſe, ne a Graecis ad ancillarum conditionem deportarentur, unde Graecos, manere coactos, hanc urbem condiderint. Cf. Conon in narrat. 13. Illos vero Graecos ex Peloponneſo oriundos et Pellenenſes fuiſſe refert Thucyd. 4, 120. Cf. Polyaen. 7, 47.

poſita) *Ponere* pro aedificare paſſim legitur. Sic Petron. Satyr. 121, 109. Virgil. Aen. 8, 53. Plura dabunt ad Virgil. c. l. Cerda, Burmann. ad Ovid. Metam. 3, 13. (ubi pro *ponas* unus codex ſubſtituit *condas*) Heinſ. ad Ovid. Faſtor. 4, 72. Sed cf. ad Melam 1, 19, 8.

CAP. III.

MACEDONIA, GRAECIA, PELOPONNESVS, EPIRVS ET ILLYRICVM.

§. 1. *Macedonum)* Regio Macedonia, Μακεδονία, incolae Μακεδόνες, rarius et poetica licentia Μακηδόνες, ut Σαρπηδὼν pro Σαρπεδὼν, de quo vid. Euſtath. ad Dionyſ. v. 254. Ante dicta eſt *Emathia*, ut idem monet, et alii teſtantur, ut Plin. 4, 17. ſ. 10. Iuſtin. 7, 1. in. Nomen derivant a Macedone diverſa quidem ratione, de quo qui plura cupit, conſulat Euſtath. ad Dionyſ. v. 427. Homer. Il. 14, 226. p. m. 970. in. et in primis Conſtantini Porphyr. de them. 2, 2. et quae conlegit Vindingius in Hellene p. 551. (Vol. 11. Gronov. theſ.) Uti vero pars pro toto poni ſolet, ſic et hic factum eſt in nominibus Μακετία, Ἠμαθία, de quo vid. praeter

Schol. Villoiſ. ad Homer. Il. 14, 226. laudati antea auctores et ad Stephan. p. 530. Berkelius. Termini eius vario tempore varii etiam fuerunt, in quibus ipſi veteres auctores non ſatis ſibi conſtant, qui praeterea non ſemper ſenſu Geographico ponunt, ſed Romano vel civili, ut comprehendat, quodcunque fuit ſub imperio proconſulis Macedoniae. Atque ita expediuntur quaeſtiones, veluti de Epiro actae ad Liv. 35, 24, 7. de quo monuerunt etiam Caſaubonus et Erneſti ad Sueton. Iul. c. 35. in. Cf. etiam ad Eutrop. 6, 19. quae notavi. Sed et ideo Epirus et Theſſalia Macedoniae adtribuuntur, quod Philippus eas regiones poſſedit, de quibus incrementis legi etiam poteſt Iuſtin. 7, 1 ſqq. Noſter a Theſſalia diſtinguit, et ſic Plin. 4, 17. ſ. 10. Macedoniam terminat Epiro, Magneſia, Theſſalia, Moeſia et poſt Strymone amne verſus Thraciam, quem etiam hic terminum ponit Scylax p. 27. Hudſ. Cf. et Mela 2, 2, 2. Omnino autem maxima eſt commiſtio verſus Thraciam, uti ex ſuperiori capite vidimus, et verſus ſeptemtrionem. Ita Scordiſci dantur Thraciae, Macedoniae, Pannoniae, de quo ad Eutrop. 4, 24. ſ. 10. et 27. ſ. 11. Sed haec in Geographorum libris exponuntur et hic ſuis locis adtingentur. Invaluit tamen maxime diviſio in 4 partes a Romanis facta, quam commemorat Livius 45, 29. et ex numis porro explicant viri docti, ut Spanhem. de uſu et pr. num. T. 1. p. 651 ſq. et quos laudat Burmann. ad d'Orville Sicula p. 343. Sed ut in Noſtro ſubſiſtamus, ſatis hic vagatur et loca eiusdem regionis male disiicit, quod in Pallene praecipue notatur. Quod tamen termini poſiti indicant, ducit a flexu Mecybernaeo ſ. ſinu Toronaico ad Graeciam et Theſſaliam, ſeparatque ab Epiro. Hodie, ubi *Makdonia* ſ. *Filiba Vileieti* regio.

populi) Plinius 4, 17. ſ. 10. Macedoniam 150 populorum fuiſſe adfirmat.

Pella) Gr. Πέλλα, et hinc in accuſ. Πέλλαν. *Pella* etiam habet Plinius, nec aliter cum numis poſteriores, in quibus Geogr. Ravenn. 4, 9. tab. Peuting. 7. B. Qui *Pelle* efferret, praeter Melam antea, inveni neminem, immo Πέλλα habet etiam Herodot. 7, 123. f. Civis Πελλαῖος, in numis etiam; et ſic Latini *Pellaeus Philippus,* (Lucan. 10, 20.) *iuvenis,* (Iuven. 10, 168.) *Zeugma.* (Lucan. 8, 237.) Nomen antiquius, teſte Stephano, fuit Βούνομος et Βουνόμεια, quod etſi ſine idonea auctoritate agnoſcere nolit de Pinedo, ſunt tamen numi, qui eius fidem faciant adpoſitis bobus paſtis, quales plures adlegat Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 805. Cf. etiam Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 74. Pellae nomen tulit a Pella conditore ſec. Stephanum. Situm urbis optime luculenterque deſcripſit Livius 44, 46. qui erat in tumulo cingentibus paludibus altis, quas reſtagnantes paludes faciebant. Et ſic ante ipſum lacum fuiſſe teſtatur etiam Strabon. epit. 7. p. 106. Hudſ. ex quo Ludias fl. (Lydias aliis) exit. Idem p. 105. adverſo illo fluvio navigationem eſſe adfirmat 120 ſtadiorum, i. e. quatuor fere miliariorum Germanicorum, et hinc in mediterraneis ponunt Ptolem. 3, 13. (in Emathia) Scymnus v. 623. Plin. 4, 17. f. 10. nec in Livio litoris, vel vicini maris exſtat veſtigium. Mela tamen per curſum ſuum in litore ponere videtur, adiuvetque Scylax p. 26. ſi Πολάγιλις cum Voſſio emendes in Πέλλα πόλις. Neque tamen ſibi ipſe conſtitit, ſed ad Melam h. l. legit πόλις Αἰγαὶ, etſi prius praetulerim, quia Aegae remotiores fuerunt a mari, nec, quod Ptolemaeus indicat c. l. ad Lydium fl. ſitae, ad quem tamen illam urbem cum Strabone ponit Scylax. Ita vero paſſim ſolet Mela urbes ad reſtagnantes ex mari lacus ſitas in curſu ſuo enumerare. Fuit olim, ut vocat Demoſth. de corona p. 247. Reisk. χωρίον ἄδοξον καὶ μικρόν. Auxit poſt Philippus in ea educatus. Ita Strabo in epit. 7. p. 107. Hudſ. οὖσαν μικρὰν πρότερον Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε τραφεὶς ἐν αὐτῇ. Talem autem

reliquisse, et ne uno quidem iugere auxisse Alexandrum M. miratur Themistius vel notat in orat. 2. p. m. 42. Non igitur ex malevolentia depressisse videtur Demosthenes, ut putat Wesseling. ad Antonini itin. p. 319. etsi, quod addit de Aphthonio et Libanio, nimis illi eam abiecisse videntur. Miratur etiam Spanhemius de usu num. — Vol. 1. diss. 9. p. 654. cur *inlustrem* Mela vocet, cum alii, in his Lucanus 10, 52. *exiguam* dicat. At ipse Mela causam ponit in natalibus Philippi et Alexandri. Certe ἐπιφανεστάτην cum Beroea adpellat etiam Scymnus v. 624. μεγίστην τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων Xenophon in H. Gr. 5, 2, 13. et Strabo 16. p. 517. f. 752. quasi metropolim, et Manilius 1, 768. *Magno maxima Pella* dicit. Quod si quis tamen vel ideo nolit, spectare etiam Mela potest antiquiora tempora, quorum Geographiam exponit magis, quam suae aetatis. Constat enim tunc defecisse a pristina dignitate et opulentia, unde etiam *colonia* a Plinio 4, 17. f. 10. vocatur, nempe, quod numi probant, a Iul. Caesare constituta et veteranis ab Augusto frequentata, unde *Iulia* et *Augusta* in iis additur. Vid. Rasche Lex. num. T. 3. P. 2. p. 805 sqq. Post corruit in ruinas adeo, ut de sua aetate Chrysostomus orat. 33. pag. 12. Reisk. praedicet, εἴτις διέρχοιτο Πέλλαν, οὐδὲ σημεῖον ὄψεται πόλεως οὐδέν. — H. *Palatisa*, τὰ Παλατίσια i. e. parva palatia, quod putant multi; aliis est *Zuchria* vel *Ianizza;* Büschingio T. 1. P. 2. p. 1785. *Ienitza*, sed quia ponit ad ostia fluminis *Vardar*, olim *Axii*, superiora repugnant. Possis tamen ex Strabonis epitome c. l. intelligere, ubi lacus dicitur esse ante urbem, unde Lydias fl. exit; lacum autem illum impleri ab Axii fluminis parte. Holsten. ad Ortelium pag. 146. *Paratisia* nomen vetus esse contendit, ibique suo tempore quotidie marmora cum inscriptionibus effossa esse refert. *Ienitza* autem dicit novum oppidum a Turcis primum excitatum.

alumni) Sic infra Nofter, Silius Ital. 1, 293. 12, 397. Sidon. Apollinar. carm. 9, 227. Cf. Savaro ad lib. 9. epift. 13. p. 603. et quae Lexica adferunt. Ipfa vox modo paffive, modo active ponitur, de quo cf. Taubmann. ad Virgil. Aen. 11, 53. Contra μήτηρ v. c. ἐλεφάντων de Taprobane Dionyf. v. 593. Sed ita paffim in Latinis etiam *mater*, *parens*, *genitrix* occurrunt. In hanc vero fententiam Florus 2, 6, 15. dixit *Cannae, ignobilis Apuliae vicus, fed magnitudine cladis emerfit, et quadraginta milium caede parta nobilitas.*

Philippus) Hunc et Alexandrum Pellae natos effe, praeter alios teftatur etiam Strabo 16. p. 517. f. 752.

Mecybernaeus) Idem quoque dicitur *Toronaeus* f. *Toronaicus* ab urbe Torone. I. GRONOVIVS *MS.* 1. *Flexus*, non *finus*, quia non tantopere ingreditur in terras, ut hoc nomen mereatur. Lenis ergo flexus eft, qui plane non adparet in tabulis. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Attamen Plinius 4, 17. f. 10. non flexum, fed finum adpellat, ubi miratur Harduinus, cur recentiores diverfum a Toronaico finu pronuntient, maxime cum Mecyberna excifa a Torone cognominatum innuat Scymnus v. 641. Adde quod Strabonis epitome lib. 7. p. 107. Hudf. Mecybernam in finu Toronaico ponit. Idem de nomine vifum eft olim ad h. l. Pintiano non fine idoneis rationibus. Quae enim Nofter Derrim et Canaftraeum utrimque ponit, iis Toronaicum finum includi tradunt Strabo c. l. Ptolem. 3, 13. et Stephanus f. v. Τορώνη. Quae figna cum fatis fint manifefta, reprehendit tamen eo nomine Pintianum Ortelius, et ipfe Thermaicum cenfet, quia Mela in eum deducat Axium et Peneum, quod Toronaico minime congruat. Vid. fub v. *Thermaeus finus.* Hoc quidem recte, non item illud. Nempe deceptus eft vitiofa olim lectione, qua infra ferebatur: *ingens inter maria finus eft*, quod, cum antea unus Mecybernaeus nominatus fuiffet, propter

ſequentes fluvios ad Thermaicum pertinere exiſtimabat. Impedivit etiam illa lectio Vadianum, ut Thermaicum intelligeret, et Melam putaret, contra atque alii faciunt, totum hunc tractum ſinu Thermaico claudere. De ipſo oppido poſt.

1. *Derrim)* Gr. Δέῤῥις, ut Strabo c. l. Ptolem. 3, 13. et in Genitivo Δέῤῥεως Stephanus ſ. v. Τορώνη. Ἄμπελον Herodoti 7, 122. putat Palmerius in exercitt. in auctor. Gr. p. 302. certe ab eo ad Canaſtraeum eius orae navigationem promovet. Dubium tamen facit Ptolemaeus 3, 13. qui praeter illa duo etiam Ἄμπελον ante Derrim et Toronen urbem ponit ſic, ut cum Nymphaeo Singiticum ſinum includat. Strabonis tamen epitome 7. p. 108. quae omnia huius tractus promontoria recenſet, a ſinu Toronaico ad Singiticum habet tantum Canaſtram, Derrim et Nymphaeum. An huc pertineat Derrha urbs apud Plin. 4, 17. ſ. 10. et inde Derſaei Thucyd. 2, 101: quod ad Plinium putat Harduinus, dubium eſt, alterum etiam falſum. Plinius enim in Thermaico ſinu ponit et iuxta Scionen, igitur in Pallene; Derſaei autem vel Deraei, ut ex Stephano diſcitur, fuerunt Thracia gens hinc remota, quod docet Herodot. 7, 110. conſentiente ipſo Thucydide. Quidam h. volunt eſſe *Caſtel-Rampo.*

Canaſtraeum) Gr. Κανάστραιον ἄκρον, (Ptolem. 3, 13.) Καναστραίη ἄκρη, (Apollon. 1, 599. et ante Weſſelingium Herodot. 7, 123. qui dedit Καναστραῖον ἄκρην.) Simpliciter etiam *Canaſtraeum* vocant Thucyd. 4, 110. Stephan. ſ. v. Τορώνη, Liv. 44, 11, 5. et alii. Cf. Drakenb. ad Liv. 31, 45, 15. Proprie dictum eſſe videtur *Canaſtrum,* quod adfert Stephanus, et habet Strabonis epitome 7. p. 107 ſq. Hudſ. A quibusdam etiam vocatur Κάναστρα, ut ab auctore Etym. M. h. v. Schol. Apollonii ad c. l. Tzetze ad Lycophr. v. 526. Sed plura dabunt Stephanus et ad eum viri docti et Waſſe ad

Thucyd. 4, 110. Quod ex Herodoti c. l. adfert Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 66. vitium eſt ed. Galei. Stephanus promontorium Thraciae et Macedoniae dubius vocat, ut Tzetzes c. l. et alii quidam Scholiaſtae propter terminorum inconſtantem olim varietatem, qualem in ipſa Pallene vidimus, cuius dicitur promontorium a Scylace pag. 26. Hudſ. (ubi additur ἱερὸν) Herodoto 7, 123. Strabonis epitome 7. p. 105. Hudſ. Livio 31, 45, 15. Schol. Apollonii ad c. l. Prope illud gigantes olim habitaſſe refert Tzetzes c. l. quod omnino de Pallene fabulantur veteres. Cf. ſupra. At quantum diſiiciat hic Mela regiones, qui ſupra Pallenen Thraciae tribuit, promontorium eius Macedoniae, facile adparet.

κωφὸς) Egregie hic adiuvat Strabonis epitome p. 107. Hudſ. ubi ad Derrim et Canaſtrum promontoria κωφὸς λιμὴν commemoratur. Tractum et inde proverbium κωφότερος τοῦ Τορωναίου λιμένος indicat Suidas, forte quia remotior fuit a maris ſtrepitu, uti explicat Holſten. ad Stephan. p. 325.

Toronen) Gr. Τορώνη, unde dicitur Τορωναῖος in auctoribus, quod et numi comprobant. Stephanus nomen ducit a Torone, Protei, vel Neptuni et Phoenicis filia. Illud habet ex Lycophrone v. 116. ubi vid. Tzetzes. Euſtathius ad Dionyſ. v. 327. πόλιν Ἑλληνίδα vocat, ut ſolet omnino Scylax p. 26. Hudſ. propius Thucydides 4, 110. conl. 5, 3. et Theophr. hiſt. plantar. 4, 10. Χαλκιδικήν. Portum illi tribuit Scylax c. l. Notior fuit ſinu, qui inde vocatur Τορωναῖος (Strabo in epit. 7. pag. 107. ſ. Hudſ. —) vel Τορωναϊκὸς, ut in Stephano habent codices notante Holſten. p. 326. Sic Liv. 44, 11. in. dixit *Toronaicum mare.* A Scymno v. 639. adpellatur Τορωνικὸς, antea Mecybernaeus, dum Mecyberna ſtabat. Pertinet autem ſecundum Stephanum a Canaſtraeo ad Derrim. Quod idem cum Suida Thraciae urbem ipſam adtribuunt, faciunt id uſitata commiſtione.

Physcellam) Obscurum oppidum, ut ipsum nomen est dubium, de quo cf. not. crit. ad h. l. p. 161 sq.

Mecyberna) Gr. Μηκύβερνα, pro quo vitiose olim ante Wesselingium in Diodoro 12, 77. 16, 54. legebatur Μικύβερνα. Incola dicitur Μηκυβερναῖος (Thucyd. 5, 18. —) Ditioni suae urbem subiecerant Olynthii, expugnavit Philippus; post intercidit, quod indicat Scymnus v. 640. Quae etiam causa esse videtur, cur Plinius eam omiserit, etsi 4, 17. s. 10. Mecybernaeum sinum commemorat, quem eundem esse Toronaeum supra demonstravi. Habet tamen Strabonis epitome 7. p. 107. Huds. eam urbem in sinu Toronaeo, et hinc, si sincerus Strabo est redditus, illa aetate stetit. Attamen eam etiam Ptolemaeus ignorat. Cum Pallenes urbs fuerit, ut diserte scribit Stephanus, male eam, ut alias, a Pallenes descriptione huc reiecit. Ceterum urbem Graecam vocat Scylax p. 26. Huds. Prope Olynthum ponit Herodotus 7, 122. a qua aberat 20 stadiis teste Hyperide apud Harpocration. h. v. Parvo certe intervallo separat Strabonis etiam epitome c. l. ubi Mecyberna Olynthi navale vocatur. Idem etiam tradit Harpocration, qui praeterea cum Scylace et Stephano in Thracia ponit.

Sane) Gr. Σάνη et hinc Σαναῖος. Cf. not. crit. ad h. l. p. 165 sq. Andriorum coloniam facit Thucyd. 4, 109. quo et pertinet, quod Plutarch. in Qu. Gr. p. 192. ed. Lips. refert, Andrios et Chalcidenses, cum sedium quaerendarum causa in Thraciam navigassent, Sanen cepisse. Situm auctores fere constituunt ad Atho montem, ubi ad continentem desinit, ut Herodot. 7, 22. simulque fossam Xerxis prope actam fuisse scribit, quam etiam ibi ponit Thucydides 4, 109. At Herodotus 7, 123. Pallenes urbem diserte vocat, cumque eo Strabonis epitome 7. p. 107. Huds. Tum Athus montis extremitas adhaesit Pallenae, ut et ad hanc referri potuerit. Coniungunt

autem alii Scionen, Menden, et ſitum verſus Canaſtraeum indicare videtur Strabo. Sed et ſic denuo urbium earum recenſum disiicit.

modice) I. e. non vehementer excavat. I. GRONOVIVS *MS.*

lateribus) *Latera* dicit terram, quae ſinum ab utroque latere continet. Hanc terram ab utroque latere ſinus Thermaicus teſtatur valde promitti in mare, ut ex hac prominentia exſiſtat ſolito maior ſinus Thermaicus, quod etiam obſervant tabulae, quae Thermaicum ſinum magnum faciunt, quia ingreditur in terras et illas excavat. I. GRONOVIVS *MS.* *Lateribus* i. e. promontoriis, vel cornibus.

Thermaicus) Sic Ptolem. 3, 13. Plin. 4, 17. ſ. 10. Graeci tamen plerumque ſcribunt Θερμαῖος, ut Herodot. 7, 123. 8, 127. Scylax p. 26. Hudſ. Strabonis epit. 7. p. 105. 108. Hudſ. et ipſe Strabo 8. pag. 231. ſ. 334. Stephanus aliique. Sic ex Latinis Tacit. Annal. 5, 10. Solin. cap. 14. ſ. 8. — Nomen ſine dubio traxit ab adſita urbe Therme, quam poſtea Theſſalonicen vocatam eſſe multi ſcribunt. Cf. paullo inferius. Idem Macedonicus ſinus etiam vocatur a Plinio 4, 17. ſ. 10. et, quod nexus docet, *Macedonicum mare*, ut Toronaicum mare pro ſinu a Livio 44, 11. in. Hodie *il Golfo di Salonichi.*

Axius) Gr. Ἀξιὸς, etſi quidam ſcribunt Ἄξιος, minus tamen recte, de quo cf. Barneſ. ad Euripid. in Bacchis v. 570. Perperam etiam ab aliis per ει efferri monet Tzetzes Chil. 10. cap. 326. Cf. etiam Stritter in Memor. popul. T. 2. p. 630. Innotuerat iam Homero, qui Il. 2, 849 ſq. et alibi eius meminit, ut et Herodot. 7, 123. Dirimebat, quod hic refert, Mygdoniam a Bot-

tiacide, fec. Strabonis epitomen lib. 7. pag. 106. Hudf. Bottiaeam ab Amphaxitide terra, adfumtoque Erigone fl. inter Chaleftram et Thermen in mare excurrebat. In Paeonibus oriebatur, ut ex Strabonis loco deperdito narrat Euftath. ad Homer. Il. 2, 848. p. m. 272. eius oftia Ptolem. 3, 13. in Amphaxitide indicat. Homerus Il. 2, 849. et 21, 157. εὐρὺ ῥέοντα dicit et κάλλιστον ὕδωρ illi tribuit, de quo vid. Strabonis epit. c. l. Ἀξιὸν ὠκυρόαν vocat Euripides in Bacch. v. 570. Aquis hanc vim ineffe adfirmat Plin. 31, 10. f. 2. ut nigras aut fufcas faciat pecudes, quod fere de Xantho et aliis quibusdam narratur. Hodie vocatur *Vardar* oriturque in Scardis montibus. Vid. Büfching. Vol. 1. T. 2. p. m. 1780. Manavit hoc nomen ex pofterioris aetatis ufu, quae *Bardarium* adpellavit. Vid. Weffeling. ad Antonini itiner. p. 528. Teftatur id Cedrenus p. 552. Venet. Cf. et Nicephorus in comment. 4, 18. Anagnoftes de excidio Theffalonices cap. 17. in Allatii Symmictis, ubi etiam *Galicus* nominatur, et Schurtzfleifch in Livio Drakenb. T. 7. p. 227.

Peneus) Gr. Πηνειός, ex periphrafi Lucan. 8, 33. *Peneius amnis.* Nomen antiquius Araxen fuiffe refert Strabo 11. p. 365. f. 531. et ex eo Euftathius ad Dionyf. v. 739. quibuscum confentit Stephanus f. v. Ἀράξης. Caufam hanc adlegant, quod Offam ab Olympo abruperit; Pelium hic vitiofe exhibet Euftath. ad Homer. Il. 2, 755. p. m. 354. Utrumque autem montem ferunt coniunctum olim fuiffe, Theffaliamque interclufam et ftagnantibus paludibus obrutam, donec exitus Peneo factus effet vel a Neptuno, ut et ipfi Theffali iactabant, (cf. Herodot. 7, 129. Philoftrat. Icon. 2, 14. Claudian. de raptu Proferp. 2, 179 fqq.) vel ab Hercule, qui et Abyla et Calpe montibus diremtis Oceanum per Gaditanum fretum admiferit. (Diodor. 4, 18.) Alia dabunt Weffeling. ad Herodot. c. l. Olear. ad Philoftrat. p. 831. Melius alii terrae motui adfcribunt, ut ipfe Herodotus, Strabo 9. p. 296. f. 430.

Philoſtrat. Icon. 2, 17. Seneca Nat. Qu. 6, 25. Euſtath. ad Homer. Il. 17, 174. p. m. 1155. — Penei nomen aliquamdiu etiam poſteriori aetate retinuit, quippe quod occurrit in Procopio de aedif. 4, 5. dum *Salabrias* ſuccederet ſecundum Euſtath. ad Dionyſ. c. l. pro quo *Salambrias* habet Tzetzes chil. 9, 706. ubi et alia nomina commemorantur. Eius cauſam eandem putat, quam Araxis, Spanhem. ad Callim. in Del. v. 105. ubi plura de Peneo adfert. Inde hodie vocatur *Salampria.* Fontes habuit in Pindo monte, (Ovid. Metam. 1, 569. Strabonis epit. 7. p. 104. Hudſ. Strabo 9. p. 301. ſ. 438.) pro quo Pelium minus recte ſubſtituit Procop. de aedif. 4, 5. niſi *Poeum* voluit dicere, ad quem et Pindum eius fontes ponit Strabo 7. p. 226. ſ. 327. Pro Pindo vicinam urbem Gomphos, ut ex Ptolemaeo 3, 13. diſcitur, habet Plin. 4, 15. ſ. 8. Curſum deſcribit Strabonis epit. 7. p. 104. Hudſ. et ipſe 9. p. 301. ſ. 438. Excipiebat plurimos Theſſaliae fluvios, de quibus ſingulatim Herodot. 7, 129. et omnino Aelian. in V. H. 3, 1. Cf. etiam Spanhem. ad Callim. in Del. v. 109. Praeter illos Titareſium memorat Homer. Il. 2, 752. quem Plinius c. l. Oron eſſe dicit, Strabo in epit. 7. c. l. Europum, etſi incerta lectione. Cf. ad Plin. c. l. At notari debet, quod inde μέγας cognominatus eſt, ut indicat Aelian. c. l. et vere vocant Scymnus v. 610. Ovid. Metam. 1, 574. Per Tempe ferri res eſt notiſſima. Vid. in primis Ovid. et Aelian. c. c. l. l. Hinc Tempe *Peneia* vocat Virgil. Georg. 4, 317. Oſtium eius in Magneſia ponit Plinius 4, 16. ſ. 9. in Pieria Ptolem. 3, 15. Noſter omnino in Macedonia. Terminabat olim ad exitum Magneſiam et Macedoniam, ut patet ex Scylace pag. 26. Hudſ. qui disſenſum auctorum componit; ſecundum Strabonis epit. 7. pag. 104. Hudſ. ad boream Macedoniam, ad notum Theſſaliam, quippe cuius pars erat Magneſia; etſi Noſter infra cum aliis ſeparatim commemorat. Solet autem Theſſaliae tribui, quia eam mediam interfluebat, teſte etiam Strabone 9. p. 296. ſ. 430.

Ante Axium) Propius Theſſalonicen fluebat *Echedorus*, (Ptolem. 3, 13.) Ἐχείδωρος in Herodoto 7, 127. ex emendatione Weſſelingii.

Theſſalonice) Gr. Θεσσαλονίκη, et per ει in inſcriptione apud Sponium in voyage d'Italie T. 2. p. m. 402. et in numo in deſcr. numor. vett. Lipſ. 1796. 4. p. 115. et apud Holſten. ad Steph. p. 135. Penultima producitur. (Claudian. in Rufin. v. 279.) Gentile Θεσσαλονικεὺς, quod et frequentant numi, etſi aliqui per ω et ει. (Raſche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1106 ſqq.) Θεσσαλονίκειαν, quod notat Stephanus, habet Strabo 7. p. 223. ſ. 323. Cf. et Euſtathius ad Homer. Il. 11, 710. p. 851, 25. ubi et ſic adfertur Κολώνη et Κολώνεια. Quod addit Stephanus, eadem dicta eſt olim Ἁλία, quod ex eodem repetit auctor Etym. M. h. v. Disſentiunt tamen alii, qui *Thermam* antea nominatam fuiſſe ſcribunt, unde ſinus Thermaicus nomen traxit, in iis Strabonis epitome lib. 7. pag. 106. Hudſ. Schol. Thucyd. ad 1, 61. Tzetzes chil. 10, 175. Malalas in chronogr. lib. 7. p. 80. Ven. (qui Θέρμας κώμην habet.) *Emathiae* etiam nomen ex poſterioribus quibusdam auctoribus adfert Ortelius in theſ. Geogr. h. v. ut ex ſchedis MSS. Angeli Aprotii Waſſe ad Thucyd. c. l. Quae quidem incerta ſunt et vaga. Thermen etiam a Theſſalonice diſtinguit Plinius 4, 17. ſ. 10. quod quidem intelligendum eſſe cenſet ibi Harduinus, ut cives inde Theſſalonicen deducti fuerint, quod idem in aliis urbibus etiam notatur. Et ſic Strabo in epit. 7. p. 107. Hudſ. plures vicinas urbes nominat, ut Chalaſtram, Aeneam, Ciſſum, e quarum civibus novam urbem auxit Caſſander; in Aenea conſentit etiam Dionyſ. Hal. 1, 49. f. Auctorem autem urbis et novi nominis plerique faciunt Caſſandrum, qui in gratiam Theſſalonices ita adpellavit, ut Strabo c. l. Duplicem nominis cauſam adfert Stephanus, vel quod Philippus ibi Theſſalos vicerit, in quo conſentiunt Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 4.

Malalas c. l. vel a nutrice filii Nice, ut et refert auctor Etymol. M. Dionyſius, teſte Malala c. l. a reginae nomine, quae a Philippo genus ducebat, dictam fuiſſe ſcripſerat. Strabonis aetate frequens fuit civibus, (7. p. 223. ſ. 323.) quod idem de ſua adfirmat Theodoret. in hiſt. eccl. 5, 17. Lucianus in aſino cap. 46. τῶν ἐν Μακεδονίᾳ μεγίστην vocat, ut alios taceam, Plin. 4, 17. ſ. 10. *liberae conditionis urbem*, cum Macedonia fuiſſet ſubacta. Inter nos maxime inclaruit Pauli epiſtola. Chronicon Paſchale p. 272. Ven. vocat πόλιν τοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνους. Ante Axium ponit Noſter, in quo conſentit Strabo in epit. 7. p. 106. Hudſ. Cf. et nota ſuperior. Sed ſitum ipſum urbis egregie deſcribit Io. Cameniata in excidio Theſſalonices inter Symmicta Allatii c. 2. Cf. et Belley de la ville de Theſſalonique in Memoires de l'academie — de Paris T. 38. p. 121 ſqq. et alii, quos indicat Raſche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1106. H. *Salonichi* ſ. *Salonik*, quae et nunc viget, et multa ſervat antiquitatis veſtigia et rudera, v. c. arcus triumphales, qui tamen praeter unum cum Antonini imaginibus vaſtati ſunt, ut refert Lucas voyage dans la Grèce (1712) T. 1. p. 259. Cf. etiam Belley ſur l'hiſtoire et ſur les monumens de la ville de Theſſalonique in hiſt. de l'academie des inſcrr. — de Paris T. 38. pag. 121 ſqq. De *Caſſandria* dictum eſt in not. crit. p. 166 ſqq.

Cydna) Gr. Κύδνα, corrupte Πύδνα, quod monet Stephanus h. v. etſi ipſe hoc nomine ſuo loco producit, ut alii uſitate, unde deducitur Πυδναῖος, quod exhibent Demoſthen. in Olynth. 1. p. 10. ed. Reisk. Diodor. 13, 49. Plinius 44, 45. — Πιερικὴν πόλιν vocat Strabo in epit. 7. p. 105. Hudſ. quam diſtare ait a Methone ſtadiis 40. ab Aloro 70. In Pieria etiam ponit Ptolem. 3, 13. et prope Aliacmonem fluvium, ut Plin. 4, 17. ſ. 10. *Citrum* poſtea vocatam eſſe tradit Strabonis epitome c. l. pro quo Κίθρον Theſſaliae habet Theo-

phraſtus de cauſ. plantar. 5, 20. et in Livio 42, 51. in. poſitum eſſe videtur *Citium*, cuius quidem nominis urbs in Macedonia non invenitur, etſi Palmerius ad auctor. Gr. p. 302. dubium cenſet, utrum ex Strabone Livius, an contra emendari debeat. Sed ipſe Livius dubitationem iniicit, cum paullo poſt 44, 5, 6. Pydnam commemoret, et ſic utramque urbem diſtinguat. Forte etiam, quod iudicat Weſſelingius ad Antonini itiner. pag. 328. non a Strabone id nomen profectum eſt, ſed ab epitomatore adſutum. Poſteriori enim demum aetate id nomen geſſiſſe, auctores docent, ut Schol. Demoſth. ad c. l. et de corona p. 248. item Aprotius apud Leon. Allatium in notis ad Georgium Acropolit. p. 241. ed. Pariſ. H. *Citron*. Vid. Büſching T. 1. P. 2. p. m. 1785.

Aloros) Gr. Ἄλωρος, unde ſecundum Stephanum, deſcendit Ἀλωρίτης, quod ex Latinis habet Plinius 4, 17. ſ. 10. Stephanus ponit in ſinus Thermaei (male enim olim Ἑρμαίου legebatur) intimo receſſu; prope Pydnam Plin. c. l. et Strabonis epitome lib. 7. p. 105. Hudſ. ad Lydiam fl. Scylax p. 26. Hudſ. etſi ibi male Ἀλωρὶς legitur. Prope Axii fontes contra alios ponit Ptolemaeus 3, 13. cum oſtiis admovere debuiſſet. Movit tamen id Vadianum, ut hic ederet *Azoros*. Plinius etiam c. l. Aloritas intus ponit, quod maiorem certe agri partem, quem tenebant, reſpicere debet, a mari recedentem, ut ſuperiora declarant. *Icaris* ipſa ſcriptura agitatur, de quo cf. not. crit. p. 170 ſq.

Sepiada) Gr. Σηπιάς. Infra promontorium vocat Noſter, et ſic alii ἄκραν, vel ἀκρωτήριον, in quibus Strabonis epit. 7. p. 108. Hudſ. Apollon. Rhod. 1, 582. (ubi cf. Schol.) Plin. 4, 16. ſ. 9. (ubi v. Harduinus) Diodor. Sic. 11, 12. Ptolem. 3, 13. Χοιράδα Euripides in Androm. v. 1266. Aliis eſt ἀκτὴ, ut Herodoto 7, 183. et alibi, Straboni 9. p. 305. ſ. 443. Orpheo v. 458. Fabu-

losam nominis causam adfert Schol. ad Apollon. c. l. *διὰ τὸ τὴν Θέτιν ἐνταῦθα εἰς σηπίαν μεταβληθῆναι διωκομένην ὑπὸ Πηλέως.* Ponunt autem varie, nempe in Magnesia Herodot. 7, 183. 188. Diodor. Plin. c. c. l. l. supra sinum Pagasaeum versus Boream Strabonis epitome et Noster infra; prope Sciathum insulam Apollon. c. l. Valer. Flacc. 2, 9. Orpheus c. l. in Pelasgiotide Macedoniae, olim Thessaliae, cuius pars fuit Magnesia, Ptolem. 3, 13. in Iolco Schol. Apollonii c. l. quod quidem non de litore et tractu intelligendum esse monet Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 150. ex Strabone 9. p. 300. s. 436. Innotuit maxime clade, quam ibi experta est classis Persica. Vid. Herodot. 7, 188. Pausan. 8, 27, 9. Strabo 9. pag. 305. s. 443. Diodor. Sic. 11, 12. ubi cf. Wesseling. Urbem etiam Sepiada commemorat Strabo 9. p. 300. s. 436. ex qua et aliis crevit Demetrias. De hodierni promontorii nomine prolixe exposuit Dapper in descript. des isles de l'Archipel p. 341. ubi et hodie prisco nomine adpellari adfirmat, praeterea *le cap de Monastier* et *capo Verlichi;* esse autem tria promontoria, de quibus disserit. Ceterum ab hoc promontorio cursum deflectit Noster, ad quem infra redit. Interiores enim deinceps terras hic perlustrat. De *Gyrtona* vid. not. crit. p. 172 sqq.

Meliboea) Gr. Μελίβοια, et inde Μελιβοεὺς sec. Stephanum et Eustath. ad Homer. Il. 2, 717. p. m. 249. Latini habent *Meliboeus*, vel, ut Servius ad Virgil. Aen. 3, 401. 5, 251. *Meliboeensis.* Quod refert Eustathius c. l. et post ad v. 756. condidit eam Magnes et nomen ab uxore imposuit. Situm plures a variis partibus indicant. Prope Pelion et Sepiada Herodot. 7, 188. f. in radicibus Ossae montis, qua parte in Thessaliam vergit, imminens super Demetriadem, Livius 44, 13. in. Cum Herodoto in eadem narrationis serie consentit Strabo 9. p. 305. s. 443. sed dissentit a Scylace p. 25. Huds. Hic enim extra sinum Pagasaeum ponit, ille in eo sinu, forte

pro ad ſinum. Maritimam enim urbem fuiſſe, conſtat ex narrationibus. Cf. Geſner. ad Orphea v. 165. Quod Theſſaliae dat Stephanus cum Servio ad Virgil. Aen. 5, 251. faciunt id laxius, ut Macedoniam comprehendat, cui adſcribunt Scylax et Solinus cap. 14. ſ. 8. Contra atque alii omnes Mela ponit in Macedonia, quam late extendit. Ptolemaeus et poſteriores eam ignorant, ex quo intercidiſſe videtur. Celebratur in auctoribus *purpura Meliboea*, (Virgil. Aen. 5, 251. et ibi Cerda) quamquam Feſtus ab inſulae nomine derivat. Fuit nempe etiam Meliboea inſula in Oronte ante eius oſtium, quam deſcribit Oppian. Cyneg. 2, 120. Cf. etiam Creechius ad Lucret. 2, 499. vel potius, quem deſcripſit, Voſſius ad noſtrum locum.

Caſtanaea) Gr. Κασθαναία ſ. Καστανaία, de quo dixi in not. crit. p. 176. Gentile Καστανaῖος. Situm indicat Herodot. 7, 183. 188. ad Pelion et Sepiada, accuratius Strabo 9. pag. 305. ſ. 443. ſub monte Pelio. Idem vocat *κώμην*, epitomator facit Pelii promontorium. Latius et hanc Noſter tribuit Macedoniae, alii Magneſiae, ut Etymol. M. Plin. 4, 16. ſ. 9. alii Theſſaliae, ut Schol. Nicandri ad Alexipharm. v. 271. Πόλις Μαγνησίας καὶ Θετταλικῆς vocatur hinc connexe a Tzetze ad Lycophron. v. 907. ex periphraſi ipſa, vel ager Καστανὶς αἶα a Nicandro c. l. unde, notante ibi Scholiaſte, proveniunt *τὰ καστάνια*, vel ut dicit Etym. M. *τὰ καστάνεια κάρυα*, etſi de his variarunt narrationes, ut ex Schol. Nicandri cognoſci poteſt. In vicino litore commemoratur clades Perſicae claſſis. (Strabo 9. p. 305. ſ. 443.)

ad famam) I. e. quod ad famam, uti explicat Perizon. in diſſ. de Dictye Cretenſi §. 39. ad lib. 3. cap. 15. Sic 2, 1. f. *terrae ad pabula fertiles;* 2, 2, 1. *ad ferociam et numerum — maxime ferax.* Cf. ad priorem locum.

alumnus) Cf. ad init. capitis. Idem valet, quod *civis*, uti alias variant. Sic vero 1, 17, 1. *Miletus — civium inclutis ingeniis incluta.* Solinus cap. 43. f. 40. *Miletus Cadmi olim domus*, et quae funt fimilia.

illuminat) Confiderat famam huius urbis ex fabulofis hiftoriis, in quas incidit aetas huius Philoctetae. Interim tamen Meliboea non illuminatur tantum Philoctete, fed, quo femper celebrata fuit, genere ferici colorandi, quod vocatur vulgo *Camelot*, cuius rei teftis eft Virgil. Aen. 5, 251. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. fupra. Philoctetes ipfe fatis notus eft ex bello Troiano, cui dux interfuit, ut patet ex Homero Il. 2, 718. In primis notandum eft, quod alumnus fuit et armiger Herculis, a quo etiam fagittas Troiae fatales acceperat. Vid. omnino Philoftrat. in icon. 17. Servius ad Virgil. Aen. 3, 402. Hinc Lucan. 6, 354. *Herculeis fortis Meliboea fagittis*, et ipfe *dux Meliboeus* vocatur a Virgilio Aen. 3, 401. ubi etiam relicta Meliboea Petiliam in Lucania condidiffe narratur. Cf. Strabo 6. p. 175. f. 254. Ceterum notus eft Sophoclis Philoctetes.

§. 2. *interiores)* A mari remotae. Vid. ad 1, 19. in. TZSCHVCKE. Locorum celebritate motus Pomponius a maritimis digreffus totam obiter Graeciam pervagatur, id quod hactenus nulli terrarum tribuit, cum ex profeffo litora fequeretur, Varronem indubie imitatus, cuius, ut Solinus [cap. 17. f. 11. ubi cf. Salmaf. p. m. 120.] innuit, de litoralibus liber exftitit. Et Geographiam fcripfiffe Varronem Gellius teftatur. [7, 10.] VADIANVS.

non longe) Hic a litore ad mediterranea digreditur, aitque non longe a litore montes iftos effe fitos. Verum non recte dixit *non longe*, cum mare adtingant, uti ex Herodoto, ubi naufragium Perfarum in hoc litore

defcribit, et ex aliis liquet fcriptoribus. VOSSIVS. Cf. not. crit. pag. 177.

Olympus) Hinc *Olympius.* Nofter Macedoniae adfcribit cum multis aliis. At Theffaliae montem vocat Herodotus 7, 128 fq. et in Theffaliae defcriptione producit Plinius 4, 15. f. 8. Variationis eius caufam optime declarat Paufan. 6, 5, 3. *τούτου τοῦ ὄρους ἡ μὲν εἰς Μακεδονίαν πλευρὰ, ἡ δ' ἐπὶ Θεσσαλοὺς τέτραπται.* Male vero hinc quidam duos faciunt montes, unum in Macedonia, alterum in Theffalia, ut Schol. Apollonii ad 1, 598. et eius defcriptionem editiones aliae ad Theffaliam, aliae ad Macedoniam referunt. Vid. Salmaf. ad Solin. c. 14. f. 8. p. m. 108. De eius excelfitate plures varie tradunt. Super pluvias enim, nives, nubes adtollunt Lucan. 2, 271. Claudian. in Manlii Theodori confulatu v. 205. Vibius c. l. Euftathius ad Homer. Il. 1, 420. p. m. 96. et ab accolis fumma eius *coelum* vocari adfirmat Solinus cap. 14. f. 8. Cf. alia, quae de eius et Offae excelfitate conlegit Politus ad Euftath. Tom. 2. p. 728. Idem docent etiam eius epitheta in Lexicis notata, Homerica a Schlichthorftio in Geogr. Homeri p. 107. Memorabilia alia dabit Volborth in differt. de Olympo Theffaliae monte, Goetting. 1776. 4. Hinc Deorum, Iovis maxime, fedes effe fingitur, de quo Tibull. ad Meffalam, Douza ad Tibull. cap. 7. Cuperus in apotheofi Homeri pag. 25. Inclaruit porro cum Offa et Pelio Gigantum fabulofo bello, de quo praeter alios cf. Homer. Odyff. 11, 314. et Virgil. Georg. 1, 281. Hygin. fab. 28. et quos ibi laudant multos Muncker. et Staverenus. Spectat id fine dubio terrae motum, quo perrupit eius et Offae radices iunctas Peneus, de quo cf. fupra. Nullos in eo lupos inveniri ex Theophrafto refert Aelian. in hift. an. 3, 32. adfirmatque Plin. 8, 83. f. 58. Ceterum plures Olympos memorat Strabo 10. p. 321. f. 470. et paffim; fex Schol. Apollonii ad 1, 598. etfi ex Theffalico et Macedonico duos facit; qua-

tuordecim fuisse scribit Hesychius; duodecim recenset Ortelius; septem novit Eustathius ad Homer. Il. 1, 18. p. m. 21. Cf. Oberlin ad Vibium pag. 545 sq. ubi plura reperies de nostro monte. Hodie, quod legi, a Turcis vocatur *Kirschische Dagui* i. e. mons monachorum, quorum in eo est coenobium. Secundum Büschingium Vol. 1. P. 2. p. m. 1791. qui et ibi aliqua de altitudine adfert, nomen gerit *Lacha.*

Pelion) Gr. Πήλιον, ut fere solent efferre Latini. Passim tamen etiam occurrit *Pelios* sc. mons, ut apud Plin. 4, 15. s. 8. Vibium p. 32. et sic habent duo codices in Ovidio Fastor. 5, 381. Πήλειον vitiose scribi, praeter alios monuit Fischerus ad Palaephat. 1, 3. Sic in Strabone 9. pag. 439. f. cod. Moscov. Omnes ponunt in Thessalia, et aut egregie erravit Vibius, aut corruptus est, dum Thraciae montem facit. Dicaearchus, quod Plinius 2, 65. refert, *regum cura permensus montes, altissimum prodidit Pelion.* Decem autem stadiorum altitudinem esse invenit teste Gemino in elem. Astron. cap. 14. p. 55. pro quibus Plinius posuit MCCL passus. Exstat descriptio eius a Dicaearcho facta in Hudsoni Geogr. minor. Vol. 2. pag. 27. etsi nihil ibi legitur de excelsitate montis et dimensione. Habitasse circa eum Magnetes, Scymnus v. 605. et sic Dicaearchus p. 29. refert; alterum eius latus Magnesiae et Thessaliae imminere. De Gigantum fabula antea dictum est. Innotuit etiam Chironis sede, de quo cf. Orpheus v. 376. Schol. Callimachi in Del. v. 104. Servius ad Virgil. Georg. 3, 94. Hinc Χειρωνίδες ἄκραι dicuntur apud Callimach. c. l. et Chironium antrum in altissimo cacumine apud Dicaearchum c. l. Cf. etiam Ovid. Fastor. 5, 381 sqq. Spanhem. ad Callimach. c. l. Hesselius ad Vibium p. m. 356. et Vossius ad Catull. 64, 279. qui aliqua adnotarunt. Postea Centauri a Lapithis victi ea loca, in his Pelion occuparunt, ut narrat Strabo 9. p. 302. s. 439. Hinc Lapithis populis sedem

dat Vibius p. m. 52. Cf. Statius Achill. 1, 38. Inclaruit porro, quod Argo ibi fabricata eſt. Cf. Lutatius ad Statium Theb. 3, 518. Hinc Πηλιὰς Ἀργὼ apud Apollon. Rhod. 1, 386. 525. et *Peliaca carina* apud Valer. Flacc. 8, 417. — De ipſo monte porro multa notarunt interpretes Vibii ad p. 356. H. *Petras* vocatur.

Oſſa) Gr. Ὄσσα. Theſſaliae montem, ni fallor, faciunt omnes praeter Tzetzem ad Lycophron. v. 697. ubi etiam ex Metrodoro in Italia ponit, quem vel ille, vel librarius male reddidit. Quod Macedoniae dat Ptolemaeus 3, 13. ut reliquos, de eo antea eſt dictum. Situm eius accuratius indicat Schol. Apollonii ad 1, 598. πρὸς τῷ τέλει τῆς Θεσσαλίας, μεθ᾽ ὃ διαδέχεται ἡ Μακεδονία. Cf. Herodot. 7, 128. 129. Lucan. 6, 333. — Gigantum et hic fabula innotuit. De eius ab Olympo avulſione vid. ſupra ad *Peneus*. H. ab aliis vocatur *Olira*, ab aliis *Caſſovo*. Vid. Ortelius et Brietius.

fabula belloque) Plura dabit Corte ad Salluſt. in Catil. excurſu p. 598. Nempe poteſt per ἓν διὰ δυοῖν explicari, ut ſit *fabuloſo bello*, vel *fabula belli*, ut ſexcenta alia; poteſt etiam ex luculentiori declaratione et explicatione intelligi, ut ſolet Mela. Cf. ad 1, 9, 6.

parens) Reſpondet ſic *alumnus*. De utroque vocis uſu cf. ad 2, 1, 7. et ſupra ad §. 1. Plinius 4, 12. ſ. 7. pro eo: *Muſis natale in nemore Heliconis adſignant.*

Pieria) Gr. Πιερία. De ſcripturae varietate in Grammaticis antiquis cf. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 766. p. m. 258. et Waſſius ad Thucyd. 5, 13. Stephanus inde adfert Πιεριώτης et ſimilia, omiſſo tamen gentili Πίερες, quod paſſim occurrit, ut apud Herodot. 7, 112. Thucyd. 2, 99. — In Plinio 4, 15. ſ. 8. legitur *Pieris*, ut Laconis et Laconia aliaque promiſcue. Fuit regio Macedoniae

ad ſinum Thermaicum, (Thucyd. 2, 100.) quam χωρίον vocat Stephanus, et Strabonis epitome 7. p. 105. Hudſ. extendit ab Haliacmone fl. ad Axium; Ptolemaeus 3, 13. a Ludio ad Peneum; Strabonem ſequitur Livius. Cf. Drakenb. ad 44, 9, 10. Quod Pieres ad Pangaeum montem procul hinc producit Herodotus 7, 112. explicat Thucyd. 2, 99. Expulſi nempe ex priſcis hic ſedibus ab Alexandro, Perdiccae patre, ceſſerunt trans Strymonem ad Pangaeum montem, unde et ſubiectus ſinus Piericus vocatus eſt. Cf. et Strabo 9. p. 282. ſ. 410. ex quo loco etiam urbs cognominis fuiſſe videtur, quod diſerte adeo tradit Stephanus. *Pierium* Theſſaliae montem commemorat Thucyd. 5, 13. quem *Pierum* videtur adpellare Aelian. in hiſt. an. 3, 37. etſi de urbe intelligit Holſtenius ad Stephan. p. 254. In Plinio 4, 15. ſ. 8. montis nomen variatur, *Pierus* et *Pieris*. Hoc tamen praetulit Salmaſ. ad Solin. c. 14. ſ. 8. p. m. 108. ex libris et recepit Harduinus. Nomen a *Piero*, Muſarum etiam aliis parente, ducit Pauſan. 9, 29. A Piero, heroe, montem cognominem dictum vult Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 5, 50. p. m. 206. a Piero, Methonis fratre, Lini patre, Tzetzes ad Heſiod. in. p. m. 8. et urbem et montem. Quod de Muſis adiicit Noſter, pro eo Plinius 4, 12. ſ. 7. *Muſis natale in nemore Heliconis adſignant.* Ἄλσος Μουσῶν quidem in Helicone commemoratur etiam ab aliis, veluti a Pauſania c. l. omninoque Muſis montem ſacrum fuiſſe conſtat. An vero ab hoc monte Muſae Pierides vel Pieriae adpellatae fuerint, quod ſolet in fabulis, diſputatur. Vid. Pauſan. c. l. ut praeteream alios. Sic a Thracibus petit Strabo 9. pag. 282. ſ. 410. Sed cf. Banier Götterlehre T. 3. p. 447 ſqq.

calcatum) Pro eo de Graiis Alpibus Petron. in Satyr. 122, 144. *Alpes Graio numine pulſae*, quod explicant ab Hercule calcatae. Sic vero Noſter indicat fabulam, qua Oeta maxime inclaruit, de Hercule concremato

et hinc inter Deos exuta mortalitate relato. Argumento illo lugubri usi sunt ex Graecis poetis Sophocles in Trachiniis et Seneca in Hercule Oetaeo. Picturis etiam expresserunt artifices, qualem laudat Plin. 35, 40. s. 11. Fusius rem narrat Hygin. fab. 36. brevius adtingunt Apollodor. 2, 7, 7. Diodor. 4, 38. Ovid. Metam. 9, 229 sqq. aliique. Inde vero Oete *Herculea* dicitur a Lucano 3, 178. (cf. 8, 800.) et Hercules *Deus Oetaeus* a Propertio 3, 1, 32. et simpliciter *Oetaeus* ab Ovid. Fastor. 6, 519. Ib. v. 349. A rogo etiam, Graecis πυρὰ, in quo arsit, idem nomen adhaesit montis cacumini s. parti, ut diserte tradit Liv. 36, 30, 3. *Oetam adscendit, Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius Dei sit crematum, adpellant.* Loci eius meminerunt hoc nomine plures, ut Theophrastus hist. plantar. 9, 11. Plin. 25, 21. s. 5. Aliis immutata paullum voce est Φρυγία, uti Stephano h. v. qui explicat ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, et Arriano apud Eustath. ad Dionys. v. 809. eadem adiecta explicatione. Inde ὄρος Τραχῖνος adeo facit Schol. Callim. in Dian. v. 159. quod quidem de Oeta proprie valet. Cf. Spanhem. ad Callim. c. l. Muncker. et Staveren. ad Hygin. fab. 36. Tertium vero nomen, quod illi loco tribuit Lutatius ad Statii Theb. 4, 158. *Presiou*, rarius est, et vix alibi obvium, pro quo tamen a πρῆσαι *Presiou* malit Spanhemius c. l. Ceterum an fabula a montis incendio repetenda sit, quod putavit Vossius ad Catull. p. 287 sq. disquirit Hemsterhus. ad Luciani Timon. cap. 6. ubi et alia invenies de hoc monte conlecta.

Graio) Fuerunt enim plures. Tres novit Diodor. Sic. 3, 73. Aegyptium, Cretensem et Graecum. Tyrium addit Palaephatus cap. 52. Sex omnino recenset Cicero de nat. Deor. 3, 16. Graecus etiam dicitur Argivus, quippe Argis ex Alcmena natus, (Diodor. 5, 76.) antea Alcaeus dictus, (id. 1, 24.) vel Alcides. (Apollodor. 2, 4, 12. et quos ibi producit Heyne.)

ſaltus Oetaeus) Gr. Οἴτη, quod pro Οἴτης etiam reponunt viri docti in Stephano. Τὰ Οἰταίων οὔρεα vocat Herodot. 7, 217. Cf. Heliodor. in hiſt. Aethiop. 4, 18. in. p. 193. Noſter dixit *ſaltus Oetaeus*, ut ſimul arborum abundantem copiam indicaret, uti Seneca in Herc. Oetaeo v. 1485. *Oetaeum nemus*, etſi hic propter adiectum ignem aptius et proprie magis. Latinis eſt modo *Oeta*, modo *Oete*. De genere disputatur, et ſunt, qui maſculinum tueantur, aut praeferant, de quo vid. Heinſ. et Burmann. ad Ovidii Metam. 9, 165. ubi multa habebis conlecta, et Burmann. ad Lucan. 3, 178. Idem notatur de Rhodope et quibusdam aliis, ut adparet ex monitis Burmanni ad Ovid. c. l. et Metamorph. 5, 352. item ad Lucan. c. l. et 7, 450. Quidquid eſt, non tamen ideo femininum exſulare debet, cum Ovidius Metam. 9, 230. dicat: *arboribus caeſis, quas ardua geſſerat Oete*. Ipſe montis ſitus varie vel a regionibus, vel a populis deſignatur. Sumitur autem ſenſu vel latiori, vel ſtrictiori. Illo extenditur a Thermopylis verſus orientem ad Ambracium ſinum verſus occidentem, hoc pars eius altiſſima intelligitur prope Thermopylas, ubi ex Theſſalia transitur in Locrida. Ita Strabo deſcribit 9. pag. 294. ſ. 428. et Livius 36, 15, 10. montes orientem verſus ad ſinum Maliacum vergentes Oetam vocari ſcribit, etſi non tam late promovet ad occaſum, aut de partibus intelligit. Deſcribunt alii ab adſitis regionibus et locis. Montem Theſſaliae vocant Vibius pag. 31. Servius ad Virgil. ecl. 8, 30. Lutatius ad Statii Theb. 4, 158. In Macedonia latiori ambitu ponit Ptolemaeus 3, 13. a tergo Doridis Plin. 4, 13. ſ. 7. (Cf. 35, 40. ſ. 11.) Si loca ſpectes circa Trachinem, ita deſignant Stephanus h. v. et Euſtathius ad Dionyſ. v. 809. atque hinc Oetaeos Trachiniis vicinos faciunt Herodot. 7, 217. et Thucyd. 3, 92. in. (cf. Apollodor. 2, 7, 7.) prope Trachinem et Aenianas Pauſan. 10, 22, 5. quos partem etiam eius tenuiſſe adfirmat Strabo 10. p. 310. ſ. 450. prope Heracleam Pauſanias c. l,

prope Coracem, Aetoliae montem, Strabo 10. p. 310. f. 450. iuxta Thermopylas, ut nexus docet, Liv. c. l. et Appianus in Syr. cap. 18. Φωκίδος ὄρος ὑψηλὸν vocat Schol. Luciani ad Timon. cap. 6. Partem eius altiſſimam, quae Thermopylis imminebat, *Callidromon* nominant plures, quos ad Liv. 36, 15. f. producit Drakenborchius. *Tichiuntem* etiam montis Oetae cacumen ſine dubio intelligit Appian. in Syr. cap. 18. quia Thermopylis imminere dicit, ut Callidromός. De alio cacumine, *Pyra*, dictum eſt antea. H. *Bunina* ſecundum Sophianum apud Ortelium.

Tempe) Gr. Τέμπη. Loca fuerunt amoeniſſima Theſſaliae inter Olympum et Oſſam, quae interfluebat Peneus, (Herodot. 7, 173. —) qui etiam ideo Araxes dictus eſt, de quo ſupra. Inde vero varie ſignantur. *Peneia Tempe* Virgil. Georg. 4, 317. plerumque tamen *Theſſala Tempe*, ut apud Horat. 1. od. 7, 4. Ovid. Metam. 7, 222. Plin. 16, 92. f. 44. 31, 19. f. 2. alios. Cf. Ciofanus ad Ovid. c. l. Erant autem ſec. Plinium 4, 15. f. 8. quinque M. P. longitudine et ferme ſesquiiugeri latitudine ultra viſum hominis adtollentibus ſe dextra laevaque leniter convexis iugis. Prolixius deſcripſit Aelian. V. H. 3, 1. et luculenter Ovid. Metamorph. 1, 569 ſqq. *Phthiotica Tempe* videtur adpellaſſe Catullus 64, 35. ſi Cranonis et Lariſſae viciniam ſpectes, improprie tamen, quia proprie Tempe fuerunt inter Oſſam et Olympum, a quibus Phthiotis, Othrye monte interiecto, erat ſeparata. Vid. Vulpius ad Catull. p. 261. Illa erant ad Sperchium. Nempe plura Tempe commemorantur additis locis, ut Τέμπεα Κέρνης, (Dionyſ. v. 219.) Μηδικά, (id. v. 1017.) Δάφνης, (id. v. 916.) *Heliconia*, (Ovid. Amor. 1, 1, 15.) *Heloria*. (id. Faſtor. 4, 477.) — Omnino enim, quod notum eſt, ſic deinde adpellata ſunt amoena loca, in primis ſilvae, aqua interfluente, ut Noſter dicit *ſacro nemore nobilia Tempe*. Cf. Vibius pag. 15. de Theſſalicis

Euſtath. ad Dionyſ. v. 218. Heſychius aliique Grammatici. Quae vero in illo tractu Noſter intellexerit, poſſis dubitare, niſi omnia miſcuiſſe et ſeriem turbaſſe velimus. Haec nempe ducit ad Catulli Phthiotica Tempe, etſi potius deſideramus Theſſalica. Haec autem poſt dicta ſunt Κλεισοῦραι, ut legitur in fragmentis Geogr. apud Allatium in notis ad Georg. Acropolit. p. 241. ed. Pariſ.

Libethra) Varie ſcribunt miraque fluctuatione ponunt auctores. Potiora haec: Λείβηθρον (τὸ) urbem memorat Strabo 9. p. 282. ſ. 410. ponitque in Boeotia, ut antrum Λειβηθρίδων Νυμφῶν in Helicone. Livius 44, 5. ſ. Libethrum prope Heraclium, nec procul a Dio, igitur ad Olympum in Theſſalia oſtendit; in Olympo autem, qua vergit in Macedoniam, diſerte Pauſan. 9, 30, 5. (Λίβηθρα ibi, de urbe, uti per ι Conon in narrat. 45.) prope Dotium, Olympi promontorium, Tzetzes ad Lycophr. v. 410. Λείβηθρα ſimpliciter urbs apud Suidam. Sequitur mons, ὄρος Λιβήθριον apud Pauſan. 9, 34, 3. quod ponit 40 ſtadiis a Coronea, igitur in Boeotia, in eoque Λειβηθριάδα πηγήν; Orpheus Argon. v. 50. Λειβήθρων ἄκρα κάρηνα prope Pieriam, magna diverſitate; idem vero v. 1371. Λειβήθρων χῶρον ponit in Thracia et patriam ſuam adpellat; Μακεδονικὰ Λείβηθρα notantur ab Euſtathio ad Homer. Il. 21, 259. p. m. 1323. Eadem diverſitas de fonte obiicitur. Uti Noſter, ſic Plin. 4, 16. ſ. 9. *Libethrus* Solin. c. 14. ſ. 8. *Libethros* Vibius p. 22. et Servius ad Virgil. eclog. 7, 21. ubi et aliqua de hoc nomine disſerit, *Libetros* Boccatius de fontibus h. v. et per periphraſin Λιβηθριὰς πηγὴ Pauſan. 9, 34, 3. Varie etiam ponunt; in Macedonia latius Mela, in Magneſia Theſſaliae adiecta Plinius, in Magneſia Solinus, in Boeotia Pauſanias. At ex iis conſequitur, in tribus maxime regionibus quaeſita fuiſſe Libethra, in Thracia, Macedonia ſenſu latiori, et in Boeotia, quorum repugnantiam tollit Strabo 9. c. l. Ibi enim refert, Thraces Pierios olim illa

loca tenuisse, post, cum defecissent, Macedones; item Thraces Boeotos vicisse eorumque regionem occupasse. Igitur antiquitus ille locus ad Thracas pertinuit, unde vel Macedonibus, vel Boeotiis addictus est. Plures autem consentiunt in situ iuxta Olympum, nec est, quod Melam cum Plinio excusandum et vindicandum suscipiat Oberlin ad Vibium p. 232. Ceterum hinc formantur Λιβήθριοι, (Pausanias 9, 30, 5.) Λιβήθριον, (id. 9, 34, 3.) Λιβήθριαι πύλαι, (Lycophr. v. 410.) Λειβηθριάς, (Pausan. 9, 34, 3.) Λειβηθρίδες, (Strabo 9. p. 282. s. 410.) Λειβηθριΐς. (Tzetzes Chil. 7, 949.)

fontes) Prout antiquis placuit haec metaphora, non tantum in poesi, sed in omnibus studiorum partibus. Hinc Propert. 2, 10. [2, 8, 29.] *nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina fontes.* Colum. 1, 1. *fontibus orti sapientiae,* Democritus, Xenophon — Iuvenal. 10, 139. [7, 59.] *aptus bibendis fontibus Aonidum,* sc. quia innuunt acerrima esse debere studia, perinde ut qui infirmitatis causa ad fontem salubrem profecti inde immensum haurire debent. I. GRONOVIVS *MS.* Sic Manil. 2, 8. *cuius* (Homeri) *ex ore profusos Omnis posteritas latices in carmina duxit.* Exempla similia in Lexicis obvia. Spectat autem carminum facilem ubertatem, et copiam, quam praebent. Similes fontes, Aganippen, Hippocrenen in Boeotia, commemorat Plinius 4, 12. s. 7. et alii. Ab his nostris autem Musae vocantur *Libethrides* apud Virgil. ecl. 7, 21. et Λειβηθριάδες ab Orpheo apud Tzetzen ad Lycophr. v. 410. Ipsam autem sententiam sic exprimit Martianus 6. p. 211. *fons Libetris* (Libethros) *poetici haustus nomine celebratus.*

§. 3. *Tum iam)* Confusa haec omnia possint videri, quod hic misceat Macedoniae Thessaliaeque loca, et cum iam Penei supra meminerit, alios hic Graeciae ponat terminos, ac si partem Thessaliae in Graecia, alteram in

Macedonia collocaret. Attamen nihil hic eſt, quod merito reprehendi poſſit. Si quis enim accuratius haec verba conſideret, animadvertet pleraque illa Magneſiae loca, quae hic nominantur, neque Macedoniae, neque Graeciae tribui. Sic fere omnes meliores Geographi et praeſertim Dicaearchus, quamvis alii illo antiquiores in Hellade ponant Magneſiam. Ita etiam auctor ille, qui Scylacis nomen praefert, poſtquam omnia Magneſiae oppida recenſuit, addit, eo usque Graeciam ſive Hellada ab Ambracia pertingere, ac re vera omnia in litore ſita loca Graecanicam habere faciem. Ut autem nimis liberales fuere in adſignandis Helladi limitibus, qui Magneſiam ei adtribuunt, ita nimis illam conſtringunt, qui Theſſaliam in Hellade ſitam eſſe negant. Verum illos arguit Dicaearchus et Ἑλλάδα civitatem in Theſſalia fuiſſe et Ἑλλήνων nomen ex ea profectum eſſe oſtendit. — Duos vero facit Helladis terminos a ſeptemtrione, unum inter hanc et Magneſiam, qui erat mons Homole ſive Homolius, alterum inter Macedoniam et Theſſaliam, Peneum nempe fluvium. VOSSIVS. Vid. deinceps.

Graecia) Gr. Ἑλλὰς, populi Ἕλληνες, Latinis *Graeci.* Ἕλληνες ab Hellene derivant, Theſſaliae rege, etſi non omnes conſtanter. Cf. Pauſan. in. Plin. 4, 14. ſ. 7. Thucyd. 1, 3. Apollodor. 1, 7, 3. Dicaearchus pag. 21. Hudſ. et quae notavit Hudſonus ad Thucyd. c. l. et Harduin. ad Plin. c. l. Antiquius tamen nomen fuit Graeci, Γραικοὶ, ut diſerte tradit Apollodor. c. l. docentque alii auctores, marmora etiam Arundeliana. Vid. Heyne ad Apollodor. c. l. ubi notatis addatur Tzetzes ad Lycophron. v. 532. et in primis Conſtant. Porphyrog. de themat. 2, 5. viri docti ad Heſychium ſ. vv. Ῥαικὸς et Γραικὸς, Etymol. M. ſ. v. Γραικὸς, Berkel. ad Stephan. p. 279. et Gurlitt ad eundem in Fabricii bibl. Gr. Vol. 4. pag. 636. ed. Harleſ. Vox ipſa in auctoribus Gr. raro occurrit, maxime antiquioribus. Γραῖκες femininum ex

Alcmane et Sophocle memorat Stephanus. Poſt Alex. M. tempora Γραικός aliquoties legitur, ut ex Callimacho apud Strabon. 1. p. 31. ſ. 46. apud Lycophronem v. 532. ex Alexandro Aetolo, apud Macrob. in Saturnal. 5, 22. praecipue in Grammaticis. Nominis origo non una fertur, ut docebunt Plin. 4, 14. ſ. 7. Martian. 6. p. 210. Stephanus, Suidas et qui adlegantur ab auctoribus Anglicanis hiſt. univerſalis T. 5. pag. 5. Latinis ſunt Graeci, etiam Graii. De ſenſu nominis Geographico iam olim disputatum eſſe, adparet ex Strabone 8. p. 255. ſ. 370. Conveniunt fere auctores, Hellada exiguum tractum Theſſaliae indicaſſe ad Hellada urbem, ab Hellene, ut plures narrant, conditam, qui et ibi regnaverit. Ita enim olim reges agrorum et vicorum domini dicebantur, ut refert Palaephatus cap. 39. Urbem autem faciunt Theſſaliae Stephanus h. v. Dicaearchus pag. 21. Hudſ. Plin. c. l. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 683. p. m. 242. et in primis Strabo 9. p. 297. ſ. 432. ex vetuſta Melitaeenſium narratione. Alii tractum ſ. regionem Theſſaliae olim fuiſſe putant, unde poſtea Hellenes dicti fuerint. V. Ariſtotel. Meteorol. 1. ſ. Strabo c. l. Pauſanias diſerte 5, 20, 6. et Theſſaliam olim Hellada dictam fuiſſe ſcribit Plin. 4, 14. ſ. 7. Adparet vero id in primis ex Homero Il. 2, 683 ſq. ubi Achillis copias enarrat, quem Theſſalum fuiſſe conſtat, et ſic vocat Strabo 1. p. 31. ſ. 45. Componit autem ibi Phthiam cum Hellade, cuius incolas Hellenas adpellat, illius Myrmidones, ut inde eluceat, ad agrum ea pertinere ſ. tractum regionis, etſi Hellenas omnino in Phthiotide etiam ponit ex Homero, quod et alios feciſſe notat Strabo 9. pag. 297. ſ. 431. At idem recte docet, diverſa loca eſſe ex ipſius Homeri diſtinctione in itineris curſu Il. 9, 474. Cf. de priori Homeri loco Dicaearchus c. l. Thucyd. 1, 3. et quae contra minus probabiliter disputat Strabo 8. p. 255. ſ. 370. Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 17 ſqq. — Poſt latius latiusque promotum eſt id nomen, ſic ut cum Peloponneſo

omnino omnes regiones et civitates liberas complecteretur a Thessalia, quae inter Aegaeum et Ionium mare iacent, alii etiam Thessaliam, primam Hellenum sedem, adderent, pro quo pugnat Dicaearchus c. l. adeoque Philippi aetate Macedoniam et Epirum. Vid. quae congessit Salmas. ad Solin. cap. 7. s. 13. p. m. 100. et notavit Strothius in Handbuch der alten Erdbeschr. T. 1. p. 597. Cf. etiam post ad *Hellas*. Strabo lib. 8. in. dividit in Graeciam intra et extra Isthmum alteramque extendit ad Penei fl. ostia et Acarnaniam.

Myrtoum) Gr. Μυρτῷον. Nominis caussam ducunt quidam a Myrtilo, Oenomai auriga, quem Pelops, cum pactum posceret Hippodamiae concubitum, in mare praecipitavit. Vid. Schol. Euripid. ad Orest. v. 991. Tzetzes ad Lycophron. v. 156. qui id factum esse narrant ad Geraestum, Euboeae promontorium, Hygin. fab. 84. Germanicus ad Arati phaen. v. 158. Eustath. ad Homer. Il. 2, 194. p. m. 139. idemque indicat Ovid. in Ib. v. 371. Cf. Seneca in Thyeste v. 140. Contra id refutat et a Myrtone puella ex Euboeensium antiqua narratione derivat Pausan. 8, 14, 8. Cf. etiam quae adtulerunt Staveren ad Hygin. pag. 163. Salvagnius ad Ovid. c. l. Cellar. in Geogr. ant. 2, 14, 129. et quos producit Schwartz ad German. p. 31. Solus, quod equidem sciam Plin. 4, 18. s. 11. forte verius etiam, adpellatum esse scribit a parva insula, quae cernitur Macedoniam a Geraesto petentibus. Situm et terminos varie item constituunt. Erat omnino pars Aegaei maris, (Plin. 4, 18. s. 11.) et incipiebat a Megarico sinu et Atticam adluebat, (id. 4, 9. s. 5.) adtingebat Cycladas iuxta Euboeam; (Dicaearchus p. 25. Huds.) a Sunio ad Peloponnesum pertinebat cum vicinis maribus Libyco et Cretico, (Strabo 7. p. 224. s. 323.) a Sunio ad Corinthum et Saronicum sinum. (Strabon. epit. 7. pag. 100. Huds.) Quidam sic antea dictum esse scribunt mare ad Euboeam, quod et sic vocant. Cf. Schol. Euripid.

ad Oreſt. v. 991. Schol. Ariſtoph. in equit. v. 558. 993. At cum ceteris pugnat Ptolem. 5, 2. dum ad Cariam admovet. Quos illi Noſter terminos ſtatuat, ex ſitu inſularum diſcitur etiam 2, 7, 10. unde efficitur, Aegaeum Peloponneſo terminari, inde ad occaſum pertinere ad Ionium usque Myrtoum. Neque tamen ſibi penitus conſtare videtur, dum Aegaeum Sunio promontorio finiri dicit 2, 2, 8. et in eo circa Peloponneſum ponit Pityuſam 2, 7, 10. Sed tum illud de Sunio latius valet.

vecta) ſe extendens. Sic 3, 6, 7.

Aegaeis) Proprie Gr. Αἴγειον, pro quo a Doribus acceptum eſt Αἴγαῖον. (Cf. Etymol. M. p. 28.) Nomen, ut fit, varie derivant, veluti ab Aegis, Euboeae urbe, ab Aegeo, Theſei patre, ab Aegaeone i. e. Vulcano — de quibus cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 135. Etymol. M. c. l. Schol. Apollonii ad 1, 831. 1165. Tzetzes ad Lycophron. v. 135. — De Aegaeone cf. etiam Euſtath. ad Homer. Il. 1, 400. p. m. 93. Burmann. ad Ovid. Metam. 2, 10. et quos producit Plerique ab αἴξ, inſula, vel ſcopulus, quia *ſpecie caprae repente e medio mari exſiliat.* Plin. 4, 18. ſ. 11. Cf. Martian. Capella lib. 6. p. 212. Alii tamen ad metaphoricum, vel etiam antiquum ſenſum ita revocant, ut ſignificet procellam, fluctus, quos quidem adiuvant Heſychius T. 1. p. 138. et Suidas T. 2. p. 594. Cf. Heinſ. ad Sil. Ital. 1, 468. Ita vero, apud poetas certe, Aegaeum mare omnino de fluctuoſo dici ſolet, et *Aegaeae hiemes* de ſaeviſſimis dicuntur. Cf Mitſcherlich ad Horat. 3. od. 29. extr. In notando ambitu discrepant, ut docent Geographi. Strabo 7. p. 225. ſ. 325. a Sunio extendit ad Thermaicum usque ſinum et Theſſalonicen, et hinc verſus meridiem ad Strymonem; Dionyſ. v. 135. a Pataris ad Tenedum. Hinc forte paſſim *magnum* vocatur, de quo cf. Burmann. ad Ovid. epiſt. 21, 84. et ad Valer. Flacc. 2, 365. H. vulgo *Archipelagus* nominatur,

quod tamen vocabulum ignorant Graeci, qui ufurpant *Dodekanifa*. Cf. Biörnftahl Briefe T. 4. p. 348.

Ioniis) Gr. Ἰώνιον πέλαγος, poetae tamen antepenultimam corripere folent, etfi et alii per ο efferunt, ut Herodot. 6, 127. — Nomen ducunt plerique ab Io eiusque erroribus, de quo cf. Euftath. ad Dionyf. v. 389. Staveren ad Hyginum fab. 145. ubi plures indicat. Quidam, ut Theopompus apud Schol. Apollonii ad 4, 308. ab Ionio Illyrio. Antea, ut tradit Tzetzes ad Lycophron. v. 630. dictum eft Κρόνιος καὶ Ῥέας κόλπος, uti Herodot. c. l. Ἰόνιον κόλπον vocat. Graeci, quod Plinius 4, 18. f. 11. adfirmat, diviferunt ab infulis in Siculum, Creticum, Icarium, quod eft inter Samum et Myconum. Idem ab Hadriatico discernit ad Hydruntum 3, 16. f. 11. montibus Cerauniis Strabo 7. p. 219. f. 316. Cf. Mela infra §. 12. Ptolemaeus 3, 13. a Dyrrhachio ad Pepylychnum, fluvium Macedoniae in auftrali parte, extendit. Ab altero latere cum Aegaeo mifcetur. Propter confluvium cum Hadriatico, cuius etiam partem quidam, ut Strabo, faciunt, Hadriam iam olim promifcue dictum fuiffe, monet Schol. Apollonii c. l. Ubi hodie quaeri debeat, ex fuperioribus patet. Ceterum *Ioniis fluctibus* poetica ipfius maris eft periphrafis. Sic *Euboici fluctus* apud Ovid. Trift. 5, 7, 35. ubi eft Myrtoum mare, quod Euboicum dici fupra monitum eft. De re fic Dionyf. v. 400. Ἑλλάδος ἀρχὴ — διςσῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ Αἰγαίῃ Σικελῇ τε, cuius interpretationem dabit Prifcian. v. 397.

proximo) Ad confinia Theffaliae, quorum hactenus meminerat Mela. VADIANVS.

Hellas) Quae tamen vulgo pro Graecia dicitur, quafi non alia effet differentia, quam folius appellationis, in quo auctor provide lectorem praemonet, ne in hunc

errorem labatur, quum Graeciam univerfe iam nominaverit, nunc Ἑλλάδα dicat eam fc. regionem, unde appellatio Ἑλλήνων veniffe creditur, utpote ubi Ἕλλην regnaverit non procul a Deucalionis temporibus. Vid. Palmerii Graecia. [1, 3. pag. 10.] I. GRONOVIVS *MS.* Adparet, Melam hic Graeciam ab Hellade diftinguere, et Aegaeo et Ionio mari et Ifthmo Corinthiaco terminare. Infra §. 6. finem eius addit Sunium promontorium verfus orientem, inferius paullo Ifthmum. Sic a Peloponnefo feparat Plinius 4, 11. f. 7. etfi addit, *Hellas, noftris Graecia adpellata.* Cf. 4, 5. f. 4. Nempe Graecia olim divifa in Hellada et Argos i. e. Peloponnefum, uti fecit Homerus. Vid. Palmer. in Graecia ant. 1, 3. p. 16. Cf. etiam Plinius 18, 10. f. 7. eumque fecuti Martianus Capella 6. p. 210. et Solin. cap. 13. f. 7. qui fcribit: *hanc proprie veram volunt effe Graeciam.* At quos verfus feptemtrionem ab Sunio et verfus occidentem terminos ftatuat, non edit. Indicare tamen videtur verbum *proximo* ab Oetaeo finu initium ducere, ultra Ifthmum tamen vix extendi poffe, quia, quae in fequentibus ad Epirum memorantur, Graeciam latiori fenfu fpectant, non Hellada. Videtur usque ad Megara producere, (cf. §. 7.) et fic anguftiori fpatio coercet, quam Ptolemaeus 3, 15. qui Achaiam Hellada effe fcribit, et in ea regiones ad Epirum usque ponit, Locrida, Phocida, Boeotiam, Megarida, Atticam, Aetoliam, Dorida. Sed quidquid eft, paullo poft omnes eas regiones vel omnino recenfet fingulatim, vel ad Graeciam, exclufa Peloponnefo, refert. Dicaearchus pag. 20. Hudf. Hellada a Peloponnefo ad Magneticum finum definit, ut olim omnino Graecia artiori fenfu Peloponnefum exclufit.

fronte) Intelligit partem orae verfus meridiem, quod in primis docent infra pofita §. 7. et ipfa res.

Ionio) Quod in intimis finum facit Corinthiacum, ut ex adverfo Megaricum pelagus Aegaeum, utrumque a claris oppidis dictum. VADIANVS.

quatuor milia) Solinus [c. 13. f. 7.] vapulat ab eruditis, quod his detraxerit decem ſtadia. Sed omnino errant. Cum enim Strabo, [8. p. 231. f. 535.] Plinius [4, 5. f. 4.] et alii [ut Agathemer. 1, 5.] quadraginta ſtadiorum hunc iſthmum faciunt, computant ambages et anfractus montoſos, qui viam altero tanto longiorem efficiunt. Vera enim huius iſthmi latitudo, per directam ſumta lineam, viginti tantum eſt ſtadiorum, ut adparet ex Nerone Luciani ſive ſcripto de perfoſſione iſthmi. [cap. 1.] Sed vero qui quadraginta numerant ſtadia, illos ſinuoſam carpere viam, luculentus teſtis eſt auctor anonymus, quem non recte Scylacem eſſe putant, qui de hoc iſthmo agens haec habet: [Scylax p. 15. Hudſ.] διὰ τοῦ ἰσθμοῦ στάδιοι τετταράκοντα, ταῦτα κολπώδη. VOSSIVS.

inciditur) Utroque ſinu Peloponneſum ab Hellade ſeiungente. *Huc et illuc*) In ortum occaſumque. *In Ionium mare*) Inclinat enim Peloponneſus in occaſum. VADIANVS.

Peloponneſus) Gr. Πελοπόννησος, et inde Πελοποννήσιος, Πελοποννησιακός; utrumque de bello illo notiſſimo, prius apud Pauſan. 4, 6, 1. etſi rariori uſu, poſterius apud Thucydidem in libri fronte, Diodor. 14, 10. Pauſan. 8, 52, 2. — pro quibus etiam dicunt ὁ Πελοποννησίων πόλεμος, ut Herodot. 7, 137. Thucyd. 1, 1. Cf. Staveren. ad Nepot. Alcib. cap. 3. in. Latini uſitate ponunt *Peloponneſius*, rarius *Peloponnenſis*, ut Curtius 7, 4, 32. Iuſtin. 3, 6, 5. Lactantius Placidus in narrat. fab. 4, 13. Cf. Muncker. ad 1, 10. Boſius ad Nepot. Thraſybul. 1, 5. Salmaſ. ad Solin. p. m. 21. Oudendorp. ad Frontin. 1, 5, 10. Et ſic pro *Peloponneſius* de bello paſſim ſubſtituunt codices. *Peloponneſiacum bellum* dixerunt etiam Cicero de offic. 1, 24. Plinius 29, 2. ſ. 1. 30, 2. ſ. 1. Nepos in Alcib. 5. in. ubi *Peloponneſio* repoſuit

Heufingerus. Sic vero *Corinthiacus* et *Corinthius* et fimilia variantur. Quod vero duplici *n* fcribitur, ex confuetudine in hoc et aliis fieri adfirmant Strabo 13. p. 425. f. 618. et Euftath. ad Dionyf. v. 403. Antiquius nomen fuit *Apia*, ut tradunt Paufan. 2, 5, 6. Nicolaus Damafcenus apud Conftantin. Porphyrog. de them. 2, 6. Stephanus, Plin. 4, 5. f. 4. Euftath. ad Homer. 1, 270. et Dionyf. v. 414. Schol. ad Homer. Il. 1, 30. ad Thucyd. 1, 9. aliique. Cf. Harduin. ad Plin. c. l. et Vindingii Hellen p. 21. (in Gronov. thef. Vol. 11.) Nomen illud traxit ab Apide, qui olim in Peloponnefi parte regnavit, de quo multa dabunt Berkel. ad Stephan. p. 145. et Holften. pag. 40. Heyne ad Apollodor. p. m. 242. Euftath. ad Dionyf. v. 414. et ad Homer. Odyff. 18, 245. p. m. 667. An Ἀπία γῆ in Homero Il. 1, 270. 3, 49. huc pertineat, disceptatur, cum adpellativum nomen alii putent, in quibus Strabo 8. p. 256. f. 371. Hefychius, Suidas, Schlichthorft. in Geogr. Homeri p. 24. alii proprium, ut Schol. Thucyd. c. l. auctor Etymol. M. Koeppen ad Homer. p. 76. Sed cf. Heyne ad Homer. Il. 1. pag. 84. qui ita proprium fuiffe cenfet, ut a poetis tantum, nunquam a geographis adhibitum fuerit, etfi Apiam ante Pelopis adventum dictam fuiffe diferte tradit Paufanias c. l. Adfertur praeterea aliud nomen remotioris adeo ufus *Aegialea* (ει) a Schol. Homeri ad Il. 1, 30. cum quo cf. Paufan. c. l. et Apollodor. 2, 1, 1. ab Aegialo, qui primus Sicyoniorum regnum tenuit fec. Syncellum in Chronogr. p. 77. f. 97. Poft dicta eft *Pelafgia* f. *Pelafgis* fub Pelafgo, de quo cf. Nicolaus Damafcen. c. l. Plin. c. l. Euftath. ad Homer. Il. 2, 103. p. m. 158. Schol. Apollonii ad 1, 1024. tum fub Argo *Argos*, (Nicolaus Damafcenus c. l. Euftath. ad Dionyf. v. 419.) et fic faepe in Homero, ut etiam pars ad totum ex more transferatur. Plura recenfet Euftathius c. l. etfi in iis etiam ponit epitheta. Cf. etiam idem ad Il. 6, 152. p. m. 487. in. et Strabo 8. p. 256. f. 371. Staveren. ad Hygin. fab. 84.

pag. 163. Denique dicta eſt Peloponneſus a Pelope, qui eo ex Phrygia coloniam deduxit. (Strabo 7. p. 222. ſ. 321. Thucyd. 1, 9. Euſtath. ad Dionyſ. v. 403. —) Hinc Πελοπία γῆ dicta ab Euripide teſte Euſtathio ad Dionyſ. v. 403. Χθὼν ab eodem in Supplic. v. 184. et ſic ſimilia; Πέλοπος νῆσος ab Dionyſ. c. l. *Pelopis inſula* ab Avieno in perieg. v. 563. et in ora v. 153. quamquam in his nexus probe eſt conſiderandus. Nam *Pelopeia arva* apud Ovid. Metam. 8, 622. de Phrygia dicuntur, unde advenerat Pelops. Plinius 4, 5. ſ. 4. ex Iſidoro circuitum fecit 563 M. P. id quidem propter anguloſos receſſus. Totidem refert Martian. Cap. 6. p. 210. In diverſa abit Agathemer. 1, 5. qui ſic numerat ſtadia 8627. i. e. 1078 M. P. (praeteritis ſinibus 4000 ſtadia;) et Strabo 8. p. 231. ſ. 335. ſtadia 5600. et amplius, ubi alia dat etiam. Longitudinem a Malea ad Aegium Agathemer. c. l. cum Strabone 8. p. 231. ſ. 335. ſtadiorum cenſet 1400 ſimilemque fere latitudinem Strabo. Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὄρων ſcripſerat ſecundum Suidam Dicaearchus ſub hoc nomine, uti pro ὀρῶν emendat Dodwellus in diſſert. de Dicaearcho §. 6. ubi alios eiusmodi libros commemorat. Ipſa regio haud ulli terrae nobilitate praeferenda eſt, ut ait Plinius 4, 5. ſ. 4. et ἀκρόπολιν Graeciae vocat Strabo 8. p. 230. ſ. 334. et teſte Euſtathio ad Dionyſ. v. 403. omnes antiqui. Notiſſimum eſt bellum Peloponneſium. Plura in ipſo regionum ſingularum et locorum recenſu adferentur. Cf. infra ad §. 4. H. *Morea.*

fibris) Quae ſicuti ab haruſpicibus conſiderabantur in iecinoribus, ſic ab omnibus etiam attributae fuerunt foliis fructuum, prout dixit Virgilius Georg. 1, 120. *amaris intuba fibris*, et unde Cicero Qu. Tuſcul. 3, 6. *omnes radicum fibras evellere.* Auctor noſter transfert ad hanc regionem, in qua Plinius 4, 5. ſ. 4. pro iis dicit *anguloſos receſſus.* I. GRONOVIVS *MS.* Per fibras intelligit extimam oram, quae crebris ſinibus lancinata eſt, et,

ut iecinoris extrema, fubinde flexa iniquaque. VADIANVS. Sinus commemorat Plinius omnino decem, qui funt Corinthiacus, Cyllenius, Cypariffius, Afinaeus, Coronaeus, Laconicus, Aegilodes, Gytheates, Argolicus, Saronicus. Promontoria item funt multa, quae ex Geographis et ex Mela poft facile cognofcentur. *Incifa* autem Agathemer. 1, 6. dicit eodem modo τεμνομένη, et ἐπικλάσεις καὶ καμπὰς καὶ ἐγκολπώματα notat Euftath. ad Dionyf. v. 403. unde et comparatio orta eft cum platani folio.

tramite) Ifthmo, de quo infra §. 7. ubi idem legitur.

latus) Non fcilicet accurate in medio habet canalem, unde praecedenti Graeciae adnectatur, fed paullum inclinat verfus mare Aegaeum. I. GRONOVIVS *MS.*

platani) Ita quidem multi comparant, ut Strabo 2. p. 57. f. 84. 8. p. 231. f. 335. Dionyf. v. 404. et ex eo Conftantin. Porphyr. de them. 2, 6. Plin. 4, 5. f. 9. Prifcian. v. 402. Avienus v. 563. Solin. cap. 13. f. 7. Agathemer. 1, 5. Comparationis caufam indicavit Mela, fingulatim et copiofe expofuit Euftath. ad Dionyf. c. l. In nummis antiquis teftudini adfimilatur, de quo pluribus disferuit de Wilde de felectis num. pag. 79. Forte ad id adlufit Livius 36, 32. f. Praeterea hodiernum nomen (*Morea*) a fimilitudine cum mori folio quidam deducunt. Ita vero regiones folent comparari, v. c. terra cum funda, (Dionyf. v. 5.) Thracia cum falce, (Euftath. ad Homer. Il. 9, 5. p. m. 625.) et fic alia. In primis humani corporis partes ad locorum formas declarandas transferri folent, de quo plurima conlegit Euftath. ad Homer. Il. 1, 44. p. m. 29. et 2, 637. p. m. 233.

§. 4. *Theffalia)* Hinc in Graecis gentilia feruntur Θεσσαλιώτης, Θεσσαλὶς, Θεσσαλὸς et Θεσσαλικὸς, quae partim etiam norunt Latini. Alii per ττ in

Graecis ſcribunt, alii in antiquioribus libris σσ praeferunt. Vid. Waſſe ad Thucyd. 1, 20. et Weſſeling. ad Herodot. 7, 128. Nomen a Theſſalo accepit ſec. Strabon. 9. extr. Diodor. Sic. 4, 55. Stephanum h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 427. alios, etſi in natalibus eius disſentiunt. Olim alia etiam nomina geſſit, et a Plinio 4, 14. ſ. 7. commemorantur *Aemonia*, *Pelaſgicum Argos*, *Hellas*, *Dryopis* a regibus. Ex his Strabo habet *Aemonia*, *Hellas*, quibus addit Νεσσωνὶς, Πυῤῥαία, a Deucalionis uxore, et ſic pro Πυῤῥαδία in Schol. Apollonii ad 3, 1089. legendum cenſet Heyne ad Apollodor. p. m. 1123. Ex Rhiano idem Schol. ſubiungit Πύῤῥα. Pro Πελασγικὸν Ἄργος, in quo conſentit Euſtath. ad Dionyſ. v. 427. idem etiam adfert Πελασγία, et explicat de parte Theſſaliae inter Peneum et Thermopylas. Hinc αἶα Πελασγῶν Apollon. Rh. 1, 580. ubi Πελασγία commemoratur a Schol. qui etiam de Theſſalia intelligit. *Lariſſa* additur ab Euſtathio c. l. et in fragmentis Geographicis pag. 42. Hudſ. Cf. etiam Euſtath. ad Homer. Il. 2, 683. p. m. 241. Primum tamen Achaiam dictam fuiſſe adfirmat Schol. Apoll. ad 1, 243. De eius terminis accurate expoſuit Strabo 9. p. 296. ſ. 429. uti poſt de diviſione in 4 partes, cum quo tamen conferri poteſt Schlichthorſt in Geographia Homeri pag. 91 ſqq. aliique Geographi. Ex veteribus omnino Herodot. 7, 129. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 684. p. m. 243. ubi montes, quibus undique cingebatur, memorat. Partes erant quatuor, Pelaſgiotis, Theſſaliotis, Iolcitis et Phthiotis, quas indicat Schol. Apollonii c. l. Pro Iolcitide Strabo ponit Heſtiaeotidem. Macedoniae dat Ptolem. 3, 13. cui a Romanis fuit adtributa. Alii latius etiam paſſim ſumunt, ut plurima eius, Macedoniae et Thraciae loca ob vicinitatem et finium crebram mutationem confundantur, quod exemplis docuit Oudendorp. ad Lucan. p. 680. Mela antiquam, ut hic notavit Voſſius, diſtributionem ſecutus eſt, unde etiam Phthiotida ſeparatim ponit. Tenuerunt autem eam olim multi populi,

quod vel Homerus declarat, in quibus Centauri, Lapithae, (Palaephat. cap. 1.) Perrhaebi, Dolopes, Pelasgi, Myrmidones. (Dicaearch. de statu Graeciae p. 21. Hudſ.) De Theſſalorum cultu, moribus — verba varia et formulas conlegit Euſtathius ad Homeri Il. 2, 750. p. m. 250. Equi olim fuerunt celeberrimi, unde etiam in numis conſpiciuntur. Cf. Liebe Gotha num. pag. 200. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 132.

Magneſia) Gr. Μαγνησία; populi Μάγνητες. Duplicem eam faciunt, Europaeam et Aſiaticam, Euſtath. ad Homer. Il. 2, 756. p. m. 255. Schol. Thucyd. ad 1, 138. — Reperiuntur tamen in auctoribus quatuor, Theſſaliae, Cretae, Aſiae duplex, ad Sipylum et Maeandrum, quarum quidem Cretenſis eſt obſcurior, ut Meurſii adeo diligentiam effugerit. Vid. quae notavit Ruhnken. ad Vellei. 1, 4. in. Ex noſtra reliquae ortae ſunt et adpellatae, uti adparet ex Cononis narrat. 29. De Magneſia ad Maeandrum teſtantur etiam Strabo 14. p. 438. ſ. 636. et Plin. 5, 31. ſ. 29. Nomen accepit a Magnete, Argi filio, auctore Antonino Liber. c. 23. in. Cf. etiam Euſtath. c. l. Urbem tantum commemorat Stephanus ad Maeandrum et χώραν, quam de Magneſia Theſſaliae intelligit Berkelius p. 525. Et ſic aliis eſt regio. Urbem tamen cognominem in ea fuiſſe, indicat Schol. Demoſth. ad pag. 18. ed. Reisk. et confirmare videtur Pauſan. 7, 7. m. per nexum, ponitque ſub Pelio. Situm varie notant, ad Sciathum inſulam Herodot. 7, 183. Strabo 9. p. 300. ſ. 436. prope Theſſaliam Plinius 4, 16. ſ. 9. idem vero conterminam facit Macedoniae 36, 25. ſ. 16. iuxta Boebeida lacum, nempe ab altera parte; ad Peneum fl. et Pelium montem Strabo 9. p. 305. ſ. 442. Conon c. l. Troiana quidem tempeſtate, unde migratio illa eſt facta. Separatim poſuit Plinius 4, 16. ſ. 9. adnexam Theſſaliae, i. e. iuxta, κατὰ, ἐγγὺς, uti dicit Antonin. Liberal. c. l. etſi adnexam alii, ut Cellarius in Geogr. ant. 2, 15, 136. non de confinio,

ſed de parte intelligunt, quod omnino non nego a Plinio fieri; cf. poſt; ſed in illo nexu et ſerie progreſſionem tantum indicat, ut 36, 25. ſ. 18. ab altera parte *Macedoniae conterminam* dicit; Macedoniae ſuae adſcribit Ptolemaeus 3, 13. et, quod ex commemoratis diſcitur, partim in Pieria, partim in Pelaſgiotide ponit. Quidam, quod notat Dicaearchus de ſtatu Graeciae p. 5. Hudſ. ad Graeciam adeo referebant; alii Graeciae terminum ab hac parte ſtatuebant; ipſe p. 20. ad ſinum Magneticum i. e. Pelaſgicum Ptolemaei ponit; Theſſaliae alii tribuunt, ut Plin. 5, 31. ſ. 29. Theſſalicam Magneſiam diſerte vocat. In Theſſalia recenſent Geographi recentiores et Pelaſgiotidis partem faciunt ex Strabone. Eius quidem epitomator 7. pag. 104. (Hudſ.) Pelion montem Theſſalicum vocat, quem in Magneſia fuiſſe conſtat. At ipſe Strabo optime Magneſiae terminos indicat 9. p. 300. ſ. 435. Cum enim Pelaſgiotidem antea fecerit Theſſaliae partem, terminat eam ad Pheras et ad Boeben oppidum, prope Boebeida lacum, qui vicinus erat Pelio, quae quidem loca Theſſaliae tribuit Plinius, quod in confiniis iſtis fieri ſupra notavi. Quae ipſe loca in Magneſia ponit, vel obſcura ſunt, vel ſitu disiecta, uti Pelion dat Theſſaliae cum aliis, Penei tamen oſtia et Iolcon Magneſiae. Strabo verſus meridiem porrigit ad Demetriada et Methonen. A Theſſalia etiam diſtinguit Livius 36, 15, 7. ut populum utrumque 33, 32, 5. Mela unius urbis Antroniae mentione ſitum indicat, quae cum olim ſub Proteſilai fuerit ditione, qui Phthiotida tenuit maritimam, qualis fuit etiam Antronia, (vid. poſt) adparet, ulterius eum promoviſſe Magneſiam. Quae vero ſupra commemorata alii Magneſiae adſcribunt, Noſter vel latius Macedoniae dedit, vel orae maritimae curſui ad Sepiada usque adnexuit. *Magnes* lapis, qui et *Heracleus* (ει) vocatur, a Magneſia Lydiae nomen tulit.

Phthiotis) Gr. Φθιῶτις, et γῆ Φθιῶτις. (Herodot. 1, 56.) Dicitur etiam, uti urbs eius, Φθία, quod diſerte refert Stephanus, quem retulit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 683. p. m. 242. et ſic utroque ſenſu apud Homerum, cuius loca dedit Schlichthorſt de Geogr. Homeri p. 93 ſq. An Φθιωτία etiam adpelletur, uti legunt quidam Codd. in Thucydide 1, 3. merito dubitat Dukerus. Incolae Φθῖοι Homero Il. 13, 693. et alibi. Alias etiam vocantur Φθιῶται, et ſic a Latinis. (Livius 36, 15, 7. —) Sic et *Phthius* Ovid. Amor. 2, 17, 17. Propert. 2, 10, (14,) 38. de Achille. Alia ex Stephano peti poſſunt, ad quem conſulendus Holſten. p. 344. Theſſaliae partem facit Strabo 9. p. 296. ſ. 430. et alii; ille terminos ſtatuit Oetam, Maliacum ſinum, Pindum et Pharſalum; ipſos incolas Phthiotas dictos fuiſſe Achaeos, (nempe Homeri aetate) ſcribit poſtea. Hinc et ſequente tempore ſub Xerxe Achaei οἱ Φθιῶται apud Herodot. 7, 132. Diodor. Sic. 11, 3. etſi hic male diſtinguuntur, de quo vid. Weſſeling. ad c. l. et 15, 80. Valckenar. ad Herodot. c. l. et ſic ipſa regio Ἀχαία Φθιῶτις apud Diodor. 5, 50. Cf. et Liv. 42, 67, 9. Memorantur etiam incolae aliquanto poſt ſub Philippo, Demetrii filio, Macedoniae rege. Vid. Polyb. 18, 29. Livius 33, 22, 5. Cf. 36, 15, 7. ubi quidem a Theſſalia et Magneſia ſeparantur. Tunc vero dati ſunt Theſſaliae, exceptis Thebis Phthioticis et Pharſalo, ut idem narrat 33, 34, 7. Separat item hic a Theſſalia Noſter facitque ſuo more, quo ſuperioris aetatis Geographiam perſequitur ſub Macedonibus, ut iam ſupra notatum eſt. Macedoniae ſuae et hanc regionem tribuit Ptolem. 3, 13. Addi poteſt, quod ex Homero Il. 2, 681. notat Schol. Apollonii ad 1, 14. olim Pelaſgos etiam fuiſſe dictos.

Doris) Gr. Δωρὶς, incolae Δωριεῖς. Strabo 9. p. 294. ſ. 427. τετράπολιν vocat et matrem omnium Dorienſium. De nomine cf. Conon narrat. 27. Apol-

lodor. 1, 7, 3. Scymnus Chius v. 594. Stephanus h. v. Poſt dicta eſt *Heſtiaeotis*, de cuius ſcriptura cf. quae notavi ad Strabonem lib. 9. p. m. 628 ſq. Theſſalus, quod a Stephano narratur, mutatum antiquum nomen retinuit. Varie tamen migrarunt Dorienſes, in Peloponneſum etiam, ut ex Stephano et ipſis hiſtoricis notum eſt. Antiqua vero eorum ſedes ſec. Herodotum 1, 56. fuit ad Oſſam et Olympum, quem ſequitur Dionyſ. Halic. 1, 18. in. et tunc cum Lapithis pugnaſſe videntur, Olympi accolis, ut narrat Diodor. Sic. 4, 37. poſt ſec. Herodotum 1, 56. habitarunt ad Pindum, vel, ut alii narrant, ad Parnaſſum ceſſerunt, et Tetrapolim (etſi variatur) condiderunt, de qua altera ſede intelligendus eſt Strabo c. l. et Conon narrat. 27. Vid. Heyne ad Apollodor. p. m. 98. Ad eandem regionem pertinere videntur, quae ex Herodoto adtuli, quia idem 7, 43. dicit, ex Erineo et Pindo poſt migraſſe. Huc porro valet, quod de nominis mutatione dictum eſt. Recedit tamen Ptolemaeus, qui Ἑστιωτῶν (excidit αι) regionem et nomine et ſitu diſtinguit a Doride, et illam 3, 13. in Macedonia ſua ponit, hanc 3, 15. in Achaia. Quod quidem intelligi poteſt, ſi Doris pars fuit Hiſtiaeotidos poſt ſeparata. In urbibus tamen Doridis conſentit Ptolemaeus cum Strabone, tantum pro Pindo habet Lilaeam, ſed plane conſentiunt Scymnus Chius v. 592. et Plinius 4, 13. ſ. 7. qui a tergo Doridis ponit Oetam, in ipſa regione Sperchium (ει) fl. quem alii Theſſaliae tribuunt. Porro Dorida regionem a Dorenſibus Phoenices conditam putat Mazochius ad tab. Heracl. pag. 514. Tum pro 4 urbibus ſex enumerat Tzetzes ad Lycophron. v. 980. De Doridis poſteriori mutatione vid. Palmerius in Gr. ant. 2, 9. 6, 15. et de priſca populi hiſtoria Prideaux in adnot. ad marmora Oxon. 1. p. 384.

Locris) Gr. Λοκρὶς, incolae Λοκροὶ, Latinis *Locrenſes*, paſſim tamen etiam *Locri*, apud Noſtrum 2, 4, 8.

Cicer. in Pison. cap. 40. m. Leleges olim fuisse dicit Plin. 4, 12. s. 7. et quod eorum dux in migratione fuit Locrus sec. Hesiodum apud Strabon. 7. p. 222. s. 322. nominis origo facile agnoscitur. In duas autem maxime partes Locrida dividit Strabo 9. p. 287. s. 416. et p. 292. s. 425. in orientalem et occidentalem, quas separabat Parnassus. Haec erat Locrensium Ὀζολῶν, a foetore, de quo Antigon. in hist. mirab. c. 129. et ibi Beckmannus p. 179. Iidem dicti etiam Zephyrii. (Strabo c. l.) Prioris nominis causas plures adfert Pausan. 10, 38. in. Illa pars erat, vel Ὀπουντίων, ab eorum urbe primaria Opunte, vel Ἐπικνημιδίων, a Cnemide monte. Et sic alii etiam triplicem faciunt Locrida, veluti Schol. ad Pindari Olymp. 11, 15. et Thucyd. 3, 89. vario tamen modo. Ille Opuntios omittit, proque iis ponit Epizephyrios Italiae, quos hic praeteritis Epicnemidiis habet; forte quod Opuntios et Epicnemidios eosdem habent, ut Servius ad Virgil. Aen. 3, 399. ut sic orientales complectantur. Ita Opunta urbem vocant primariam Locrensium Epicnemidiorum, de quo suo loco. Strabo tamen 9. p. 292. s. 425. etsi Opunta tribuit Locrensibus Epicnemidiis, hos ab Opuntiis separat, et sic dictos fuisse scribit ab urbe eorum primaria. Quatuor autem Locrenses commemorat ex auctoribus Eustathius ad Dionys. v. 426. Ozolas, Epicnemidios, Opuntios, Italicos s. Epizephyrios. Ptolemaeus 3, 15. Locros Epicnemidios et Ozolas; Opuntios simpliciter, sed quia illis dat etiam Cynum urbem, iidem sunt ex Melae aliorumque narrationibus. Plinius 4, 12. s. 7. in hoc tractu tantum Locros Epicnemidios; Ozolas tamen 4, 4. s. 3. De finibus prolixe Strabo c. l. Nempe utrimque a Parnasso monte pertinebant ad fretum Euboeae et sinum Corinthiacum prope Phocida. Plura de Locride conlegerunt Lazius in Gr. ant. 1, 7. et in primiis Palmerius in Gr. ant. 5, 1 sqq. Illorum leges, Zaleuco auctore promulgatas, exposuit Engelbrecht.

Phocis) Gr. Φωκὶς, incolae Φωκεῖς, qui cum Φωκαεῖς ab urbe Ioniae Phocaea non debent commifceri, uti et monent Euftath. ad Dionyf. v. 437. Schol. Thucyd. 1, 13. Dicuntur etiam apud Homer. Il. 2, 517. Φωκῆες, ut ex Ariftarcho notat Euftath. ad Homer. p. m. 207. Latinis *Phocenfes*, qui a Phocaeenfibus discrepant. Vid. interpretes ad Liv. 5, 34, 8. ad Lucan. 3, 340. et quae notavi ad 1, 17. f. *Phocii* etiam dici poffe, contendit Garatonius ad Cicer. in Pifon. cap. 40. m. quafi Φώκειοι, ut *Elii, Elei,* Ἤλειοι ab Elide. Alia ex Lexicis peti pofſunt et Geographis, ut Φωκικὸς πόλεμος. A Lelegibus ducit Dicaearchus p. 5. (Hudf.) et Phocum multi conditorem gentis faciunt, etfi varia ratione. Cf. Paufan. 10, 1. in. Scymnus v. 485. Stephanus h. v. Euftath. ad Dionyf. c. l. idem ad Homer. p. m. 207. c. l. Schol. Apollonii ad 1, 207. Vid. quos memorat Staveren. ad Hygini fab. 14. p. 43. Ipfa regio adtingebat Locrida Ozolarum et Boeotiam, inde verfus Parnaffum, etfi olim ad mare Euboicum pertinuit, unde Phocicas urbes in Locride ponit Plin. 4, 12. f. 7. quod de Daphnunte monet etiam Strabo 9. p. 286. f. 416. Nempe termini utriusque regionis non femper iidem fuerunt. Sic Thronium Phocidi dat Scylax pag. 23. Hudf. Locridi Homer. 2, 533. Sed cf. Strabo c. l. ex recentioribus praeter alios Lazius c. l. et Palmerius in Gr. ant. lib. 6.

Boeotis) Gr. Βοιωτία, ut Latinis, nusquam *Boeotis.* Cf. notae criticae p. 189. Gentile Βοιωτὸς et Βοιώτιος perinde, ut Latini. Vid. Drakenb. ad Liv. 35, 1. in. Sigon. ad Liv. 44, 43, 6. Staverenus ad Nepot. 15, 8, 2. — unde libri variant. Priorem formam numi praeferunt. De caufa et origine nominis plura conlegerunt Stephanus, Euftath. ad Dionyf. v. 426. et docti viri ad Stephanum. A bove, Cadmi duce in itinere, derivant multi, ut Hygin. fab. 188. et quos Politus ad Euftath. in Homer. Tom. 2. pag. 545. producit. Anti-

quiora nomina apud Stephanum ſunt *Aonia*, *Meſapia*, *Ogygia* et *Cadmeis;* hoc quidem ex Thucydide (1, 12.) probat; Arnen addit Diodor. Sic. 4, 67. quam tamen alii urbem faciunt. Vid. Stephanus et ibi notata. De Ogygia teſtatur etiam Strabo 9. p. 280. ſ. 407. quamvis id de Attica etiam ex Charace notat Stephanus. In priſcis incolis Strabo 9. pag. 276. ſ. 401. commemorat Aones, Temmices, Leleges, Hyantes, (quod nomen de Boeotiis adfert etiam Plinius 4, 12. ſ. 7. et notat Schol. Apollonii ad 3, 1241.) poſt Cadmeos vario eventu. De Cadmo, Thebarum conditore, omnia vel ex fabulis in vulgus ſunt nota. Regionis ſitum in primis praedicant ad tria maria, quo praeſtet ceteras Graeciae provincias, nempe ad Hadriam Siculumque mare, ad Cyprum et Aegyptum et Euripum, et mare Theſſalicum et Macedonicum. Vid. Ephorus apud Strabon. c. l. eius epitomator 9. p. 123. Hudſ. Scymnus Chius v. 489. Stephanus. De Boeotorum moribus et rebus geſtis aliqua narrat Strabo c. l. maximeque, etſi varie probatur ab aliis, quod refert Nepos 15, 5, 2. plus illis ineſſe virium, quam ingenii, ubi docti viri plura contulerunt. Geographiam et hiſtoriam expoſuit Lazius in Geogr. ant. 1, 8. aliique, quos notat Allgem. Welt-Geſchichte T. 5. p. 55. in notis ſubiectis. H. *Stramulippa*, ut refert Büſching in Geogr. T. 1. P. 2. p. m. 1793.

Atthis) Gr. Ἀτθὶς, uſitatius Ἀττικὴ, eodem tamen utrumque ſenſu, ut monet Euſtathius ad Dionyſ. v. 423. adparetque ex Strabone 9. p. 273. ſ. 397. Ita Eleuſis a Noſtro ponitur in Atthide, a Scylace p. m. 21. in Attica. Ἀτθίδας etiam olim plures ſcripſerant ſec. Dionyſ. Halic. 1, 8. de quo cf. Heyne ad Apollodor. p. m. 809 ſq. in iis Phanodemus, cuius Ἀτθίδος qui meminerunt, plurimos adfert Voſſius de hiſtor. Gr. p. 399. eandemque Ἀττικὴν ἀρχαιολογίαν vocat Dionyſ. Hal. 1, 61. m. Pro Attica poſuit Lucret. 6, 1114. *Atthis.* Similia in aliis adtulit

Salmaſ. in Solin. p. m. 45. Sic *Atthides*, ut Italides, apud Martial. 11, 53, 4. et alibi, et *Atthis Io* dicitur, ut ex veteribus docuit Meurſius de regno Athen. 1, 14. Hinc et *Atthis* (vulgo Attis) *terra* Germanicus dixit in Arati phaenom. v. 156. Plura dabit Gavel in obſerv. miſcell. novis T. 4. p. 240. Accepit hoc nomen a Cranai filia Atthide, uti ſcribunt Pauſan. 1, 2. ſ. Apollodor. 3, 14, 5. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Syncellus p. 125. ſ. 157. (qui antea Ἀκτὴ addit) Strabo 9. p. 273. ſ. 397. Iuſtin. 2, 6, 8. Ab ipſo autem Cranao dicta eſt Cranae, quod referunt Stephanus h. v. Euſtathius ad Dionyſ. v. 423. — Sed antiquiora nomina ab auctoribus vel regibus impoſita vel aliunde ſumta ſunt, velut *Ogygia*, *Acte* vel *Actice*, *Mopſopia*, *Cecropia*, *Ionia*, de quibus vid. Euſtathius ad c. l. et, qui plura congeſſit, Vindingius in Hellene p. 181 ſqq. in Gronovii theſ. Vol. 11. — Qui Atticam tenuerunt olim populi, vel quae geſſerunt incolae, commemorantur a Strabone 9. p. 273. ſ. 596. et Herodoto 8, 44. Contermina fuit Boeotiae et Megaridi, ab alia parte mari Aegaeo et ſinui Saronico. Megarida tamen olim Atticae partem fuiſſe, contendit Strabo 9. p. 270. ſ. 592. eamque facit Plin. 4, 11. ſ. 7. ſecus ac Mela et Ptolemaeus 3, 15. Docent et probant hoc etiam bella utriusque gentis, etſi, quod ex auctoribus, veluti Strabone 9. p. 271. ſ. 393. patet, modo Boeotorum fuit, modo Athenienſium. H. pars *Livadiae.*

Megaris) Gr. Μεγαρὶς et Μεγαρηΐς, quod Stephanus adfert, ſed magis poeticum videtur; Μεγαρικὴ legitur apud Diodor. Sic. 11, 79. ſc. γῆ. Inde enim deſcendunt Μεγαρεὺς et Μεγαρικός. Utrimque vicinam habuit Boeotiam et Atticam, et ante condita Megara Atticae pars fuit, cum Iones illum tractum tenerent, quod docent Strabo 9. p. 270. ſ. 592. et Plin. 4, 11. ſ. 7. Hinc vero initium Peloponneſi facit Dicaearch. pag. 7. Hudſ. In Graeciae civitatibus parva fuit et contemta, quod et

docet oraculi refponfum apud Schol. Theocriti ad 14, 49. Plura poft de Megaris, unde nomen.

Argolis) Gr. Ἄργολις, quod regionis nomen notant Stephanus f. v. Ἄργος, Euftath. ad Dionyf. v. 419. et cum Mela Plinius 4. in. Martian. Capella 6. p. 209. Ἀργεία eft Ptolemaeo 3, 16. paffim etiam Straboni, ut 8. p. 256. f. 371. et fic Thucyd. 5, 75. Plerumque tamen dicitur Ἄργος, ut urbs primaria. Nomen tefte Paufania 2, 16. in. accepit ab Argo, prifco rege, etfi alii ad totam Peloponnefum referunt, de quo Apollodor. 2, 1, 2. et quos ibi memorat Heyne. Sic in Homero faepe intelligi monuit Strabo 8. p. 255. f. 369. et ad Homerum faepe Euftathius. Loca indicavit Schlichthorft in Geogr. Homeri pag. 20. Situs ex tabulis facile cognofcitur; hiftoriam expofuerunt Vindingius et Lazius c. c. l. l. Ceterum 6 Peloponnefi regiones enumerat Mela, quot δυναστείας recenfet Homerus, ita tamen, ut omiffis Meffenia et Achaia ponat Mycenidem et Pylum. Septem gentes habet Herodotus 8, 73. quinque partes facit Thucydides 1, 10. nempe pro temporum et incolarum diverfitate mutatis etiam fubinde regionum finibus. Cf. Paufan. 8. in. Plin. 4, 5. f. 4. et quae habet Politus ad Euftath. in Homer. Tom. 2. p. 607.

Laconice) Gr. Λακωνικὴ, Λακεδαίμων etiam ἡ χώρα Apollodoro 3, 10, 3. cuius nomen a Lacedaemone ducit, quod de Laconice et eius incolis etiam adfirmant Paufan. 3, 1, 3. Schol. Euripid. ad Oreftem v. 625. — Nofter infra Laconidem vocat, Lacedaemoniam Suidas T. 2. p. 186. in qua Therapnas ponit, nempe fubintellecto γῆ, Harpocration autem in eadem narratione Lacedaemona, de quo et urbis et regionis communi nomine cf. Strabo 8. p. 253. f. 367. Paufan. 3, 11. in. et qui plura dabit Bofius ad Nepot. Cimon. 1, 2. Monet adeo Paufanias, id nomen antea valuiffe de regione. Et fic

paſſim in aliis vocatur, et ex Homero notat Strabo c. l. Antea populi a Lelege rege dicti ſunt Leleges, (Pauſ. 3. in.) ipſa regio Λελεγία, (idem 3, 4. in.) vel, teſte Heſychio, Λελεγίς. Conditorem Lacedaemonis Euryſthenem et Proclem facit Scymnus v. 530. vid. infra; nominis auctorem Lacedaemonem Pauſan. 3. in. et Apollodor. 3, 10, 3. Alia protulit Stephanus h. v. et ex eo Euſtathius ad Homer. Il. 2, 581. p. m. 222. Olim latius patuit, et Homeri aetate, ut adparet ex loco laudato, Meſſeniae partem complectebatur, orientalem quidem. Vid. Schol. ad Odyſſ. 21, 15. Strabo 8. p. 247. ſ. 358. qui poſtea totam adſcribere videtur Laconicae illo quidem tempore, at minus recte, cum Meſſenen, tunc quidem regionis nomen, a Lacedaemone diſtinguat et urbes utriusque paſſim, de quo diligenter expoſuit Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 38. Fuit olim ἑκατόμπολις, ut teſtatur Strabo 8. p. 250. ſ. 362. et Stephanus ſ. v. Ἀμύκλαι cum aliis; ſed Strabonis aetate tantum 30. ſupererant.

Meſſenia) Gr. Μεσσηνία, ut ſaepe apud Strabonem, vel, ut urbs, Μεσσήνη teſte Stephano et Euſtathio c. l. Vid. deinceps. Inde Μεσσήνιος et Μεσσηνὶς, ut γῆ apud Thucyd. 4. 41. Latinis regio *Meſſenia*, urbs Meſſene, (Plin. 4, 7. ſ. 5.) quare etiam Faber in Iuſtino 3. 4. 1. prius de urbe reiicit. An etiam Μέσση fuerit dicta per apocopen, uti vult Stephanus, disputatur et negatur, etſi iam olim ex Homero Il. 2, 582. ita creditum fuiſſe tradit Strabo 8. p. 251. ſ. 364. Nempe quia ibi Homerus urbes commemorat, neque illo tempore Meſſene urbs ſtetit, teſte Strabone 8. p. 247. ſ. 359. ad regionem, quam et alibi Μεσσήνην quidem nominat, transferri nequit. Vid. infra ad *Meſſene.* Immo Μέσση urbs eſt Laconices, illi loco apta, quam commemorat Pauſan. 3, 25. f. et innuit Heſych. h. v. Plura invenies apud Meurſium in Miſcell. Lacon. 4, 7. *Meſſene* autem omnino fuit pars Laconices, ut diſerte ſcribit Strabo 8. p. 247. ſ. 358. et

hinc *Messenia Lacedaemoniorum* dixit idem 8. p. 257. ſ. 373. Cf. etiam Heyne ad Homer. T. 4. pag. 529 ſq. *Andaniam* praeterea vocatam fuiſſe, neſcio unde, refert Stephanus h. v. eodem, quo urbs, nomine, quam regiam facit Pauſan. 4, 1, 3. et 4, 3, 4. Meſſenes nomen a Meſſene ducit Pauſan. 4, 1, 2. Innotuit maxime diuturno bello, in quo ſpectata eſt Tyrtaei opera. Nunc cum Elide eſt *Belvedere.* (Büſching T. 2. p. m. 1800. nempe Venetis adpellantibus.)

Achaia) Gr. Ἀχαΐα. Quod Stephanus habet Ἀχαιΐα, ultimum ι vitioſum exiſtimat Berkelius p. 202. Monet tamen Euſtathius ad Homer. Il. 13, 349. p. m. 909. per duplex ι antiquos rhetoras voluiſſe, uti eſt in Homero, qui vocat Ἀχαιΐδα γαῖαν Il. 1, 254. vel abſolute Ἀχαιΐδα, ut Il. 3, 75. Olim dicta eſt Αἰγιαλὸς, teſte Pauſania 7. in. vel ab Aegialeo, Sicyoniae rege, vel ab eius ſitu litorali; incolae Αἰγιαλεῖς. Herodotus 7, 93. praeponit Πελασγοὶ, quia tota olim Peloponneſus Pelaſgia dicta eſt, et hi Pelaſgi oram ſinus Corinthiaci tenuerunt, etſi quidam de tota Peloponneſo intelligunt. V. Apollodorus 2, 1. in. et quae ſapienter monuit Heyne p. m. 241. Aliis tamen eſt Αἰγιάλεια, ut Straboni 8. p. 264. ſ. 383. quem reddit Euſtath. ad Homer. Il. 2, 575. et auctor Etymol. M. h. v. Deinde dicta eſt *Ionia*, poſtremo Achaia, de quibus mutationibus earumque cauſis expoſuit Strabo c. l. Pauſanias c. l. et quae congeſſerunt Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 73. et 100. Berkelius ad Stephanum p. 51. Palmerius in Gr. ant. 1, 4. et in primis Vindingius in Hellene p. 150 ſqq. (in Gronovii theſ. Vol. 11.) Incolae dicti Ἀχαιοὶ, ſaepe tamen late vageque dicti, nempe quia Achaei, conditoris, poſteri multas regiones adierant et poſſederant. Inde Phthiotae in Theſſalia, (Strabo 9. p. 298. ſ. 433.) Lacedaemonii et Archivi, (Pauſan. 7, 1, 3.) Peloponneſii. (Polyb. 2, 38. in.) Maxime tamen variatur in Homero,

qui et iis Πανέλληνας obponit Il. 2, 530. Achillis forte omnes copias, in primis Phthiotas, ſub nomine Ἕλληνες Il. 2, 684. Conſuli poſſunt loca a Schlichthorſtio in Geogr. Homeri p. 17 ſqq. memorata. Latini uſitate ponunt pro Graecis, an et de Peloponneſiis, quod adfirmat Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 6. dubito. Cauſa autem haec eſt, quia Achaeis, tum Graeciae principibus, devictis, Achaia adpellari et a Macedonia ſeparari ſolebat, de quo Strabo lib. 17. f. ubi ſeptimam ſub Auguſto provinciam in Europa facit Achaiam usque ad Theſſaliam, Aetoliam et Acarnaniam gentesque aliquas Epiroticas Macedoniae adfines. Pauſanias etiam 7, 16. f. diſerte ſcribit, a Romanis Achaiae, non Graeciae praefectum vocari, qui in eam provinciam ſuo tempore mitteretur, διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων; atque ita etiam tradit Suidas h. v. Cf. Sigonius de antiquo iure provinciar. 1, 9. Factum id eſt ab eo tempore, quo Mummius, qui et Achaicus dictus eſt, Corinthum evertit, ut docet locis conlatis Cuperus ad calcem Apotheoſ. Homeri p. 141. Hinc Naupactus, Aetolorum vel Locrorum urbs, pro temporum ratione in Achaia provincia ponitur in itiner. p. 488. cuius exempla et numi exhibent in Raſchii Lex. num. T. 1. P. 1. p. 44. Sic Gallio proconſul Achaiae commemoratur in actib. apoſtolor. 18, 12. et Achaia provincia paſſim in Suetonio. Aperte variat ſimulque explicat Dio, qui 53, 12. in provinciarum ſub Auguſto facta diviſione habet: ἡ Ἑλλὰς μετὰ τῆς Ἠπείρου, (cf. ſupra Strabo) et 55, 27. vocat Ἀχαΐαν, dividitque inter Achaiam intra Iſthmum et reliquam. Quae quidem diviſio fuit omnino civilis, cum geographica regionum ſingularum terminos teneat, uti Noſter Achaiam Peloponneſi partem agnoſcit cum Ptolemaeo 3, 16. quam tamen hic propriam dicit Achaiam. At idem deſcribit Achaiam 3, 15. quam et Graeciam vocari ait, terminatque Epiro, Macedonia, mari Aegaeo et Hadriatico, et ſic Graeciam, quam Achaiam latiori ſenſu

vocat, a Peloponneſo ſeparat. Vid. Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. pag. 685. ubi multa adtulit de Hellade, Graecia, quae Achaiae nomine indicatur.

Elis) Gr. Ἦλις vel Ἠλεία promiſcuo uſu, quod adparet ex auctoribus, ut Thucydide, Pauſania, qui utraque forma utuntur. Cum eodem nomine urbem habuerit, hoc Grammatici quidam diſcrimen ſtatuunt, (vid. Victor. ad Ciceron. ad div. 13, 26.) ut regio caſum obliquum augeat, urbs retineat, quamquam alii id negligunt, et Graeci utrumque promiſcue ponunt. Antiquius regionis nomen fuiſſe videtur *Elea*, Elidis ab urbe acceptum. Nempe olim κωμηδὸν more antiquo (v. Palaephat. 39, 2.) regio incolebatur, et ſerius tandem poſt bellum Perſicum homines in Elida urbem conlecti ſunt, de quo Strabo 8. p. 232. ſ. 336. Diodor. Sic. 11, 54. in. Pauſan. 5, 4, 1. Idem etiam docet gentile Ἠλεῖος, quod ſaepiſſime occurrit, et hinc Plin. 4, 6. ſ. 5. Elida circumloquitur *Eliorum agrum.* Bochartus in Phaleg 3, 4. in. nomen ſuo more ab Eliſa, Iavanis filia, derivat. Ex Graecorum autem narrationibus haec retulit Pauſanias 5, 1. Regnavit hic primum Aethlius, qui genuit Endymionem, cuius filius Epeus (ει) in certamine victor de duobus reliquis fratribus regnum tenuit, et Epeos incolas nominavit. Poſt tenuit Eleus (ει), unde dicti ſunt Elei. Cf. etiam Schol. ad Homer. Il. 11, 687. Antiquiorem regionis formam breviter etiam deſcripſit Strabo 8. p. 252. ſ. 336. Nempe olim in plures ditiones dividebatur, quae poſt ad duas redigebantur Epeorum et Neſtoris, quam diviſionem Homerum ſequi luculenter maxime docet ex Odyſſ. 13, 275. et Il. 5, 545. Hinc Ἐπειοὶ, qui poſt Ἠλεῖοι, de quibus plura Strabo 8. p. 235. ſ. 340. etſi alii disſentiunt. Nempe illa complectebatur Elida, haec Pylum, tum regiones vel agros Elidis univerſae. (Cf. etiam Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 52.) Illam etiam poſt *cavam* (*κοίλην*) vocat, et a Neſtoris ditione ſeparat. Sic vero

Ἦλιδα τὴν κοίλην memorat Paufanias 5, 16. extr. Tum vero Neftoris ditio, quae propter Pylum etiam Meffeniae partem adnexam habuit, eft Ἦλις ὀρεινὴ, uti dividit Elida Schol. Thucyd. ad 2, 25. Triphyliam, quam Neftori tribuit Strabo, regionem plurium urbium inter Elida et Meffeniam facit Polyb. 4, 77. Alia ex hiftoria peti debent, quae docte inluftravit Vindingius in Hellene p. 138 fqq. (in Gronov. thef. Vol. 11.) Inclaruit maxime ludis Olympicis. De moribus Ἦλις μεθύει καὶ ψεύδεται Ephippus apud Euftath. ad Il. 11, 697. p. m. 830.

Arcadia) Gr. Ἀρκαδία, populi Ἀρκάδες. Antiqua nomina varia varioque ordine efferunt auctores. Secundum Plinium 4, 10. f. 6. initio adpellata eft *Drymodes*, mox *Pelafgis*, aliis *Pelafgia* et antiquiffimum nomen. Cf. Paufan. 8, 4, 1. conl. 1. Euftath. ad Dionyf. v. 347. Nicolaus Damafcenus apud Steph. h. v. et Παῤῥασία, qui idem alia nomina adfert f. v. Ἀρκὰς, ut *Parrhafia*, *Lycaonia* et ex quibusdam *Gigantis*, *Azania* (de quo Schol. Apoll. ad 2, 53.) et *Pania*. Reddidit ea Euftath. ad Homer. Il. 2, 603. et ad Dionyf. v. 414. Sed ea funt vel ex fabularum argumentis petita epitheta, ut *Pania*, vel partes tantum proprie indicant, ut *Azania*. Vid. Paufan. 8, 4. Schol. Euripid. ad Oreft. v. 1646. — Ex prifcis incolis Strabo 8. p. 267. f. 388. nominat Azanas et Parrhafios, quos vetuftiffimos Graeciae populos putat. Addit Apidanas, quos Arcadas dicit Dionyf. v. 415. quia, notante Euftathio, Apis, unde Apia dicta fit Peloponnefus, in iis egit. Cf. etiam de eo nomine Apollon. Rhod. 4, 263. Callimach. in Iov. v. 14. et ibi Schol. Plura dabunt Vulcanius ad c. l. Berkelius ad Stephan. pag. 146. et Holften. p. 40. Koeppen ad Homer. T. 1. p. m. 76. Wernsdorf. ad Prifciani perieg. v. 412. Arcadia autem dicta eft ab Arcade, tefte Paufania 8, 4. f. Cf. Schol. Euripid. ad Oreft. v. 1646. Euftath. ad Dionyf. v. 414. etfi in eius genere, ut folet, difcrepant. Ipfi Arcades fe

ante lunam natos fuiſſe iactant et ideo προσελήνους vocant. Vid. Apollon. Rhod. 4, 264. Hippus Rheginus apud Stephanum, qui ab eo primum ſic vocatos eſſe tradit, Euſtath. ad Dionyſ. v. 414. et 899. et ad Homer. Il. 2, 605. et alii, quos adtulit Staveren. ad Hygin. fab. 274. p. 397. qui res divinas primos Diis feciſſe refert, quod alii Cretenſibus tribuunt. Plerique de gentis vetuſtate explicant, de quo multa congeſſit Barth. ad Statii Theb. 4, 275. Cf. et Apollonius cum Schol. 4, 264. Alias plures cauſas adferunt Tzetzes ad Lycophr. v. 482. Eudocia p. 458. et Schol. Apollon. ad c. l. Probabilior videtur, quam propoſuit Cenſorinus cap. 19. quod prius habuerint annum, quam is in Graecia ad lunae curſum conſtitueretur. Nec minus audienda eſt explicatio Heynii ad Apollodor. p. m. 656. quem et de hac fabula vide in opuſc. academ. T. 2. p. 332 ſqq. ubi priorem ſententiam de aſtrologia retractavit p. 350 ſq. et unice fabulam eam ad gentis eius antiquitatem convertit. Cf. etiam Lenz ad Ovid. Faſtor. 1, 295. Ilgen ad Homer. in Mercur. v. 100. pag. 388. Laudantur autem in priſcis Arcadibus vitae paſtoritiae ſimplicitas, morum integritas, artium rudimenta, cultus agrorum, rerum divinarum cura — Ipſa regio mediterranea maxime Peloponneſi tenebat, (Plin. 4, 10. ſ. 6. cf. et Strabo 8. p. 267. ſ. 388. Pauſanias 8. in. —) maximeque eſt montana, ut Strabo c. l. teſtatur, cuius aetate pleraeque urbes everſae erant. Olim tamen usque ad mare ad Lepreum usque permittebatur, quod adfirmat Scylax p. 16. Hudſ.

ultra) ſc. ſinum Corinthiacum extra Iſthmum.

Aetolia) Gr. Αἰτωλία, unde deſcendunt Αἰτωλὸς et Αἰτώλιος apud Stephanum et auctores, poſterius tamen ex paragoge, ut monet Euſtath. ad Homer. Il. 12, 42. p. m. 847. et ubi addit ſimilia ad Odyſſ. 21, 85. p. m. 750. Αἰτωλίδα vocat etiam Conon narrat. 15. Nomen regio

accepit ab Aetolo, qui ob caedem imprudenter factam ex Elide huc confugerat, ut narrant Paufan. 5, 1, 6. Apollodor. 1, 7, 6. Scymnus Chius v. 475. Strabo 8. p. 246. f. 357. Conon narrat. 15. Stephanus h. v. Euftath. ad Dionyf. v. 431. et Homer. Il. 2, 638. — Curetas eam antea tenuiffe, quos ille expulerit, referunt plures, in quibus Strabo 10. p. 319. f. 463. Scymnus v. 474. Conon c. l. A Curetibus autem, qui inde in Acarnaniam cefferunt, et poft Acarnanes dicti funt, (Paufan. 8, 24, 4.) dicta eft olim regio Κουρῆτις fec. Cononem, fc. χώρα, uti eft apud Apollodorum. Cf. deinceps Acarnania. De Curetibus autem eorumque fede et migratione pluribus expofuit Strabo 10. p. 318 fqq. f. 462. Praeterea Stephanus c. l. nulla Curetidis mentione facta tradit, nomen prius fuiffe Ὕαντις; et fic Euftathius ad Homer. Il. 2, 638. ante Hyantes, poft Aetolos dictos fuiffe incolas narrat, quod quidem fic expedit Strabo 10. p. 320. f. 465. Hyantes ex Boeotia egreffos ἐποίκους factos effe Aetolis. Ab Acarnania feparabatur Acheloo fl. et dividebatur, tefte Strabone 10. p. 310. f. 450. in ἀρχαίαν (ad Calydonem) et ἐπίκτητον (ad Locrida Ozolarum), etfi fecum pugnare videtur, dum 8. p. 231. f. 336. dicit, ab Acheloo ad Evenum habitare Acarnanas, inde ad Antirrhium Aetolos. De illorum bellis contra Acarnanes, Macedones et Romanos, a quibus tandem fubacti funt, exponit hiftoria. De eorum antiquitatibus et rebus geftis multa ex auctoribus conlegit Vindingius in Hellene p. 309. (in Gron. thef. Vol. 11.) Inclaruerunt fundae iactibus longinquis. Vid. Strabo 8. p. 246. f. 357. et Euftath. ad Homer. Il. 2, 638. p. m. 235.

Acarnania) Incola Ἀκαρνὰν Graecis et Latinis, et hinc paffim Ἀκαρνάνων γῆ vel χώρα, ut docet Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 196. Nomen Alcmaeon impofuiffe fertur fumtum ab Acarnane filio, de quo cf. Paufan. 8, 24, 4. Ephorus apud Strabon. 10. p. 318. f. 462.

Thucyd. 2, 102. Euſtath. ad Homer. Il. 9, 528. p. m. 479. Scymnus v. 462. Apollodor. 3, 7, 7. — Archelaus tamen apud Strabon. 10. p. 320. ſ. 465. nominis cauſam arceſſit διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττεσθαι τὰς κεφαλὰς, ut Curetes dicti fuerint ἀπὸ τῆς κουρᾶς, unde et repetit Stephanus ſ. v. Ἀκαρνανία. Quidquid eſt, multi antea dictam eſſe ſcribunt Κουρῆτιδα, ut Curetes ipſos incolas. Vid. Pauſan. c. l. Stephanus ſ. v. Κουρῆς et Ἀκαρνανία, Plin. 4, 2. ſ. 1. aliique. Iam vero cum etiam Aetoliam idem nomen geſſiſſe ex praecedentibus conſtet, latius olim patuit Curetis, quam diviſit Achelous, ultra quem ex una parte pulſi ſunt Curetes. Antiquos etiam eos incolas et Leleges et Teleboas commemorat Strabo 7. p. 222. ſ. 321. conl. 10. p. 317. ſ. 461. Apud Homerum diſerte quidem non nominantur, ſed ſub Ἠπείρου voce Il. 2, 635. Odyſſ. 24, 377. comprehendi putant, de quibus audi prolixe disputantem Strabonem 10. pag. 317. ſ. 460 ſq. et quae monuit Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 80 ſq. et in primis Politus ad Euſtathium in Homer. T. 2. pag. 651. De antiquitatibus et hiſtoria populi cf. Vindingius p. 360 ſq. c. l. Situs conterminus eſt Aetoliae ad fluvium Acheloum; Ptolemaeus vero 3, 14. Epiro adſcribit, quam ſcilicet ad Acheloum porrigit.

Epiros) Gr. Ἤπειρος, incolae *Epirotae* etiam Latinis, et inde *Epiroticus*. Hiſtoriam eius antiquam et primordia expoſuit Iuſtin. 17, 3. quo auctore Moloſſi eam primum tenuerunt, poſt Pyrrhus, Achillis filius, a quo primum Pyrrhidae, poſt Epirotae dicti ſunt. Ante Moloſſos tamen Strabo 7. p. 224. ſ. 323. ex Theopompo Chaonas producit, a quibus etiam pars eius Chaonia dicta eſt. De latioribus Homeri aetate finibus antea monui. Cf. etiam Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 80 ſq. Plinius 4, 1. initium eius ducit ab Acrocerauniis montibus, a Siculo mari Strabo, uterque claudit Ambracio ſinu. Conſentit fere in initio Ptolemaeus 3, 14. tantum quod

Oricum adiungit Epiro, ſed extendit idem ad Acheloum usque. Mela terminat mari Hadriatico, cuius et Ionii maris terminum facit Ceraunios montes. Olim complexa eſt aliquot provincias, plures populos, plurima oppida, de quibus Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 152 ſqq. Ex regibus inclaruit Pyrrhus maxime in bello contra Romanos. Regio equis fuit nobilitata. Cf. Sidon. Apollin. carm. 5, 45. Virgil. Georg. 1, 59. et quae ibi adnotantur. Celebrantur etiam leones, qui maximi fuerunt. Vid. Ariſtotel. in hiſt. anim. 3, 21. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 635. p. m. 333. De Epirotico mari, an Ionii pars adpelletur, quae adluit Epirum, ſe nondum obſervaſſe adfirmat Iaeger ad Mamertini panegyr. cap. 9. in. p. 145.

Hadriam) De Hadriatico mari. Cf. ad 2, 2, 2. Ponit autem terminum Ceraunios montes, ut antea monui, quo usque procedit Ionium.

non adluit) Non quod auctor ſtatuat, omnia, quae infra nominantur, eſſe mediterranea, et remota a mari, (id enim plane falſum eſt, et foret error graviſſimus) ſed quod, cum ſemper hactenus maritima et litoralia enarraverit, nunc vult admiſcere plura ex mediterraneis, non admoniturus ſingulatim, quae illa ſint, ut nunc lectoris opus ſit, bene diſtinguere. I. GRONOVIVS *MS.* Paullo enim infra ab interioribus ad litus illud, a quo digreſſus erat, revertitur. VADIANVS. Quatenus vero miſceat, ſequentia docebunt.

Lariſſa) Gr. Λάρισσα et inde Λαρισσαῖος, ſimplici etiam σ in numis. Vid. deſcr. numor. vett. Lipſ. 1796. p. 147 ſq. Nominis huius plures fuerunt urbes, de quibus cf. Strabo 9. p. 393. ſ. 440. Stephanus h. v. alii. In Theſſalia commemorantur duae, quarum una fuit mediterranea ad Peneum flumen in Pelaſgiotide, (Schol. Apoll. ad 1, 40.) eamque Ptolemaeus 3, 14. ſuo more

in Macedonia refert, altera in Phthiotide maritima. Cum mediterraneas hic recenſeat, prior ſine dubio hic intelligenda eſt, quam Peneus circumfluebat, (Procop. de aedif. 4, 3.) ſita ad Tempe et ad Boebeida lacum prope Pindum montem, ut notat Scymnus v. 609 ſq. qui ſimul vocat εὐτυχεστάτην πόλιν: εὐπράττουσαν Philoſtratus in vitis Sophiſt. 2, 1. *nobilem* Liv. 31, 46, 12. Turbare videtur Ptolemaeus. Cum enim hanc mediterraneam in Pelaſgiotide ponat, Κρεμαστὴ eſt ſine dubio, eadem etiam Πελασγία dicta ſec. Strabon. c. l. Cremaſten autem Livius c. l. a Lariſſa nobili Theſſaliae urbe diſerte diſtinguit. Hanc ad Peneum ab Acriſio conditam fuiſſe adfirmat Stephanus; a Lariſſa, Pelaſgi filia, nominatam addit ex Hellanico Schol. Apoll. c. l. Cf. ad 2, 500. Occurrit Lariſſa apud Homerum Il. 2, 841. et 17, 301. ſed prior per nexum et ſeriem huc referri nequit, et Troadis potius eſt, in qua etiam commemorat Stephanus. Poſteriorem in vicinia Cymes ponendam eſſe, contendit Strabo 13. p. 302. ſ. 439. vel prope Cayſtrum. Nihil tamen obſtat, quo minus ad Theſſaliam pertineat, unde Achilles omnino Lariſſaeus vocatur a Virgilio Aen. 2, 197. pro Theſſalus, quod vult Heyne, aut potius de Lariſſa Phthiotidis haud procul a Sperchio fl. intelligatur, quem in ditione Achillis fuiſſe declarat in primis Homerus Il. 23, 142 ſqq. Cf. Strabo 9. p. 299. ſ. 435. Tum vero iacuit ad mare, nec commode a Mela referri hic potuiſſe videtur ob praecedentia. Mediterranea illa in Phthiotide h. putatur eſſe *Ien-gi-Schehir.*

Iolcos) Gr. ἡ Ἰωλκὸς; Homero Il. 2, 712. Odyſſ. 11, 255. Ἰαωλκός. Inde, teſte Stephano, ducitur Ἰώλκιος, Ἰωλκὶς, Ἰωλκιὰς, quorum exempla ſubiecit Berkelius p. 430. *Iolciacus* occurrit apud Latinos, ut docet Heinſius ad Ovid. Metam. 7, 158. *Iolcorum fines* dixit Dictys Cretenſis 2, 26. quod, niſi praeter morem de urbe poſuit, ad incolas referri poteſt. Conditorem *Iolcum,*

Amyri filium, facit Stephanus h. v. et ex eo Euſtath. ad Homer. Il. 2, 712. tantum quod habet *Iaolcum*, Homericam formam ſecutus; *Crethea* Apollodor. 1, 9, 11. Inde vero Ἀμυρικὸν πεδίον vocari notat Stephanus cum Euſtathio c. l. et ſic occurrit apud Polyb. 6, 99. Magneſiae tribuit Scylax pag. 25. Hudſ. ut Plinius 4, 16. ſ. 9. Pelaſgiotidi Macedoniae ſuae Ptolemaeus 3, 13. quod perinde eſt. Magneſia Theſſaliae apud Strabonem complectitur maiorem Pelaſgiotidis partem ad Pelium usque. *Haemoniam* vocat Lucan. 3, 192. unde Scholiaſtes ibi Theſſaliae civitatem facit in Haemo monte. Πελασγὶς vocatur ab Apollonio Rh. 1, 906. i. e. Θετταλικὴ ſec. Schol. a Pelaſgis incolis. Ad mare fuiſſe ſitam patet ex Ptolemaeo, docetque in primis Argonautarum expeditio, qui inde conlecti ſolverunt. Vid. Pindar. Pyth. 4, 334 ſqq. Strabo 9. p. 500. ſ. 436. Diodor. Sic. 4, 42. in. et alii plures. Neque tamen inde evincitur, Melam erraſſe, qui a mari removeat. Certe enim remotam inde fuiſſe 7 ſtadiis, adparet ex Strabone c. l. et quod inde Argonautae mare ingreſſi ſunt, pertinet proprie ad Aphetas, portum vicinum, de quo dictum eſt in notis criticis p. 191. Strabonis tempore fuit vicus Demetriadis, et ipſa urbs antiqua dudum perierat. Cf. c. l. et ex eo Euſtath. c. l. Aliquando autem Lariſſam ſic vocatam eſſe, quod ex hoc loco coniicit Carrio ad Valer. Flacc. 1, 171. aliunde probari nequit. Immo exciſam ſic indicat, et olim primariam vel celeberrimam Theſſaliae urbem fuiſſe, in cuius deinde locum ſucceſſit Lariſſa. Quod Ptolemaeus eam memorat, facit ut in aliis, niſi vicum intellexiſſe velis, quod tamen non videtur.

Antronia) Gr. uſitate Ἀντρὼν et Ἀντρῶνες, de quo cf. notae crit. p. 192. Hinc deſcendit Ἀντρώνιος. Occurrit eius mentio in Homero Il. 2, 697. qui ἀγχίαλον vocat, et Proteſilai ditioni adſcribit, quae Phthiotidis partem orientalem eſt complexa. Theſſaliae dat Stepha-

nus cum Suida h. v. Noſter Magneſiae, quae pars fuit Theſſaliae. Livius 42, 42. in. qui Antrona vocat, ponit inter Pteleon et Demetriada, et, quod ex nexu videtur, in Phthiotide, cuius cauſa ex ſuperioribus et ex vicinia intelligitur. Tum ex Homeri indicio ſita fuit ad litus, et a propoſito Mela deſciſcit vel errat. Nomen ſic explicat Stephanus διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι, quod explicatione ſubiecta repetit Euſtath. ad Homer. c. l. et omnino Etymol. M. Iactatur in proverbio Ἀντρώνιος ὄνος, etſi varie explicatur. Sic Suidas h. v. ad magnitudinem refert, quem ſequitur Eraſmus adag. 2, 5, 48. Alii, quod verius videtur, intelligunt de lapidibus molaribus, qui ὄνοι vocantur, ibi egregiis, ut in primis Euſtath. ad Homer. c. l. Strabo tamen aperte 9. p. 300. ſ. 435. de ſaxis in Euboico mari latentibus. Sed cf. qui de eo diſſeruerunt Berkelius ad Stephanum p. 141. Politus ad Euſtath. T. 2. p. 694. aliique, qui laudantur ad Heſych. T. 1. p. 407.

Phthia) Gr. Φθία, unde Φθιώτης et Φθῖος, teſte Stephano, comprobantibus auctoribus et numis. Latinis in uſu ſunt Phthius, Phthiota, Phthiotis, Phthioticus. De Φθῖος cf. Euſtath. ad Homer. Il. 1, 155. p. m. 53. Nomen idem derivat a Phthia muliere, vel a Phthio, Neptuni filio, et ex eo Euſtathius ad Homer. Il. 2, 683. Theſſaliae latiori ſenſu adtribuunt Stephanus et Euſtathius. Inclaruit urbs Achillis patria, unde *Phthius vir* vocatur a Propertio 2, 10, ſ. 14, 38. et *Phthius Achilles* ab Horatio 4. od. 6, 4. Temporis vetuſtate dilapſam eſſe ſcribit Procop. de aedif. 4, 3. a quibusdam Pharſala creditam Euſtath. ad Homer. Il. 1, 155. p. m. 53.

in Doride Pindus) Quae in notis crit. p. 195. ad Pintiani notam addere cogitaveram, haec fere erant: Qui in numero urbium conſentiunt, in nominibus variant. *Tetrapolim* facit Strabo 9. p. 294. ſ. 427. eamque

matrem omnium Dorum vocat; urbes autem numerat 4 has: *Erineum*, *Boion*, *Pindum*, *Cytinium*, quocum consentit Scymnus v. 592 sq. Quatuor agnoscit etiam Ptolemaeus 3, 15. tantum quod pro *Pindus* substituitur *Lilaea*, quam alii ad Cephissum fl. ponunt, vel in Phocide, ut Strabo 9. p. 280. s. 407. Stephanus h. v. Eustath. ad Homer. Il. 2, 523. Tzetzes ad Lycophr. v. 1073. Schol. Pindari ad Pyth. 1, 121. Pausan. 9, 24. in. — in Locride Plin. 4, 12. s. 7. uti solet fieri in locorum vicinia. *Tripolim* tantum ferre videtur Diodor. Sic. 4, 67. 11, 79. (etsi mire ibi depravant codices) *Erineum*, *Cytinium*, *Boion*; et sic Thucyd. 1, 107. Conon narrat. 27. Andron ap. Strabon. 10. p. 328. s. 476. qui tamen renititur. Atque haec tria oppida coniungit Aristides in Leuctrica 2. T. 1. p. 450. Iebb. Sic Stephanus Κυτίνιον h. v. trium illarum urbium unam vocat, etsi, ut alibi, parum sibi constat, et s. v. Ἀκύφας tetrapolim commemorat Dorida. Tum vero *Acyphas* est *Pindus*, qualem alii vocarunt auctore Strabone 9. p. 294. s. 427. *Pentapolim* facit Plin. 4, 13. s. 7. dum superioribus addit *Sperchion*, quam *Sperchiam* (ει) in Phthiotide maritima producit Ptolemaeus 3, 13. Pindum montem et Sperchium fl. in urbes fuisse mutata putat Dodwellus in dissert. de Dicaearcho §. 15. (Vol. 1. Geogr. Hudf.) At obstare videntur testimonia illa, et ea oppida post demum accessisse. Idem ille de Dryope urbe existimat. Certe *Hexapolim* iactat Tzetzes ad Lycophr. v. 741. et 980. corruptis quidem nominibus, in quibus etiam habet *Dropen*, cum eoque consentit omnino Schol. Pindari ad Pyth. v. 125. Hexapolim vero olim fuisse, declarat Herodot. 1, 144. qui tamen ad Pentapolim redactam fuisse subiungit. Sed, quae sequuntur nomina urbium, ab nostra hac Doride aliena sunt. Nempe, quod ex ipso discitur, varie migrarunt Dores et varia loca tenuerunt; nostra etiam Doris latius a nonnullis profertur. Cf. Vindingii

Hellen. p. 527. (V. 11. in Gronov. thef.) At quas urbes hic pofuerit ex ceteris Mela, quis dixerit?

Cynos) Gr. Κῦνος, accentu quidem variante; inde Κύνιοι et Κυναῖοι tefte Stephano. Nomen a Cyno Locro, Opuntis filio, ducit Euftath. ad Homer. Il. 2, 531. Urbem adpellavit Hecataeus, ut idem tradit. Ceteri enim navale (ἐπίνειον) vocant, ubi promontorium Opuntium finum claudit, ut Strabo 9. p. 293. f. 425. ex eo Euftath. ad Homer. c. l. Cf. etiam Paufan. 10, 1, 1. Stephanus h. v. Emporium urbis Opuntiorum dicit Livius 28, 6. f. Simpliciter Ptolemaeus 3, 15. in Opuntiorum locis commemorat, at plane omifit Plinius. De diftantia ab Opunte fat modica cf. ad Liv. c. l. In Strabone eft 15 ftadiorum. Innotuit locus ex auctoribus, quod Deucalion et Pyrrha hic fedem pofuerunt, de quo Strabo c. l. et Apollodor. in fragm. p. 1039. et 1138. ed. 1. Heyn. Ceterum maritimum locum etiam hic ponit Mela, cum mediterranea promiferit.

Calliaros) Sic et Graeci, et hinc Καλλιαρεῖς tefte Stephano. Nomen habet vel a Calliaro, (Stephanus) vel διὰ τὸ εὐήροτον αὐτὴν εἶναι. (Strabo apud Stephanum, Euftath. ad Homer. Il. 2, 531.) Iidem neutro etiam genere *Calliara* dici adfirmant. Homerus iungit cum Cyno. Plinius praeteriit. Strabonis aetate habitari defierat. (9. p. 293. f. 426.) Ceterum nihil memorabile tulit. Locridi cum Noftro tribuit etiam Stephanus.

Delphi) Ut incolae (Iuftin. 24, 7. et alibi, Porphyr. de abftin. 2, 17. ubi cf. pag. 131. quos memorat Rhoer, et Perizon. ad Aelian. V. H. 6, 19.) Inde *Delphicus* ducitur. Δελφῶν πόλιν vocat Dicaearchus p. 5. Hudf. Olim dicta eft urbs Παρνασία νάπη ab Parnafo monte vicino; tum Πυθὼν, denique Delphi, uti refert Schol. Homeri ad Il. 2, 519. cum Euftathio et Schol. Pindari antiquo ad Pyth. 1. in. etfi falfis admiftis. De Πυθὼν

f. Πυθὼ v. Heyne ad Apollodor. 1, 4, 1. et Pausan. 10, 6. ubi de Delphorum nomine disquirit, et Pytho ab finitimis postea etiam adpellatam esse tradit. De tempore tamen horum nominum dissentit porro Schol. Homeri c. l. Quomodo Pythia Ptolemaei 3, 15. a Delphis diversa sit, disputat Cellarius in Geogr. ant. 13, 9, 264. Forte ad eundem locum pertinent nomina, quae prave distinxit, et situ adiecerunt librarii. Politus tamen ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 561. ob graduum diversitatem diversas etiam urbes putat, et Delphos de Leucorea, antiqua Delphorum urbe in Parnasi iugo intelligit, ubi etiam antea de nomine Παρνασία νάπη dixit. Πυθὼ autem (Πυθοῦς) vel Πυθὼν (ῶνος) in poetis passim remansit, ut in Pindaro Olymp. 2, 71. Apollon. Rh. 1, 308. Homero Il. 2, 519. et saepius. Praefertur tamen fere Πυθὼ, forte ut a serpente ipso Πυθὼν distinguerent. Auctores multos indicat Politus c. l. Πυθῶνα habet Homer. Il. 2, 519. quod accentu Πύθων a serpente quidam distinguunt, diverso utrumque etiam genere. Nomen Delphi varie explicant; plerique ab Apolline in delphina mutato ducunt, etsi vel sic discrepant. Vid. Stephanus h. v. et ibi Berkelius pag. 294. et Holsten. pag. 94. Refutavit hanc fabulam Plutarch. de solertia animalium p. 93. ed. Lips. Plures nominis causas conlegit Tzetzes ad Lycophr. v. 208. A Delpho, Apollinis filio, ducit Pausan. 10, 6, 2. Prioris fabulae memoriam servarunt et propagarunt quidam numi, in quibus iuvenis delphino insidens repraesentatur. Cf. Rasche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 103. et quae disputat Spanhem. de usu — num. T. 1. diss. 4. p. 224 sqq. In Phocide ponunt et alii. Stephanus tamen ponit πρὸς τῇ Φωκίδι, et Scymnus v. 482. iuxta Locros Ozolas et Phocenses; ipsi etiam Delphi, auctore Pausania 4, 34. f. πεφεύγασιν ὀνομάζεσθαι Φωκεῖς. Nempe sita fuit in austrina parte Parnasi, qui terminabat Phocida, et hinc πετρῶδες χωρίον καὶ θεατροειδὲς vocat Strabo 9. p. 288. f. 418. in cuius vertice fuit fanum et urbs 60 stadia am-

bitu ſuo complectens. Iuſtin. 24, 6, 6. in Parnaſo in rupe undique impendente ponit, eamque defenſam fuiſſe addit non muris, ſed praecipitiis, naturalibus praeſidiis. Hinc Δελφὶς πέτρα dicitur in Theocriti epigr. 1. f. Πυθὼν πετρήεσσα in Homeri Il. 2, 519. et Pindari Olymp. 6, 80. Graphice urbis ſitum deſcripſit in primis Heliodorus pag. 106. Bourdel. Quod ſub Parnaſo ponit Plinius 4, 4. f. 3. forte ſic intelligi debet, ut ſupra ſe habuerit altius Parnaſi iugum ad inferiores partes reclinans. Pauſanias quidem 10, 8. f. ἄναντες σχῆμα praebuiſſe ſcribit. Praefluebat eam Cephiſſus amnis teſte Plinio, qui omnino variis ambagibus et flexibus Phocida tranſibat, ut ex Heſiodo docet Strabo 9. p. 292. ſ. 424. praeter alios. Notum porro eſt, quod iactant, in medio orbe ſitam fuiſſe, idque probatum duabus aquilis a Iove, una ab ortu, altera ab occaſu miſſis, quae ibi convenerint, ut ex Pindaro refert Strabo 9. p. 289. ſ. 419. Lutatius ad Statii Theb. 1, 118. Cf. Ovid. Metam. 10, 168. 15, 630. Agathemer. 1, 1. Liv. 38, 48. in. De Parnaſo id quidem tradit Claudian. in praef. in conſul. Mallii Theodori v. 13. Hinc vero ὀμφαλὸς τῆς γῆς dicitur, de quo Strabo c. l. Heſychius ſub h. v. De cauſa etiam Schol. Euripid. ad Oreſt. v. 330. De media tamen id Graecia intelligit Strabo c. l. cum Livio 41, 23, 13. Ceterum idem de Hieroſolymis iactaſſe Rabbinos, Graecos de Athenis, conſtat. Plura contulit Relandus de Palaeſtina 1, 10. Inclaruit in primis oraculo, quod *commune* vocat *generis humani* Livius 38, 48. in. Eius deſcriptionem praeter alios dabit Lucan. 5, 82. ſqq. prolixiorem Diodor. Sic. 16, 26. De divitiis ibi congeſtis disſeruit de Valois in Memoires — de Paris Vol. 3. p. 78 ſqq. ut de oraculo Hardion ibidem. H. *Caſtri* urbs dicitur.

Parnaſos) Hinc *Parnaſius* frequentatur; Παρνασιακὸς legitur in Theoph. hiſt. plant. 5, 3. Antiquius nomen, quod tradit Stephanus, fuit *Larnaſſus* a Deuca-

lionis arca ibi adpulſa. Cf. Schol. Apoll. 2, 713. Cacumen Parnaſi vocat Lucan. 5, 75. quod ſolum in illo diluvio eminuerit. Cf. et Schol. Pindari ad Olymp. 9, 66. Delphorum montem dicit Stephanus, quod ex praecedentibus intelligitur, Phocidis reliqui fere, at Theſſaliae male Servius ad Virgil. Aen. 7, 642. et 10, 163. Secabat idem Locrida in duas partes. (Strabo 9. p. 287. ſ. 416.) Dicaearchus v. 75. ὄρος vocat μέγα καὶ σύσκιον, Pauſan. 10, 8. f. νιφόεντα Παρνασὸν cum Dionyſ. v. 439. *nivalem* Seneca in Oedipo v. 227. καταειμένον ὕλῃ Homer. Odyſſ. 19, 431. Cf. et ſeq. Surgebat, ut ait Vibius Sequ. p. m. 32. duobus verticibus, quod teſtantur plures, ut Lucan. 3, 172. 5, 72. Ovid. Metam. 1, 316. Seneca c. l. Sed v. Heſſelius et Oberlin. ad Vibium p. m. 351. Hinc δικόρυφον σέλας, (Eurip. in Phoeniſſ. v. 235.) ipſe *biceps*, (Seneca in Oed. v. 281.) *uterque*. (Statius Theb. 7, 346.) Duorum verticum nomina commemorat Herodotus 8, 32. et 39. *Tithoream*, (ει) et *Hyampeum*. (ει) De priori nomine cf. Pauſan. 10, 32, 6. Male autem Servius ad Virgil. Georg. 3, 291. Heliconem et Cithaeronem Parnaſi ardua explicat, eiusque partes facit ad Aen. 7, 641. et 10, 163. Sunt enim illi ipſi montes Boeotiae noti. Templa vero ibi erant in uno vertice Dianae et Apollinis, in altero Bacchi. Vid. Schol. Euripidis ad Phoeniſſ. v. 235. Apollini et Baccho maxime ſacra facta eſſe, memorant Pauſan. 10, 32, 5. Lucan. 5, 73. alii. De montis ſanctitate cf. omnino Strabo 9. p. 287. ſ. 417. ubi etiam de antro Nympharum et Corycio, de quo etiam Pauſan. c. l. et Schol. Apollonii ad 2, 713. Euſtathii aetate *Terneſon* vocabant accolae, ut tradit ad Homer. Odyſſ. 19, 432. p. m. 706. Hodie vetus nomen tenere multi ſcribunt.

Thebae) Gr. Θήβη vel Θῆβαι. Illud unice notat Stephanus, et uſurpant plerumque poetae, hoc proſaici auctores, etſi in Homero utrumque etiam reperitur, ut

alias Μυκήνη et Μυκῆναι omnino dici notat Sextus Empir. adverſ. Math. 1, 4. ſ. 154. Inde oritur Θηβαῖος, Latine Thebanus. In numis prima ſyllaba ſaepe conſpicitur per ε, more antiquo, de quo Raſche in Lex. num. T. 5. P. 1. pag. 1920 ſqq. et Eckhel de doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 202. Alia urbis nomina recenſet Ortelius in theſ. Geogr. h. v. Thebarum nomen ducunt a Thebe Pauſan. 2, 5. 2. Stephanus, alii, etſi in parentibus diſſentiunt, de quo vid. Heyne ad Apollodor. 3, 5, 6. Holſten. ad Stephan. p. 136. Aliam originem adfert Malalas in chronogr. lib. 2. p. 20. Ven. Quidam a Syris Phoenicibus ducunt, de quo multa dabit Bochart. in Chanaan 1, 16. cui adde Spanhem. ad Callimach. in Del. v. 87. Murorum exſtructio Zethi et Amphionis lyra in fabulis fertur a multis, quos producit Fiſcher ad Palaeph. c. 42. Homerus Odyſſ. 11, 262 ſqq. ſimpliciter illis urbis et murorum originem adſcribit. Cadmum alii conditorem faciunt, ut Apollodor. 3, 4, 1. Schol. Heſiodi ad ſcut. Herc. 49. — etſi ad arcem propius pertinet *Cadmeam*, cum qua poſtea urbs ipſa eſt coniuncta. (Strabo 9. p. 276. ſ. 401. et alii.) Pauſanias tamen 9, 5, 1. urbem antiquam Cadmeam vocat, quae poſt aucta Thebarum arx fuerit facta. Hinc vero *Cadmeae Thebae* apud Propert. 1, 7. in. Καδμηΐς γαῖα apud Heſiod. in op. et d. v. 162. Vid. Vindingii Hellen. p. 250. (V. 11. Gron. theſ.) Fuerunt tamen, qui Cadmum inſtauratorem tantum facerent, de quo Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 11, 261. p. m. 432. Ipſa urbs ſita erat in media Boeotia, circuitu 60 ſtadiorum, (v. Dicaearch. p. 14. Hudſ. et Dodwellus in diſſert. de eo §. 1.) tota plana, figura rotunda, aquis abundabat, cum et duo fluvii per eam laberentur. Plura invenies apud Dicaearch. p. 14 ſq. Hudſ. qui eam prolixe deſcripſit. Celebrantur 7 eius portae, unde paſſim ἑπτάπυλος vocatur. Vid. Heſiodi Op. et D. v. 162. ſcut. Herc. v. 49. Homer. Il. 4, 406. et quos commemorat Schwartze ad Cellarii Geogr. ant. 2, 13, 305. Earum nomina ex

Euripide conlegit Barnesius ad Euripid. Phoen. v. 1111. Ante Amphiona tamen δωδεκάπυλον fuisse narrat Malalas c. l. Inlustravit eam evexitque Epaminondas, nobilitaverunt Liber et Hercules alumni, (Plin. 4, 12. f. 7.) ex poetis Pindarus, diruit Alex. M. (Diodor. Sic. 17, 13 sq. Iustin. 11, 4, 7. et qui ad utrumque nominantur) ita tamen, ut Pindari familiae penatibusque parci iuberet, (Aelian. V. H. 13, 7. Plin. 7, 30. f. 29. alii) instauravit Cassander. (Diodor. Sic. 19, 54. Pausan. 9, 7, 1.) Omnino multis variisque fatis exercita fuit, quae breviter commemorat Strabo 9. p. 276 sq. f. 401 sq. cuius aetate ad vicum redacta erat vix memorabilem. Pausaniae aetate (9, 7. f.) inferior urbs funditus erat eversa exceptis templis. Fertur autem triplex eius eversio facta ab Epigonis, Pelasgis et Alex. M. Cf. Spanhem. c. l. et quos commemorat. An Ὑποθήβας de hac urbe intellexerit Homer. Il. 2, 505. disputatum est, ut docent interpretes et Schlichthorst in Geogr. Homeri pag. 60. Hodie vocatur *Thiva*, vel, ut alii efferunt, *Stiba*, *Stibes*, *Stives*. Nempe *s* ponitur pro εἰς, ut docent Spon et Wheler in voyage T. 2. p. 52. Quod testes oculati adfirmant, nunc praeter duas portas nihil restat. Ceterum cognomines plures urbes auctores commemorant, tres Schol. Hesiodi ad scut. Herc. v. 49. novem Stephanus et Eustath. ad Dionys. v. 248. plures Ortelius in thes. Geogr. h. v.

Cithaeron) Gr. Κιθαιρών mons prope Thebas. Κιθερώνιον ὄρος vocat Malalas in chronogr. lib. 2. p. 7. Ven. Nomen, auctore Pausania 9. in. tulit a Cithaerone, Boeotiae rege. Cf. Tzetzes ad Hesiod. Opp. p. m. 8. Initium sumebat ab Atticis et Megaricis montibus, et prope Thebas desinebat. (Strabo 9. p. 279. f. 405.) Ad occasum, ut idem tradit, mare Crissaeum spectabat, illudque adeo adtingebat, quod clare intelligitur ex Luciani dial. marin. 9. Excelsitatem eius indicat Euripidis in Bacch. v. 660. quod nunquam in eo nives liquescant.

Ipſius radices adluebat Aſopus. Strabo 9. p. 282. ſ. 409. Euripides in Bacch. v. 748. *ſaltum* vocat Plin. 4, 12. ſ. 7. Fuit in eo nympharum Sphragitidum antrum, et in eo olim oraculum. Vid. Plutarch. in Ariſtide c. 11. Dianae lucum ſub eo commemorat Virgil. in Cul. v. 108. Inde vero deſcendunt Κιθαιρώνειος, (Apollodor. 2, 4, 9.) et Κιθαιρώνιος. (Pauſan. 9, 2, 3.)

fabulis) Varia in iis de eo feruntur, veluti Actaeonis interitus a canibus ſuis dilacerati, (Apollodor. 3, 4, 4. Seneca in Troad. v. 15. —) Penthei caedes, (Euripid. in Bacch. v. 1043. Ovid. Metam. 3, 702 ſq. —) Oedipi expoſitio; (Apollodor. 3, 5, 7. Seneca in Theb. v. 33. et omnino de his tribus factis Pauſan. 9, 2, 3.) leonis Cithaeronei ab Hercule trucidatio, (Apollodor. 2, 4, 9.) quamquam eam Alcathoo tribuit Pauſan. 1, 41, 4. item clades liberorum Niobes ab Apolline facta; (Apollodor. 3, 5, 6. ubi alia adfert Heyne) orgia Bacchi ibi acta. (Apollodor. 3, 5, 1. Virgil. Aen. 4, 301 ſqq. Ovid. Met. 2, 223. 3, 702. Euripid. in Bacch. v. 63. —)

Eleuſin) Gr. Ἐλευσὶς plerumque; an et Ἐλευσὶν in Graecis et Latinis, vid. not. crit. p. 195. Poſterior aetas accuſativum Graecum *Eleuſina*, ut in ſimilibus, mutavit in nominativum Latinum, et per caſus obliquos egit; ſic Oroſius 1, 7. Mamertin. in grat. act. ad Iulian. 9, 3. Geogr. Ravenn. 4, 10. inſcriptio apud Gruter. p. 309, 2. *Eleuſinam* etiam adſperſerant librarii Ciceroni de N. D. 1, 42. Cf. ad Liv. 31, 25. in. Magis barbarum eſt *Eleuſinum*, de qua forma vid. Muncker. ad Hygin. fab. 147. f. qui tamen pro *um* vult *am*. Incolae Ἐλευσίνιοι. Latini etiam *Eleuſinus*, ut *Eleuſina mater* de Cerere Virgil. Georg. 1, 163. et ſic poſteriores, ut Arnobius, Lactantius, Martianus Capella ſaepius, probavitque omnino Salmaſ. ad Lampridii Alex. Sever. c. 18. et plura exempla congeſſit Arntzen. ad Aurel. Vict. in

Caef. cap. 14. In bonis tamen auctoribus, ubi paffim haec forma adparet, non temere eam admittendam effe pluribus contendit Oudendorp. ad Sueton. Claud. c. 25. Caufam nominis variam adlegant. Alii ducunt ab Eleufine, Triptolemi patre, Mercurii vel Ogygi filio. Vid. Paufan. 1, 38, 7. Suidas et Harpocration h. v. Alii ab ἐλεύθω, de adventu Cereris, cum quaereret filiam raptam, ut Ariftid. T. 1. p. 257. ed. Iebb. Etymol. M. h. v. ab advecto primum frumento Diodor. Sic. 5, 69. Solus, quod fciam, Orofius 1, 7. conditorem et regem facit Ogygum, cuius tempore diluvium in Achaia effufum et inde Ogygium dictum eft. Ogygum quidem, quod ex Paufania 9, 5, 1. intelligitur, fibi adferunt Thebani, unde et *Boeotiam Ogygiam* dictam effe, fupra indicavi. Attamen et Eleufinios eum fibi vindicaffe, docet idem Paufanias 1, 38, 7. Oppidum vocant plures, ut Scylax p. 21. Hudf. Strabo 9. p. 272. f. 395. Paufan. c. l. — δῆμον Stephanus h. v. Numi adpofitam oftendunt fcrofam, gratiffimam Cereri victimam. Cf. Rafche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 585. et Eckhel de doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 222. Celebrem urbem in primis reddiderunt fanum Cereris et facra Eleufinia, Cereris myfteria, de quibus plures dixerunt, in quibus Ariftides in orat. Eleufin. T. 1. p. m. 256. et Iebb. in notis p. 560 fqq. Meurfius in primis, cuius opibus reliqui fere creverunt, in Graecia feriata, Warburton the divine legat. of Mofes V. 1. Sect. 4. de Bougainville in Memoires de l'academie des infcr. — de Paris T. 21. p. 83 fqq. Bacchius in disput. Lipf. 1744. qui tamen fere Warburtonum exfcripfit, Potterus in Archaeologia Gr. T. 1. p. 851. (ed. Ramb.) Banier in Götterlehre V. 4. p. 94 fqq. et quos produxit etiam Meufel. in bibl. hift. Vol. 3. P. 2. p. 272. Forelius et Meiners. Urbis antiquitatem et fata enarrat Vindingii Hellen p. 243. (in Gron. thef. V. 11.) Situm templi, quod Paufanias (v. 1, 38, 6.) fomno prohibitus defcribere non audebat, declaravit Homer. in Cer. v. 279.

Hodierna eius rudera vidit et enarravit Foucherot et explicavit St. Croix. Hodie urbs ad vici tenuitatem delapsa est, ut refert Chandler in Reisen in Griechenland p. 268. Cf. etiam Pococke Reisen T. 3. p. m. 242 sq. ubi hodiernum nomen adponitur *Lessina.*

clariores quam) Plin. 4, 11. s. 7. sic: *civitas indiga nullius praeconii amplius; tanta claritas superfluit.* Ita vero de locis celebribus et in vulgus notis loqui solent auctores. Sallust. Iug. cap. 19. *De Carthagine silere melius puto, quam parum dicere.* Mela 2, 4, 2. *Roma, si pro materia dicatur, alterum opus.* Sidon. Apollinar. 1. epist. 1. de Marco Tullio: *silere in epistolari stilo melius puto.* Liv. 22, 54, 8. *quae non adgrediar narrare, quae edissertando minora vero fecere.* Omitto poetarum oratorumque in his notandis formulas.

Athenae) Gr. Ἀθῆναι, quamquam etiam singulari numero a Graecis efferri notat Eustath. ad Homer. Il. 1, 366. Il. 2, 498. etsi repugnante Casaubono ad Strabon. 9. p. 282. s. 409. Inde Ἀθηναῖος, Latinis *Athenienfis.* Passim tamen etiam, in posterioris maxime aevi scriptoribus *Athenaeus* reperitur, ut *Romaeus*, de quo cf. Muncker. ad Fulgentii Mythol. 1. p. 608. Staver. et, quem laudat, Salmas. ad Tertulliani pallium pag. 129. Cf. et Staveren. ad Nepot. 8, 2, 1. ubi etiam *Actaei* dicuntur, qui sunt usitatius Athenienses. Ἀθηναία χώρα rariori usu pro Ἀττικὴ dicitur a Scylace p. 21. Huds. ut et ibi notat Vossius. De Graeco feminino, Ἀθηναια, utrum de sola Minerva, an etiam de aliis feminis dicatur dicique possit, disceptant Grammatici, et fere negant, etsi exempla posterioris usus reperiri concedunt. Vid. quae disseruit Suidas h. v. ex Eustathio adferuntur ad Stephanum p. 45. a Berkelio et interpretes notant ad Hesych. T. 1. p. 127. Nempe Ἀστὰς et Ἀττικὰς rectius dici contendunt. Antiquum nomen fuit *Cecropia* a Cecrope impositum, quo no-

mine post sola arx vocata est, auctore Plinio 7, 57. s. 56. et ex eo Isidor. orig. 15, 1. quamquam id nomen alii regioni tribuunt, ut Apollodor. 3, 15, 1. Stephan. h. v. — quemadmodum Strabo 9. p. 273. s. 397. ad totam regionem referre videtur. Nomen *Athenae* plerumque ab Minerva (Ἀθήνη) derivant, cuius certamen cum Neptuno de hac urbe celebratur. Vid. Apollodor. 3, 14. Hygin. fab. 164. qui urbem etiam ab ea conditam narrat. Erechtheo regnante (unde *Erechtheae arces* ap. Ovid. Metam. 8, 547. et quae Politus habet ad Eustath. in Homer. T. 2. pag. 592.) id factum esse scribit Scymnus v. 563. Amphictyonem nominis auctorem fert Iustin. 2, 6, 9. Thesea Plutarch. in Thes. cap. 24. Cecropem Tzetzes Chil. 5. hist. 18. et quae sunt alia notata a Vindingio in Hellene pag. 183 sq. Etymologias varias et incertas non moror. Tenuerunt eam olim Pelasgi, et Cranai dicti, post Cecropidae, dum ab Erechtheo novum nomen sortita est, ut refert Scymnus v. 558 sqq. secutus Herodotum 8, 44. Ex posterioribus incolis Athenienses secernit ab Atticis Dicaearchus pag. 8. Hudf. Vulgatam urbis celebritatem prolixius describit Dicaearchus c. l. quam dederunt theatrum Iovis, Minervae — templa, gymnasia tria, et quod ex ea urbe humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges aliaque bona per terrarum orbem distributa putantur. (Cicero pro Flacc. c. 26.) Vetustatem eius tantam iactabant, ut cives ex se suos genuisse crederent; unde αὐτόχθονες. Ipsa κατ' ἐξοχὴν dicta est ἄστυ, Latinis etiam passim. Sed ea omnia sunt nota, vel facile inveniuntur. In numis plerumque Minervae caput adpositum est, vel noctua Minervae sacra et ibi frequens. Vid. de iis Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1216 sq. Urbs florentissima et potentissima tandem Macedonibus parere cogebatur, ex quo varias fortunae vicissitudines experta est. Romanorum ditioni adiecit Sulla, gravissime vexatam, impetrata tamen venia libera fuit Strabonis aetate. (9. p. 274. s. 398.) Hinc *liberam civitatem* vocat etiam Plin. 4,

11. ſ. 7. Murum a Sulla deſtructum refecerunt Imper. Valentiniano, ut narrant Zoſimus 1, 29. Zonaras 12, 23. Syncellus p. 303. ſ. 381. Sed de his hiſtorici conſuli poſſunt, et quos recenſet Meuſelius in bibl. hiſt. Vol. 3. P. 2. p. 212 ſq. H. vocatur a paucis *Satines* ſec. Harduin. ad Plin. c. l. a plerisque *Atina*, vel etiam *Athini*, ut a Chandlero in Reiſen in Griechenland p. 48. qui et magnitudine et frequentia ſatis adhuc conſpicuam eſſe tradit. Cf. etiam de antiquitatibus Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 457 ſqq. et Spon et Wheler voyage T. 2. p. 59 ſqq. Reſtant hodie adhuc (a. 1801.) templum Iovis Olympii, columnis 16 pedum impoſitum, et Minervae, et alia quaedam. Angli nunc, quae ſub terra adhuc latent, effodiunt.

Megara) Gr. Μέγαρα, (τὰ) Latinis, ſi quidem libris confidas, etiam femininum eſt, ut Ciceroni de divin. 1, 27. Livio 31, 22, 6. — quae tamen ſordes videntur librariorum aliis etiam nominibus adlitae, ut Abdera, Patara, Hieroſolyma et alia. Cf. not. criticae ad 2, 3, 7. ad *Megaram*. Cives Μεγαρεῖς, ut ſaepe in numis. Alia dabit Stephanus h. v. Latinis *Megarenſes*, in Plinio tamen 4, 11. ſ. 7. ſi recte editur, *Megarienſis* exſtat. Alia in Lexicis ſunt expoſita. Urbs antea dicta eſt *Niſa*, de quo cf. Pauſan. 1, 39, 5. *Megara* dicta eſt a Megareo, ut tradit idem c. l. Stephanus h. v. Scymnus v. 505. aliique, etſi in parentibus disſentiunt. Vid. Vindingii Hellen. p. 174 ſqq. ubi multa invenies, et Heyne ad Apollodor. 3, 15, 8. Subiicit tamen Stephanus aliam nominis cauſam ab aſperitate regionis ductam, in quam inquirit Berkelius p. 543. Atticae olim partem fuiſſe ſupra notavi, poſt a Peloponneſiis, maxime Corinthiis et Meſſeniis inde eſt detracta. Quorum plurimi cum eſſent Dores, incolas ex Ionibus, quales ante fuerant, fecerunt Dores. (Strabo 9. p. 230. ſ. 393. Vellei. 1, 25.) Hinc Dorica urbs vocatur apud Scymnum v. 501. linguaeque et morum mutatio

facta. (Paufan. c. l.) Vid. Blanchard recherches fur la ville de Megare en Achaie in Memoires — de Paris T. 16. p. 120 fqq. Ipfa urbs poftea regioni nomen dedit. (Plin. 4, 11. f. 7.) Situm notat Stephanus circa Ifthmum inter Peloponnefum, Atticam et Boeotiam. Portum urbi dat Scylax p. 21. Hudf. *Nifaeam* ἐπίνειον alii, ut Strabo 8. p. 230. f. 334. 9. p. 270. f. 391. Stephanus, Paufan. 1, 39, 4. — quod Nifi memoriam propagavit, (cf. Plutarch. in Qu. Gr. pag. 182. Lipf.) adeoque Nifaeos dictos effe Megarenfes adparet ex Apollonio Rh. 2, 747. et Diodoro Sic. 11, 54. ubi cf. Wefleling. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 13, 391. Poetae etiam, Pindarus maxime, Νίσου λόφας, ut docet Cellarius, de Megaris dicunt. Urbis et regionis fata varia expofuit Vindingius in Hellene c. l. ex auctoribus et praeterea hiftorici. Inclaruit in primis philofophorum fchola, qui, etfi Euclide auctore, ab urbe tamen *Megarici* vocati funt. (Cic. acad. quaeft. 4, 42. Strabo 9. p. 271. f. 393. Diogen. Laert. praef. §. 13. 2, 10.) Hinc μεγαρίσαι apud Suidam T. 2. p. 516. eft illam fectam fequi. Cives porro habuit claros *Euclidem, Stilponem, Theognidem* — Mores civium fraudulenti in proverbiis etiam notantur, quo fpectant *rifus Megaricus*, *lacrymae Megarenfes*, de fictis, *Megarenfis ars*, de dolis. Stetit urbs Strabonis aetate. (c. l.) Nomen prifcum retinuit, (Chandler p. 276. c. l.) fed locus eft tenuis et vilis, a quo tempore Veneti maxime illum devaftarunt a. 1687. Multa ibi rudera confpici, ex quibus prifca opulentia intelligi poffit, narrat Lucas voyage dans la Grèce (1712.) T. 1. p. 284. Olim adeo colonias deduxerat, ex quibus Mela commemorat *Afiacon* (1, 19, 4.) et *Calchedona*. (1, 19, 5.)

Argos) Gr. τὸ Ἄργος, Latini fere vocant *Argi*, ut Liv. 29, 18, 16. et alibi, Virgil. Aen. 1, 24. 285. 295. Lucan. 10, 60. — idque adeo purae Latinitatis cenfet Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 520. alterum helle-

nifino tribuendum; an recte, dubito. In poetis etiam *Argi* paffim pro Argivis f. Graecis ponitur. Sed et *Argos* praeter Noftrum agnofcunt alii, ut Plinius 4, 9. f. 5. Ovid. Metam. 2, 239. Horat. 2. od. 7, 9. — idque docuerunt Servius ad Virgil. Aen. 1, 24. Leopardus in emend. 5, 16. Salmaf. de L. Hellen. p. 287. 301 fq. quos quidem memorat Staveren. ad Hygin. fab. 145. p. 253. Inde fit ufitate Ἀργεῖος, etfi ob ει id a conditore Argo ducit Stephanus, Latine Argivi, de quo etiam monuit Servius ad c. l. Fuerunt tamen plures cognomines urbes, quas recenfent Stephanus h. v. Euftathius ad Dionyf. v. 419. Ortelius in thef. Geogr. h. v. Cf. et Staveren. ad Hygin. c. l. ubi de pluribus disferitur. Neque enim femper fatis accurate indicant et diftinguunt auctores, immo paffim discrepant. Accedit alia difficultas, quam obiicit Homerus, quippe qui varie ponit Argos, adeoque ad Peloponnefum totam et Graeciam refert, de quo disquirit Strabo 8. p. 255. f. 569. Cf. etiam Schlichthorft in Geogr. Hom. p. 21. Alii paffim cognomina addunt, etfi nec in iis fibi femper conftant, ut mox adparebit. Certior eft ratio, fi ex nexu adiunctisque fitus ftatuatur. Noftrum Argos ad Peloponnefum pertinet, quamvis et hic impedit Plin. 4, 9. f. 5. qui inter Inachum et Erafinum Argos ponit, et poft iterum aliis quidem cognominibus in tractu a Scyllaeo ad Ifthmum; qui commifcuiffe videtur, et quam urbem vario cognomine notatam invenerat, diverfam putavit et fecit. Habet quidem etiam Stephanus praeterea *Argos Argolicum*, fed id nullum aliud effe poteft. Expediri tamen poffit Plinius, fi τὸ *alias* fuperius Argos indicat fic, ut in eius mentione iterata alia tantum cognomina adiiciat praeter *Hippium* Argos, noftrum ita per nexum, et quod πόληες etiam praemittitur, intelligit certe Homerus Il. 2, 559. 4, 52. Antiquiora urbis nomina adfert Stephanus h. v. et, qui eum fequitur, Euftath. ad Dionyf. v. 419. ut Φορωνικὸν ἄστυ, Αἰγιάλεια, ἱππόβοτον, Ἴασον, δίψιον,

quibus ex Sophocle Euſtathius addit Δωρικὸν et Ἀπίαν γῆν, quae fere ſunt potius cognomina ex Homero partim ſumta vel periphraſes, quarum cauſas vel ipſi illi auctores ſubiiciunt, vel Apollodor. 2, 1. in. explicat, ut taceam, pleraque ad Peloponneſum pertinere, uti Apollodorus docet, et Berkelii notae ad Stephan. p. 157. Argos autem nomen accepiſſe referunt ab Argo, etſi in eius origine, ut fit, discrepant. V. Hygin. fab. 145. in. Stephan. h. v. quod de ipſa regione adfirmat Pauſan. 2, 16. in. de tota Peloponneſo Apollodor. c. l. ubi cf. Heyne. Noſtrum *Hippium* vocat Plin. 4, 9. ſ. 5. quod eſt Homeri Il. 2, 287. 3, 75. ἱππόβοτον, etſi ad regionem vel Peloponneſum, alii ad Theſſaliam referunt. Vid. Euſtath. ad 2, 75. Strabo 9. pag. 255. ſ. 369. κοινῶς dictum eſſe ἱππόβοτον et ἵππιον cenſet, quod per nexum valet de Peloponneſo vel etiam de urbe. Varro de R. R. 2, 1. oppidum in Graecia, cuius pars Peloponneſus, equis celebre, ἵππιον Ἄργος, commemorat. Idem intelligit Horat. c. l. ubi eſt *aptum equis Argos.* Porro *Inachium*, quod Plinius c. l. adfert, (cf. et Virgil. Aen. 7, 286.) facile explicatur ab adluente fluvio Inacho, et, quod addit *Dipſium*, ſumtum eſt ab Homero Il. 4, 171. ubi tamen eſt πολυδίψιον. Tum vero, quod poteſt, ſingulas voces ſeparatim intellexit, et δίψιον ſolum remanſit, quod et ſolum adfert Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Nominis eius cauſas cum recenſere prolixum ſit, et longius abducat, dabunt Strabo 8. p. 255. ſ. 370. Euſtathius aliique interpretes ad Homer. c. l. Cf. Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 22. qui recte monet, ad totam ibi Peloponneſum Argos proferri, quod et nexus probat novitque iam Strabo. Male vero *Dipſium* haud longe ab Athenis (voluit Mycenis) ponit Servius ad Virgil. Aen. 7, 286. De ſitu Strabo haec: Πόλις Ἀργείων (ſic enim vocat) ſita erat maximam partem in campo plano, habuitque arcem Lariſſam, collem mediocriter munitum, in eoque Iovis templum. Iunonem autem ibi in primis cultam fuiſſe urbemque

foviſſe, notum eſt. Hinc et Ἥρη Ἀργείη Homer. Il. 4, 8. ubi Euſtath. Cf. v. 52. Eadem et in numis commemoratur, et apud Gruterum in inſcr. p. 24. Fuit olim urbs *florentiſſima*, (Oroſ. 4, 2. f.) διασημοτάτη, (Stephanus) ἐνδοξοτάτη. (Strabo 8. p. 259. ſ. 376.) Varia eius fata et viciſſitudines commemorant Strabo c. l. et Pauſan. 7, 17. Portum habuit Naupliam, (proprie Argorum urbem ſec. Stephanum) uti notant Scylax p. 19. Hudſ. qui πόλιν et λιμένα vocat, et Strabo 8. p. 254. ſ. 368. Λιμένα Ναυπλίειον vocat Euripides in Oreſte v. 54. ubi cf. Schol. Urbs enim Argos procul a mari et in mediterraneis fuit, quibus et adnumerat Ptolem. 5, 16. ubi etiam adtingit Naupliam ἐπίνειον. H. nomen antiquum tenet (Chandler p. m. 526.) et *Nauplia* vocatur *Napoli di Romania*. (Idem p. 523.) In Argivorum numis Apollo Lyceus adparet, vel anterior lupi pars, non mus, ut dicit Pollux 9, 6. ſ. 84. Vid. Corſini faſti Attici T. 2. p. 154. et Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 287.

Mycenae) Gr. Μυκῆναι, vel, quod monent Sextus Empiricus adverſ. Mathem. 1, 7. ſ. 154. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 569. ἑνικῶς etiam Μυκήνη. Sic certe Homerus Il. 4, 52. Sil. Ital. 1, 27. Cf. ſupra *Thebae*. Inde deſcendunt Μυκηναῖος et Μυκηνεὺς, ut notant Stephanus h. v. et Euſtath. c. l. Illud uſitatius. Latini dicunt *Mycenaeus* et *Mycenenſis*, ut docent Lexica. Conditorem Perſea ſat multi narrant, in quibus Strabo 8. p. 260. ſ. 377. Pauſan. 2, 16, 5. Plutarch. de fluviis ſ. v. *Inachus*, Stephanus h. v. Hygin. fab. 275. f. aliique, quos ibi addit Muncker. Moenibus urbem cinxiſſe ſcribit Apollodor. 2, 4, 4. quae quidem tam firma fuerunt, ut, teſte Pauſania 7, 25, 5. a Cyclopibus exſtructa dicerentur. Stephanus tamen alium etiam conditorem Myceneum (ε) commemorat. Magis variant in nominis cauſis, quas cognoſcere licet ex Stephano, Plutarcho c. l. Nicandro in Alexiph. v. 103. Pauſania c. l. Euſtathio ad Il. 2, 569.

et quae notant Schol. Nicandri ad c. l. et Politus ad Eustath. T. 2. p. 608. Tenuit olim Agamemnon, ut ex Homero Il. 2. 569. intelligitur, qui eum etiam alibi (Il. 7, 180. 11, 46.) βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης adpellat, nisi ad regionem referre malis, de qua mox. Illo certe tempore floruisse, docent epitheta adiecta, veluti εὐκτίμενον πτολίεθρον, (Il. 2, 569.) εὐρυάγεια. (Il. 4, 52.) Hinc *Agamemnonias* vocat Virgil. Aen. 6, 839. Cf. Sil. Ital. 1, 27. Eadem de caussa, quod olim Pelops tenuerat, *Pelopeïades* vocat Ovid. Metam. 6, 414. et Fastor. 3, 83. Post Pelopidarum imperium occuparunt Heraclidae, (Strabo 8. p. 260. f. 377.) ex quo tempore deminuta est, (Strabo 8. p. 257. f. 372.) quod quidem aquarum penuriae tribuit Aristoteles Meteorol. 1, 14. Postero tempore Argivi plane destruxerunt, et agros diviserunt. (Strabo priori loco, Pausan. 2, 16, 4. Diodor. Sic. 11, 65. —) Strabo quidem dicit inde et suo tempore οὐδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι, quod tamen non ad amussim verum esse docet Pausanias, qui, etsi eodem fere modo cum aliis quibusdam πανωλέθρους ἐρημωθῆναι scribit 8, 33. eius tamen non rudera solum memorat 2, 15, 4. sed et indicat aliquas partes 2, 16, 5. Copiosius ea omnia exposita dabit Vindingius in Hellene pag. 42. (Vol. 11. Gronov. thes.) Sensim autem decrevisse, dum plane deficeret, intelligitur ex Thucydide 1, 10. in. qui refert, tempore belli Peloponnesiaci, ante quod Argivi exciderant, μικρὸν πόλισμα fuisse. Sic et in Macedonico Romanorum bello prodit apud Polyb. 16, 16, 4. Sed si superiora conferas, mirum videatur, cur Mela memoret cum Plinio 4, 9. f. 5. Antiqua tamen saepe sequi, passim adparuit. Porro notat Strabo 8. p. 260. f. 377. a tragoediarum scriptoribus, ab Euripide in primis, Argos et Mycenas promiscue poni, idque tribuit utriusque viciniae; distabant enim, quod refert in priori loco, 50 circiter stadiis. At id forte significat potius totam eam regionem, quae coniunctis Mycenis et Argis earumque agris in unum

regnum coaluit, cuius urbes primariae indicium exhibent. De commiſtione autem ipſa vid. quae monent Penzel ad Strabon. V. 2. p. 1566. et Staveren ad Hygin. fab. 278. f. Hodie ibi pagus cernitur, quem *Mycene* vocat Büſching Vol. 1. T. 2. p. m. 1799.

templum) Graecis uno verbo dicitur Ἡραῖον i. e. ναὸς τῆς Ἥρας, ut interpretatur Schol. Thucyd. ad 1, 24. et ſic ipſe habet Thucyd. 4, 133. ubi quidem ponit ἐν Ἄργει ſenſu latiori, vel quod poſſet propter viciniam ad urbem referri. Ita vero ſolebant ſuis nominibus diſtinguere Deorum Dearumque templa, v. c. Ἀρτεμίσιον, Ποσειδώνιον, Θεσμοφόριον, Ἀνακτόρειον — Situm vero erat inter Argos et Mycenas, ab illo diſtabat 40, ab his 10 ſtadiis, ut ſcribit Strabo 8. p. 254. f. 368. vel, ut Pauſanias 2, 17, 1. a Mycenis 15. Ἔξω τοῦ ἄστεος igitur ponit Palaephatus c. 51. Stabat, Pauſania teſte, in Euboeae montis planiore parte, et conditorem habuerat Eupolemum Argivum. Ornabant illud egregia opera multa, quae ibi recenſet. In donariis erat celebre illud Euphorbi ſcutum, quod ſuum agnovit Pythagoras. Vid. Ovid. Metam. 15, 164. et qui ibi laudantur. In Apollinis tamen fano apud Branchidas ſuſpenſum illud fuiſſe tradit Diogen. Laert. 8, 1, 4. Cultus feſtorumque ſolemnitatem deſcribit Herodot. 1, 31. Plura dabit Meurſius in Gr. feriata ſ. v. Ἡραῖα p. 130 ſqq. De Iunone Argiva ſupra eſt dictum. Cf. etiam Spanhem. ad Callim. in Del. v. 74. et de Heraeo in primis Palmerius in Gr. ant. 2, 10. p. 352. Aſylum ibi fuiſſe, diſcitur ex Ampelio cap. 8. certe ſubplices ibi conſediſſe et rogaſſe, patet ex Thucydide 1, 24. quamquam id non huius templi proprium, ſed commune etiam fuit aliorum.

Therapne) Gr. Θεράπνη, Pauſan. 3, 14, 9. 19, 9. 20, 1. Pindar. Iſthm. 1, 43. Sil. Ital. 6, 303. — vel etiam Θεράπναι, Stephanus h. v. Strabo 9. p. 282. f. 409.

Isocrates in Helenae encomio p. 518. ed. Wolf. Suidas, Harpocration h. v. Statius Theb. 3, 422. — Inde Θεραπναῖος etiam Latinis, ut Ovidio, Silio, Statio. Plinius 4, 8. s. 5. in hoc situ habet *Theramne*, ut olim legebatur in Stephano Θεράμναι, de qua confusione dictum in not. crit. pag. 197. Nomen traxisse ferunt a Therapne, Lelegis filia, ut Pausan. 3, 19, 9. Cf. Barth. ad Statii Theb. 3, 422. Adpellatur varie; πόλις Pausaniae 3, 14, 9. χωρίον eidem 3, 19, 9. τόπος Harpocrationi c. l. — Distinguunt tamen πόλιν et τόπον Stephanus et Schol. Apollonii ad 2, 163. quorum ille in hoc Dioscuros cultos fuisse narrat, quod omnino de Therapnis adfirmant Isocrates c. l. et Schol. Pindari ad c. l. hic Apollini sacrum locum fuisse scribit, unde et *Apollineas Therapnas* vocat Statius Theb. 3, 422. Dianam ibi primum cultam fuisse adfirmat Solin. 13. s. 7. Κώμην vocat prope Spartam Schol. Pindari ad c. l. quosdam adeo Spartam adpellasse tradit Stephanus, sed, quos ego novi, Spartae locum potius faciunt. Inclaruit Helenae natalibus, unde Ovid. epist. 16, 196. *rure Therapraeo nata puella* dicitur. Cf. idem in A. A. 3, 49. — Sepultam ibi etiam fuisse tradit Pausan. 3, 19, 9. Intercidisse videtur post Plinium. Ignorat enim Ptolemaeus.

Lacedaemon) Gr. Λακεδαίμων, unde *Lacedaemonius*, *Laco* et alia, quae notat Stephanus et libri subministrant. Λακεδαιμονία legitur apud Strabonem vulgo, de quo dixi in notis ad lib. 8. p. 80. Nomen, ut regio, nacta est a Lacedaemone, quem Iovis et Taygetes filium ferunt. Sic Apollodor. 3, 10, 3. Pausan. 3. in. etsi hic de regione loquitur. Sed ad urbem ideo potest traduci, quia id nomen a regione sumsit, ut diserte tradit Pausan. 3, 11, 1. et satis praeterea notum est, de quo supra. Alii a sortitione facta nomen ducunt, ut Stephanus h. v. Eustath. ad Homer. Il. 2, 581. ex quo ille suppleri potest. Cf. Politus ad Eustath. T. 2. pag. 620. Conditores

Euryſthenem et Proclem facit Scymnus v. 530. de quibus cf. Pauſan. 3, 1, 6. qui cum principes ex progenie Herculis Spartae reges fuerint, (Nepos 17, 1, 2.) Heraclidae autem cum Dorienſibus 80. poſt Troiam captam anno Peloponneſum tenuerint, (Thucyd. 1, 12.) facile adparet, cur et quatenus Lacedaemonem a Dorienſibus conditam fuiſſe tradat Thucyd. 1, 18. et cum Scymni narratione conſentiat. Hinc porro intelligitur, cur Dorienſium nomine ſuperbierint Spartani, de quo v. Valckenar. ad Herodot. 3, 56. et qui addi debet Schol. Pindari ad Iſthm. 1, 43. De Procle autem cf. Strabo 10. p. 331. ſ. 481. conſ. 8. p. 251. ſ. 364. Eadem vero urbs dicitur etiam promiſcue *Sparta.* Cf. Pauſan. 3, 11, 1. Stephanus, Oroſ. 1, 21. alii. An ſic in Homero, disceptatur. Videtur id quidem in locis, ubi Menelai ſedem vel Spartam dicit, vel Lacedaemonem, ut Odyſſ. 1, 285. conſ. 3, 326. 4, 1. ubi idem monet Schol. Alibi (Il. 2, 581.) diſerte diſtinguit, ut duae diverſae urbes fuiſſe videantur, vel prius ad totam regionem referendum ſit; quod quidem magna opera impugnat Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 40. propter adiectam vocem κοίλην et obſtantem difficultatem tollit explicatione Euſtathii, qui alteram urbis partem Spartam, alteram Lacedaemonem a quibusdam vocatam eſſe adfirmat. Cf. Euſtath. ad Il. 2, 582. ubi etiam aliorum opiniones commemorantur. Sed cum hoc dubium ſit, et utrumque nomen de eadem urbe adhiberi conſtet, in illo nexu vix ferendum eſt, et melius cum Scholiaſte et aliis Lacedaemon ad regionem transfertur, quam κοίλην recte etiam adpellari poſſe docet Strabo 8. p. 250. ſ. 363. certe maximam partem inter Taygetum montem et Parthenium, quibus incluſa erat. Cf. Schol. Homeri ad Il. 2, 581. et Politus ad Euſtath. T. 2. pag. 620. Et ſic ſaepe Homerus in recenſu illo populorum nomina regionum praemittit, ut Euboeae, Arcadiae — Ceterum ex iis, quae ſupra notavi, conſtat, Lacedaemonem de regione ſaepe poni. Cf. Strabo 8.

p. 253. f. 367. praeter Euftath. c. l. De duplici autem nomine urbis hoc tenendum eft. Nomen antiquius et verius fuit Sparta, cui denique acceffit nomen regionis, quod confirmant Paufan. 3, 11, 1. Stephan. h. v. Conftantin. Porphyr. de them. 2, 6. — Spartae nomen varie explicant: Paufan. 3. in. a Sparta, Lacedaemonis uxore; a Cadmi fociis, qui Σπαρτοὶ dicuntur, alii, vel a Sparto, de quo cf. Stephanus et Euftath. ad Homer. Il. 2, 582. et, qui plures producunt, Meurfius in Mifcell. Lacon. 4, 10. et Vindingius in Hellene p. 78. Hoc notandum videtur, quod Spartani vel Spartiatae (qui inde derivantur) etiam Lacedaemonii nominantur, non contra aliarum urbium Laconices incolae Spartani, fic ut differant Spartani et Lacedaemonii, ut pars et totum, de quo vid. Bofius ad Nepot. 9, 1. in. Weffeling. ad Diodor. 11, 4. et Valckenar. ad Herodot. 7, 234. — Urbem praeterfluebat Eurotas, (Liv. 34, 28. in. et alii) et quidem ab ortu. (Polyb. 5, 22. in.) Formam habebat rotundam et fita erat in planitie. (Polyb. c. l. Strabo 8. p. 250. f. 363.) Suburbium olim ob ftagnantes aquas dictum eft *Limnae*. (Strabo c. l.) Caruit antea moenibus, quod vel ex Livio 34, 38. in. Nepote 17, 6. in. notum eft. Cf. etiam Drakenborch. ad Liv. 39, 37, 5. Primum ea exftructa funt, cum Caffander Graeciam invaderet, ut refert Iuftin. 14, 5, 6. vel, quod adfirmat Paufan. 7, 8, 3. cum Pyrrhus et Demetrius Spartam obpugnarent. Validiora fecit Nabis, disiecerunt Achaei, et fic poftea varias fubierunt mutationes, de quibus, ut omnino de Sparta, expofuerunt Cragius, Meurfius aliique plures, quos recenfent Meufel. in bibl. hift. Vol. 3. P. 2. p. 223 fqq. et Heyne de Spartanorum republ. T. 9. comment. Goetting. p. 4. Memorabilia complexus eft Euftath. ad Homer. Il. 2, 581. Olim in celeberrimis urbibus fuit, Strabonis etiam aetate. (Strabo 8. p. 259. f. 376.) Notus Lycurgus legislator. H. vocatur *Mifitra*, parva eft, fine muris etiam et cum

vilibus aedificiis. Vid. Lucas voyage dans la Grèce — T. 1. p. 34.

Amyclae) Gr. Ἀμύκλαι, et inde Ἀμυκλαῖος, quod exceperunt Latini, Ἀμυκλαιεὺς et Ἀμυκλαΐτης, ut tradit Stephanus et ex eo Euſtath. ad Homer. Il. 2, 584. Nomen urbs nacta eſt ab Amycla, Lacedaemonis filio. (Pauſan. 3. in. Stephan. h. v. Euſtath. c. l. et ad Dionyſ. v. 419.) Ab urbe Sparta diſtabat circiter 20 ſtadiis, (Polyb. 5, 20, 12.) nec procul remota fuiſſe videtur ab Eurota, quem inde *Amyclaeum fluvium* vocat Nicander in Ther. v. 994. Sita erat in amoeno agro, qui praeſtantibus arboribus frugibusque optimis abundabat, ut diſerte refert Polyb. c. l. Cf. Liv. 34, 28. Hinc *virides Amyclae* apud Stat. Theb. 9, 769. etſi Barthius minus bene ad viridans marmor, quod ibi effodiebatur, unice referre malit. Sic *Amyclaeam herbam* laudat Valer. Flacc. 1, 426. Celebre ibi porro fuit templum Apollinis, (Strabo 8. p. 250. ſ. 363. et in primis Polyb. 5, 19.) unde *Apollineas* vocat Statius Theb. 4, 223. Idem etiam cum Sil. Ital. 2, 434. *Ledaeas* dicit, quia Leda ſedem ibi habuiſſe traditur, et hinc *Amyclaeus Pollux* in Virgilio Georg. 3, 89. Vulgo narrantur ſilentio periiſſe, cum temere nunciato hoſtium adventu lege cautum eſſet, ne quis unquam hoſtium adventum narraret, et ſic vere adveniente hoſte captae ſunt. Hinc Silius Ital. 8, 530. *quas evertere ſilentia, Amyclae*, et in Virgilio Aen. 10, 564. *tacitae* vocantur, etſi varias eius cauſas ferri docet ibi Servius, plerique etiam ad Italiae Amyclas referunt. De re vid. Eraſmus in adagiis 1, 9, 1. et qui disquirit Heyne ad Virgil. c. l. in excurſu 2. Hoc conſtat, cum, Peloponneſo a Dorienſibus et Heraclidis occupata, Achaei aliquot Laconicas urbes tenerent, Amyclas a Dorienſibus ſ. Lacedaemoniis captas fuiſſe everſasque. Vid. Pauſan. 3, 2, 6. et 12, 7. Teſtantur eam everſionem multi, ex qua in vici formam redactam fuiſſe narrat idem Pauſan.

3, 19, 5. Cf. Vindingii Hellen p. 118. Meursii Miscell. Lacon. 4, 3. Heyne c. l. Inde vero Amyclarum taciturnitas in proverbium et ad comparationis usum transiit, ut adparet ex Ausonio de professor. 16, 6. Sidonio Apoll. epist. 8, 6. — Ἀμυκλαΐδες porro, calceamenti genus, (Eustath. ad Homer. Il. 2, 584.) commemorantur, quibus usus est Empedocles. Suidas et Pollux h. v. omnino. H. *Sklavachori.* Adiit locum Fourmont, qui eum invenit ad radices Taygeti montis in campo 2 miliaribus Gallicis a Sparta versus austrum, etsi in intervallo non constat. Vid. hist. de l'academie des inscrr. T. 16. p. 101. Multa autem de Amyclis diligenter conlecta et exposita dabunt Heyne antiquarische Aufsätze P. 1. p. 77 sqq.

Taygetus) Gr. fere Ταΰγετον, quamvis et masculino et feminino genere efferri adfirmat Stephanus h. v. *Taygeta* Latinis passim etiam in plurali dicitur, ut Virgilio Georg. 2, 487. Statio Achill. 1, 427. Vibio de montibus h. v. et aliis, maxime poetis. Occurrit etiam in Homero Odyss. 6, 103. Nomen traxit a Taygete nympha, cum antea *mons Amyclaeus* vocaretur, ut tradit Plutarchus de flumin. s. v. Eurotas. Cf. et Stephanus et Pausanias 3. ir. Describit eum Strabo 8. p. 250. s. 363. sic: ἔστιν ὄρος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὑψηλόν τε καὶ ὄρθιον συνάπτον κατὰ τὰ μεσάρκτια μέρη ταῖς Ἀρκαδικαῖς ὑπωρείαις. Excellitatem testatur etiam Homer. c. l. qui vocat περιμήκετον et ex eo Stephanus h. v. Venationibus aptum et feris abundasse docet Pausan. 3, 20, 5. Hinc *Taygeti canes* laudantur a Virgilio Georg. 3, 44. ut omnino Lacaenae. Vid. Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 94. et 188. ubi ipse Callimachus ex montibus hunc maxime Dianae placuisse refert. Cf. et Homer. c. l. In eius vertice, *Taletum* vocabant, Soli praeter alia equos etiam immolabant, ut tradit Pausan. c. l. et Strabonis aetate (8. p. 253. s. 367.) metalla in eo inventa et effossa sunt, quorum etiam meminit Martialis 6, 42, 11. Vid. de hoc

monte, quae dedit Oberlin ad Vibium p. m. 375. Secundum Harduinum ad Plin. 4, 8. f. 5. h. *les montagnes des Mainottes.*

Meſſene) Gr. Μεσσήνη, Latini *Meſſene*, ut hic, forma Graeca, vel etiam paſſim Latina *Meſſena*, ut Iuſtinus 4, 3, 4. ubi vid. Faber et Duker. ad Liv. 36, 31, 7. Inde Μεσσήνιος et Μεσσηνὶς, (Stephanus) ut Μεσσηνίδες πόλεις ap. Schol. Villoiſ. ad Homer. Il. 9, 150. Libri etiam nomen exhibent ſimplici σ, quam ſcripturam adtingit etiam Stephanus et ſimul ad Siciliae urbem refert, repugnante tamen de ea Polito ad Euſtath. in Homer. T. 2. pag. 625. ut de noſtra Moſe Solano ad Plutarchi Caton. min. cap. 55. Cf. etiam Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 21, 15. p. m. 747. in. Pluribus enim locis in media regione poſitis hoc nomen tributum eſt, et μέσσος utique dicitur, ut μέσος. Vid. Reimar. ad Dion. Caſſ. 68, 28. pag. 1143. et quae de ſuperioribus urbibus adtulerunt Waſſe ad Thucyd. 6, 74. et in varr. ad 6, 48. d'Orville ad Chariton. 1, 7. p. 90. Uſitatius tamen eſt σ duplex. Porro in Graecis ſcriptura Siculae urbis a noſtra non discrepat, niſi quod Latini in medio praeferunt a, ut et numi, de quo monuit Cellar. in Geogr. ant. 2, 12, 9. et antea Caſaubon. ad Polyb. 1, 7. in. *Meſſana* tamen de noſtra urbe legitur etiam in Manilio 5, 14. Cf. praeterea, quae de ſcriptura diſſerit Staveren ad Nepot. 15, 8, 5. An et *Meſſe* per apocopen vocetur inque Homero ſic intelligi debeat Il. 2, 582. quaeſitum eſt ſupra ad nomen regionis. Μέσση quidem olim de Sicula urbe legebatur in Scymno v. 292. tueturque contra Scaligerum et Cluverium Holſten. ad Stephan. p. 206. Nondum haec urbs ſtetit Troiana tempeſtate, ut adfirmat Strabo 8. p. 247. f. 358. conſentiente et probante Pauſania 4. in. Erecta autem eſt poſt Thebanorum proelium ad Leuctra ſub Ithome, ut tradit idem c. l. et conditorem ferre videtur Epaminondam 4, 27, 5. ubi etiam de adparatu operis

multa. Cf. et 9, 14, 2. ubi tamen οἰκιστὴν vocat. Utique etiam, ſi Diodorum audias 15, 66. in. ſtetit ante Epaminondam, ſed diruta eſt a Lacedaemoniis, qui ex regione Meſſenios eiecerunt diuturno exſilio actos; unde utrinsque narratio conciliatur, et verba de eo frequentantur, οἰκίζειν, οἰκισμὸς, οἰκιστὴς, (Pauſan. c. l. Aelian. V. H. 13, 42. Diodor. 15, 66. f.) *conſtituere*, (Nepos 15, 8, 5.) *reſtituere*, (idem 16, 4, 3.) ἀνάστατον οἰκίζειν. (Diodor. c. l.) Cf. quae de excifa et inſtaurata urbe adtulit ad Aelian. c. l. Perizonius. Maritimis urbibus temere adnumerat Ptolemaeus 3, 16. iudice Cellario in Geogr. ant. 2, 13, 453. Forte tamen commiſcuit antiquam et novam; nam in ora ponit etiam Scylax p. 16. Hudſ. novam vero ponit teſtis idoneus Pauſanias 4, 31, 1. ἐν τῇ μεσογαίᾳ eumque tuetur Plin. 4, 7. f. 5. qui dicit: *intus Meſſene.* Tum Ptolemaeus ipſe cum aliis Ithomen in mediterraneis ponit, quae tamen auctore Strabone c. l. ἀκρόπολις fuit Meſſenes. Hinc *Meſſene ſub Ithome* apud Pauſan. 4, 31, 4. ubi ſimul refert, murorum munimentis, quas ipſe validiſſimas urbes viderit, ſuperare; quare Demetrium Pharium Philippo, Perſei patri, ſuaſiſſe ſcribit Strabo 8. p. 249. f. 361. ut, ſi Peloponneſum occupare cuperet, hanc urbem in primis et Corinthum teneret. De hodierno nomine inveni *Moſenigo, Petalidi,* etiam *Maura-Matia.*

Methone) Graecis plerisque Μεθώνη, uti ex Latinis cum Noſtro effert Plin. 4, 7. f. 5. Μοθώνη enim habet Scylax pag. 17. Hudſ. et in primis Pauſan. 4, 3. f. et alibi, unde vitioſum videtur Μεθώνη 8. in. Cf. Facius ad 4, 4. in. Nempe eam ſcripturam unice veram exiſtimaſſe inde adparet, quod Mothonaeos narrare ſcribit, nomen a Mothona, Oenei filia, inditum fuiſſe, etſi ipſe potius a Μόθων, qui ſcopulus aditum portus reddebat anguſtiorem, derivat. Sic et poſteriores Latini, ut Hierocles in ſynecdemo p. 647. Weſſ. Ammian. Marcell. 26. f.

Geogr. Ravenn. 5, 13. et 22. tabula Peuting. 7. E. *Mothone* praeferunt. Nec minus in priſcis auctoribus libri quidam ita exhibent, ut in Iuſtino 7, 6, 14. Solino cap. 14. f. 8. itaque adeo ſcribi malunt viri docti, in quibus Salmaſ. ad Solin. p. m. 108. Longuerue ad prologum Iuſtini lib. 7. maxime Eckhel in numis vett. anecd. T. 1. p. 133. ubi diligenter de ſcriptura huius urbis et cognominum expoſuit. Sed niſi antiquiores Graecos omnes corruptos velis, invaluit olim Μεθώνη, et recentior aetas dixiſſe videtur Μοθώνη, aut poſt utraque etiam forma promiſcue uſurpata eſt, unde ſic in numis reperitur. In Latinis quidem tales mutationes non rarae ſunt, ut Κέρκυρα, Βερενίκη. Incolae Μεθωναῖοι vel Μοθωναῖοι, quod aliquoties habet Pauſanias et ex Stephano repetit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 716. Stephanus tamen a noſtra format Μεθωναιεύς. Dicta olim fuit *Pedaſus*, ut quidem referunt Strabo 8. p. 248. f. 359. Pauſan. 4, 35. in. Troiani belli tempore in Homero Il. 9, 152. Cf. Schlichthorſt in Geogr. Hom. pag. 58. Varie eam auctores ponunt, in Laconice, ut Scylax c. l. Thucyd. 2, 25. Diodor. 12, 43. — alii in Meſſenia, ut Strabo, Pauſanias, Ptolemaeus 3, 16. Plinius, Solinus. Quae quidem diſcrepantia intelligi non ſolum et componi poteſt ex utriusque confinio, ſed quod magna Meſſeniae pars adſcripta olim fuit Laconicae, ut ſupra monui. Meurſius tamen in Miſcell. Lacon. 4, 7. diverſas urbes putat, *Mothonen* Meſſeniae, *Methonen* Laconicae, quare etiam in Scylace Μεθώνη legit. At refragantur ſuperiora auctorum loca, et quod altera in Laconice prope Epidaurum et Troezenem proprie eſt Μέθανα. Strabo 8. p. 258. f. 374. etſi in quibusdam codd. Thucyd. 4, 45. Μεθώνη fuiſſe iam tunc adfirmat. Cf. Valeſ. ad Ammian. 2, 6. f. qui diverſas etiam exiſtimat cum Meurſio. Propiorem ſitum deſignat Strabo c. l. ad Acritan promontorium, unde ſinus Aſinaeus incipit. Ptolemaeus interponit Colonen. Pravo autem ordine poſt Aſinen verſus ortum ſtatuit

Scylax. Recte tabula Peutinger. et Geogr. Ravenn. ſic: *Meſſene, Aſine, Mothone, Pylios.* Fuit ibi ἐπίνειον teſte Pauſania 4, 3, 6. ex quibus omnibus adparet, quantum a vero ſitu aberraverit Mela, ſi mediterraneis adſcripſit. Errat item Solinus c. l. qui in huius urbis expugnatione Philippum teli iactu oculum amiſiſſe refert, cum potius ad Methonen Macedoniae, ſeu, ut alii volunt, Thraciae pertineat, ut diſerte adfirmat Strabo 8. p. 258. ſ. 374. Αὐτονομίαν illi conceſſit Traianus. Pauſan. 4, 35, 2. Euſtathii aetate (ad Homer. 2, 716.) idem nomen gerebat; hodie etiam, ut refert Chandler p. 113. c. l. nominatur *Modon*, de quo Büſching Vol. 2. P. 2. p. 1300. Cf. Kinsbergen in Beſchr. des Archipelagus p. 210 ſqq.

Achaia) Proprie ſic dicta; ſenſu latiori Graecia, de quo ſupra. Ceterum Elis in hac progreſſione praecedere debebat. Ita etiam fecit 1, 2, 6.

Piſae) Gr. Πίσα. Ptolem. 3, 16. Πίσσαι, de quo dixi in not. crit. p. 199. uti de numero plurali. An alibi ſic de hac noſtra urbe occurrat, ignoro. *Alpheae Piſae* enim, quod habet Virgil. Aen. 10, 179. Claudian. de B. Gildon. v. 483. Piſas Etruriae ſpectat, quae ſic efferuntur, et a noſtra urbe deductae narrantur, etſi quidam disſentiunt, de quo vid. Servius ad Virgil. c. l. et in primis Heyne in excurſu. Inde ſecundum Stephanum oriuntur Πισάτη, Πισᾶτις, (male per ης) Πισαιεύς. Invenitur tamen etiam Πισαῖος, quod ex Polybio ad eum notant, et apud Pauſaniam ſaepe legitur, praeter alios, etiam Latinos, unde Plin. 4, 6. ſ. 5. *Piſaeorum quondam oppidum* dicit. Πισᾶτις γῆ Polyb. 4, 74, 1. Πισάται Strabo 8. p. 244. ſ. 354 ſq. et alibi. Πισαία Pauſan. 5, 1, 5. Dubitarunt olim quidam, an urbs hoc nomine fuerit, adeoque negarunt, ut narrat Strabo 8. p. 245. ſ. 356. et fontem, poſt *Biſam* dictum, putarunt. At, etſi hoc nomine fontem fuiſſe etiam Stephanus h. v. adfirmat,

idem tamen etiam urbem vocat. Accedit Paufanias 5, 10, 2. qui ab Eleis direptam effe tradit, et locum defignat 6, 22, 2. ubi funditus olim everfa urbs fteterat, cuius et conditorem producit Pifum, Perieris filium, etfi alii alia adferunt, ut Schol. Pindari ad Olymp. 1, 24. qui a Pifa, Endymionis filia, nomen petit, et Euftath. ad Dionyf. v. 409. a fonte. Commemorat etiam Pindarus Olymp. 1, 28. ubi de fitu confuli poteft Scholiaftes ad v. 24. et 28. Habet etiam Ptolemaeus c. l. Cf. Diodor. Sic. 4, 73. Quae quidem omnia pro urbe pugnant. Cf. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 13, 434. Πίσαν πόλιν τῆς Ὀλυμπίας vocat Stephanus h. v. cum Plutarcho de flumin. f. v. Alpheus, etfi ibi Mauffacus malit Ὀλύμπου ex Euftathio ad Dionyf. v. 409. qui ponat inter Offam et Olympum, Peloponnefi etiam montes. Poterat Strabonem graviorem teftem adducere 8. p. 245. f. 356. unde fine dubio fumfit Euftathius. Stephanus porro Olympiam h. v. et Pifam eandem urbem memorat, et id ipfum forte voluit indicare Ptolemaeus. At licet vicina fuerint loca, fuerunt tamen diverfa, quod maxime adparet ex Paufania 5, 1, 5. Cf. et Berkelius ad Stephan. pag. 612. Sic alii, notante Schol. vetere Pindari ad Olymp. 1, 24. et 28. cum Elide confuderunt, uti fecit vere recentior. Cf. Politus ad Euftath. in Homer. T. 1. pag. 60. Pifam praeterfluebat Alpheus, ut refert Plin. 4, 6. f. 5. Cf. etiam Strabo 8. p. 236. f. 343. Vocat autem ὑμνουμένην Euftath. ad Dionyf. v. 409. Interitum urbis indicat Nofter voce *olim*, cui mox obponit *nunc*.

Oenomai) Nempe regnum, a quo defcendit tota fabula Pelopis et Myrtoi maris. I. GRONOVIVS *MS.* Oenomaus enim olim Pifam tenuit, quo regnante florebat. Vid. Strabo 8. p. 245. f. 555.

Elis) Gr. Ἦλις, Ἤλιδος, Ἦλιν (Diodor. Sic. 19, 87.) de regione et urbe. In Latinis aliter fieri

contendit in primis Victorius ad Cicer. epist. ad diverf. 13, 26. fic ut urbis tantum nomen in obliquis cafibus parem fyllabarum numerum cum recto habeat. Vid. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 13, 432. quibus etiam adfentiuntur alii. At *Elidem* de urbe fine dubio dixit Nepos 7, 4, 5. Leni fpiritu fignari monet Euftath. ad Homer. Il. 2, 615. etfi mire addit, afpero etiam poffe. Inde Ἠλίδειος, Ἠλίειος et Ἠλεῖος, uti monet Stephanus, quocum conf. Euftath. ad Homer. c. l. et auctor Etymol. M. h. v. Ufitatior forma eft Ἠλεῖος, (aperte de civibus apud Strabon. 10. p. 319. f. 463.) Latinis *Eleus*, pro quo Plinius 4, 6. f. 5. dicit *Elii*, etfi omnino de regionis incolis *Elidenfis* legitur apud Gellium 2, 18. Quod notat Strabo 8. p. 232. f. 336. Homeri tempore urbs nondum ftetit, fed poft Perficum demum bellum ex vicis et pagis, quibus habitabatur regio, coaluit. Confentit Diodor. Sic. 11, 54. tantum quod πλείους μικρὰς πόλεις antea fuiffe fcribit, et eam mutationem confert in Olymp. 77, 2. Oxylum, qui Elide potitus erat, conditorem memorat Scymnus v. 528. quod quidem ita confirmat Paufan. 5, 4, 11. ut hominibus ex proximis vicis convocatis urbem frequentarit et auxerit. Atque fic συνοικίζειν Ephorus dicit apud Strabon. 10. p. 319. f. 464. Simile aliquid infra de *Tegea* et fupra de *Meffene*. Beneficii memoriam fervarunt ftatua in foro illi pofita cum infcriptione, quam exhibet Strabo c. l. Aetolorum civitatem vocat Herodot. 8, 73. quod ex Strabone et Paufania intelligitur. Stetit igitur urbs ante Oxylum, etfi tenuior, cuius nomen ducit ab Eleo, Tantali filio, Stephanus h. v. et ex eo Euftathius ad Homer. Il. 2, 615. qui tamen nihil de Tantalo addit, ut alii. Sed et alia narrantur. Vid. Berkel. ad Stephan. pag. 381. Politus ad Euftath. in Homer. T. 2. pag. 644. et hic ad Dionyf. v. 409. Poftero tempore Olymp. 117, 1. Telefphorus, Antigoni claffis praefectus, urbem ingreffus arcem munivit, cives in fervitutem redegit, quos paullo poft in libertatem adferuit Ptolemaeus,

Antigoni dux, arce everſa, ut narrat Diodor. Sic. 19, 87. Urbem recte vocat περιαδομένην Euſtath. c. l. quod ſpectat in primis certamina in honorem Iovis Olympii acta. Fluebat per eam Peneus fluvius praeter gymnaſium, ut tradit Strabo 8. p. 232. ſ. 357. A Piſa diſtabat 50 ſtadiis, quod adſerit Schol. Pindari ad Olymp. 1, 24. et 28. contra eos, qui utramque vicinam aut adeo eandem putarent. Hodie, ubi illa urbs ſtetit, cernitur *Belvedere*, Graecis *Calloſcopium*, de quo Büſching Vol. 2. P. 2. p. m. 1801. De ruinis cf. Chandler Reiſen in Griechenland p. 406.

delubrumque) Plura quidem fuerunt, v. c. in Attica, (Pauſan. 1, 18, 6.) Spartae, (id. 3, 14, 5.) Patris, (id. 7, 20, 2.) — ſed hoc celeberrimum et magnificentiſſimum. Deſcripſit id prolixe Pauſan. 5, 10, 2. cum quo cf. Strabo 8. p. 244. ſ. 353. Erat in agro Piſaeo, ſtadiis ſere 300 remotum ab Eli prope Alpheum. Aedificaverat Libon Dorica lege ex vernaculo lapide. Altitudo erat pedum 68. latitudo 95. longitudo 230. ſplendide ornatum, magnaque arte et operibus et donis multis decoratum. Vid. quae conlegit Banier in Götterlehre Vol. 1. p. 438 ſqq.

certamine) Per ſingula quadriennia. Auctor tantum luctas hic reſpicit et certamina virium corporis, quae ab nudis peragebantur. Nempe quoniam inde primum inceperunt hae ſolemnitates, utpote creditae, quaſi ab ipſo Hercule eſſent inſtitutae. Sed poſtea omnis generis ludicra acceſſerunt. I. GRONOVIVS *MS.* Complectar breviter, ne adnotatione nudus careat hic locus, potiora, plura petentes ad alios ablegaturus. Auctorem ludorum faciunt Herculem, unum ex Idaeis Dactylis; (Strabo 8. p. 245. ſ. 355. Pauſan. 5, 7, 4. Diodor. Sic. 5, 64.) quidam Herculem illum, Iovis et Alcmenes filium, (Strabo c. l.) quod quidem deceptos nominis ſimilitudine facere

adfirmat Diodorus c. l. De Idaeis autem Dactylis egerunt Strabo 10. p. 326. f. 473 fq. et Diodorus Sic. c. l. praeter alios. Celebrari folebant illi ludi in honorem Iovis Olympii prope Olympiam; intermiffos inftauravit Iphitus, unde numeratur Olympias prima. Plura dabunt Strabo, Paufanias et omnino antiquitatum enarratores, quos recenfet Meufel in bibl. hift. Vol. 3. P. 2. p. 274 fqq.

fanctitate) Ut non tantum ipfi templo vindicet ἀσυλίαν et fit inviolabile, fed tota regio Eleorum inde fuerit exemta hoftilibus incurfibus. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. in primis Strabo 8. p. 247. f. 357 fq. ubi docet, ideo nec moenibus Elim fuiffe cinctam, et qui hoftili agmine Elida tranfirent, in aditu arma depofuiffe, nec antea recepiffe, quam effent egreffi; hinc ipfos Eleos diuturna pace et tranquillitate fruitos effe, quod et adfirmat 8. p. 230. f. 353. Confentiente univerfa Graecia propter ludos Olympicos omnis periculi fuiffe immunes bellique expertes narrat etiam Polyb. 4, 73. f. Cf. Diodor. Sic. in excerptis Val. T. 2. p. 547. ed. Weff. Illam vero immunitatem et quietem, quam diu perceperant, non femper tuiti funt, fed poft amiferunt, quod maxime accidit Olymp. 105. ubi cum Arcadibus bellum gerere cogebantur.

fimulacro) Defcripfit accuratius et prolixius Paufan. 5, 11. de eius magnitudine coloffea dixit Strabo 8. p. 244. f. 353. etfi non eandem faciunt auctores, ut docet Staveren ad Hygin. fab. 223. p. 542. De artifice poft. Sedebat Deus in folio ex auro et ebore factus, capite coronam geftans, dextra victoriam, finiftra fceptrum tenens, calceis aureis pallioque aureo indutus, quod animalibus et liliis maxime caelatum erat. Interrogatus Phidias a Panaeo, quod exemplar in experimenda Iovis imagine fecutus effet, refpondit, Homericam defcriptionem, maxime illam vividam et auguftam reddidiffe,

(Il. 1, 528 ſq.) ut refert Strabo c. l. et ex eo repetit Euſtath. ad Homerum. Cf. etiam Valer. Max. 3, 7. ext. 4. Exiſtimat Leſſing in Laocoon pag. 228. inde in primis intellexiſſe, quanta pars animi ineſſet ſuperciliis; capillis etiam ſolito maiorem operam adhibuiſſe. Quam vero auguſta et venerabilis fuerit ſpecies illius ſimulacri, docet narratio de Aemilio Paullo apud Liv. 45, 28, 5. qui in eo *Iovem velut praeſentem intuens motus animo eſt;* ἐξεπλάγη Polybius in Suida ſ. v. Φειδίας. Rem ipſam adtigit etiam Plutarchus in vita Aemilii Paulli cap. 28. Eleganter Schol. Homeri ad Odyſſ. 11, 612. ſcribit, Phidiam κατακλεῖσαι εἰς τὸν Δία τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης. Exſtat praeterea elegans de ſingulari artificio carmen in anthologia Gr. T. 2. pag. 208. ed. Iacobs. hoc: "Η θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆς ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων, Φειδία, ἢ σύγ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος. Probaſſe adeo Iovem ipſum tacto repente pavimento narrat Pauſan. 5, 11, 4. Magnifice extollit Philo Byzantius in 7 mundi miraculis, quibus adnumerant etiam alii, ut Hygin. fab. 223. auctor de incredibilibus cap. 2. in Galei opuſc. mythol. p. 85. Vibius extr. Caſſiodor. in libris variarum 7, 15. Sed cf. de eo, qui plura conlegit Banier in Götterlehre Vol. 1. p. 438 ſqq. et qui laudantur a Fabro in Agoniſt. 1, 5. in. not. 1. Solano et Hemſterhuſio ad Luciani ſomn. cap. 8.

Phidiae) Fuit Charmidae filius, Athenienſis, pictor antea, ut tradit Plin. 35, 34. ſ. 8. qui floruit Olymp. 84. circiter a. Romae 300 (idem 34, 19. ſ. 8.) ſtatuarius poſt longe celeberrimus, vel hoc uno ſimulacro maxime nobilitatus, ad cuius pedes poſita inſcriptio auctorem eum declaravit, quam exhibet Pauſan. 5, 10, 2. Adiutore uſus fuerat Colote diſcipulo. (Plin. 35, 34. ſ. 8.) De Phidia vid. praeter Pauſaniam, quos laudant Leo Allatius ad Philon. Byzant. de hoc ſigno, Kapp. ad Valer. Max. 3, 7. ext. 4. et in primis Staveren

ad Hygin. p. 342. Exſtat de eo etiam peculiaris differt. auctore Gedoyn inſerta Hiſtoire — de Paris Tom. 13. p. 292 ſqq.

opus) Sic Demetrius Phaler. §. 14. Φειδίου ἔργα. Omnino autem *opus* et ἔργον de rebus manu factis varie dici ſolent, cum *manus* etiam coniungi, ut in Cicer. pro Marcello cap. 4. Iul. Caeſ. de B. G. 5, 21. et χειρὸς ἔργοις a Plutarcho de virtut. mulier. p. 64. ed. Reisk. opponitur σύνεσις et πρόνοια. Neque tamen omnino ars et ſolertia mentis excluditur, ſed, quidquid prodit et editur ſive naturae, ſive artis ope, ſic adpellatur. De arte factis ſaepe legitur, ut vel Lexica docent. Sic verbum ἐργάζεσθαι, ποιεῖν etiam paſſim. V. Pauſan. 5, 10. in. et alibi. Idem 6, 25, 2. τέχνην Φειδίου vocat Venerem. Ceterum, quod monet Voſſius, debuerat hic Mela promiſſo ſuo ſatisfacere, atque Achaiae mediterranea recenſere, quod tamen non facit.

§. 5. *incingunt)* Media enim pene inſulae occupat. VADIANVS. Quod dicit Arcadiam ab aliis gentibus undique cinctam fuiſſe, id aliquando verum non fuit. Ad Lepreum enim mare attingebat Arcadia. VOSSIVS. Cf. ſupra de *Arcadia.*

Pſophis) Gr. Ψωφὶς, et inde Ψωφίδιος in auctoribus et numis, ex quibus etiam Ψωφειδιων excitat Eckhel de doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 197. et Ψωφισιων in numis vett. anecd. T. 1. p. 141. niſi poſterius eſt vitium, ut Ψωφίλιοι in libris Aeliani V. H. 2, 33. Penultimam in obliquis producunt poetae. Vid. Ovid. Metam. 5, 607. et quae ibi notantur. Graeci etiam Ψωφῖδος ſcribunt, non Ψωφίδος, monente Heynio ad Apollodor. p. m. 647. Dicta eſt olim *Erymanthus* ante Phegei regnum, poſt *Phegea,* (ει et ι) denique Pſophis. Vid. Pauſan. 8, 24, 1. Stephan. ſ. v. Φήγεια. Alii tan-

tum Erymanthum montem norunt, vel etiam fluvium, ut utroque nomine adfert Pausan. c. l. Cf. Plin. 4, 10. s. 6. Urbem tamen fuisse monti et amni cognominem adfirmat etiam Hesychius T. 1. p. 1449. Psophidis conditorem Pausanias et Stephanus commemorant Psophida, etsi variato genere et origine. Polybius 4, 70, 2. ὁμολογούμενον dicit καὶ παλαιὸν κτίσμα Ἀρκάδων τῆς Ἀζανίδος. Iidem ponunt cum aliis in Arcadia. Modico intervallo praefluebat Erymanthus, (Pausan. c. l. Plin. 12, 57. s. 26.) et quidem qua austro est obversa secundum Polyb. c. l. ubi prolixe situm urbis describit et munimenta undique valida. Cf. tamen de Polybii situ Cellarius in Geogr. ant. 2, 3, 539. Innotuit etiam Erymanthio apro, qui agrum vastavit. (Apollodor. 2, 5, 4. et infra.) Ceterum de Psophide disseruit etiam Vindingii Hellen p. 74 sequ. in Gron. thes. Vol. 11.

Tegea) Gr. Τέγεα, vel Ioniee Τεγέη, ut in Homero Il. 2, 607. Inde ducuntur sec. Stephanum Τεγεάτης, Τεγεάτις et Τεγεάς. Τεγεατικὸς τόπος legitur apud Eustath. ad Homer. c. l. In Latinis sunt *Tegeatae,* (Frontin. 3, 2, 8.) *Tegeatis*, *Tegeaeus*, *Tegeaticus*, ut exemplis probavit Gesnerus in thes. L. L. An et *Tegeus* dicatur, quod putat Holsten. ad Stephan. p. 317. motus Virgilii loco Aen. 5, 299. dubitant alii. Vid. quae ibi disputat Heyne, qui simul monet, *Tegeeus* a Burmanno ad Ovid. epist. 9, 87. et aliis probatum, ex linguae usu vix ferri posse. Sub Tegeate illud nomen nacta est teste Pausania 8, 45. in. quem et conditorem producit 8, 3, 1. Cf. et Stephanus h. v. Conlecta autem erat sec. Strabonem 8. p. 232. s. 337. ex 9 pagis, quorum nomina recenset Pausan. 8, 45, 1. Nonus, eodem auctore, accessit regnante Aphidante, Arcadis filio, qui, cum trifariam divideretur Arcadia, sortitus est Tegeam, quam inde Ἀφειδάντειον κλῆρον a poetis vocari refert Pausan. 8, 4. in. Et sic certe vocat Apollon. Rhod. 1, 162.

Idem Pausanias 8, 45. in. refert, Tegeam, qualis suo tempore fuerit, conditorem habere Aleum, qui et sedem regni ibi constituit. Hinc eius nomen Tegeatarum etiam numi praeferunt. Vid. Rasche Lex. num. T. 5. P. 1. pag. 715 sq. et, qui plura dabit Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 298 sq. Strabonis aetate (v. 8. p. 267. f. 388.) mediocri erat conditione. Habuit fanum Minervae *Aleae*, (ε) ab Aleo illo exstructum, (Pausan. 8, 4, 5.) cuius et Strabo meminit, etsi per αι, de qua scriptura dixi p. 319. ad c. l. In Argolide non recte posuit Schol. Pindari ad Nem. 10, 87. rectius in Arcadia ad Olymp. 10, 80. ut Schol. Apollonii 1, 162. cum aliis. Situs discitur ex Polybio 4, 82, 1. ubi narrat Philippum ex Megalopoli profectum per Tegeam Argos venisse. Cf. et 16, 17, 4. Sic utraque urbs connectitur in Hieroclis Synecdemo p. 647. et Megalopolis in Geogr. Ravenn. 5, 22. Cf. et tab. Peuting. 7. E. De Tegeatarum rebus gestis, bellis maxime, veluti cum Lacedaemoniis, consulenda est historia. Vid. Vindingii Hellen p. 71. (Gronov. thes. Vol. 11.)

Orchomenos) Gr. Ὀρχόμενος. In Plinio 4, 10. f. 6. est *Orchomenum*. Cives Ὀρχομένιοι, qui et in numis commemorantur. Cum plures cognomines urbes fuisse vel ex Ortelio notum esse possit, haec τῆς Ἀρκαδίας passim adpellatur, ut in Herodoto 7, 202. Diodoro Sic. 12, 79. vel Ἀρκαδικὸς, ut in Thucyd. 5, 61. Dionys. Hal. 1, 49. in. Diodor. Sic. 15, 62. Novit eam iam ibi Homerus Il. 2, 605. Quatuor adfert Schol. Apoll. Rh. ad 2, 1180. Cf. et Politus ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 554. Orchomenum conditorem adfert Pausan. 8, 3, 1. etsi de cognominibus etiam id commemoratur. Vid. Pausan. 9, 36, 4. Schol. Apollon. ad 1, 230. Duas porro, veterem et novam, habet Pausan. 8, 13, 1. illam in summo montis vertice positam, hanc sua aetate habitatam sub ambitum antiquorum muro-

rum. Hinc intelligitur, utram Strabo 8. p. 267. ſ. 388. ſuo aevo intercidiſſe ſcribat, recteque eius rudera commemorari a Pauſania. Argivi olim cum ſociis expugnaverant, teſte Diodoro 12, 79. Ad montem Tractym ponit Pauſanias, qui et Neptuni et Veneris delubra cum ſignis marmoreis commemorat. Homerus c. l. vocat πολύμηλον, ut Statius Theb. 4, 295. *pecorum divitem.* Cf. et Euſtath. ad Homer. c. l. et Il. 2, 511.

Pholoe) Gr. Φολόη, et inde Φολοεύς. (Stephanus.) Nomen, quod refert Diodor. Sic. 4, 12. f. debuit Pholo Centauro, Herculis amico, ibi ſepulto. Proprie eſt mons Arcadiae, et hinc diſerte Φολόη τῆς Ἀρκαδίας Diodor. Sic. 4, 70. Arcadiae etiam adſcribunt Strabo 8. p. 267. ſ. 388. Plin. 4, 10. ſ. 6. Elidem ſpectabat, immo Piſatin usque permittebatur, et ſupra Olympiam. (Strabo 8. p. 246. ſ. 357.) In Thraciam tamen movet Vibius p. m. 32. ſatis male, niſi dedit Theſſalia, vel Thraciam antiquiori uſu ad Peneum Theſſaliae extendit, uti facit paſſim. Sed vid. Oberlin. ad Vibium p. 422. Theſſaliae adſcribit Lutatius ad Statii Achill. 5, 604. Quidam Arcadiae aeque ac Theſſaliae montem eſſe volunt, de quo cf. ad Stat. Achill. 1, 168. Schol. Barthii, Lutatius ad 1, 238. et Oudendorp. ad Lucan. 6, 388. Nempe miſcentur paſſim, quae de Centaurorum pugna et clade tradunt fabulae. Ita, quam iis ſedem adſignant in Pelio, Theſſaliae monte, Pindar. Pyth. 2, 84. Palaephat. 1, 3. Diodor. Sic. 4, 70. in. — ad Pholoen transfert Oppian. Cyneg. 2, 5. ad quem quidem victi a Theſeo et Lapithis confugerunt. V. Diodor. Sic. 4, 70. Schol. Pindar. ad c. l. — Hinc forte Heraclitus fab. 5. in Pelio et Pholoe egiſſe dicit. Certe ut Lapitharum pugna cum iis ponitur in Theſſalia, ſic Herculis in Arcadia, ut adparet ex Diodoro Sic. 4, 12. Cf. Heyne ad Apollodor. p. m. 350 ſq. et de Pholoe Oberlin. aliique ad Vibium p. m. 359. Ballu ad Oppian. Cyneg.

p. 263. c. l. — Ceterum oppidum in eo etiam novit Plin. 4, 10. f. 6. et oppidum tantum Arcadiae a Pholo nominatum Stephanus.

Cyllenius) Gr. Κυλλήνη, etiam adiecta voce ὄρος, ut apud Paufan. 8, 4, 2. eodem cafu, vel, ut fit, Κυλλήνης ὄρος, uti apud Homer. Il. 2, 603. vel ex periphrafi ἄκρα Κυλλήνη, ut apud Theophr. hift. pl. 4, 1. — Latini fere terminationem Graecam retinent, ut Plin. 4, 10. f. 6. Statius Theb. 4, 288. Ovid. Metam. 5, 607. — *Cyllena* quidem olim legebatur in Ovid. Faftor. 2, 276. contra metrum, fed *Cyllenae vertex* fervatur in Virgil. Aen. 8, 139. De forma *Cyllenius* dictum in notis crit. p. 204 fq. Nomen nactus eft a *Cyllene* nympha fec. Stephanum, quem fequitur ex more Euftath. ad Homer. c. l. vel a *Cyllene*, (Κυλλὴν) Elati filio, ut vult Paufan. 8, 4, 3. et 8, 17, 1. Αἰπὺ vocat Homerus c. l. nec temere; Arcadiae enim montium altiffimum praedicant Strabo 8. p. 267. f. 388. et Paufan. 8, 17. in. Vid. Penzel ad Strabon. p. 1368. c. l. In memorabilibus commemorat Strabo, quod merulas habeat undique albas, confentientibus etiam Paufania 8, 17, 3. Stephano, aliis. Cf. Holften. ad Stephan. p. 177. Beckmann. ad Ariftotel. de mirab. aufcult. c. 14. p. 40. Büffon Natur-Gefch. der Vögel T. 9. p. 23 fqq. (ed. Berol.) Magis inclaruit Mercurii natalibus, qui inde dictus eft *Cyllenius*, templumque habuit in fummo vertice. Vid. Homeri hymn. in Mercur. in. Apollodor. 3, 10, 2. Paufan. 8, 17. in. Virgil. Aen. 8, 138 fq. Vibius p. m. 28. — Cf. praeterea de hoc monte Barth. ad Statii Theb. 4, 288. ubi vetus Schol. male civitatem putavit, Oberlin. ad Vib. p. 307. — Graeculorum commenta dabit Euftath. ad Homer. c. l. et Odyff. 24, 1. Si recte retulit Brietius in parallel. P. 2. p. 452. nomen vetus h. fervat.

Parthenius) Gr. Παρθένιος vel Παρθένιον, vel addita, vel fubintellecta voce ὄρος. Eius mentionem

faciunt Strabo 8. p. 267. ſ. 388. Pauſan. 8. extr. Diodor. Sic. 4, 33. Aelian. V. H. 13, 1. Callimach. in Del. v. 70. Livius 34, 26, 9. Plin. 4, 10. ſ. 6. alii. *Parthenios ſaltus* dicit Virgil. eclog. 10, 57. ubi nominis varias cauſas adtulit Servius. Ad Tegeam fuiſſe ſitum, patet ex Livio c. l. et Pauſania 8, 6, 2. et 54, 5. ubi narrat, ad lyras faciendas aptiſſimas teſtudines. In ſitu adſentitur Strabo 8. c. l. Plura de eo dabit Spanhem. ad Callimach. c. l. Iunonem ab eo *Partheniam* vocari a Pindaro Olymp. 6, 150. putat ibi Schol. minus recte, cum ad Samum potius pertineat.

Maenalus) Variatur terminatio. Quidam Μαίναλος, ut Schol. Apollon. Rh. ad 1, 770. Virgil. eclog. 8, 22. Plin. 4, 10. ſ. 6. — in poetis *Maenalos* et hinc ex more in obliquo *Maenalon.* (Ovid. Metam. 2, 415. 442. Statius Theb. 9, 639.) Μαίναλον ſaepe etiam in Graecis legitur, vel addito vel omiſſo ὄρος. Sic Strabo 8. p. 267. ſ. 388. Theocrit. 1, 124. (μέγα) Stephan. h. v. Schol. Pindari ad Olymp. 9, 86. Apollon. ad 1, 168. qui tamen ad 1, 769. Μαίναλος etiam ſcribit. — In Latinis paſſim, poetis maxime, *Maenala* occurrit, ut Virgilio eclog. 10, 55. Georg. 1, 17. Ovid. Metam. 1, 216. Lucano 3, 177. Μαίναλον ὄρος ſemel iterumque vocat Pauſan. 8, 36. et olim vulgo abſolute *Maenalius* ferebatur in Vibio p. m. 30. Fuit et urbs cognominis, quam commemorant Stephanus h. v. Pauſan. 8, 36, 5. (cuius aetate in ruinis iacebat) et paſſim Schol. uti ad Pindarum c. l. Fuit et Arcadiae pars inde *Maenalia* dicta, quae alia oppida continuit, ut patet ex Pauſania 5, 11, 6. Sic *Oreſtium* in ea commemorat Thucyd. 5, 64. niſi eſt apud Pauſan. 8, 27, 3. *Oreſthaſium.* Cf. tamen Duker. ad Thucyd. c. l. Dicti inde ſunt *Maenalii*, qui occurrunt in Diodoro Sic. 15, 72. ſ. A Maenalus paſſim etiam formatur *Maenalis*, ut *urſa* apud Ovid. Triſt. 3, 11, 8. Cf. Faſtor. 3, 84. Nomen duxit

a Maenalo, Arcadis filio, cuius pater Lycaon. (Schol. Apollon. c. l.) Sacer fuit Fauno vel Pani, quem fistula canentem audire fibi videbantur accolae, tefte Paufania 8, 36, 5. Hinc vero *Maenalius Deus* vocatur apud Ovid. Faftor. 4, 650. *puer* in Gratii Falifci Cyneg. v. 19. quamvis ibi disfentiunt viri docti. Cf. praeterea, quae notantur ad Vibium p. m. 333 fq. Egit in eo Atalanta.

Erymanthus) Gr. Ἐρύμανθος, et inde fec. Stephanum Ἐρυμάνθιος et Ἐρυμανθίς; utrumque etiam in Latinis, ut Lexica docent. Occurrit triplici adpellatione, urbis, montis et fluvii, quod et notat Hefychius. Urbs poftea dicta eft *Phegia*, deinde *Pfophis*, ut fupra monui. Plures montem commemorant, ut Apollodor. 2, 5, 4. Dionyf. v. 415. Virgil. Aen. 6, 803. et ibi Servius, Ovidius paffim, Lutatius ad Statii Theb. 4, 298. Vibius h. v. alii. Inde *Erymanthides filvae* Ovid. Metam. 2, 499. Innotuit maxime cubilibus apri Erymanthii in fabulis de Hercule. Cf. Apollodor. 2, 5, 4. Diodor. Sic. 4, 12. Paufan. 8, 24, 2. et quae praeterea contulit Vindingius in Hellene p. 74. Proprie tamen alii eius cubilia in *Lampea,* (ει) Erymanthi parte, ponunt, ut Apollon. Rh. 1, 127. Cf. et Paufan. c. l. et Wefseling. ad Diodor. c. l. omninoque de monte viri docti ad Vibium p. m. 321. et de Lampea Barthius ad Statii Theb. 4, 290. Alii et montem et fluvium hoc nomine commemorant, ut Paufan. 5, 7. in. Stephanus h. v. et ex eo Euftath. ad Homeri Odyff. 6, 103. Plin. 4, 10. f. 6. — De fluvio igitur haec: Fontem habuit in monte eiusdem nominis, (Plin. 4, 10. f. 6.) vel propius in eius parte Lampea; (Paufan. 8, 24, 2. Schol. Apollonii ad 1, 127.) interfecabat Arcadiam relicto ad dextram Pholoe monte, ad finiftram Thelpufa regione, et tandem in Alpheum influebat. (Paufan. c. l.) De Alpheo confirmant etiam Strabo 8. p. 236. f. 343. Plin. 4, 10. f. 6. Λευκότατον ποταμὸν vocat Callimach. in

Iov. v. 19. unde et candido lapide eius ſimulacrum ſactum erat Pauſania teſte c. l. Referebat illud effigiem viri ſec. Aelian. V. H. 2, 33. Mirum videtur, quod, cum quatuor fluvios hic commemoret, Dionyſ. v. 415. hunc plane omiſit, nec adtigit omnino Ptolemaeus.

Ladon) Fontes in Clitorio agro ponit Pauſan. 5, 7. in. 8, 25. in. e paludibus Phenei ducit Plin. 4, 10. ſ. 6. Erant autem, quod docet Pauſan. 8, 19. f. contermini Pheneatarum et Clitoriorum agri. Ipſa autem urbs *Clitor* a fontibus aberat 60 ſtadiis. (Pauſan. 8, 21. in.) Quod de paludibus Phenei refert Plinius, explicat id Pauſanias 8, 20. in. ubi narrat: In Pheneatico agro aquam ſtagnare, et, poſtquam montium cavernas ſubierit, in illo loco (in Clitoriorum agro) fontes Ladonis efficere. Inde vero alia intelliguntur, veluti quod curſum ſuum Ladon aliquando inhibuerit, (Strabo 1. p. 41. ſ. 66.) obſtructis fontibus ob conlapſos terrae motu meatus ex ſtagno Pheneatico; (idem 8. f.) item quod terrae motu effuſus fuerit, (Seneca Qu. Nat. 6, 25.) Heſych. T. 2. p. 911. eum ex Pentelea (ει) Arcadiae monte deducit. De eius curſu et influxu in Alpheum prope Κοράκων Νᾶσον Pauſan. 8, 25, 7. Tum idem c. l. amoenitatem eius maxime effert: κάλλους εἵνεκεν οὐδενὸς ποταμῶν δεύτερος οὔτε τῶν Βαρβαρικῶν ἐστιν, οὔτε Ἕλληνος. Cf. 8, 20, 1. Dionyſ. v. 417. Ὠγύγιον vocat, (*veterem* reddit Priſcian. v. 414.) quod Euſtathius de antiquitate fabularum intelligit, quibus inclaruit, refertque ad ortum Daphnes ex hoc fluvio et terra, de qua fabula qui expoſuerunt, catervam auctorum coegit Fiſcher. ad Palaephatum cap. 50. p. 190. Poetae modo *rapacem* vocant, modo *placidum*, quod pro diverſitate locorum tuetur et explicat Burmann. ad Ovid. Metam. 1, 701.

Naupactos) Gr. Ναύπακτος et inde Ναυπάκτιος etiam in numis. *Naupactum*, ſi recte habet, in caſu recto

dixit Plin. 4, 3. f. 2. Nomen urbs nacta eſt, ut tradit Strabo 8. p. 294. f. 426. ἀπὸ τῆς ναυπηγίας. Cf. etiam Apollodor. 2, 8, 2. Τήμενος ναῦς ἐπήξατο, ἔνθα — λέγεται. Nominat Temenum, quem et cum Dorienſibus conditorem memorat Scymnus v. 478. Eandem nominis cauſam adferunt Pauſanias 10. f. et Stephanus h. v. ille Dorienſibus Ariſtomachi filios, cum in Peloponneſum traiicerent, ſecutis, hic Heraclidis. Nempe Heraclidae Doricae originis habentur et ſic illa ad conſenſum revocantur. Dubium tamen relinquit Strabo c. l. utrum ibi claſſem Heraclidae fabricaverint, an antea Locrenſes. Olim urbs fuit Locridis, in qua etiam ponunt Dicaearchus pag. 5. Hudſ. Apollodor. 2, 8, 2. ex antiqua lectione, quam revocavit Heyne. Locris Ozolis tribuit Thucyd. 1, 103. quibus in bello Peloponneſiaco eripuerunt Athenienſes dederuntque Meſſeniis exſulibus. (Thucyd. c. l. Pauſan. c l. et 4, 24. f. Diodor. Sic. 11, 84.) In Locris Ozolis, antiqua ſectatus, ponit etiam Ptolemaeus 3, 15. Alii, ut Scylax pag. 14. Hudſ. Scymnus v. 477. Stephanus h. v. Plin. 4, 3. f. 2. — referunt ad Aetoliam, quod expedit Strabo c. l. Nempe cum olim eſſet Locridis, Aetoliae adſignavit Philippus. Cf. Demoſth. in Philipp. 3. p. 120. Reisk. Adparet inde vaga et incerta temporum ratio in notando locorum ſitu apud Geographos. Propiorem ſitum commemorat Scymnus c. l. ad Rhium, Plinius c. l. in ſinu Corinthiaco. Inde, quam parum ſibi conſtet Mela, qui mediterranea tantum notare voluit, diſcitur. Hodie vulgo *Lepanto*, Graecis *Epactos* vocatur. Chandler p. 390.

Stratos) Gr. Στράτος utroque genere, quod notat Stephanus h. v. Pro feminino ſtat Schol. Thucyd. ad 2, 80. f. Cf. ad Strabon. 10. p. 310. f. 450. Inde Στράτιος etiam in numis. Eadem porro in Stephano dici videtur Στράτιον, quia utramque in Acarnania ponit, atque ita etiam exiſtimat de Pinedo. Plerique auctores dant Acarnaniae; ſunt tamen, qui ad Aetoliam referant,

in quibus eſt Livius 36, 11, 6. et 41, 21, 6. idemque innuit etiam Polybius 5, 96, 3. Nempe diverſa tempora conſideranda putant, antiqua et Philippo et Perſeo regnantibus, uti discrepantiam illam tollunt Palmerius in Gr. ant. 3, 5. p. 386. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 202. aliique. Cf. et Drakenb. ad Liv. 36, 11. Neque tamen plane ſatisfaciunt. Etſi enim Stephanus, qui Acarnaniae tribuit, temporum rationem minime ſervet, non tamen videtur eo nomine, ſi vel Melam velis, incuſandus eſſe Plinius 4, 2. ſ. 1. et in primis Strabo 10. p. 310. ſ. 450. qui adſcribunt Acarnaniae. Aut igitur confinia regionum in hac parte turbantur, aut poſt Perſea ad Acarnanas, quorum crebra bella cum Aetolis nota ſunt, rediit. Ad Acheloum ponunt plures refertque Strabo, per ducenta et amplius ſtadia ad eam Acheloo navigari poſſe. Thucydidis aetate fuit μεγίστη (2, 80. f.) et poſt Perſei *validiſſima urbs*, (Liv. 43, 21, 6.) qualis omnino etiam ante illum fuit. (Diodor. 19, 67.) Concilium ibi Acarnanum Ageſilai tempore habitum fuiſſe, diſcitur ex Xenophontis hiſt. Gr. 4, 6, 4. Στρατικὴ de agro legitur in Polybio 4, 63, 10.

Dodonaei) Tacite ſimul indicat urbem, quae dicta eſt Δωδώνη, paſſim etiam Δωδῶν, uti monet Euſtathius ad Dionyſ. v. 450. et exemplis auctorum probat Stephanus h. v. etſi, an in caſu recto occurrat, valde dubitat disputatque Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 722. Uterque etiam cauſas nominis varias adponit, ille tamen praefert eam, quae ducta eſt a Dodone, Epiri fluvio. Vid. Berkelius pag. 321. Urbem Moloſſidis in Epiro dicit Stephanus h. v. et in fragmento de Dodone, quod edidit Gronovius Lugd. 1681. 4. et ex Stephano Euſtath. ad Il. 2, 750. Moloſſis adſcribit etiam Scymnus v. 446 ſq. cum Plinio 4, 1. et aliis. In Theſprotide ponit Pauſan. 1, 17, 5. quocum conſentit Euſtathius ad Dionyſ. c. l. etſi Moloſſidi dat idem ad Homer. Il. 2, 750. ubi

tamen contra ſentit Scholiaſtes. Disſenſum illum componit Strabo 7. p. 227. ſ. 328. ubi docet, olim ſub Theſprotorum poteſtate fuiſſe, poſt ad Moloſſos veniſſe, qui populi praeter alios Epirum olim tenebant. Vid. quae disſerit Politus ad Euſtath. in Homer. Il. 2, 750. T. 2. p. 723. Poſtero tempore dicta eſt *Bonditza*, ut legitur in fragm. Geogr. p. 45. (Hudſ. T. 4.) Epiroticam hanc condidiſſe videtur Deucalion, cum poſt diluvium ex Theſſalia eo veniſſet. (Thraſybulus apud Didym. ad Homer. Il. 16, 233. Etymol. M. pag. 293. Plutarch. in Pyrrho c. 1. de templo hic.) Alia Dodone fuit in Theſſalia, quam commemorat Homer. Il. 2, 648. et ibi agnoſcit Strabo 9. p. 303. ſ. 441. et ad Stephanum, qui Theſſalicam etiam memorat, ex Sibyllinis carminibus 3. p. m. 348. (ed. Gall.) protulit Holſten. pag. 106. Cf. etiam Spanhem. ad Callim. in Del. v. 284. In noſtra autem praeter oraculum, de quo deinceps, iactatur *aes Dodonaeum*. Stabant nempe duae columnae vicinae, quarum in altera erat pelvis aerea, in altera penſile pueri ſimulacrum, manu flagellum aereum tenentis, quod vento impulſum pelvim feriebat, et longum tinnitum edebat. Deſcripſit accuratius Stephanus h. v. cum Strabonis epitomatore lib. 7. p. 228. ſ. 103. Hudſ. pluresque eius mentionem faciunt. Hinc Dodonaeum aes de garrulo homine invaluit. Cf. Stephanus h. v. et quae notavit Euſtath. in Homer. Odyſſ. 14, 327. p. m. 545. Ducitur inde *Dodonaeus*, ut hic, vel etiam *Dodonis*, ut *quercus* ap. Ovid. Metam. 13, 716.

templum) Et oraculum celeberrimum, unde et ſic commemoratur ab Hygino in poet. aſtron. 2, 23. pro ipſo templo. Vid. ibi Muncker. et Staveren. Ἵδρυμα Πελασγικὸν vocat Scymnus v. 449. in quo et Ephorus teſte Strabone 7. p. 226. ſ. 327. conſenſit, ipſe Strabo eam originem ab Homero et Heſiodo reſpici putat. Hinc Iupiter Dodonaeus eodem auctore etiam Pelaſgicus dici-

tur, aliis confentientibus. Vid. quae conlegit Politus ad Euftath. in Homer. T. 2. pag. 723. Didymus in Homer. Il. p. 486. refert ad tempus, quo Aeolii ex Boeotia Pelafgos expulerunt. Cf. Salmaf. de Hellenift. p. 357. De Broffes in Memoires de literat. — de Paris T. 35. p. 93. cum ex oriente coloni adveniffent. Certe omnium Graecorum oraculorum vetuftiffimum praedicat Herod. 2, 52. et alii ad Deucalionis tempora revocant, de quo antea. Strabonis autem aetate defecerat. Fuit, ut nota breviter complectar, prope Dodonam quercetum Iovi facrum, in quo columnae duae refponfa edebant, quas proprie vetulas fuiffe fapientiores volunt ex lingua veterum Theffalorum, in qua πελειάδες fic adpellabantur. Cf. Herodotus et Strabo c. c. l. l. Stephani fragmentum de Dodone, et quae antiquitatum fcriptores enarrarunt. Ἐκ δρυὸς μαντεῖον hinc vocat Euftath. ad Homer. Il. 2, 750. unde δρῦς πολύγλωσσος dicitur apud Sophocl. in Trachin. v. 1168. et fimilia, quae adtulit Politus ad Euftath. in Homer. T. 2. p. 723. qui etiam notat φηγὸν pro quercu memorari. De columbis fabulam explicavit Sallier in nouvelle conjecture fur l'oracle de Dodone (Memoires de literat. — de Paris Vol. 5. p. 35.) fecutus Hefychium et Schol. Sophoclis ad Trachin. v. 176. fi pro πολιοὺς legatur πελείους ex Hefychio. Plura dabit de Broffes fur l'oracle de Dodone p. 89 fqq. c. l.

fons) De hoc fonte eadem tradunt Plin. 2, 106. f. 103. Lucret. 6, 879. Solin. c. 13. f. 7. Auguftin. de civit. Dei 21, 5. Ifidor. 13, 3. quos auctores adducit ad Plinium Harduinus. Cf. Beckmann ad Antigon. c. 163. p. 208. Defcripfit etiam Boccatius de fontibus f. v. Iovis fons. Caufam explicare conatur Lucretius. Quod fit, variatur in loco. Plinius Dodonae effe dicit, ubi et Nofter eum ponit; Solinus omnino in Epiro; Lucretius nihil de loco addit. Tum Plinius cum Noftro fimpliciter *gelidum* vocat; Solinus *frigidum ultra omnes aquas;* Plinius

meridie ſemper ait deficere, et hinc ἀναπαυόμενον vocat, quae Solinus omiſit, Boccatius reddidit. Plinium et Solinum comparat Salmaſ. p. m. 196. Similem huic fontem in Gallia non longe a Gratianopoli commemorat Auguſtin. de civ. Dei 21, 7. cuius quidem vis hodie periit. Vid. Lancelot ſur les 7 merveilles du Dauphiné in Memoires — de Paris T. 9. p. 566. (ed. Hag.)

procul) Plinius tantum: *ſi exſtinctae admoveantur, accendit;* Solinus, ut Noſter, *ſi procul ac ſine igni admoveas, ſuopte ingenio inflammat.* Sumſit igitur hic a Mela. Sed *procul* ἀρχαϊκῶς hic *prope* valere, uti et gloſſae explicant, et Terent. in Hecyra 4, 3, 1. interprete Donato poſuit, exiſtimat Salmaſius in Solin. c. l. Nec tamen certa ſatis eſt Terentii explicatio, (vid. Zeune ibi) nec *procul* ſignificare poteſt *prope* ſimpliciter quidem et abſolute, niſi verborum et linguae diſcrimen tollere velimus, etſi praeter gloſſas memoratas ſic explicat etiam Servius ad Virgilii eclog. 6, 16. et ad Aen. 6, 10. duplicem voci tribuit ſignificationem. Sic quidem Thucyd. 1, 134. πλησίον που, pro quo Nepos in Pauſania 5. extr. *procul* dixit, etſi ibi Boſius mavult *haud procul. Procul* enim, ut recte monet Perizon. ad Sanctii Minervam 1, 16. n. 7. ſeparationem et remotionem a loco, ſive ea longior ſit, ſive brevior, indicat. Hinc etiam codices *longe* et *procul* variant. V. Corte ad Salluſt. Iug. c. 89, 6. Cf. etiam dicta in not. exeget. ad 1, 6, 1.

§. 6. *per Demetrium) Per* commode explicatur *praeter*, uti dicitur ap. Lucan. 8, 275. Cf. quae disputantur de hoc vocis uſu in obſervatt. miſcell. nov. T. 6. p. 631.

Demetrium) Gr. Δημήτριον, uti vocant Scylax p. 24. Hudſ. Stephan. h. v. Strabo 9. p. 300. ſ. 435. Liv. 28, 6, 7. (ex emendatione quidem) Euſtath. ad

Homer. Il. 2, 696. ubi tamen per ει effertur. Homerus c. l. habet Δήμητρος τέμενος, eamque urbem innuit, ut volunt Strabo et Eustathius, quamvis alii ad Pyrasum, adpositam urbem, referunt. Cf. Heyne ad Homer. T. 4. pag. 373. De terminatione vid. notae crit. pag. 206. A Thebis distabat 20 stadiis, (Strabo) ad Thessaliam (idem) circa Crocotum (ω) campum, (Stephanus) quem Κρόκιον vocat Strabo et per eum labi Amphryssum addit. Ad sinum Pagasaeum cum Larissa, Thebis — ponit Scylax, (cf. et Stephanus) et Achaeis Phthiotis tribuit, ut Phthiotidi Livius. Cellarius Demetrium plane praeteriit, et tantum Demetriada adposuit, ut Plinius, sed praeter Stephanum utramque urbem habet Strabo, qui Demetrium diserte tribuit Phthiotidi, Demetriada Pelasgiotidi. Conditorem huius Stephanus adfert Demetrium regem, quem Poliorceten cognomine fuisse scribit Strabo. Factum id esse putat post Olymp. 121, 2. Dodwellus in dissert. de Dicaearcho §. 14. ubi prolixius de eo tempore disquirit. Omnino autem Demetriadis plures meminerunt, quae sedes Macedoniae regum fuit, et licet aetate Strabonis a pristino splendore decidisset, praecipua tamen Magnesiae urbs remanserat, (Strabo) Magnesia autem maiorem Pelasgiotidis partem ex Strabonis ratione complectitur. Demetrium intercidisse autem tunc videtur, quod de Pyraso adfirmat Strabo 9. p. 300. f. 435. qui idem utrumque putat, unde et ab aliis Demetrium omittitur. Etsi enim Livius 28, 6, 7. commemorat, id tamen incertum reddunt omnium codicum lectiones.

Halon) Gr. Αλος utroque spiritu, de quo monet Eustath. ad Homer. Il. 2, 682. Cf. notae crit. p. 208. Utroque etiam genere efferri notant Strabo 9. p. 298. f. 433. Stephanus, Eustathius et Etymol. M. pag. 70. *Halos* habet etiam Plin. 4, 14. f. 7. Conditorem producit Athamanta Eustathius c. l. et nomen inditum dicit ab ἄλης, ἤτοι πλάνης, ἣν ἔπαθεν εἰς μανίαν ἐμπεσών. Sic

et Etymol. M. p. 70. Ex Theone Stephanus addit Alum, Athamantis ancillam, ipſe vero ita non ſolum Phthiotida dictam eſſe ſcribit, ſed et Achaicam. Achaiae urbem dicit Herodotus 7, 173. 197. Stephanus etiam Phthiotidis ad finem Othryos montis ſitam, quod duxit ex Strabone 9. p. 298. f. 433. qui item conditorem memorat Athamantem, et ſitum ſimul propius deſignat in Crocio campo ad Amphryſſum; in ora maritima poſuit Artemidorus, quod et probat Mela; ſed extra ſinum Maliacum, unde duas hoc nomine urbes in Pthiotide adſtruit Politus ad Euſtath. in Homer. Tom. 2. p. 682 ſq. unam ſub Achille ab Athamante conditam ad radices Othryos montis et mediterraneam, alteram ſub Proteſilao eamque maritimam extra ſinum Maliacum. Cf. et Schlichthorſt in Geogr. Hom. p. 98. Regio illa Phthiotis dicebatur et Achaica, iuxta Malienſes, (Strabo) unde ſuperiora intelliguntur. Vid. in primis Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 682. Et ſic Livius 42. extr. coniuncte dixit Achaia Phthiotis, in qua Pteleon conlocat; Ἀχαιοὶ οἱ ἐν Θετταλίᾳ Euſtath. ad Homer. Il. 2, 697. Cf. ad v. 594. Incolae dicuntur Ἀλεῖς, ut ſaepe in Demoſthene. Male Schol. ad orat. de falſa legat. pag. 353. (Reisk.) ab urbe Ἅλις derivat pro Ἅλος. De gentili plura adfert Valckenar. ad Herodot. 7, 173. Praeterea Ἅλιος et Ἀλούσιος notant Stephanus et Euſtath. ad c. l. Aliam Halum in Locridis ora inveniri tradit Strabo c. l.

Pteleon) Gr. Πτελεὸς et Πτελεὸν, ut adfirmat Euſtath. ad Homer. Il. 2, 594. Et ſic *Pteleos* Lucan. 6, 352. Eodem Euſtathio et Stephano teſte incola dicitur Πτελεάτης, Πτελεούσιος et Πτελεεύς. Ita vero, conſentiente omnino Euſtathio, dici ait Stephanus, ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας. Quod an de noſtra urbe valeat, contendere non auſim. Plures enim fuerunt huius nominis urbes, quas recenſent Stephanus et Euſtathius. Sic et Homerus duas novit, unam Il. 2, 594. in Elide, quam

nostrae coloniam facit Strabo 8. pag. 241. f. 351. alteram Il. 2, 697. in Thessalia, in cuius parte Phthiotide commemorat etiam Strabo c. l. in Magnesia Plin. 4, 7. f. 10. τῶν περὶ Θετταλίαν Ἀχαιῶν dicit Eustathius c. l. cum Stephano, ubi vulgo male legebatur παραθαλαττίων Ἀχ. de quo iam monuerat Holsten. p. 264. et post Politus ad Eustath. T. 2. pag. 630. Prope fuit *nemus Pteleon*, quod docet nexus in Plinio 4, 15. f. 8.

Echinon) Gr. Ἐχῖνος. Conditorem facit Echinum Scymnus v. 603. In Phthiotide ponit Strabo 9. p. 298. f. 433. cum Ptolemaeo 3, 13. in faucibus Sperchii fl. Plin. 4, 14. f. 7. in recessu Maliaci sinus Scymnus c. l. Polyb. 9, 41, 11. prope Larissam Cremasten Stephanus sub h. v. Vicinas urbes commemorat etiam Polyb. 17, 3, 12. et 18, 21, 5. cum Livio 32, 33. f. Ἐχίναιος post videtur esse adpellata addicente situ apud Procop. de B. Goth. 4, 25. Vid. Wesseling. ad Hieroclis Synecd. p. 642. Fuit et alia eiusdem nominis in Acarnania, quam indicat Stephanus et magnam partem cum aliis concidisse refert Strabo 1. p. 41. f. 60. Gentilia inde facit Stephanus Ἐχιναῖος, Ἐχιναιεὺς, quod de nostra urbe reposuit Schweighaeuser. in Polybio 9, 41. cuius cf. disputatio Vol. 6. p. 567. *Echiniensis* ex concilio Chalcedoniensi excitavit Harduin. ad Plin. 4, 14. f. 17.

Pagasaeus) Varie vertitur nomen, ut Παγασητικὸς κόλπος, (Scylax pag. 24. Huds. Strabo 9. p. 300. f. 436. et epit. 7. p. 108. Huds. Stephan. f. v. Δημητριὰς) *Pagasicus*. (Plin. 4, 15. f. 8. et 2, 3. f. 12.) Nominis causa in promtu est, et hinc Herodotus 7, 193. ὁ κόλπος ὁ ἐπὶ Παγασέων φέρων. Idem vero etiam a Pelasgis, qui olim illum accoluerunt, *Pelasgicus* vocatur a Ptolemaeo 3, 13. ut urbes adpositae declarant, etsi Vossius ad Melam 2, 7, 8. emendat Παγασικός. Incerta sunt, immo falsa etiam, quae porro tradit Ortelius f. v.

Pelaſgicus ſinus, et quod ſit, ex eo, opinor, Dapper de l'archipel p. 341. dici etiam ſinum Iolciacum ab Ovidio, Demetriacum a Livio, et Macedonicum ab Oroſio. In Ovidio enim Metam. 7, 158. vox *Iolciacus* varie ſollicitatur. Nec magis in Livio 28, 5. 18. integrum habetur *Demetriacus*, quod, licet propter Demetrium de noſtro accipi poſſit, ad Maliacum tamen potius propter Niceae ſitum et Attali navigationem pertinet. *Macedonicus* autem apud Oroſ. 1, 2. *Thermaicus* eſt ſinus, quem *mare Macedonicum* vocat Liv. 44, 11. in. Os eius patebat 5 ſtadiis tantum ſecundum Scylacem pag. 25. Hudſ. etſi Voſſius pro ε mavult λε ad Melam c. l. H. *Golfo de Armiro*, ſive, ut Dapper c. l. addit, *Golfo de Volo*. TZSCHVCKE. Et hic errat Mela. Non enim per ſupra memorata loca curſus eſt ad ſinum Pagaſaeum, ſed per ſinum Pagaſaeum curſus eſt ad ſupra dicta loca. Errat quoque, cum dicit, Sperchium infundi in ſinum Pagaſiacum, cum in Maliacum effundatur. VOSSIVS.

Pagaſam) De numero plurali, quem Graeci frequentant, cf. not. crit. p. 209. Nomen derivant a παγαὶ, Doribus pro πηγαὶ, ut Scepſius apud Schol. Apollonii ad 1, 238. quia locus fontibus circumfluatur; vel a πήγνυμι, quod ibi Argo navis compacta fuerit, de quo vid. Strabo 9. p. 300. ſ. 436. Hygin. poet. aſtron. 2, 37. ubi alii indicantur. De utroque etymo cf. Schol. Apoll. c. l. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 711. p. m. 247. Poſterius probant Etymol. M. h. v. et Tzetzes ad Heſiodi ſcut. v. 70. Hinc vero Argo *Pagaſaea ratis*, Lucan. 2, 715. Sil. Ital. 11, 472. *puppis*, Valer. Flacc. 8, 378. vel *Pagaſeia*, ut ib. 1, 422. et *Iaſon Pagaſaeus*, Ovid. Faſtor. 1, 491. et alibi. Παγασηΐδες ἀκταὶ dicuntur ab Orpheo Argon. v. 110. ubi narrat, quod et alii confirmant, Argonautas ibi conveniſſe. In Magneſia ponit Strabo c. l. et hinc Παγασαὶ Μαγνήτιδες apud Apollon. 1, 238. ubi Schol. ἀκρωτήριον Μαγνησίας habet; in

Theſſalia Scylax p. 25. Hudſ. Plin. 4, 15. ſ. 8. in Phthiotide Ptolem. 3, 13. quod locorum vicinia facit nominumque cognatio. Αἰσονίδα vocat Apollon. 1, 411. ab Aeſone, Iaſonis patre. An poſtea *Demetrias* dicta fuerit, quod tradit Plinius, dubium reddit Strabo c. l. immo falſum. Diſtinguit enim non ſolum utramque urbem, ſed et Pagaſis colonos Demetriadem deductos eſſe refert. Fuit autem Pheraeorum navale, et poſt ad tenuitatem delapſa eſt Demetriadi adtributa, unde forte illa opinio in Plinium defluxit. Templum *Pagaſaei Apollinis* notat Schol. Apollonii ad 1, 238. TZSCHVCKE. Incipit inde Theſſalia ſtricte dicta, cum priora oppida ſint Achaiae Phthiotidis. I. GRONOVIVS *MS.*

Sperchion) Gr. Σπερχειὸς, Ionice Σπερχήϊος, ut habent codd. quidam in Herodoto 7, 198. quod minime ſpernendum eſſe cenſet Weſſelingius. Latini *Sperchios*, ut Plin. 4, 14. ſ. 7. cum aliis. Oudendorpius tamen ad Lucan. 6, 367. ut *Sperchius* reiicit, ita nec *Sperchios* probat, ſed *Spercheos* praefert, ut *Peneus*, *Dareus* et ſimilia, etſi *Sperchios* ipſe retinuit. Dederunt tamen *Spercheos* Burmann. in Ovidii Metam. 1, 579. Heyne in Virgil. Georg. 2, 487. Oberlin. in Vibio p. 17. — Cf. Heinſius ad Ovid. c. l. Utroque modo ſcribi recte poſſe, indicat Drakenb. ad Liv. 36, 14. f. Hinc vero dicuntur *Sperchiades undae* ap. Ovid. Metam. 7, 230. et alibi, etſi *Spercheides* malit Heinſius. Nomen ex re et undae curſu traxiſſe putat Euſtath. ad Homer. Il. 16, 174. p. m. 1067. et v. 570. p. m. 1104. Theſſaliae fluvium vocant plures, ut Vibius c. l. Schol. Homeri ad Il. 23, 142. Servius ad Virgil. c. l. Oriebatur in monte Tymphreſto, (Strabo 9. p. 298. ſ. 433.) praeterfluebat Anticyram, (Herodot. 7, 198.) vel ut ſcribit Strabo 9. p. 295. ſ. 428. Anticirrham, et prope Thermopylas (Euſtath. ad Dionyſ. v. 437. ad Homer. Il. 23, 144. p. m. 1493. Strabo 9. p. 298. ſ. 433. Herodot. 7, 228.) inter Trachinem et Lamiam (Strabo c. l.) excurrebat in ſinum Maliacum, uti adfirmant

Strabo c. l. Scylax p. 24. Hudf. Lucan. 6, 367. Schol. Aefchyli ad Perf. v. 485. Vibius pag. 17. aliique, unde Melam errare putat Oudendorp. ad Luc. c. l. Vid. Vosſii nota fuperior. In finum tamen Pelafgicum effundit Ptolem. 3, 13. de quo paullo antea. *Echinum* in eius faucibus ponit Plin. 4, 14. f. 7. cuius fitum fupra aliunde etiam notavi. Rapidum fuiffe declarant epitheta *tumidus*, *minax*, et quae conlegit Heinfius ad Ovid. Metam. 1, 579. Sic porro *citatum* vocat amnem Lucan. c. l. ἀκάμαντα Homer. Il. 16, 176. — Terrae motu aliquando alveum mutaffe et finitima inundaffe fcribit Strabo 1. p. 41. f. 60. In hodierno nomine, qui adferunt, variant, ut docet Ortelius c. l. et Oberlin. ad Vibium p. 184 fq. Prifco eum nomine producit Pococke T. 3. p. m. 221.

Minyae) Gr. Μινύαι. Ita vero dicti Argonautae, etfi variae nominis feruntur caufae. Alii enim ducunt a Minya, Theffalorum rege; alii a Minyis, qui Orchomeno deducti circa Iolcum confederant; (Strabo 9. p. 285. f. 414. Schol. Apollonii ad 1, 230. Pindari ad Olymp. 14, 5.) a Minyae filiabus alii, unde principes Argonautarum cum ipfo Iafone oriundi erant; (Apollon. Rh. 1, 230.) alii denique aliunde. V. Heyne ad Apollodor. p. m. 145. et 178. et quos adducit, quibus addi poffunt Servius ad Virgil. ecl. 4, 34. Muncker. ad Hygin. fab. 14. Voff. ad Valer. Flacc. 1, 310. Euftath. ad Homer. Il. 2, 511. Illorum recenfum dedit in primis Burmannus in praefatione Valerio Flacco praetexta. De Argo et Argonautarum itinere plura etiam conlegit Vindingius in Hellene p. 342. (in Gronovii thef. Vol. 11.)

Colchida) Res in vulgus nota. Putant tamen quidam hodie, expeditionem eam referendam effe ad Cherfonefum Tauricam, quod nuper probare adnifus eft Seftini in epiftola ad Caftrium, quod cognovi ex commentariis Gothanis de libris peregrinis an. 1788. pag. 72.

Ceterum Melam ſuo more reddidit et hic Boccatius de fluminibus ſ. v. Sperchius.

Argo) Gr. Ἀργώ. Nominis varias cauſas adferunt, v. c. 1) ab Argo auctore, ut multi veterum; 2) ab Argo Phryxi filio; (Pherecydes apud Schol. Apollonii 1, 4.) 3) a celeritate; (Schol. Euripidis ad Androm. in. Servius ad Virgil. Eclog. 4, 34.) 4) a loco, ubi fabricata, quem Argos putant; (Hegeſiander apud Tzetzem ad Lycophron. v. 883.) 5) ab Argivis, quos vectavit; (Cicero in Qu. Tuſc. 1, 20.) 6) a longitudine, ut Graeci *argo* fecerint pro *arco*, Punica voce, quae id ſignificat, quod ea prima fuit navis longa, (Bochart. in Chanaan 2, 11. et quae adfert, cui adſentitur Martin in hiſt. des Gaules T. 1. p. 217. n. 7. ubi plura dat) ut Plinius *longam* vocat 7, 57. ſ. 56. et μακρὰν Philoſtephanus ap. Schol. Apollonii ad 1, 4. De ipſa navis fabricatione, ſtructura, curſu et quae praeterea memoratu feruntur multa, multae ſunt veterum narrationes, in quibus innotuerunt maxime Orpheus, Apollonius Rhodius, Valerius Flaccus. Ex recentioribus conſuli poteſt Banier in Götterlehre Vol. 4. p. 486 ſqq. et in diſſ. des Argonautes in Memoires — de Paris T. 13. p. 106. (ed. Hag.) a quo etiam alii producuntur. Omnia enim perſequi, alienum eſt a conſilio. Auctores autem *Argo* latius paſſim deſignant, ut *Pagaſaea puppis*, de quo ſupra, Ἀργῷον σκάφος Euripid. in Medea v. 477. — Δαναΐς etiam olim eſt dicta, quod eam fabricaverit Danaus, ab Aegypto fuga actus, ut tradit Schol. Apollon. ad 1, 4. Finito curſu eam Neptuno conſecravit in Iſthmo Iaſon, vel inter aſtra conlocavit Minerva. Vid. Heyne ad Apollodor. p. m. 227 ſq. Eius fragmentum Martialis tempore Romae exſtitiſſe, certe creditum, docet eius epigramma 19. lib. 7.

praenaviganda) Vid. ad 2, 2, 8.

Maliacus) Gr. Μαλιακὸς, passim tamen etiam Μαλιεὺς, ut in Plutarchi Pericle cap. 17. Strabone 8. p. 293. f. 426. qui alias priorem formam habet, vel Μηλιεὺς, uti efferunt Herodot. 4, 33. Thucyd. 8, 3. Polyb. 9, 41, 11. — nempe Ionica forma, quam et Attici acceperunt, cum altera sit Dorica, quam communis lingua est secuta et Latini reddunt. Cf. Politus ad Eustath. in Homer. T. 2. p. 704. et, qui plurima congessit, Santenius in Catulli eleg. in Manlium p. 17 sqq. Idem valet de accolis, qui aliis sunt Μηλιεῖς, aliis Μαλιεῖς, promiscue adeo in eodem auctore, ut de sinu ipso, in Strabone. Cf. Diodor. Sic. 16, 15. 12, 77. et quae adtulerunt viri docti, Vossius et Gronov. ad Scylac. p. 54 sq. Sylburg. ad Pausan. 10, 8. Wesseling. ad Diodor. 15, 85. Valckenar. ad Herodot. 7, 132. Palmer. in exercitt. ad Gr. auct. p. 275. et quae notavi ad Strabon. lib. 10. p. 5. Μηλίδα κόλπον vocat Philostratus in vit. Sophistar. 2, 1, 5. Nomen habet ab urbe Μαλιεὺς, de qua vid. Stephanus, vel, quod ad idem redit, ab accolis sec. Plinium 4, 12. f. 7. Idem etiam vocatur *Lamiacus* a Pausania 1, 4, 3. 10, 1, 1. ubi quidam reponere maluerunt Μαλιακός. *Lamia* vero fuit urbs ad illum sinum sita, ut adfirmat Strabo 9. p. 298. f. 433. et post idem coniungit in Maliensium agro cum Echino urbe, quam in recessu Maliaci sinus sitam fuisse, supra vidimus. Sic contra Strabo 10. p. 307. f. 446. *Maliacum bellum* vocat, quod aliis est *Lamiacum*, ab Antipatro cum Atheniensibus gestum, uti et ipse usitato nomine vocat 9. p. 298. f. 433. Ptolemaeus et hunc et Pagasaeum Pelasgici adpellatione complectitur. Conterminus erat Opuntio. (Strabo 9. p. 293. f. 426.) Hodie, quod adfirmat Dapper des isles de l'Archipel p. 286. vocatur *le golfe de Siton.*

Opuntius) Gr. Ὀπούντιος, cui vicina urbs *Opus* nomen dederat. (Plin. 4, 12. f. 7.) Situm eius notat Strabo 9. p. 293. f. 425. ubi Boeotiae ora versus Eu-

baeam definit. Erat eodem teste c. l. stadiorum 40. et terminabatur promontorio prope Cynum. Οἴτεος est in Ptolemaeo 3, 15. pro Οἰταῖος, puto. H. tradunt dici *golfo di Negroponte.* Alius tamen sinus est *Euboicus* huic oppositus ab altera Euboeae parte versus meridiem, de quo vid. Duker. ad Liv. 31, 47. in.

caesorum) Aut caesorum ab Atheniensibus Thebanisve, qui publicae victoriae gratia monumenta illic erexerint; ab utrisque enim victos aliquando fuisse ex Plutarcho, Iustino et Thucydide constat, et Pericles, ut in eius vita refert Plutarchus, [cap. 38.] novem tropaea novies victor pro patria statuit, inter quae et caesorum Laconum esse potuerunt; aut re vera intelligit tropaea, quae in Locrensium agro memoriae gratia posita sunt Laconibus sexcentis illis, qui duce Leonida pro Graeciae libertate pugnantes magna gloria occubuerunt, obruentibus eos Persis, ut lib. 2. [cap. 11.] Iustinus scribit. Hi enim, quamquam victi essent, tamen, quod hostis numerosissimum exercitum prope in fugam vertissent, digni tropaeo visi sunt. Quo minus autem de Othryadis tropaeis quidquam hic intelligam, locus monet, quo longe ab hoc nostro diverso Othryades pugnavit; ad Thyreaten enim, quae in Peloponneso est, id suis praestitisse Othryadem, indicat Plutarchus. [in parallel. pag. 218. ed. Reisk. Cf. Herodot. 1, 82. et alii plures, quos nominat ad Ovid. Fastor. 2, 665. Heinsius.] At Lacones trans Thermopylas cecidisse constat diverso loco et Opuntio Maliacoque finibus, quorum hic Mela meminit, vicino. Strabo 9. [p. 295. f. 429.] iuxta Thermopylas locum fuisse scribit *Polyandrion*, multorum virorum sepulcrum et iuxta columnas [quinque, v. Strabo 9. p. 293. f. 425.] erectas cum inscriptionibus. Haec indubie illa sunt Laconum monumenta, quorum Mela meminit. Meminit eorum libro 7. [c. 225 sq.] Herodotus. VADIANVS. Coniungit,

quae uſus linguarum ſeparata vult; ſed utitur ſpecie ὀξυμώρου, quia non tantum mors illorum glorioſior eſt, quam ulla victoria, ſed etiam quod per ſuam mortem Graecia ſe comparaverit, ut poſſet vincere, alioquin Xerxe omnes oppreſſuro, ſi potuiſſet feſtinare. I. GRONOVIVS *MS.* Livius 36, 15. f. de Thermopylis: *locus nobilis Lacedaemoniorum adverſus Perſas morte magis memorabili, quam pugna.*

Thermopylae) Gr. Θερμοπύλαι. Sic dictae vulgo et uſitate, quia *calidae aquae erant in faucibus*, ut ait Livius 36, 15. f. Cf. Strabo 9. p. 289. ſ. 420. Appian. in Syriac. c. 17. f. aliique. A lavacris calidis, quae Herculi Minerva ibi exſtruxerit, nomen derivat Phileas apud Harpocrationem p. m. 188. h. v. Alias etiam ſimpliciter Πύλαι vocabantur, ut notant ſuperiores auctores et praeter eos aliosque Euſtathius ad Dionyſ. v. 403. Suidas h. v. et ſic vocat Ariſtides T. 1. p. 152. Iebb. Πύλαι vero, auctore Herodoto 7, 201. nomen erat uſitatum indigenis et accolis, Θερμοπύλαι plerisque Graecorum. Hinc igitur Πύλας ſimpliciter dicit Aelian. V. H. 3, 25. ubi de Leonida narrat, et Spartanis, qui illo duce ceciderunt. Quidam *anguſtias Thermopylarum* dicunt, etſi per ſe intelligitur, (cf. ad 1, 15, 2.) ut Iuſtin. 8, 2, 8. et 8, 4, 12. Erat autem ibi anguſtus et oblongus tranſitus per Oetam ex Hellade in Theſſaliam. Ab una parte adluebat mare, ab altera imminebant duo montium cacumina *Callidromus* et *Tichius.* (Τειχιοῦς.) Deſcripſerunt inprimis Herodotus 7, 176. Liv. 36, 15. et Appian. in Syr. cap. 17. Longius tamen illas anguſtias extendit Livius et cum ipſo Oeta monte commiſcet, ut docuit Ortelius in theſ. h. v. Certe ab Oeta ſeparat Herodotus, etſi ad illum profert. Ex illo item diſcitur, ibi olim fuiſſe murum portasque. Anguſtum iter faciunt omnes, et 60 paſſuum Livius. Frequens vero ibi, ut ait idem 33, 35, 8. Graeciae ſtatis diebus eſſe ſolebat conventus, quem

Pylaicum vocabant. In Graecis Πυλαία, ut docent Strabo c. l. Suidas f. v. Πύλαι aliique. Noti hinc, qui dicebantur, Amphictyones, de quibus confuli poffunt antiquitatum enarratores. Nomina recentiora varia adfert Ortelius, *Scelas, Terremoto, Bocca di lupo;* dubia quidem. Pococke, qui ibi fuit, *Oetam*, montem vicinum, *Coumaita* vocat, de Thermopylarum nomine filet. (T. 3. pag. 222 fq.)

Opoes) Gr. Ὀπόεις, quod in cafu recto amant poetae maxime; habet tamen etiam Stephanus. Aliis ufitate dicitur Ὀποῦς. Inde defcendit Ὀπούντιος, ut κόλπος, et ipfi Locrenfes Opuntii funt noti. Notant praeterea Stephanus et Euftathius ad Homer. Il. 2, 531. Ὀποείσιος, minus tamen id frequentatum. In numis porro Οποντιων legitur, de quo Rafche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 250 fq. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 192. Nomen traxit ab Opoente, uti cum aliis tradit Stephanus, etfi in genere discrepant, et ipfe a fe diffidet Schol. Apollonii, qui de hac urbe expofuit, ad 1, 69. et 4, 1780. Cf. et Schol. Pindari ad Olymp. 9, 85. et Politus ad Euftath. in Homer. T. 2. p. 573. Ab Opoente, qui ibi regnavit, derivat Euftathius ad Homer. Il. 2, 531. Μητρόπολιν Locrenfium Epicnemidiorum faciunt multi auctores, in quibus Strabo 9. p. 286. f. 415. et ex eo Euftathius c. l. et Stephanus h. v. Alibi tamen Strabo (9. p. 292. f. 425.) Locrenfes Opuntios inde adpellatos effe tradit, quorum et metropolim vocat et Locrenfes Epicnemidios fubiungit a Cnemide monte dictos. Nempe fub Epicnemidiis paffim fimul illos complectitur, ut iam fupra monui. Λοκρίδος μητρόπολιν omnino vocat Schol. Pindari ad Olymp. 9, 86. A mari diftabat circiter 15 ftadiis (Strabo 9. p. 293. f. 425.) et a navali, quod habebat nomine Cynum, 60. (Strabo c. l.) Livius 28, 6. f. Opunta a mari M. P. removet, et fimul Cynum Opuntiorum emporium vocat. Inter utrumque campum fer-

tilem commemorat Strabo c. l. et 1. p. 41. ſ. 60. caſtellum ibi olim fuiſſe *Oeum* terrae motu ſubverſum ſcribit. Ceterum de ea ſic Euſtathius ad Dionyſ. v. 426. ἡ τοῦ Πατρόκλου πατρὶς, ἣν σεμνολογεῖ ὁ Πίνδαρος. Prius probat Homerus Il. 23, 85. poſterius reſpicit Pindari Olymp. 9.

Scarpha) Varie effertur in Graecis. Sic Σκαρφία Strabo 1. p. 41. ſ. 60. at paullo poſt Σκάρφη, et olim 9. p. 294. ſ. 426. ubi cf. notata. Σκάρφην vocat etiam Homerus Il. 2, 532. Σκάρφειαν et Σκάρφην tamen promiſcue a Strabone dici, monet Euſtathius ad Homer. c. l. Σκαρφία habet Hierocles pag. 643. et Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 5. plures tamen efferunt per ει, uti Appian. in Syriac. cap. 19. Ptolemaeus 5, 15. Stephan. h. v. Pauſan. 2, 29, 3. 7, 15, 2. — In Livio 36, 19, 5. legitur *Scarphea*, ubi cf. notata et ad 33, 3, 6. In priori loco codices etiam adferunt *i*, quomodo edidit Plin. 4, 12. ſ. 7. quod ad idem redit. Omnino autem hoc nomen varie immutatur in auctoribus. Sic tabula Peutinger. 7. E. habet *Scarpias*, Geogr. Ravenn. 4, 10. et 5, 13. *Scarpia.* Nomen a Scarphea, clara femina, petit Euſtathius c. l. Urbem Locridis habent Strabo, Pauſanias, Plinius, alii. Helladi tribuunt poſteriores, ut Conſtantin. Porphyrog. c. l. qui primariam facit, et Hierocles c. l. Boeotis adſcribit Procopius de B. Goth. 4, 25. Eandem enim eſſe ſitus deſcriptio indicat. Prope Thermopylas fuiſſe ſitam, non ſolum ex auctorum narrationibus intelligitur, ſed et diſerte adſirmat Stephanus monſtrantque tabulae. Gentilia adfert Stephanus Σκαρφεὺς, Σκαρφιεὺς, Σκαρφαῖος et Σκάρφιος, de quibus tamen conſulendus Holſten. pag. 297. ut omnino de ipſa urbe Palmerius in Gr. ant. 5, 3.

Cnemides) Κνημίδες Strabo 9. p. 295. ſ. 426. qui tamen vocat χωρίον ἐρυμνὸν, ſed in oppidis numerat

Ptolemaeus 5, 15. In ſingulari et oppidi titulo profert Scylax p. 23. Hudſ. cum Plinio 4, 12. ſ. 7. et ipſo Strabone c. l. paullo poſt, qui antea montem eodem nomine memorat, unde Locri Epicnemidii dicti ſint. Idem adfirmat Euſtathius ad Dionyſ. v. 426. eumque ponit prope Oetam. Portus vero, quem habuit, aberat inde, Strabone auctore c. l. 20 ſtadiis, quare et in maritimis eam recenſent Scylax et Ptolemaeus; a Plinio autem mediterraneis Locrorum adſcribitur. At hic longe aberrat a vero ſitu, dum poſt Elateam Delphos verſus ponit et Hyampolim ſubiungit. Sed et illi variant, et Scylax Phocidi dat, Ptolemaeus Locris Opuntiis, in quorum fuit confinio.

Alope) Gr. Ἀλόπη, et inde Ἀλοπίτης et Ἀλοπεύς. Cf. Stephanus h. v. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 682. p. m. 242. Ille etiam plures cognomines urbes recenſet, ex quibus referri huc poſſunt, quae fuerunt circa Euboeam et Locridem, una forte urbs eademque. Quae enim ab auctoribus ex finitimarum regionum ſitu varie notantur notarique poſſunt, diverſa ille male loca, ut alibi, putavit. Vidit et hoc de noſtra Berkelius p. 103. Ad Locrida ſine dubio per connexum haec pertinet, et ſic cum Scarphia iungit Locrisque dat Plinius 4, 12. ſ. 7. aliique. Duplicem tamen in Locride Alopen fuiſſe narrat Strabo 9. p. 294. ſ. 427. Ozolarum et Epicnemidiorum, quibus aliam ſubiungit in Phthiotide. Antea etiam Opuntiis Alopen tribuere videtur. Epicnemidiorum urbem per nexum hic intelligi puto propter Scarphiam et Cnemides, ſi iuſtam ſeriem contexuit Noſter.

Anthedon) Gr. Ἀνθηδὼν, unde Ἀνθηδόνιος, ut λιμὴν Dicaearch. p. 6. Hudſ. Nominis tres cauſas adfert Stephanus, et, qui illum ſequitur meliori ordine conſtituto Euſtathius ad Homer. Il. 2, 508. p. m. 205. διὰ τὸ αὐτῆς ἀνθηρὸν, ἢ ἀπὸ Ἀνθηδόνος, ἢ Ἀνθίου ἀπογόνου Ποσειδῶνος. Cf. et Pauſan. 9, 22, 5. Male Fulgentius

2, 12. *Antedon* Graece explicat quafi *Antidon*, contraria videns, ubi de nomine plura conlegit Staverenus. Erat πάραλιος πόλις, (Scymnus v. 499.) et quidem Boeotiae, ut plures tradunt, prope Euripum (Dicaearch. c. l.) et mare Euboicum, (idem p. 17.) ultima Boeotiae in hoc tractu contra Euboeam, uti Strabo 9. p. 279. f. 405. Euftath. c. l. — referunt, diftabatque a Thebis 160 ftadiis, a Chalcide 70. (Dicaearch. p. 19.) Ἐσχατόωσαν vocat Homerus c. l. cuius caufam fuperiora adferunt, etfi Strabo monet, duas ultra urbes iacere, in iis Larymnam. Ab Euboea vicina vocatur *Euboica* ab Ovid. Met. 7, 232. et 13, 905. et Θρηκία a Lycophrone v. 754. quem et adducunt Stephanus et Euftathius, quia eam Thraces habitarant, quam caufam cum Stephano adfert Tzetzes. Hic tamen cum dicit, Agrippiada tefte Iofepho dictam effe, male errat, et mifcet cum urbe Palaeftinae maritima cognomini, ut adparet ex Iofepho de B. Iud. 1, 4, 2. et Antiqu. Iud. 13, 13, 3. Noftra habuit portum tefte Strabone c. l. quem hinc Ἀνθηδόνιον vocat Dicaearchus p. 6. cum Stephano. Sed minus bene *portus Anthedon* ex Plinio 4, 9. f. 5. huc a Berkelio arceffitur ad Stephan. p. 133. quippe hic erat in Argolide prope Spiraeum promontorium, fi fana eft lectio. Nam in Ptolemaeo 3, 16. Ἀθηναίων λιμὴν vocatur. Urbis fpeciem civiumque mores prolixe defcribit Dicaearchus, ex quo potiora haec funt: Forum cinctum erat binis porticibus arboribusque confitum. Vino abundabat, (quod et laudatur ab Athenaeo 1, 56. Schw.) et opfoniis. Incolae fere omnes erant pifcatores vitamque neglecto terrae cultu in freto agebant. In medio urbis luco templum fuit Cabirorum, ut docet Gutberlethus de Diis Cabiris cap. 14. pag. 93. Urbs ex fabulari hiftoria maxime inclaruit Glauco, Deo marino, cuius converfionem tractant plures, quos adlegat Fifcher. ad Palaephat. cap. 28. Ex claris tamen etiam civibus nominant Stephanus et Euftathius *Niconem* luctatorem et *Leonidem* pictorem.

Larymna) Gr. Λάρυμνα. Nomen nacta erat a Larymna Cyni filia, (Pausan. 9, 23. f.) fuitque in ultima Boeotia ad ostia Cephissi, (Strabo 9. p. 279. s. 405.) ad quem ponit etiam Plin. 4, 12. s. 7. — Ad mare ostendit etiam Pausanias c. l. et vectigalem olim fuisse Opuntiorum scribit, post aucta Thebanorum potentia ultro se Boeotiis adiunxisse. Ita vero pugnat cum Strabone 9. p. 280. s. 406. qui duas facit Larymnas, unam Locridis cognomine a Romanis addito, superiorem, alteram Boeotiae, de qua antea dixerat. Utrumque conciliare studet Palmer. in Gr. ant. 5, 7. p. 583. Adfert tamen Plinius c. l. paullo post in ora Locrorum Larymnam.

Aulis) Gr. Αὐλὶς, unde Αὐλίδιος. De nominis origine Eustathius ad Homer. Il. 2, 496. p. m. 200. haec: παρὰ τὸ ἐκεῖ αὐλισθῆναι τὰς τῶν Ἀχαιῶν νῆας πρὸ τοῦ ἀπόπλου, ἢ ἁλισθῆναι, ἤγουν ἀθροισθῆναι, ἢ ἀπὸ Αὐλίδος, θυγατρὸς Εὐωνύμου υἱοῦ Κηφισσοῦ, quod quidem verius existimat Stephanus. Cf. qui de etymo plura eaque varia tradunt Stephanus, Eustath. ad Homer. Il. 2, 303. Pausan. 9, 19, 5. Schol. Hesiodi p. m. 143. Etymol. M. h. v. interpretes Stephani, Kuster. ad Suidam s. v. συναυλίσας p. 399. Urbs est Boeotiae plerisque auctoribus varie notata. Strabo 9. p. 278. s. 403. vocat πετρῶδες χωρίον et κώμην Ταναγραίων cum portu 50 navium capaci. Tanagraeos autem eam regionem incoluisse, testis etiam est Pausan. 9, 19. f. Τόπον Eustathius vocat ad Homer. Il. 2, 303. insulam Antonin. in itiner. p. 525. ubi cf. Wesseling. et Servius ad Virgil. ad Aen. 4, 426. hic adeo Aegaei maris. Ἐκ πλαγίου τῆς Εὐβοίας συνάπτων τῷ Ἑλικῶνι ὄρει de situ Eustath. ad Homerum, iuxta Euripum Plin. 4, 12. s. 7. Liv. 35, 37. — iuxta Oropum Plin. 35, 47. s. 14. contra Chalcidem Stephanus. (cf. et Diodor. 13, 47.) Veneris ibi templum commemorat Dicaearch. pag. 6. ab Agamemnone conditum; Dianae, saeculis aliquot ante bellum Troianum exaedifi-

catum Plin. 16, 79. f. 40. Hinc forte Αὐλὶς ἱερὸν omnino memorat Scylax p. 23. Hudſ. Fuit autem templum Dianae, ubi Iphigenia, Agamemnonis filia, victima aris admota eſt, quod et notat Livius 45, 27, 9. cum Pauſania et aliis. Inclaruit tamen maxime portu, ubi ſec. Homerum Il. 2, 303. νῆες Ἀχαιῶν Ἠγερέθοντο, κακὰ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρουσαι. Eum igitur inclitum quondam navium Agamemnoniae claſſis dicit Livius c. l. *capacem* vocat Plin. 4, 12. ſ. 7. At Strabo 9. p. 278. ſ. 403. tantum 50 naves cepiſſe contendit, quare ad alium portum finitimum, quem *βαθὺν* vocabant, hanc ſtationem refert. Pauſaniae aetate (9, 19. f.) a paucis incolebatur, qui figulinam artem exercebant. Euſtathii aetate (ad Homer. Il. 2, 303. et 496.) nomen antiquum ſervabat. Hodie, auctore Harduino ad Plin. 4, 12. ſ. 7. ne rudera quidem urbis ſuperſunt. *Vathi* tamen notat Oberlinus in orbe antiquo p. 174. quem portum Siphni dicit Büſching Vol. 1. p. m. 1836.

in Troiam) Unde apud Virgil. Aen. 4, 426. Dido ad Aeneam: *Non Aulide iuravi*, ut illic primum iſta coniuratio contigerit. Hinc et iſtum locum quoque nominare non potuit Livius 45, 27. quin adluderet. I. GRONOVIUS *MS.*

coniurantium) Horat. 1. od. 15, 7. *Graecia coniurata.* *Teſtis* oratorie vel etiam poetice. Ita enim Virgil. eclog. 5, 21. *Vos coruli teſtes et flumina Nymphis.* Horat. 4. od. 4, 38. *teſtis Metaurum flumen.* Vid. Servius ad Virgil. c. l. Plura dedi ad 1, 13, 1.

Marathon) Gr. Μαραθὼν, unde Μαραθώνιος, rarius Μαραθωνιακὸς, quod adfert Stephanus h. v. De genere diſputatur. Quod enim monent Grammatici, ut Thomas Magiſter p. 597. h. v. aliique, utroque genere dici, Ionibus tamen ſequiori, de quo cf. etiam Porphyr.

in Qu. Homer. 8. conſtanti uſu non probatur, ut docent viri docti, velnti Sallierius et Oudendorp. ad Thom. Magiſtr. c. l. Bergler. et Wagner. ad Alciphr. 2, 3. p. 306. H. Stephanus de dialect. pag. 157. Modo enim πόλιν, modo δῆμον ſubintelligi poſſe, iudicat Oudendorp. ex Stephano, qui 4 Tetrapolis loca illa δήμους καὶ πόλεις vocat. Cf. etiam Weſſel. ad Herodot. 6, 102. pag. 485. qui ad Grammaticorum monita propendet. Nomen a Marathone ducit Pauſan. 1, 32, 4. a Maratho, Apollinis filio, Suidas h. v. Atticae fuit δῆμος (Plutarch. in Theſ. cap. 32. Pauſan. 1, 27. f. —) et quidem teſte Stephano Leontidis tribus. Δῆμος etiam in numis vocatur. Τόπον Ἀθήνησιν vocat Suidas h. v. τόπον τῆς Ἀττικῆς Schol. ad Homerum, qui eius meminit Odyſſ. 7, 80. *Locus* etiam eſt Plinio 4, 11. ſ. 7. Cf. de hac varietate Cicero ad Attic. 7, 3. et quae ibi notant viri docti, Sigon. de republ. Athen. 1, 2. Sylburg. ad Pauſan. in. Pars autem fuit Tetrapolis Atticae, ad quam referunt Strabo 8. p. 264. ſ. 383. Stephanus ſ. v. Τετράπολις, qui hinc πόλιν etiam vocat. Cf. etiam Plutarch. in Theſ. cap. 14. in.. Schol. Ariſtoph. ad Lyſiſtrat. v. 285. Athenis aberat circiter 10 M. P. (Nepos in Milt. 2, 2.) et pari ſpatio a Caryſto Euboeae. (Pauſan. 1, 32, 3.) Nec procul a mari abfuiſſe, intelligitur ex Herodoto 6, 107. unde ἀλίκλυστος dicitur a Nonno Dionyſ. 13, 153. Quibus rebus inclaruerit maxime, indicat ipſe Mela. Plurima de Marathone congeſſit ex auctoribus Meurſius de populis Att. p. 750 ſqq. (in Gronov. theſ. Vol. 4.) cui addi poteſt Corſinius in faſtis Atticis T. 1. diſſ. 5. p. 237. Hodie priſcum nomen ſervat, ſed paucas tantum domos hortosque complectitur, ut narrat Chandler p. 229.

a Theſeo) Quippe qui Marathonium taurum interfecit, qui Tetrapolim vaſtabat. Vid. Plutarch. in vita cap. 14. Diodor. Sic. 4, 59. Strabo 9. p. 275. ſ. 399. Ovid. Metam. 7, 434. alii. Quidam vivum captum per-

que urbem actum Apollini, (Plutarch. c. l.) vel Minervae (Paufan. 1, 27. extr.) mactatum fuiffe narrant. Sed vid. quae conlegit Meurfius in Thefeo cap. 10.

Perfica clade) Duce Athenienfium Miltiade. *Nihil illa pugna nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes proftravit,* ut eft apud Nepot. in Milt. c. 5. f. Vid. etiam Herodot. 6, 102 fqq. ut plures alios in re nota taceam. Pugnatum eft Olymp. 72, 3. Utrumque autem, ut Nofter, in Marathonis memorabilibus coniungit etiam Strabo p. 275. f. 399.

Rhamnus) Gr. Ῥαμνοῦς, et inde Ῥαμνούσιος, Ῥαμνουσὶς, ut Helena vocatur a Callimacho in Dian. v. 232. et *Rhamnufidis ira* de Nemefi dicitur ab Ovid. Metam. 14, 694. Illud in utraque lingua crebro ufu frequentatur. Nomen derivat Euftath. ad Dionyf. v. 453. ἀπὸ τῶν ἐκεῖ ῥάμνων, quae funt fpinofae arbores. Fuit δῆμος Atticae fec. Stephanum h. v. Schol. Callim. ad c. l. *Pagum Atticae* vocat Plin. 4, 11. f. 7. et 36, 4. f. 5. τεῖχος Scylax p. 21. Hudf. quod de munitis oppidis et locis ufurpare folet. A Marathone diftabat verfus Oropum (ω) 60 ftadiis (Paufan. 1, 33, 2.) fitaque erat ad mare, quod patet ex Anthol. Gr. T. 2. p. 185. ed. Iac. in Parmenionis epigrammate, in quo Ῥαμνοῦντος ὄχθαι memorantur. Cf. et Paufan. c. l. In mediterranea tamen Attica oftendit Ptolem. 3, 15. De memorabilibus deinceps. De ipfo demo plura dabunt Meurfius de populis Atticae p. 783. in Gronov. thef. Vol. 4. Cf. et Vindingii Hellen p. 249. (in Gronov. thef. Vol. 11.) et Corfinii fafti Att. T. 1. p. 243.

Amphiarai) Notiffimus vates, qui in expeditione contra Thebas periit, etfi in ipfo interitus modo disfentiunt auctores. Abforptum nempe effe tradunt vel folum, vel cum curru, vel currum folum, ipfum evafiffe, de

quibus cf. Barth. ad Statii Theb. 7, 818. qui in illo libro eius mortem tractavit, Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 536. et quae adtulit Banier in Götterlehre T. 5. p. 75 ſqq. Ita de loco discrepant. Quidam Potniis haud procul a Thebis terra hauſtum narrant, (Pauſan. 9, 8, 2.) alii prope Harma, locum in currus memoriam ita adpellatum. (Pauſan. 9, 19, 4. ubi diverſitatem opinionum adtingit; cf. etiam 1, 34, 2.) Eundem locum notat etiam Strabo 9. p. 278. ſ. 404. qui ponit prope Tanagram in Boeotia et ab cognomini loco in Attica diſtinguendum monet. Commemorat tamen idem alium praeterea locum arceſſitis Sophoclis verſibus, Pſophida Oropiorum lib. 9. p. 275. ſ. 599. Oropum (ω) autem docet in confinio Atticae et Boeotiae ſitum et controverſum ſaepe fuiſſe. Certe Thucydides 2, 23. Oropios Athenienſibus paruiſſe ſcribit, poſt Boeotos urbem illis eripuiſſe 8, 60. Cf. etiam Pauſan. 7, 11, 12. Remotis vero fabulis apud Thebas periiſſe eum refert Plin. 16, 87. ſ. 44. At inde factum eſt, ut, cum in mortis memoriam templum erectum fuerit, id ipſum in diverſis locis notarent, templi etiam nomina variarent. Sic *μαντεῖον Ἀμφιαράειον* ad Pſophida Oropiorum ponit Strabo 9. p. 275. ſ. 599. ubi abſorptus dicebatur. Idem eius *ἱερὸν* Graeae commemorat prope Oropum 9. p. 278. ſ. 404. Graeam autem et Tanagram eandem urbem putare, de quo vid. Hudſon et Duker. ad Thucyd. 2, 23. Certe epitomator Strabonis lib. 9. pag. 125. Hudſ. Tanagram unice habet. Tanagra igitur non tantum abfuiſſe poteſt, (130 ſtadiis) ab Oropo, quantum tradit Dicaearchus p. 12. ubi etiam melius quidam legunt 30. Templum autem ex Cnopia Thebana oraculi iuſſu eo translatum ſcribit Strabo. Poſt duo loca diſtinguit, unum, in quo ex curru fuerit excuſſus, alterum, quo currum nudum equi traxerint; hoc *Harma* vocatum, in illo templum poſitum, etſi loci nomen ſubprimit. Forte fuit inter Potnias et Thebas, ubi *περίβολος* fuit magnus et columnae, et Amphiaraus abſorptus

ferebatur. Vid. Paufan. 9, 8, 2. Maxime tamen Oropius ager eius templa fibi vindicat. Orópii enim primi eum inter Deos retulerunt tefte Paufania 1, 34. in. quod et diferte confirmat Dicaearchus v. 87. p. 6. Hudf. qui ad Oropum haud procul mari ponit Amphiarai ἱερὸν, νεὼν et τέμενος, et p. 11. praeter fanum iter ad Oropum defcribit, et fic Paufanias 1, 34, 1. illud 12 ftadiis ab Oropo disfitum fuiffe narrat. Erant porro alia in Oropio agro, quae Amphiarai memoriam fervarent, veluti Ἀμφιάρεια λοετρὰ, quae memorat Euphorion apud Stephan. f. v. Ὠρωπὸς, et fons prope templum, ubi emerferat, auctore Paufania c. l. Hinc non folum ex vicinia aliorum locorum diverfitas illa explicatur, fed et caufa adparet, cur ad Oropios templi honor tranfierit. Multa accumulavit promifcue Salmaf. ad Solin. c. 7. f. 15. p. m. 103. Nemo autem cum Mela Rhamnunte pofuit praeter Solinum, qui quidem in eo loco depravatus eft. Melam tamen excufare quidam tentarunt, de quo cf. not. crit. p. 218. Hodie, quod teftatur Chandler p. 232. ruinis obrutum iacet.

Phidiaca) Varro omnibus fignis hoc praetulit, ut adfirmat Plin. 36, 4. f. 5. Disfentiunt tamen veteres in eius auctore. Phidiam ferunt Paufan. 1, 33, 2. Hefychius f. v. Ῥαμνουσίαν Νέμεσιν aliique. Alii vel Diodotum, vel Agoracritum, tefte Strabone 9. p. 273. f. 396. ubi tamen laudat fimul praeftantiam eius, qua nec Phidiae operibus cedat, et inde Euftathius ad Homer. Il. 2, 556. p. m. 214. In Agoracrito confentit Plin. 36, 4. f. 5. Rem ita expedit Suidas f. v. Ῥαμνουσία Νέμεσις, quem ad verbum repetit Schol. Demofth. ad Vol. 1. p. 238. ed. Reisk. Phidiam nempe ait feciffe, fed Agoracrito, amafio fuo, permififfe, ut nomen fuum ei infcriberet. Confentit Tzetzes Chil. 7. hift. 154. v. 90. Agoracritum autem non amafium folum, fed et difcipulum Phidiae fuiffe docet Plinius c. l. qui ex operibus fuis pleraque nomini eius donaffe ferebatur; hanc autem ftatuam pro-

prie fuiſſe Venerem, in qua fabricanda cum condiſcipulo Alcamene certaverit; victum Agoracritum Athenienſium, qui civi ſuo Alcameni faverent, ſuffragiis, ſignum illud ea lege vendidiſſe, ne Athenis eſſet, et adpellaſſe Nemeſin, poſitumque id fuiſſe Rhamnunte. Suidas autem refert, dedicatum id fuiſſe ab Erechtheo, matremque eius fuiſſe ita nominatam, quae in eo loco regnaverit. Factum autem erat ſignum ex Pario marmore, coronam geſtabat in capite, laeva fraxini ramum, dextra phialam tenebat, uti pluribus deſcripſit Pauſan. 1, 33, 7. Cf. etiam, quae adtulit Harduinus ad Plinium c. l. Rhamnunte autem templum fuiſſe Nemeſis ſcribit Strabo 9. p. 275. ſ. 399. Cf. Pauſan. 7, 5, 1. Male Solinus cap. 13. ſ. 7. ſignum Phidiacae Dianae cum Amphiarai fano hic coniungit. Fuit enim illud Braurone. Inde vero ex loco ipſo Nemeſis ſaepe a poetis indicatur, ut *Rhamnuſis*, (Ovid. Metam. 14, 694.) *Rhamnuſia virgo* (Catull. 64, 396.) et ſimilia, quae et in Lexicis proſtant. Quae porro de Nemeſi fabulantur veteres, de iis conſule Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 232. Heynium ad Apollodor. 3, 10, 7. Herder in zerſtreuete Blätter collect. 2. n. 4.

Thoricos) Gr. Θορικὸς vel Θόρικος, unde ſec. Stephanum Θορίκιος et Θορικεὺς, quorum illud exſtat in Demoſth. in Boeotum p. 996. ed. Lipſ. Stephano auctore fuit δῆμος Acamantidis tribus, quod ex Diodoro de demis refert etiam Harpocration p. m. 193. Cf. etiam Heſychius et Etymol. M. pag. 455. ubi tamen male per υ effertur. Alii tamen urbem vocant cum Noſtro, ut Hecataeus notante Stephano, Strabone 9. p. 274. ſ. 397. Θορικοῦ ἄστυ adeo dixiſſe Eratoſthenem refert Stephanus ſ. v. ἄστυ. Plinius 37, 18. ſ. 5. vocat *locum*. Cf. ſupra ad *Marathon* notata. Fuit in 12 urbibus, in quas Cecrops populum diviſit, et poſt Theſeus Athenas conlegit. (Strabo c. l.) *Thoricos* (pro *Doriſcos*) *promontorium* in Plinio 4, 11. ſ. 7. natum eſt ex emendatione Harduini et

dubium, etsi nec librorum lectio probabilis est. Ptolemaeus 3, 15. *Cynosuram* promontorium nominat post Sunium, quod quidam ibi intelligunt. Vid. Ortelius s. v. Cynosura. Munierant Thoricon in Peloponnesio bello Athenienses, ut scribit Xenophon hist. Gr. 1, 2. in. *Argentaria* eius *metalla* commemorat Plin. 37, 18. s. 5. De situ ad mare post Sunium promontorium Rhamnunta versus Strabo 9. p. 275. s. 398. etsi sic, quod ex eo adparet, Brauron a Mela praeponi debebat. Intercidisse, vel plane deiectam fuisse Melae aetate, sequentia verba indicant. Multa de Thorico contulerunt Vindingius in Hellene pag. 254. (in Gronov. thes. Vol. 11.) Meursius de populis Atticae pag. 720. (in Gronov. thes. Vol. 4.) Corsinius in fastis Atticis T. 1. p. 230. Wasse et Duker. ad Thucyd. 8, 95. Priscum nomen nec hodie obsolevisse, adfirmat Chandler p. 222. etsi post pag. 225. Wheleri *Kerateia* esse non abnuit.

Brauronia) Gr. Βραύρων, inde Βραυρώνιος. *Brauronia* de urbe insolens est. Vid. not. crit. p. 220. Nomen sec. Stephanum tulit a Braurone heroe. Idem vocat δῆμον Atticae et Strabo 9. p. 274. s. 397. in 12 urbibus illis numerat, de quibus dixi antea. Tetrapolis 4 urbibus adscribit Festus, de quo cf. Meursius de fortuna Attica cap. 3. Urbem tamen cum Mela vocat Strabo, Suidas τόπον τῆς Ἀττικῆς. Prior situm statuit inter Sunium et Marathonem, ita tamen, ut Thoricos praecedat. Ἀγχίαλον vocat Nonnus Dionys. 13, 158. et κενήριον Ἰφιγενείας. Inclaruit simulacro Dianae, quod a Tauris fugiens Iphigenia ibi reposuit, teste Pausania 1, 33, 1. idemque post a Xerxe avectum fuisse refert 8, 46, 2. Inde vero Βραυρωνία Ἄρτεμις dicitur ab auctoribus, uti Pausania c. l. Stephano et aliis; festa etiam Βραυρώνια commemorantur. Largiori manu plura dabit Meursius p. 702 sq. c. l. Hodie vocatur *Urana* s. *Uranna.* (Spon T. 2. p. 395. Chandler p. 228.)

nomina) Vana, inania et ſimilia, quae ſolent adiicere, ſed et ſimpliciter ita haec vox ponitur, ut rebus ipſis obponatur. Sic ὄνομα in Graecis πράγματι, (Andocides in Alcib. p. 126. ed. Reisk.) ἔργῳ. (Euripides in Iphig. in Aul. v. 128. Hippol. v. 501. Phoeniſſ. v. 556.—) In Latinis paſſim obponitur *res*, (Ovid. Amor. 3, 3, 23.) *vis*, (Tacit. Annal. 6, 43.—) et Ovidius de A. A. 1, 740. diſerte his explicat: *Nomen amicitia, nomen inane fides.* Vid. Staveren ad Nepot. in Ageſil. in. ubi plura invenies. Abſolute autem ſic ſaepe de rebus, locis dicitur, quorum nihil praeter nomen ſupereſt. Ut Noſter de urbibus adhibuit, ſic etiam Ovid. Metam. 15, 430. Sed plura dabunt de hoc uſu Heinſ. ad Vellei. 2, 30. Drakenb. ad Sil. Ital. 1, 293. qui hunc locum Melae non praeterierunt, Burmann. ad Ovid. de A. A. 1, 740. et quos laudat. Alias ſic *umbra* etiam et *fabula*, ubi mira acceſſerunt famae, fere dicuntur. Prolixius autem eandem ſententiam et oratorie evolvit Florus de Veiorum interitu 1, 12. f. Poſſis tamen etiam de urbium earum obſcuritate, ad quam delapſae ſunt, intelligere. Cf. quae dixi ad 1, 19, 4.

Sunium) Gr. Σούνιον, unde Σουνιεὺς et Σουνιὰς ſec. Stephanum h. v. Praeterea Herodotus 4, 99. dixit etiam Σουνιακός. Πέτρα Σουνίου vocatur ab Euripide in Cyclope v. 292. Σουνιὰς κορυφὴ a Dionyſ. v. 511. *Sunias rupes* a Priſciano v. 532. et abſolute *Sunias* ab Avieno v. 678. Atticae fuit promontorium orientale in mare Aegaeum prominens a multis commemoratum: ὑπάργυρον πέτραν vocat Euripides c. l. ab argenti fodinis, quae prope erant in Laurio monte, ut intelligitur ex Pauſania 1. in. Cf. Meurſius de fortuna Athen. cap. 7. pag. 56. et Barneſ. ad Euripid. c. l. Homerus Odyſſ. 3, 278. ἱρὸν vocat, cuius cauſam repetit Euſtathius etiam a Iove ibi culto. Sed locus Comici, unde probat, Neptunum diſerte reſpicit, cui promontoria in primis

erant confecrata. Eft autem locus ille Ariftophanis in equit. v. 557. Porro ibi etiam colebatur Minerva, quae hinc Σουνιὰς dicitur, ut docet Paufanias c. l. ubi eius templum commemoratur. Eius cum defcriptione imaginem exhibent Antiquities of Ionia. London 1797. fol. P. 2. c. 5. n. 9 — 14. Demum porro Sunium adfert Stephanus, quem ἀξιόλογον vocat et prope promontorium ponit Strabo 9. p. 275. f. 398. et cum Piraeeo comparat Cicero ad Attic. 7, 3. Eius mentio exftat etiam in Demofthene pro corona pag. 238. Reisk. Hinc Demeas Σουνιεὺς de cive apud Demofth. in Midiam p. 554. ut Diopithes apud Aefchin. in Timarch. p. 85. Reisk. Cf. infcriptiones in Sponii itin. T. 2. p. 463. et quae dederunt de hoc demo fuperiores auctores Meurfius p. 790. Vinding. p. 241. et Corfinius p. 243. c. c. l. l. Ipfum promontorium h. vocatur *Capo Colonni*, *le cap des Colonnes*, a columnis. Chandler p. 12.

§. 7. *ad Megaram*) De terminatione vid. not. crit. p. 223. De ipfa hac urbe fupra §. 4. *Meridiem*) Supra §. 3. *a feptemtrione in meridiem vecta. Fronte*) Ita vocat, quo fpectare vel pervehi terra fubponitur. I. GRONOVIVS *MS*. Cf. disputata ad 1, 2, 1.

Piraeeus) Gr. Πειραιεὺς ufitate, Stephanus tamen haec notat: Πειραιὸς, οὕτως ἐκαλεῖτο λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, Πειραιὸς δὲ καὶ τὸ ἐθνικόν· ὕστερον δὲ Πειραιεὺς δῆμος — ὁ δημότης Πειραιεύς. Legendum videtur καὶ vel ὡς δῆμος, quo conciliatur cum Paufania 1. in. qui fcribit, olim et ante Themiftoclem fuiffe demum, inde factum effe navale. Inde vero adparet, Latini efferendum effe *Piraeeus* de fubftantivo. At in adiectivo magis probatur *Piraeus*, ut *Piraea litora* apud Ovid. Metam. 6, 446. ubi de hac forma disputat Micyllus. Cf. Faftor. 4, 563. Sic *Piraei portus brachia* Propert. 2, 20, 25. *litora Piraei* Catull. 64, 74. Atque ita femper fcriben-

dum contendit Burmann. ad Propert. pag. 681. c. I. qui et alios laudat. *Piraeea* fubftantivum habet Statius in Theb. 12, 616. De cafibus obliquis Stephanus notat Πειραιῶς, (Demofth. p. 91. Reisk.) Πειραιᾶ, Πειραιεῖ et Πειραιοῖ, quae exempla auctorum confirmant, quamvis alii, ut Diodor. Sic. utraque forma foluta et contracta utatur, Πειραιέως, Πειραιέα — Πειραιᾶ Demofth. p. 108. Reisk. Theophraft. h. plantar. 6, 3. Latini flectunt, ut Thefeus, et hinc in accufativo modo *Piraeea* dicunt, modo *Piraeeum*. Vid. Cicero ad Attic. 7, 3. Iam potiora de ipfo portu. Olim fuit infula tefte Strabone 1. p. 40. f. 58. ubi Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον dicit, et Suida f. v. Ἔμβαρος p. 719. Ille nomen derivat a fitu πέραν τῆς Ἀκτῆς, hic ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν. Quod multi narrant, diftabat ab urbe 40 ftadiis, a Sunio promontorio 350 ftadiis (Strabo 9. in.) vel 5 M. P. (Plin. 2, 87. f. 85.) Hodie quidem Athenae a mari remotae funt 4 miliaribus, uti adfirmat Tavernier voyage (1724.) T. 1. p. 456. Totum illud intervallum longus murus (μακρὰ τείχη faepe in Graecis) iungebat, quem factum effe a Themiftocle archonte tradunt Thucydides 1, 93. Plutarch. in Themift. cap. 19. Paufan. 1, 1, 2. alii. Cf. etiam Nepos in Themift. cap. 6. in. Pericli tamen eum invitis aliis adfcribit Appian. in Syr. c. 30. Continebat enim 3 λιμένας αὐτοφυεῖς fec. Thucydidem c. l. Scylacem p. 21. Hudf. et alios. Negant id quidem ad Scylacem Voffius et Palmerius, quorum ille de tribus tantum ftationibus intelligi vult. Tum vero fuerunt tam amplae, ut illo nomine defignari recte poffent. Ad maximum portum Themiftocli fepulcrum fuiffe exftructum, narrat Paufan. c. l. Fuiffe autem fuis nominibus *Cantharum*, *Aphrodifium* et *Zeam* ex auctoribus probat Meurfius de populis p. 770. (in Gron. thef. Vol. 4.) et in peculiari libello, quem de Piraeeo confcripfit. Ambitus Piraeei ex fuperioribus intelligitur et ex 5 porticibus, quae erant in circuitu, aliisque praeterea areis et fanis. Totum

igitur illud ſpatium, quod complectebatur ille murus, Piraeeo adſcriptum fuiſſe videtur, et quae erant in eo tria loca, navibus excipiendis et tutandis apta, λιμένες ſinguli adpellari ſolebant. Poſt Piraeei portus illos clauſtris munierunt et cuſtodias in obportunis partibus conlocarunt, (Diodor. 12, 49.) unde tres λιμένες κλειστοὶ paſſim commemorantur et Piraeei τείχη et κλεῖθρα a Diodoro 18, 64. Septemplici adeo muro communitum fuiſſe narrat Oroſius 6, 2. tempore illo, quo Sulla eum vi cepit et evertit, de quo vid. Appian. in Syr. c. 41. Plutarch. in Sulla cap. 14. De demo cognomini conſuli poſſunt auctores ſupra laudati. H. portus vocatur *Porto Leone* ſ. *Draco* a leone marmoreo in uſum forte putei excavato, qui in eius aditu ſpectabatur. Vid. Chandler p. 52.

Scironia) Graeci fere Σκιρωνίδες πέτραι, ut Diodor. Sic. 4, 59. Stephan. ſ. v. Σκίρος, Suidas ſ. v. Ζώϊλος, alii; vel per ει, ut Euripid. in Hippol. v. 979. Heraclid. v. 860. Apollodor. 2, 8, 1. Strabo 9. p. 270. ſ. 391. — Penultima enim in *Sciron* variatur, de quo v. ad Diodor. Sic. c. l. Herodot. 8, 71. et maxime Heyne ad Apollodor. p. m. 497. et ſic Strabonem per ι reddit eius epitomator lib. 9. in. Abſolute Σκειρωνίδας vocat Alciphron epiſt. 3, 70. Quod notat Schol. Nicandri ad Ther. v. 214. quidam etiam numero ſingulari protulerunt; ipſe Nicander vocat Σκείρωνος ὄρη. Sic Σκείρωνος ἀκταὶ Euripides in Hippol. v. 1208. — Nec minus variant Latini, ut *Scironia ſaxa* cum Noſtro habent Plin. 4, 11. ſ. 7. Solin. cap. 13. ſ. 7. Martian. Capel. 6, pag. 210. *Scironia rupes* Claudian. de B. Get. v. 188. *abruptae Scironis arces* Virgil. in Ciri 21. 465. *petrae* Hygin. fab. 38. ſ. *infames Scirone petrae* Statius Theb. 1, 333. *ſcopuli* Ovid. Metam. 7, 447. Vid. Hemſterhuſ. ad Lucian. T. 2. p. 269. ed. Bip. Scopuli autem erant longiſſime (6 M. P. longitudine, Plin. c. l.) per agrum Megaricum porrecti, qui Oneos montes et rupem Molu-

ridem contingebant, qua tranfitus patebat ex Iſthmo ad Megarida et Atticam. Deſcribunt Strabo 9. c. l. conl. 8. p. 262. ſ. 380. Pauſan. 1. f. conſentitque ex recentioribus Chandler p. 270. Cf. et Pococke T. 3. p. m. 245. Inde Σκιρωνὶς ὁδὸς memoratur ab Herodoto 8, 71. H. *Kache Skale.* (Chandler c. l.) Nomen traxerunt a Scirone, quem interfecit Theſeus, uti referunt ex multis Plutarch. in vita cap. 10. Strabo, Ovid. Pauſan. Hygin. c. c. l. l. ad quem cf. Muncker. et Meziriac ad Ovidii epiſt. T. 1. p. 142 ſqq.

ſaevo) Declarant id loca adlegata. Quippe viatores ad lavandum pedes coegit porrigere et inter lavandum calcibus in mare deturbabat, ubi a teſtudine devorarentur, unde et teſtudo paſſim in hac hiſtoria commemoratur. Vid. Virgil. in Ciri c. l. et ibi Heyne. Quae fuerit alia et melior de eo Megarenſium opinio, habes in Plutarcho c. l.

infamia) Sic Horat. 1. od. 3, 20. *infames ſcopuli Acroceraunia.* Pauſan. 1. f. vocat ἐναγεῖς, Seneca in Hippol. v. 1020. *ſcelere nobiles petras*, Statius Theb. 1, 333. *infames.* Cf. Salvagnus ad Ovidii Ib. v. 409. Latrociniis etiam poſteriori tempore innotuiſſe, diſcitur ex Alciphr. epiſt. 3, 70. De uſu autem hoc verbi *infamis* et *infamo* vid. Barth. ad Statium c. l.

Iſthmos) Gr. Ἰσθμὸς Κορίνθου. Sic *anguſtiae* adpellantur, *unde Peloponneſus procedit*, ut explicat Plin. 4, 5. ſ. 4. Γέφυραν Ποντιάδα vocat Pindarus Iſthm. 4, 34. ubi cf. Schol. Κορίνθου δειράδα idem Pindarus Olymp. 8, 68. et ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα Iſthm. 1, 10. — Reliqua deinceps ſequentur. Adiectiva occurrunt inde ducta Ἴσθμιος, Ἰσθμιὰς, Ἰσθμιώτης, quae notat Stephanus, Ἰσθμικὸς legitur in codd. Strabonis 8.

p. 260. f. 378. et Ἰσθμιακὸς in Schol. Pindari in praefat. ad Isthm. et ad 1, 11.

Diolco) Quem optime describit Livius 42, 16, 6. *a Corintho per Isthmi iugum navibus traductis Aeginam traiiciunt.* I. GRONOVIVS *MS.* Strabo 8. p. 231. f. 335. sic vocem explicat: διολκὸς, δι' οὗ τὰ πορθμεῖα ὑπερνεολκοῦσιν ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν θάλατταν. Nempe ὁλκοὶ sunt instrumenta, machinae, quibus trahebant naves. V. Thucyd. 3, 15. et Schol. Inter Cenchreas autem et Lechaeum cum Hesychio h. v. ponit Strabo 8. p. 262. f. 380. De traductis navibus v. Thucyd. 3, 81. et alii, quos laudat Wesseling. in observatt. 1, 28. p. 122. ubi docet a Polybio 4, 19. dici διϊσθμεῖν, διϊσθμίζειν, 5, 101. ὑπερισθμίζειν, Diodor. 4, 56. διελκύειν. Idem vero et recentiori aetate factum est in bellis inter Venetos et Turcos. Vid. Chandler p. 342. Olim hoc, notante Suida f. v. Ἰσθμὸς, dicebatur διϊσθμονίσαι. Idem antea sub h. v. Ad quam laboris molestiam fugiendam plures ab hac parte Isthmum navigabili alveo perfodere tentarunt, in quibus Diog. Laert. 1, 6. f. 99. producit *Periandrum*, Plinius 4, 5. f. 4. *Demetrium* regem, (Poliorceten) de quo Strabo 1. p. 37. f. 54. *I. Caesarem*, (Sueton. in vita c. 44. et qui notantur a Torrentio, quibus addi possunt Dio 44, 5. et Plutarch. in Caes. cap. 58.) *C. Caligulam*, (Sueton. c. 21.) *Domit. Neronem* (idem cap. 29. et alii) *infausto* quidem *incepto.* Post idem tentaverat *Herodes Atticus*, de quo Philostrat. in vit. Sophistar. 2, 1, 6. Quod quidam Alexandrum M. addunt ex Pausania 2, 1, 5. ut Olearius ad Philostrat. in vita Apoll 4, 24. vel Cnidios, errant, cum prius spectet Mimanta, (vid. Pausan.) posterius Cnidiorum isthmum, ut docet Herodot. 1, 174. Remanserant operis vestigia Pausaniae aetate, (id. c. l.) et etiam nunc cerni testatur Chandler p. 343. Sub Imper. Valeriano Peloponnesios isthmum

muro obſtruxiſſe, narrant Zoſimus 1, 29. et Zonaras 12, 27. cuius rudera vidit Pococke T. 3. p. 247.

quatuor) Strabo 8. p. 231. ſ. 335. Agathemer. 1, 5. Euſtath. ad Dionyſ. v. 403. habent 40 ſtadia, quae efficiunt 5 M. P. quot etiam agnoſcit Plinius 4, 5. ſ. 4. Quatuor tamen cum Mela numerant Solinus c. 13. ſ. 7. et Martian. Cap. 6. p. 210. Hodie *Hexamili* ſ. *Examiglia* ille tractus nominari ſolet. Erat autem anguſtus ille trames inter Lechaeum et Cenchreas, ubi murum exſtruxerant Graeci 40 ſtadiorum longum in bello Perſico, de quo Diodor. 11, 16. f. et 15, 68. De eius veſtigiis antea.

Aegaeum mare) Dionyſ. v. 420. Δοιαὶ δ᾽ ἴσθμια νῶτα περιβρομέουσι θάλασσαι, Ἡ τ᾽ Ἐφύρης ἀντικρὺ ποτὶ ζόφον, ἥ τε πρὸς αὐγὰς Ἑλκομένη, τὴν μὲν Σαρωνίδα κικλήσκουσι. Nempe reſpicit duo ſinus, quorum Saronicus pertinebat ad mare Aegaeum, Corinthiacus ad Ionium. Ita et reddit Avien. v. 578. Cf. Ovid. epiſt. 4, 105.

ſubmovens) Sic *ſubmotae terrae* Noſter 1, 5, 3. ubi quidem poteſt eſſe *removere*, de quo vid. Paſſerat. ad Propert. 4, 9, 56. Alias vero hoc ſenſu ponitur pro *ſeparat*, *diſtinet*, *disiungit*, ut docet Heinſ. ad Ovid. epiſt. 8, 69. et remed. amor. v. 486. Idem vero alii varie efferunt, ut Cicero de lege agrar. 2, 32. Curt. 3, 1, 13. Liv. 45, 28. in. Solin. cap. 13. ſ. 7. Ovid. epiſt. 8, 69. 12, 194. ubi alia dabit Heinſius, praeterea Lauredanus ad Cicer. c. l. Hinc vero *bimaris Iſthmos* dicitur ab Ovidio Metam. 6, 419. 7, 405. et alibi, quam vocem et hinc alii de Corintho uſurpant. *Divortium facit inter Ionium et Aegaeum mare* dicit Solin. c. l.

tramite) Supra §. 3. *tenui tramite. Adnectit)* Plin. 4, 5. ſ. 4. *donec — anguſta cervice contineat Hellas.*

Euftath. ad Dionyf. v. 403. κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἡ Πελοπόννησος συνεχὴς τῇ Ἑλλάδος πεζῇ.

Cenchreae) Varie fcribitur in auctoribus eorumque libris, ut, quae vera fit fcriptura, fi conftans ea omnino fuerit, vix discernere poffis. Cf. not. crit. p. 229. Nec quidquam ex numis praefidii adeft, etfi Waffe ad Thucyd. 8, 19. eos de portu Augufti opera inftaurato teftatur. Eum tamen Pellerinio forte duce ufum erraffe, docent ea, quae monuit Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 239. Infolentiori forma Κερχνὶς pro Κεγχρὶς vocat Callimach. in Del. v. 271. ubi vid. interpretes et Berkelius ad Stephanum pag. 464. Varie porro locum defignant. Strabo 8. p. 262. f. 380. κώμην vocat et λιμένα, idem 8. p. 254. f. 369. ναύσταθμον addit; Stephanus πόλιν καὶ ἐπίνειον Κορίνθου, ut Philo in Flacc. p. 539. Mang. ἐπίνειον Κορινθίων; Livius 32, 17, 3. *emporium Corinthiorum;* uti alias *Cynum*, quod ceteris eft ἐπίνειον; Ptolem. 3, 16. et Paufan. 2, 2, 3. ἐπίνειον; Schol. Callimachi ad c. l. *promontorium.* Portum autem ibi fuiffe optimum tutiffimumque navium receptaculum nos docet Apuleius Metam. lib. 10. f. Nempe oppidum fuit, ut et hic vocat, et quidem parvum cum nobili portu, quo maxime utebantur negotiatores Afiatici. (Strabo 8. pag. 262. f. 380.) Κεγχρεάτης κόλπος adeo commemoratur a Scymno v. 508. quem alii vocant *Saronicum.* Hodie, ut quidem refert Harduinus ad Plin. c. l. idem nomen gerunt. At, quod adfirmat Pococke T. 3. pag. 247. vocantur *Keereh.*

fanum Neptuni) Plures id commemorant in Ifthmo, ut Scylax p. 21. Hudf. neque locum Neptuno gratiorem ullum hoc Ifthmo effe adfirmat Ariftides T. 1. p. 22. Iebb. quem et vocat ideo eius ἀρχεῖα, βασιλείαν καὶ αὐλήν. Strabo 8. p. 262. f. 380. pinea illud filva obductum fuiffe adfirmat. Propius alii locum defignant in

Lechaeo, ut Paufan. 2, 2, 3. unde *Lechaeum Neptunum* vocat Callimachus in Del. v. 271. *Cenchreum* eundem dicit Stephanus, quod facit locorum vicinia et probat Callimachus, etfi videntur ex Paufania 2, 1. et fq. duo illa templa fuiffe, unum in medio Ifthmo, alterum in fuperiori loco. Certe prius indicat Paufanias pineto, ut Strabo, et diferte defcribit. Ponit etiam in uno Neptuni figna duo, in altero unum. Ad Cenchreas, in altera Ifthmi parte delubrum Neptuni ludis inclutum commemorat Plin. 4, 9. f. 5.

ludis) Ex multis aliqua delibare liceat. Inftituti erant in honorem Melicertae f. Palaemonis poft dicti, (Paufan. 1, 44, 11. Schol. Pindari in argum. Ifthmiorum —) etfi Plutarch. in Thefeo cap. 25. adfirmat, certamen illud τελέτης μᾶλλον, ἢ θέας καὶ πανηγυρισμοῦ τάξιν habuiffe. Auctorem faciunt Sifyphum Paufan. 2, 1, 3. Apollodor. 3, 4, 3. — Poft ludos inftauravit vel amplificavit Thefeus ad expiandam Scironis caedem, de quo cf. Plutarch. c. l. Agebantur autem in honorem Neptuni tertio quoque anno Pindari certe aetate, etfi Plinius 4, 9. f. 5. et quidam alii pofterioris aetatis quinquennales fuiffe volunt. Praefides fuerunt Corinthii, poft Corintho excifa Sicyonii, tandem ad Hadriani usque tempora rurfus Corinthii. Erant varii generis et exercitationis, praemium victoriae ex pinu, etiam ex apio arido fumebatur. Vid. Potter Archaeologie T. 1. p. 991. (ed. Rambach.) Plura conlegit Schmidius in prolegom. ad Pindari Ifthmia, et quos recenfet Meufel. in bibl. hift. Vol. 3. P. 2. p. 277 fq.

Corinthus) Gr. Κόρινθος, utroque genere, quo profert Strabo etiam, de quo cf. ad 8. p. m. 257. not. 7. et Schweighaeufer. ad Polyb. 4, 67, 8. rarius tamen dici quidam putant mafculino, ut in proverbio εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, de quo Kufter. ad Suidam f. v. Ἀκροκόρινθος.

Inde defcendunt Κορίνθιος et Κορινθιακός. Vulgatum eft, et a plurimis refertur, *Ephyren* olim dictam fuiffe, quod et hinc poetae frequentant, ut *Ephyraeus*. Cf. Euftathius ad Homer. Il. 2, 570. Utroque nomine promifcue utitur Homerus, ut Il. 2, 570. 6, 152. Cf. Iebb. ad Ariftidem T. 2. p. 538. In caufa nominis disfentiunt, ut docent Stephanus h. v. Euftath. c. l. et Berkelius ad Stephan. p. 437. ubi etiam antiquiora nomina adtinguntur, veluti *Heliopolis*, *Pagus*. Conditorem Ephyrae Sifyphum faciunt Apollodor. 1, 9, 5. et Syncellus p. 126. f. 158. ex quo, quae fit Σισύφου γῆ in Euripidis Medea v. 1581. adparet. Retinuit id nomen ad tempora Corinthi, ut tradit Heraclides Ponticus de politiis Gr. f. v. Κορινθίων. Ab Corintho autem, qui eam regionem tenuit, dicta eft *Corinthus*, de quo cf. praeter alios Paufanias 2. in. ubi etiam de origine eius expofuit. Sita urbs erat ἐν μυχῷ Ἄργεος, (Homer. Il. 5, 152.) quod, cum fit ipfa ἰσθμία, quomodo intelligi debeat, exponit Euftath. p. m. 487. ad c. l. Sed accuratius et luculentius fitum defcribit Strabo 8. p. 261. f. 379. fub montem nimirum Acrocorinthum, menfae forma, ambitu 40 ftadiorum, duobus utrimque portibus. Quae ad urbis famam pertinent et celebritatem, adtigit ipfe auctor. Hic igitur commemorabo tantum templa, fimulacra, vafa, aes, balnea, gymnafium, odeum, de quibus cf. Paufan. 2, 2 fq. Inclaruit porro epiftola Paullina. Notus item eft finus Corinthiacus. In infignibus eius, quae numi praeferunt, fuit in primis Bellerophon Pegafo infidens et Neptunus. Vid. Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. pag. 924. Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 257 fq. et quae adtulit Lazius in Gr. ant. 2, 3. Praeter Neptunum Soli etiam facram fuiffe, docet Dio Chryfoft. in orat. Corinth. T. 2. p. 106. ed. Reisk. Nota porro fuit voluptatibus et meretricum frequentia, unde κορινθιάζεσθαι, de quo Politus ad Euftath. T. 2. p. 610. et quos laudat. Architectura habet columnas Corinthiacas. (Vitruv. 4, 1.) H. *Corinto* et fat

amplo ambitu, ut refert Chandler p. 540. — TZSCHVCKE. Proprie Corinthus ſita eſt ad ſinum Corinthiacum, non ad Saronicum, ubi erant Cenchreae. Auctor tamen ſic videtur progredi, tamquam recto ordine poſt Cenchreas ſequeretur Corinthus, quod non facit ex ignorantia Geographiae, ſed quia decus et territorium Corinthi utrimque omnia in Iſthmo occupaſſet, idcirco ipſius urbis nomen differre non potuit. I. GRONOVIVS *MS.*

opibus) Ad rem potiora haec: In bello Troiano iuvit Graecos duce Agamemnone (Homer. Il. 2, 579 ſqq.) habuit reges ſuos, deduxit colonos, (uti Syracuſas, Apolloniam —) geſſit bella vel egit, valuit navibus; maxime autem celebratur incolarum frequentia eorumque divitiae, quas debebant praeter ludorum Iſthmicorum ſolemnitatem commerciis ſitu commodo florentibus. Praedicant haec multi auctores, et Strabo 8. p. 261. ſ. 378. *διὰ ταῦτα πολυωχλεῖτο ἡ πόλις καὶ ἐπλουτίζετο.* Hinc Dio Chryſoſtom. in orat. 37. Corinthiaca pag. 120. *πρῶρα καὶ πρύμνα τῆς Ἑλλάδος, ὄλβιοι μὲν καὶ ἀφνειοὶ καὶ τὰ τοιαῦτα τὰ ὀνομάτων ἐκ παλαιῶν χρόνων ὑπὸ τῶν ποιητῶν καὶ τῶν θεῶν ὀνομαζόμενοι.* Cf. Ariſtides Tom. 1. pag. 23. Iebb. Sic Homerus Il. 2, 570. vocat *ἀφνειόν*, ubi vid. Euſtathius, et qui Homerum reſpicit probatque Thucyd. 1, 13. ibique viri docti. *Ὀλβίαν* dicit Pindarus Olymp. 13, 4. *εὐδαίμονα* Periander apud Herodot. 3, 52. *ἀνθοῦσαν* Dio Caſſius in fragm. Peireſc. 165. *praeclaram* ante excidium Livius 45, 28. in. *opulentiſſimam* Flor. 2, 16, 7. ubi plura de divitiis. Hinc idem 2, 16. in. *Achaiae caput et decus Graeciae* praedicat.

clade) Excidium a Mummio factum innuit, quod commemorant multi, qui ad Florum 2, 16. producuntur. Luculenter deſcribit Pauſan. 7, 16. et qui teſtis adfuerat Polybius apud Strabon. 8. p. 262. ſ. 381. Accidit autem a. u. 608. de quo diligentius disquirit Schweighaeuſer.

ad Polyb. 40, 10, 2. Celebratum inde eſt a multis *aes Corinthium*, quod incendio permiſtis plurimis ſtatuis et ſimulacris auri, argenti aerisque venae in commune confluxerint, ut ait Florus 2, 16. f. Cf. etiam Plinius 34, 3. ſ. 2. et quae ad Florum c. l. notavit Duker. Negant tamen alii, id inde conflatum eſſe et enatum, quod non ſolum difficulter intelligatur haec origo, ſed et antea multa ſimulacra et vaſa ex illo aere facto fuerint. Vid. quae notat Rambach ad Potteri Archaeol. Gr. T. 3. p. 91. et in primis Bochart. in Hieroz. P. 2. lib. 6. cap. 16. p. 879 ſq. Locus in hanc rem claſſicus eſt Plutarchi de Pythiae oraculis p. 553. ed. Reisk. Varias de eo auctorum opiniones breviter commemorat Muretus Varr. lectt. 3, 5.

colonia) Exciſam Corinthum reſtituit Caeſar colonis eo miſſis libertini generis, ipſo quintum et M. Antonio CSS. Vid. Strabo 8. pag. 263. ſ. 381. Pauſan. 2, 1, 2. 3, 1. Dio Caſſ. 43, 50. Plutarch. in vita c. 57. f. Hinc et *coloniam* vocat Plin. 4, 5. ſ. 4. et numi plures inſcripta gerunt verba *Col. L. Iul Cor* ſeu *Col. Iul. Cor.* de quo cf. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. pag. 931. Terrae motu everſam liberaliter adiuvit Veſpaſianus. (Malalas in chronogr. lib. 10. p. 111. Venet.) Hodie ad tenuitatem depreſſa tantum 26 domos habet, uti refert Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 438.

Acrocorinthon) Gr. Ἀκροκόρινθος. Dicta etiam eſt Ἐπώπη. (Stephanus et ex eo Euſtathius ad Homer. Il. 2, 570. ubi de cauſa nominis etiam monet.) Deſcribitur a Pauſania 2, 4, 7. Ἀκροκόρινθός ἐστιν ἡ ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφή. Cf. Strabo 8. p. 261. ſ. 379. qui in eo comparat Corinthum cum Meſſenes Ithome, 8. p. 249. ſ. 361. et cum urbe communibus moenibus utrumque montem ſic incluſum eſſe dicit, ut acropolim efficiat. *Arcem* vocat Plin. 4, 5. ſ. 4. Et ſic Livius 45, 28. in.

defcribit: *arx inter omnia in immanem altitudinem edita, fcatens fontibus.* Celebratur in primis ab auctoribus fons *Pirene*, quem fabulae ex Pirenes nymphae lacrymis ob amiffum filium Cenchriam natum ferebant, candido marmore ornatus, excilis cellulis, uti defcribit Paufan. 2, 3, 3. Cf. etiam Strabo 8. p. 261. f. 379. qui Pegafum ibi a Bellerophonte captum fuiffe refert, et alios praeterea fontes in illo monte commemorat. Ibidem Veneris templum in fummo vertice fuiffe fcribit, quod tamen in aditu eius ponit Paufan. 2, 4. f. De Acrocorinthi vero altitudine Statius Theb. 7, 106. *fummas caput Acrocorinthus in auras Tollit, et alterna geminum mare protegit umbra.* Situm indicat Dio Chryfoft. orat. 6. in. *μᾶλλον ἐπὶ τὸ Λεχαῖον καὶ πρὸς τὴν ἄρκτον ἀποκλίνεται.*

contuens) Similes formas conlegit Oudendorp. ad Lucan. 2, 429. Idem fic Florus 2, 16. in. effert: *Corinthus inter duo maria, Ionium et Aegaeum, fpectaculo expofita eft.* Plura de Ifthmo fupra adtuli. Hinc vero Corinthus *bimaris* dicitur ab Horatio 1. od. 7, 2. Ovid. Faftor. 4, 501. Metam. 5, 407. Sidon. Apollin. 2, 476.

§. 8. *lacerant)* Supra §. 3. *incidere* dixit, et Agathemer. 1, 5. in. *τέμνειν*, Plin. 4, 9. f. 5. *lancinare.*

Bucephalos) Ptolem. 3, 16. Βουκέφαλον λιμὴν eodem fitu, Βουκεφάλας λιμὴν Atticae apud Stephan. f. v. Βουκεφάλεια. In Plinio 4, 9. f. 5. *Bucephalus portus.* Apud Paufan. 2, 34, 8. occurit Βουκέφαλα ἄκρα, quam tamen ponit inter Scyllaeum et Hermionen ad Argolicum finum. *Cherfonefum* etiam habet Ptolemaeus, et poft prope Troezena locat; Χερνησσὸς eft Stephano f. v. Χερρόνησον ad Corinthum, corrupte, ut etiam iudicat Holftenius.

Scyllaeum) Gr. Σκύλλαιον, quidam Σκύλαιον, ut Agathemer. 1, 5. Stephanus s. v. Δίαι, vitiose, quod docet etymologia et Stephanus ipse sub v. Σκύλλαιον. Magis corrupte Σκύλλιον ἄκρον in Ptolemaeo 3, 16. Nomen tulit a Scylla, Nisi filia, quae a Minoe in mare detrusa et a fluctibus ad hoc promontorium eiecta erat, uti narrant Strabo 8. p. 257. s. 373. Pausan. 2, 34, 2. Eustathius ad Dionys. v. 420. In Troezenia ponit Scylax pag. 20. Huds. in agro Hermionico Livius 31, 44. in. cum quo consentiunt Strabo et Eustathius c. c. l. l. hic etiam ad Homer. 2, 560. Secundum Pausaniam c. l. ab Hermionici agri finibus distabat 80 stadia. Hodie esse putant quidam *Capo di Schilli.* Cf. Ortelius h. v. et Harduinus ad Plin. c. l. Sed, quod adfirmat Chandler p. 516. ex nautarum adpellatione dicitur *Kastri.*

Malea) Gr. Μαλέα, ut Scylax pag. 17. Huds. Ptolem. 3, 16. Euripides in Cyclope v. 292. et alibi, Agathemer. 1, 5. Lucian. in navigio cap. 9. Philostrat. in vita Apoll. 3, 23. et alii. Cf. Cellarii Geogr. ant. 2, 13, 475. Μαλέας, masculino genere, habet Schol. Euripid. ad Orest. v. 362. In plurali Μαλέαι Strabo passim, Herodot. 1, 82. etsi singulari utitur 4, 179. ut quidam in Strabone 8. p. 260. s. 378. In Homero Odyss. 9, 80. est Μάλεια, quam formam etiam notant Stephanus h. v. Eustath. ad Homer. Odyss. 3, 287. et ad Dionys. v. 66. Idem addit praeterea Μάλειαι c. l. et ad Homer. Il. 1, 566. p. m. 89. Il. 2, 498. p. 201. Il. 2, 502. p. 203. in hoc et in aliis, qualia sunt Theba, Creta, Thisbe. Latini efferunt *Malea,* et poetae modo producunt, modo corripiunt penultimam, quod exemplis probant Cellarius in Geogr. ant. c. l. et Barnes. ad Euripid. Cycl. v. 18. Inde Μαλεάτης et Μαλειαῖος, ut Ζεύς. Γαμφηλὰς ὄνου dici a Lycophrone v. 94. putat Schol. i. e. σιαγόνας τοῦ ὄνου. Certe posteriores καταμάγουλον ὄνου vocasse refert Schol. Euripidis ad Orest.

v. 362. ubi cf. Barnes. At nimis sic extendi Maleam et illud nomen potius ad *Onugnathon* referendum esse, ex Strabone 8. p. 250. s. 363. docuit ad Stephanum Berkelius p. 532. Cf. et Ptolem. 3, 16. Ad Laconicen et prope Cytheram insulam ponit Scylax c. l. Quod *Dorida* vocat Lucan. 9, 36. a priscis incolis Peloponnesi, Doribus, petit. Μέγιστον dicit Scymnus v. 512. Multum enim prominebat in mare (Agathemer. 1, 5.) per 50 M. P. ut vult Schol. Lucani ad 6, 58. qui et undam ibi esse saevam addit, sic ut navigantes persequi videatur. Quare etiam navigationis eius pericula a multis commemorantur, quos produxit Potterus ad Lycophron. c. l. et ante eum Erasmus in adag. 2, 4, 46. ubi inlustrat proverbium a Strabone 8. p. 260. s. 378. memoratum: Μαλέαν ἐπικάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. *Maleum sinum* habet Flor. 3, 6, 2. *aureumque* piratas a spoliis vocasse addit. Promontorium h. *Capo Malio* s. *S. Angelo* vocatur, ut scribit Dapper de l'Archipel p. 376. Prius nomen notat Büsching Vol. 1. P. 2. pag. 1800. Posterius in tabula Pococke.

Taenaros) Varia forma hoc nomen in utriusque linguae auctoribus effertur varioque sensu de promontorio, portu et urbe. Cf. Stephanus h. v. Schol. Apollonii ad 1, 102. *Taenaros*, quod habet Noster, usurpant etiam Scylax p. 17. Hudf. Stephanus h. v. Servius ad Virgilii Georg. 4, 467. Vibius p. m. 33. Acron ad Horatii 1. od. 34, 10. Lutatius ad Statii Theb. 2, 44. idque, notante Stephano, duplex admittit genus. Femininum utique probat Pindarus Pyth. 4, 78. Aliis est *Taenarum* maiori quidem numero. In plurali *Taenara* exhibet Prudent. in apoth. v. 749. et de oppido Statius Theb. 2, 32. Ταινάριον habet Ptolemaeus 3, 16. *Taenarus* de urbe Stephanus, *Taenarum* Pausan. 3, 25. s. Plin. 4, 8. s. 5. aliique. Post dicta est urbs *Caenopolis* teste Pausania c. l. Καινὴ habet Ptolem. 3, 16. Καινού-

πολις Procop. de B. Vand. 1, 13. ubi ſimul antiquum nomen adiungit. Diſtabat a promontorio ſtadiis 40. (Pauſan. 3, 25. f.) Deſcendunt inde Ταιναρίτης et Ταινάριος, quod in periphraſi ſaepe occurrit, ut *fauces*, *porta*, *ſpecus*, qualia conlegit Cerda ad Virgil. Georg. 4, 467. Nomen a Taenaro ducunt Stephanus et Schol. Apoll. ad 1, 102. hic ex Pherecyde, quem uterque facit Icari filium, at idem Schol. ad 1, 179. Neptuni. Sepultum eum ibi fuiſſe tradit Pauſan. 3, 14, 2. Laconicae tribuunt omnes, unde ſaepe Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς occurrit. (Thucyd. 7, 19. Diodor. 17, 108. Apollodor. 2, 5, 11.) Cf. Vibius c. l. Innotuit maxime ſpecu, per quem ab Hercule extractum fuiſſe Cerberum fabula fert, cuius explicationem dant Palaephatus cap. 40. et Pauſan. 3, 25, 4. Cf. etiam de ſpecu praeter alios Euſtath. ad Homer. Il. 2, 560. p. m. 217. Adtigit Noſter infra §. 9. et graphice deſcripſit Seneca in Hercule fur. v. 662 ſqq. cum Statio Theb. 2, 49 ſqq. Specus autem ipſe fuit, teſte Strabone 8. p. 250. ſ. 363. prope lucum Neptuno ſacrum. Cf. etiam Schol. Ariſtoph. ad Acharn. v. 509. ſ. 515. ubi οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς vocatur. Celebratur porro, etiam a Noſtro infra, Neptuni templum, promontorio impoſitum, quod θεοπρεπέστατον vocat Scymnus v. 513. et a Laconibus conditum eſſe addit. De loco cf. etiam Scylax c. l. Ipſum templum *Taenarum* vocat Stephanus h. v. et hinc Ταίναρον ἱερὰν dixit Pindarus c. l. Neptunum Ταινάρου θεὸν Ariſtophan. in Acharn. v. 509. Ταινάριον Pauſan. 3, 12, 5. Ipſe autem Neptunus teſte Scholiaſte ad Ariſtoph. c. l. adpellabatur Ἀσφάλειος, vel, ut eſt apud Suidam ſ. v. Ταίναρος, Ἀσφάλιος, qualem etiam commemorant Plutarch. in Theſeo f. et Pauſan. 3, 11, 8. pro quo idem 7, 21, 4. vulgo fert Ἀσφαλιαῖος. Dictus ita videtur, quod ἱκέταις ibi erat ſumma ἀσφάλεια. *Violari neſas putant Graeci*, ſcribit Nepos in Pauſan. 4, 4. ideoque Pauſaniae indicem eo confugiſſe, ut Thucyd. 1, 133. et alii. Cf. de

hoc templo, quae adtulerunt docti viri ad Nepotem, et quos laudant. Mirabilem fontem in promontorio commemorat Pauſan. 3, 25. extr. qui olim naves ſpectandas intus repraeſentabat. Infra promontorium erant portus duo Achilleus et Pſamathus, (οὓς) uti tradunt Pauſanias c. l. et Scylax c. l. Hinc Ταινάρου λιμὴν intelligitur in Euripidis Cycl. v. 291. Ceterum Taenarum eſt ἀκτὴ apud Strabon. c. l. ubi tamen quidam volunt ἄκρα. Schol. Apollon. ad 1, 102. eſt πόλις, ἄκρα et λιμὴν eodem nomine; *inſula* eſt Hygino fab. 79. per quam ad inferos deſcendit Theſeus, ubi Munckerus emendat *ſpeluncam*, apte quidem ex aliorum narrationibus. De promontorio vid. Heſſelius et Oberlin. ad Vibium p. 370. H. dicitur *Capo Matapan*, vel, ut ſcribit Tavernier voyage (ed. 1724.) *Mataban*, qui ſimul monet, omnium Europae promontoriorum maxime ad meridiem vergere. Cf. etiam de eo Thevenot voyage P. 1. p. 38.

Acritas) Gr. Ἀκρίτας ἄκρα. Commemorant Strabo 8. p. 248. ſ. 359. Pauſan. 4, 34. ſ. Ptolem. 3, 16. Agathemer. 1, 5. Plin. 4, 7. ſ. 5. Confinem facit Methones et initium ſinus Meſſeniaci Strabo. Interponit tamen Ptolemaeus Colonen. Hodie ſec. Harduinum ad Plin. c. l. *capo Venetico*, ſec. alios *capo Gallo*, quod nomen agnoſcit in tabula Pococke.

Ichthys) Gr. Ἰχθὺς ἄκρα, Ptolem. 3, 16. Habet etiam Plinius 4, 6. ſ. 5. cum aliis. De accentu ultimae in Graecis cf. Dukerus ad Thucyd. 2, 25. ubi adpellativum habuerat Valla. Strabo 8. p. 236. ſ. 343. indicat tantum, non nominat, ſi vulgatum textum ſpectes. Latere tamen videtur in voce εὐθύς, quam adferunt codices. Ex Ptolemaeo adparet, non procul ab Alphei oſtio fuiſſe, quod et innuit Plinius c. l. et Xenophon in hiſt. Gr. 6, 2, 31. Inſulam Zacynthum obiectam fuiſſe dicit Agathemer. 1, 5. Noſter minus recte ad meridiem ab-

ducit, cum vesperum spectet. Tribuitur autem Elidi. Thevetus, ut refert Ortelius h. v. hodie *Iardan* vocari adfirmavit.

Chelonates) De duplici terminatione vid. not. crit. pag. 232. Erat item Elidis promontorium, unde Peloponnesus maxime ad occidentem excurrebat; (Strabo 8. p. 235. f. 338.) et distabat ab Acheloi ostiis 280 stadiis, (idem 8. p. 236. f. 343.) ab Araxo 540. (idem c. l.) Hodie, quod dicit Harduinus ad Plin. 4, 6. f. 5. vocatur *Capo di Chiaro*, ut ex parte quidem existimant etiam Spon et Wheler. (voyage T. 2. p. 3.) At hoc ad Araxum potius pertinere videtur. Alii melius *Capo Tornese* vocant. Cf. Ortelius h. v. Oberlin in orbe ant. p. 171. Quod refert Coronelli (di Morea p. 42. ed. 3.) Turcis est *Clemoutze.*

Araxos) Sic et Graeci. Plinius 4, 6. f. 5. *promontorium Araxum.* Terminabat olim Achaiam et Elida, quod fecit post Larissus, ut tradit Pausan. lib. 6. f. Sic Strabo 8. p. 233. f. 337. in Elidis initio ponit versus septemtrionem, et Ptolem. 3, 16. in extrema Achaia. Obpositum Strabo fuisse dicit lib. 8. p. 231. f. 335. Acarnaniae, ut Agathemer. 1, 5. et insulis Zacyntho, Cephaleniae, Ithacae et Echinadibus; ab isthmo idem 8. p. 267. f. 388. removet 1000 stadiis, ab Chelonata 540. Cf. antea. De *Epidauriis* et subiunctis post.

Saronicus) Gr. Σαρωνικός. De nominis causa prolixe disquirit Eustathius ad Dionys. v. 422. eamque ducit vel a Sarone, Troezenis fluvio, vel a Sarone venatore, qui cum aprum agitaret, in eum lapsus periit, ut Icarium mare ab Icaro dictum fuerit. De priori, Stephanus Saronem τόπον Τροιζῆνος novit, ubi tamen Holsten. p. 285. malit ποταμόν; alibi quidem ipsam Troezenem Saroniam dictam fuisse scribit. Posterius

adfert etiam Pauſan. 2, 30, 7. cum Schol. Euripidis ad Hippolyt. v. 1200. qui et aliam cauſam addit nec ab Euſtathio praeteritam, ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι, quia Minos Scyllam ob proditum patrem et necatum navi adfixit, unde ſic per mare trahebatur. Plinius tamen 4, 9. ſ. 5. haec: *Saronicus ſinus olim querno nemore redimitus, unde nomen;* ubi vid. Harduinus. Cf. et de nominis cauſis Spanhem. ad Callimach. in Del. v. 42. Prius nomen fuit Φοιβαία λίμνη, ut refert Pauſan. c. l. Eundem poſt Saronicum, quidam Salaminiacum dixerunt, teſte Strabone 8. p. 231. ſ. 335. ubi cf. notata p. m. 21. Alii non ſinum ſolum vocarunt, ſed et πόντον, πόρον, πέλαγος. (idem 8. p. 254. ſ. 369.) Sic πόντον Euripides in Hippolyto v. 1200. πέλαγος Agathemer. 1, 3. θάλασσαν Σαρωνίδα Dionyſ. v. 422. *mare* Priſcian. v. 424. Avien. v. 581. Apulei. Metam. 10. f. Ponit autem eum ſinum Strabo 8. p. 254. ſ. 369. inter Iſthmum, mare Creticum et Myrtoum; Agathemer. 1, 3. inter Sunium et Scyllaeum promontoria; ad Troezena Schol. Aeſchyli ad Agamemn. v. 317. Cf. etiam quae habet Spanhem. ad Callimach. c. l. Hodie *Golfo di Egina* ab inſula in eo ſinu poſita. Cf. Dapper des isles de l'archipel p. 273. An vero alibi *portus Saronicus* occurrat, ignoro, nec clarum eſſe in Plinio et Ptolemaeo fatetur Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 519. Pintianus Stephani Saronem Troezenis locum eſſe putat; at hic eſt portus; Voſſius Troezeniorum portum; at hic eſt Pogonus. Videtur ille quidem haud procul Troezene abfuiſſe, tum quod Saron Troezenis fuit locus, et haec ipſa *Saronia* dicta. Scyllaeum ab eadem Scylla nomen ſortitum eſt, tum quod Scylla prope Hermionen ſubmerſa periit, unde nomen Saronici ſinus in fabulis iactari ſupra vidimus. Sed turbat progreſſio Melae inde ab Iſthmo ad Scyllaeum promontorium et ſinum Argolicum, quod et ſequentia docent et praecedentia. Accedit porro, quod Troezenis portus dictus fuit Pogonus, quem deinceps comme-

morat. Forte idem eſt *Bucephalus* portus Plinii et Ptolemaei, qui hac parte maxime vicinus eſt Iſthmo. Quod vero Saronicum ſinum plane omittit, cauſam hanc adfert Voſſius, quod non ſola Peloponneſus illum efficiat.

Schoenitas) Commemoratur a Plinio 4, 9. ſ. 5. ex emendatione quidem Harduini, ubi Codd. habent Choenitas, quod varie tentatum eſt et effictum. In Ptolemaeo 3, 16. eſt Σχοινοῦς λιμὴν, ſed prope Cenchreas in intimo Saronici ſinus receſſu ad Iſthmum. Cf. et Strabo 8. pag. 254. ſ. 369. *Schoenunta* portum habet Plinius 4, 11. ſ. 7. prope Pagas in ora Megaridis propter viciniam huius et Iſthmi. At idem Schoenitam in priori loco ab Iſthmo removere videtur. Adſcendit enim a Schoenita ad Epidaurum, Spiraeum promontorium — ad Cenchreas et inde ad Iſthmum. Utrumque etiam confundi a nonnullis notat hic Voſſius et ad Plin. 4, 9. ſ. 5. Harduinus Pintiano hunc errorem impingit. Cum Mela relictis Cenchreis et Corintho ad recenſum ſinuum et promontoriorum progrediatur, idem illi, ſi ſitum ſpectes, Schoenitas eſſe videtur, quem Schoenunta vocant Strabo et Ptolemaeus, et Plinius diverſa forma diverſos auctores ſecutus unum eundemque edidiſſe. Minus tamen accurate agit Mela, dum portum adpellat, qui eſt ſinus aliis. Contra alios portus verosque, quales ſunt apud Ptolemaeum c. l. et Plin. 4, 9. ſ. 5. *Athenienſium* ſ. potius *Anthedon*, *Bucephalus*, omittit. Conf. proxime antea.

Pogonus) Gr. Πώγων, Troezeniorum portus, quod ex Herodoto 8, 42. Strabone 8. p. 257. ſ. 373. Suida h. v. et Euſtathio ad Homer. Il. 2, 561. adparet; de quo iam dictum eſt, ut de terminatione Latina, in not. crit. p. 236. Inde proverbium natum eſt de male barbatis vel adſcita barba hominibus, ἐς Τροιζῆνα βαδί-

ζειν sec. Suidam, vel πλεύσειας εἰς Τροιζῆνα, uti refert Eustathius c. l.

Epidaurus) Gr. Ἐπίδαυρος praemisso ἡ, ut diserte monet Eustathius ad Homer. Il. 2, 561. cum Stephano et Etymol. M. etsi ἀμπελόεντα addit Homerus, de quo vid. Stephanus. Inde Ἐπιδαύριοι in utraque lingua, ut et Noster infra exemplo probat; item Ἐπίδαυρις et Ἐπιδαυριώτης apud Stephanum et Etymol. M. Dicta est Μειλισσία, quod habet Stephanus, ad quem cf. Berkelius p. 347. vel, quod praefert Eustathius c. l. Μιλησία, vitiose tamen, ut existimat Berkelius c. l. et ad Eustathium c. l. Politus T. 2. p. 603. qui tamen in utroque malit Μελισσία a Melissa, de quo Pausanias 2, 28, 4. Porro Αἱμηρὰ a victimarum sanguine in Aesculapii aris. Quod vero uterque Λειμηρὴ addit, pertinet hoc ad Epidaurum Laconices, cui illud cognomen discriminis causa addere etiam solent auctores. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 477. et Berkelius ad Stephan. p. 347. Λειμειρὰν tamen mavult Meursius in miscell. Lacon. p. 266. Idem de discrimine notat Politus c. l. ex Thucydide 4, 56. — et Pausania 3, 23, 4. De causa nominis Schol. Thucyd. ad c. l. Commiscent tamen et alii et ipse Vindingius in Hellene p. 53. Nostram olim *Epicaram* nominatam fuisse, a Caribus, priscis incolis, tradit Strabo 8. p. 258. f. 374. et ex eo Eustathius c. l. qui hanc emendationem Casauboni, ipso nexu addicente, probat. Cf. ibi notata p. m. 241. Vulgo enim Ἐπίταυρος legebatur, uti quidem ipsa urbs postea passim in inscriptionibus edita legitur, de quo vid. Bandurius ad Constantin. Porphyrogen. de administr. Imperii cap. 29. etsi ibi de Epidauro Delmatiae agitur. Plinius 4, 9. f. 5. in casu recto *Epidaurum oppidum* dixit. Pausanias 10, 9, 4. ut ab aliis distingueret, dixit τὴν ἐν Ἀργολίδι, et Noster antea: *Epidaurii habitant ab Isthmo ad Scyllaeon.* Fuit enim Epidaurus etiam χώρα, uti est in Scylace

pag. 19. 21. Hudſ. et ſic Epidaurios Corinthiis vicinos facit Pauſan. 8. in. qui 2, 26, 3. nomen ducit ab Epidauro, Pelopis filio. Portum urbi tribuit Scylax p. 21. Hudſ. quae notatu ſunt digniora, perſequitur Pauſanias 2, 27 ſq. In iis maxime fuit *Aeſculapii templum*, quod et ſupra indicavit Noſter et plures alii celebrant. Cf. ex iis Strabo 8. p. 258. ſ. 374. Pauſan. 2, 27. et quae notavit Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 518. Cum Noſtro fere Plinius 4, 9. ſ. 5. dicit: *Epidaurum oppidum Aeſculapii templo celebre*, propius Liv. 45, 28, 3. *Epidaurus inclita Aeſculapii nobili templo.* Hinc ἱερὰ vocatur etiam in numis, de quibus v. Eckhel in doctr. numor. P. 1. Vol. 2. p. 290. ex auctoribus cf. Plutarch. in Pericle cap. 35. Fuit autem extra moenia, ut teſtatur Pauſan. 2, 26. in. et Liv. c. l. ab urbe removet 5 M. P. Hinc porro numi *caput Aeſculapii* gerunt, ipſe ſimpliciter ab Ovidio in epiſt. ex Ponto 1, 3, 21. *Epidaurius* vocatur. Romam, peſtilentia exorta, devectum eſſe ſerpentis ſpecie, notum eſt, et praeter alios ex poetis prolixe commemorat Ovid. Metam. 15, 622 ſqq. ex proſaicis Valer. Max. 1, 8, 2. Hinc numi ſerpentes praeferunt, quos deſcribit Pauſanias 2, 28, 1. Multa de iis congeſſit Boettiger in Sprengel Beyträgen zur Geſch. der Medicin T. 1. P. 2. p. 180. H. *Malvaſia vecchia.* De ruinis, quae conſpiciuntur, vid. Chandler p. 319. voyages de Bruyn T. 5. p. 469. de Villoiſon in prolegomen. ad Homer. pag. 50 ſqq. ubi inſalubrem et peſtilentem terram eſſe teſtatur, quae tria aut quatuor ferat tuguria.

Troezene) Gr. Τροιζήν, quod et caſus obliqui docent. Vid. not. crit. p. 237. Dicti inde ſunt Troezenii. Antiquiora nomina recenſet Stephanus, quocum conferri etiam poteſt Euſtath. ad Homer. Il. 2, 561. Fuerunt autem *Aphrodiſias*, *Saronia*, *Poſidonias*, (Pauſan. 2, 30, 7.) pro quo Strabo 8. p. 257. ſ. 373. dicit Ποσειδωνία, Euſtathius c. l. utrumque, *Apollonias*, et *Anthanis*,

de quo tamen disputant ibi viri docti. Quaedam alio ſpectant et ad oppida pertinent, e quibus haec urbs fuit collecta. Nomen tulit a Pittheo, Pelopis filio, in Troezenis fratris memoriam, poſtquam ex Hyperea (ει) et Anthea (ει) incolas huc conlegerat. Vid. in primis Pauſan. 2, 30, 8. Hinc vero *Pittheia Troezen* dicitur, ut in Ovidii Metam. 6, 418. et alibi, vel, quod plures tradunt, quia ibi regnavit. Sic a Xantho rege Ξάνθοι πολίχνη apud Callimach. in Del. v. 41. etſi ibi conſulendus eſt Erneſti. Erat teſte Strabone 8. pag. 257. ſ. 373. urbs οὐκ ἄσημος, a mari remota 50 ſtadiis, ad quam tamen portus pertinebat (Scylax p. 20. Hudſ.) nomine Πώγων. (Strabo c. l. et hic ſupra.) Poſt Hermionen ponit Strabo 8. p. 254. ſ. 369. inde ab Aſine progreſſus. Neptuno ſacram fuiſſe et inde *Neptuniam* dictam, idem refert in priori loco. Minervam adiungit Pauſan. 2, 30, 6. quod utrique in disceptatione tutela urbis a Iove tradita fuiſſet, quare et numos eorum priſcos Neptuni tridentem (cf. Plutarch. in Theſ. c. 6.) et Minervae caput exhibere. Troezeniorum antiquitates et res geſtas complexus eſt Vindingius in Hellene p. 51 ſq. Quod *fide ſocietatis Atticae inluſtres* dicit Noſter, ſpectat Xerxis irruptionem, ubi Athenienſium uxores, liberos, ſervos emiſſos benigne exceperunt, de quo vid. Plutarch. in Themiſt. cap. 10. et alii, quos laudat Iebb ad Ariſtid. T. 2. p. 551. Troezenium *vinum* generandi vim eximere ex Theophraſto Hiſt. pl. 9, 20. tradit Athenaeus 1, 57. (Schw.) de quo cf. etiam Euſtath. ad Homer. Il. 2, 561. et Plin. 14, 18. ſ. 22. Ipſa regio Τροιζηνία et Τροιζηνὶς paſſim occurrit, notatque etiam Stephanus. H. ut tradit Dapper de l'archipel p. 271. *Damala* ſ. *Pleda.* Chandler p. 303. in vicinia urbis *Damala* ſ. *Thamala* ponit.

Hermiona) Graecis uſitatum eſt Ἑρμιόνη, notat tamen etiam Stephanus h. v. cum Euſtathio ad Homer. Il. 2, 560. Etymol. M. Ἑρμιὼν, uti pro Ἕρμιον in Ste-

phano legendum esse monuerunt viri docti. Ita vero hodie legitur in Scylace p. 20. Hudf. Euripide in Herc. fur. v. 615. Polybio 2, 52, 2. In Plinio 4, 9. f. 5. est *Hermione.* Ἑρμιονεὺς occurrit in auctoribus et numis, etsi hi promiscue per ω efferunt. Vid. Rasche Lex. num. T. 2. P. 2. p. 256. Ipsa regio Ἑρμιονὶς apud Thucyd. 1, 128. et alios. Olim *Laceriam* (ει) dictam esse, scribunt Stephanus et Eustathius. *Hermione* nominata est ab Hermione conditore, Europis filio, (Pausan. 2, 34, 5.) vel, ut Stephanus et Eustathius volunt, ab ὁρμισθῆναι, quia Iupiter cum Iunone ex Creta profectus, ibi adpulit. Dryopum exsules conditores facit Diodor. Sic. 4, 31. Prisca destructa, novam fuisse conditam refert Pausanias 2, 34, 5 sqq. ubi memorabilia etiam recenset, in his fana Neptuni, Minervae, Cereris, Veneris. Templum Iunonis habent Stephanus et Eustathius. Numi praeterea Mercurium ostendunt, a quo quidam adeo nomen urbis petunt. Cf. Holsten. in Stephan. p. 117. Situs fuit prope Scyllaeum (Strabo 8. p. 257. f. 373.) et Isthmum Troezenis. (Pausan. c. l.) Innotuit inde sinus *Hermionicus*, qui fuit inter Saronicum et Argolicum. (Agathemer. 1, 5.) Tum prope eam descensus erat brevissimus ad inferos, quare nec portorium mortuis ingerebant. (Strabo c. l. et ex eo Eustath. ad Homer. Il. 2, 560. p. m. 217.) De Hermionensium rebus exponit Vindingii Hellen p. 50. H. urbs vocatur *Castri*, uti volunt Sophianus apud Ortelium et Oberlinus in orbe antiquo p. m. 172. quod nomen de Delphis apud alios occurrit, ut utramque urbem Pococke notat in tabulis.

Argolicus) Inter Malean et Scyllaeum etiam alibi ponunt Strabo 8. p. 254. f. 368. Plin. 4, 9. f. 5. Agathemer. 1, 5. Ptolemaeus 3, 16. — Traiectu est 50 M. P. ambitu 162. (Plinius c. l.) Eius oram incolebant Lacedaemonii et Argivi. (Strabo c. l.) Hodie *Golfo di Napoli.*

Laconicus) Eodem ſitu notant antea producti auctores. Secundum Plin. 4, 8. ſ. 5. circuitu erat 105 M. P. (vulgo 206.) traiectu 39 M. P. ſed complectebatur illud ſpatium inter illa duo promontoria duo alios ſinus, Argolidem et Gytheaten. (Plin. c. l. ubi vid. Harduinus.) Fuerunt igitur partes Laconici, vel receſſus. H. *Golfo di Colochina.*

Aſinaeus) Ab oppido Aſine, ut monet Plin. 4, 7. ſ. 5. de quo infra. Idem alio etiam nomine vocatur *Meſſeniacus*, ut ſcribit Strabo 8. pag. 248. ſ. 359. etſi paullo antea Aſinaeum Meſſeniaco conterminum facit. Nempe pars Meſſeniaci ſic dicta eſt, ut putat Politus ad Euſtathium in Homerum T. 2. p. 601. Atque ſolo hoc Meſſeniaci nomine illum ſinum producunt Ptolemaeus 3, 16. Agathemer. 1, 5. — quod et intelligitur ex oſtiis Pamiſi fluvii. Cauſa nominis in aperto eſt. Alium tamquam receſſum eius commemorat Plinius 4, 7. ſ. 5. *Coronaeum*, a Corone, Meſſeniae oppido.

Cypariſſius) Plin. 4, 6. ſ. 5. *ad meridiem*, inquit, *Cypariſſius ſinus cum urbe Cypariſſa.* A paucis reperitur notatus ille ſinus, *portus*, *promontorium* frequentius occurrunt. Strabo 8. p. 244. ſ. 353. vocat Τριφυλιακὴν θάλασσαν a regione Triphylia in Elide, ut inde adparet, quod eo educit Alpheum, qui apud Noſtrum in Cypariſſium ſinum defertur. H. *Golfo di Arcadia.*

§. 9. *Eraſinus)* Gr. Ἐρασῖνος. Alio nomine dictus etiam eſt Ἀρσῖνος. (Strabo 8. p. 256. ſ. 371.) Eundem vero porro eſſe Stymphalum tradit Pauſanias 8, 22, 3. cuius cauſa haec eſt. Oritur ex Stymphalo Arcadiae fluvio, hic ex Stymphalide palude, unde Stymphalides aves innotuerunt; hinc cum terram depreſſus ſubiit, rurſus emergit in Arcadia. (Pauſan. c. l. Strabo c. l. et lib. 8. extr. Herodot. 6, 76. Plin. 2, 106. ſ. 103. Ovid.

Metam. 15, 273. quem et adlegat Seneca in Nat. Qu. 3, 26.) Secundum Paufaniam 2, 36, 6. prope Lernam in Phrixum influit, hic in mare inter Temenium et Lernam. Argolidis fluvium faciunt omnes, et male Vibius p. m. 10. Lyciae tribuit, ubi cf. viri docti pag. 110. Hódiernum nomen non inveni.

Inachus) Ante, quod tradit Plutarchus ille de fluminibus h. v. dictus eſt Καρμάνωρ, deinde Ἁλιάκμων, a quo tempore Haliacmon ſe in eum praecipitavit, denique a ſimili caſu *Inachus*. *Haliacmon* quidem alias in Macedoniae finibus notatur ab Herodoto 7, 127. Cf. Ptolem. 3, 15. Plin. 4, 17. f. 10. Feruntur autem Inachi nomine duo maxime fluvii, Argolidis unus, alter Acarnaniae, quorum tamen ſitum turbant, aut miſcere videntur ipſi veteres. Quorſum hoc in loco pertineat, adparet. At Sophocles teſte Strabone 6. p. 187. f. 271. ex Pindi cacumine dixerat in Acarnaniam defluere et ibi Acheloo miſceri, inde ſub mari alveo acto ad Lyrcium emergere, quem alibi (8. p. 255. f. 370.) Arcadiae montem facit, ex quo Inachus naſcatur. Confuſioni occaſionem, opinor, dedit duplex Argos, Amphilochium et Hippium, hoc in Argolide, cuius hic fuit fluvius. Quare quae alii de variis Inachi fontibus et curſibus dixerunt, omitto, cum legi poſſint in primis apud Spanhemium ad Callimach. in Pallada v. 50. Cf. et ad Vibium pag. 135 ſq. Nomen igitur impoſitum eſt ab Inacho, Argivorum rege, quod refert etiam Syncellus p. 100. f. 125. ipſe Iunoni dicatus ſec. Pauſaniam 2, 15, 4. Cf. Apollodor. 2, 1. in. Oritur ex monte Artemiſio, ut refert Pauſan. 8, 6. f. et in primis 2, 25. in. ubi montem eum ſupra Oenoen ponit, in Arcadia Apollodor. 2, 5, 3. Lyrcium montem hic nominat Strabo 8. p. 225. f. 370. Arcadiae montem prope Cynuriam, ut ſupra notavi. Cf. etiam Stephanus et Schol. Apollonii ad 1, 125. Praeterfluebat Argos (Pauſan. 2, 15, 5. Strabo poſteriori loco), unde Ἀργεῖον vocant

poetae, nominatim Aeſchylus apud Pauſan. 8, 6. f. ipſum Argos vel ab Inacho rege, vel a fluvio *Inachium* Plinius 4, 9. ſ. 5. Tenuis vero fuit fluvius, et qui non niſi imbribus adiutus accolis aquam praebuit, quod Neptuni irae tribuunt, cui in litibus cum Iunone terra illa negata erat. (Pauſan. 2, 15. f.) Luciani aetate vix adeo eius alveus ſupererat, ut ipſe teſtatur in Charonte extr. Mirum igitur, quod *Planizza* nomen hodiernum eſſe quidam putant, ut Coronelli di Morea p. 20. ed. 3. *Naio* tamen adfert Büſching T. 2. p. m. 1799. ut interpres Germ. libri Mentelle vergleichende Erdbeſchr. Vol. 5. pag. 6. Nomen antiquum ſervat Chandler.

Lerne) Gr. Λέρνη, Vibius p. m. 26. *Lerna.* Latini tamen alii auctores *Lerne* vocant. Inde *Lernaeus.* Nomen ipſum varia ratione occurrit. Plinius 4, 9. ſ. 5. *locum* vocat, uti quidem MSS. legunt, vulgo enim *lacum* editur, et ſic de loco intelligi debet apud Pauſan. 2, 36, 6. *Urbem* tamen ab aliis habitam fuiſſe adfirmat Schol. Pindari ad Olymp. 7, 60. et ſic diſerte urbem faciunt praeter Noſtrum Ptolemaeus 3, 16. Apollodor. 2, 1. f. Schol. Euripidis ad Phoeniſſ. v. 127. In ſitu tamen diſcrepant. Nam Noſter ponit in ſinu Argolico, ut Plinius, qui paullum a mari removet. Ad mare ponit Pauſanias 2, 36. f. ubi Phrixus excepto Inacho in mare excurrit. Diſſidet ab iis Ptolemaeus c. l. cui eſt urbs Laconices mediterranea, quem cum ſecutus eſſet Laurenbergius in Graeciae tabulis, valde hic reprehenditur a Voſſio ad noſtrum locum, Voſſius ab Hemſterhuſio, etſi lenius, ad Luciani dialog. marin. 6, 2. quod Strabonem cum Plinio ille comparaſſet. Λερναίας ἀκτᾶς in Pindaro c. l. ſitum in ora vel prope mare etiam declarat. Non ignobile tamen fuiſſe oppidum, adparet inde, quod indictum eo fuit aliquando concilium Achaeorum teſte Plutarcho in Cleomene c. 15. Ceterum varie occurrit praeter urbem, quae rarius memoratur, Lerne, veluti ἕλος, (Apollodor. 2, 5, 2.) λίμνη,

(Strabo 8. p. 256. f. 371. et ante) *palus*, (Statius Theb. 2, 376. Vibius p. m. 26. Lutatius ad Stat. Theb. 1, 368. Servius ad Virgil. Aen. 6, 287. et 804.) πηγὴ, (Schol. Euripid. ad c. l.) κρήνη, (Schol. Apollon. ad 3, 1240. et Pindari ad c. l.) *fons*. (Hygin. fab. 151. 169.) Cf. quae adtulerunt Cerda ad Virgil. Aen. 6, 287. Muncker. ad Hygin. fab. 169. Cellar. in Geogr. ant. 2, 13, 522. viri docti ad Vibium p. 277. Fifcher. in indice Palaephati f. v. Λερναῖος ὄφις. — Plerique ponunt in Argolide, in finibus Argi et Mycenarum, ut Strabo 8. p. 256. f. 271. in Arcadia Vibius p. m. 26. pro quo tamen Barthius ad Statii Theb. 4, 711. legit *Argia*. Fuiffe videtur illa palus in finibus Argolidis, Arcadiae et Laconices, fi quis diverfas narrationes conciliare velit. De *Lernaea hydra* omnia funt in vulgus nota. Ex piaculis factis proverbium natum eft Λέρνη κακῶν, ut notat Strabo c. l. Cf. et Suidas h. v. T. 2. p. 431. et Erafmus in adag. 1, 3, 27. *Lernaea festa* in honorem Cereris acta ad Lernam commemorat Paufan. 2, 36. f. De hodierno urbis nomine quaefivit ex aliis Ortelius h. v. adtulitque *Petrina* et *Phonea*. Paludem *Molini* hodie vocari refert Oberlin in orbe antiquo pag. 171. idemque nomen adpofuit Mentelle in vergleichende Geographie Vol. 3. ubi confpectum illorum locorum exhibet.

Gythius) Quis praeterea hoc nomine fluvium commemoret, ignoro. Alii urbem vocant, et modo Γύθειον fcribunt, ut Stephanus h. v. et, quod idem adfirmat, Lycophron v. 98. etfi in eo legitur per ι, quo plerique efferunt, ut Strabo 8. p. 256. f. 343. Polyb. 5, 19, 6. 2, 69, 11. Ptolemaeus 3, 16. In Scylace p. 17. Hudf. pro Γιθείων reponit Voffius Γύθειον. Utraque forma per ει et ι vulgo legitur in Paufania, de quo vid. Facius ad 1, 27, 6. et Meurfius in Mifcell. Lacon. 4, 6. p. 267. Et fic in Xenophont. hift. Gr. 1, 4, 11. et 6, 5, 32. ut Latini *Gytheum* fcribunt et *Gythium*, etfi utrumque a

V 2

Γύθειον deduci potuit. Cf. Cicero de offic. 3, 11. et quae notantur ad Liv. 34, 29. in. et alibi, ubi *Gythium* praetulit Drakenborch. Incolae Γυθεᾶται vocantur apud Paufan. 3, 21, 7. et hinc *Gytheates finus* dicitur a Plinio 4, 8. f. 5. Γυθεατων etiam ex multis nimis adtulit Rafche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 1559. et fic ex monumentis per ε producit Paciaudius in monument. Pelopon. P. 2. p. 123. Urbis antiquitatem teftantur ea, quae narrat Paufanias c. l. Apollinem et Herculem conditores iactaffe. Eius νεώριον et τεῖχος commemorat Scylax c. l. Cf. et Polyb. 5, 19, 11. Spartae portum vocat Strabo 8. p. 236. f. 343. et p. 251. f. 363. ubi de intervallo ab urbe, de quo etiam cf. Berkelius ad Stephan. pag. 281. Ἀκρωτήριον praeterea Laconices vocat Tzetzes ad Lycophr. c. l.

Eurotas) Gr. Εὐρώτας. *Eurotis* eft apud Geogr. Ravenn. 5, 22. Antea dictus eft *Marathon*, poft *Himerus*, denique *Eurotas*, ut tradit Plutarchus fpurius de fluminib. f. v. Eurotas, quae nomina ex more ab hominibus ducit, qui in eum fe praecipitarunt. Eurotam vero dictum fcribunt Paufan. 3. in. et Schol. Eurip. ad Oreft. v. 625. ab antiquo Laconum rege. Oritur haud procul ab Alphei fontibus prope Afeam, (ε) Megalopolitidis vicum, inde cum terram illi fubierunt, poft eruptionem Alpheus in Pifanum agrum, Eurotas in Laconicen fluit. (Strabo 8. p. 236. f. 343. Paufan. 8, 44, 3. et 54, 2. Dionyf. v. 412. ad quem Strabonis teftimonium adfert Euftathius.) Praeterfluebat ab ortu quidem Spartam (Polyb. 5, 22, 2. Livius 34, 28. in.) et inter Gytheum et Acarium in mare excurrebat. (Strabo 8. p. 251. f. 363.) Fabulae idem Strabo 6. p. 190. f. 275. meminit, quod in communem Alphei et Eurotae alveum coniecta in alterutro adpareant, et illorum disiunctionem poftea factam declarent. Quod Μεσσήνιον vocat Dionyf. v. 411. pro Laconico prifca tempora refpicit, quibus Meffene Laconices pars fuit. Vid.

Strabo 8. p. 247. f. 358. Innotuit palaeftrae Laconicae exercitiis, quae ad eum inftituebantur. Vid. Cicero in Qu. Tufc. 2, 15. 5, 34. et quae notavit Barthius ad Statii Theb. 8, 432. Ripas eius lauris plenas fuiffe fcribit Servius ad Virgilii eclog. 6, 83. Hodiernum nomen fertur *Bafilipotamo.*

Neptuni) De templo et fpecu vid. fupra §. 8. ad *Taenaros.*

facie et fabula) Praefertim occafione Thefei et Pirithoi, quos nonnulli volunt hic defcendiffe ad inferos tefte Hygino fab. 79. per infulam Taenariam; [vid. fupra] cum alii certent pro Thefprotica, ubi etiam fuit amnis Acheron, ut patet ex Iuftino 12, 2, 4. I. GRONOVIVS *MS.* De verbo *facie* hoc fenfu cf. ad 2, 1, 5. et de fpecu ad 1, 19, 7.

Pamifum) Graeci et Latini auctores mafculino genere efferunt Πάμισος vel Παμισὸς, nempe inftabili accentu. Παμεισὸς femel in Paufania 4, 3. extr. legitur, etfi, puto, vitiofe, ut Πάνισος in Ptolemaeo 3, 16. Fontes eius ponit Paufanias 4, 31, 3. ad Thuriam Mefleniae urbem verfus Arcadiam; fluebat purus et placidus et a mari 10 fere ftadia navium erat patiens, (idem 4, 34, 1. ubi et de pifcibus, quos alit, loquitur;) ad eius dextram erat Colone, urbs maritima, (idem c. l. et Strabo 8. p. 249. f. 361.) ad finiftram Thuria et Pherae, (Strabo c. l.) nec procul a Corone in medium fere finum Mefeniacum effundebatur. (Ptolem. 3, 16. Strabo c. l.) Nofter educit in Afinaeum, quem eundem effe fupra notavi. Curfu fuo non amplius 100 ftadia peragit. (Strabo c. l.) Sacra illi anniverfaria facta effe, refert Paufan. 4, 3. f. H. *Pirnaza.*

Alpheus) Gr. Ἀλφειὸς; in Pindaro Olymp. 1, 32. Ἀλφεὸς, et olim vitiofe *Alphaeus* in Vibio p. m. 3.

Antea dictus eſt *Nyctimus*, poſt *Stymphelus*, (η) inde *Alpheus* ſec. Plutarch. illum de fluv. h. v. ab ſubmerſis itidem hominibus. At Strabonis epitomator lib. 8. pag. 115. Hudſ. ita vocatum ſcribit *διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἔχειν τοὺς ἀλφοὺς ἰᾶσθαι*, quod etiam Strabo 8. p. 239. ſ. 546. de Anigro Minyeio refert, qui eadem de cauſa Alpheus dictus fuerit. Cf. etiam de noſtro eiusque illa virtute Euſtath. ad Dionyſ. v. 409. et ad Homer. Il. 5, 549. p. 441. et alibi cum Etymol. M. Fontem primum habuit ad Phylaceu, (Pauſan. 8, 54. in.) poſt terram ſubiit et emerſit ad Aſeam Arcadiae, ubi erant novi veluti fontes, miſtusque cum Eurota iterum ſub terras depreſſus ſeparatim prodiit et curſum ſuum perſecutus eſt, ut antea notavi de Eurota. Multi in eum inlabebantur nobiles fluvii, in quibus *Celadon*, *Erymanthus* (Strabo 8. p. 256. ſ. 343. Pauſanias 5, 7, 1. 8, 24, 2.) Piſaeorumque oppidum, Thryoeſſam, uti poſt Epitalium praeterfluebat, (Plin. 4, 6. ſ. 5.) ubi erat vadoſus, (Homer. Il. 2, 591. 11, 711. conl. Strabone 8. pag. 241. ſ. 349.) Aulona, Lepreum, ubi erat navigabilis, (Plin. c. l.) et prope Olympiam in mare Triphyliacum excurrebat, (Strabo 8. p. 244. ſ. 353.) vel, ſec. Melam, in ſinum Cypariſſium. Suaviſſimam eius aquam praedicat Pauſanias 5, 7, 9. Notiſſima eſt fabula, quod ſubter maria terrasque depreſſus in Sicilia erumpat ex Arethuſa fonte, de quo vid. ad 2, 7, 16. Qui plura de Alpheo conlecta deſiderat, plurimos auctores productos reperiet a Claudio ad Vibium p. m. 47. H. *Carbon.*

Cypariſſae) Varie ſcribitur. Pauſan. 4, 36, 5. 8, 1, 1. Κυπαρισσίαι, Ptolem. 3, 16. Κυπάρισσαι, Strabo 8. p. 248. ſ. 359. et alibi, Stephanus Κυπαρισσαία, ubi tamen Berkelius repoſuit Κυπαρισσία, Plin. 4, 6. ſ. 5. *Cypariſſa.* An in Strabone 8. p. 240. ſ. 348. eadem ſit Κυπαρισσίνα, quod putat Berkelius ad Stephanum p. 491. qui ideo Κυπαρισσία emendat, dubitare licet. Ponit enim

in Triphylia, nec alia eſſe videtur, quam paullo inferius Κυπαρισσήεις in Maciſtia, quam a Cypariſſia Meſſeniaca diſtinguendam eſſe monet. Utramque etiam in ſitu commiſcuit Stephanus cum Euſtathio ad Homer. Il. 2, 593. p. m. 225. Noſtram enim Meſſeniae praeter Strabonem, qui diſerte vocat 8. p. 248. ſ. 359. Μεσσηνιακήν, adſcribit Ptolemaeus 3, 16. nec procul a Pylo et Aulone, in cuius vicinia Neda amnis Eleorum et Meſſeniorum fines dirimebat. Vid. Pauſan. 4. extr. conſ. Plinio 4, 6. ſ. 5. In numis ſaepe legitur Κυπαρισσιεων, unde in primis ſcriptura per ι probatur. H. *Arcadia.* Cf. Büſching Vol. 1. P. 2. p. m. 1801.

Aſine) Gr. Ἀσίνη, penultima correpta apud Homer. Il. 2, 560. etſi ibi de Argolica urbe loquitur per nexum. Inde Ἀσιναῖος et Ἀσινεὺς apud Stephanum ſuffragantibus auctoribus. Quatuor cognomines urbes commemorat Stephanus, quarum primam in Laconica poſitam ſe nusquam inveniſſe fatetur Berkelius, et hinc Stephanum emendat. At errat. Strabo enim 8. p. 251. ſ. 363. Aſinen habet inter Amathunta et Gytheum. Tum diſerte Xenophon hiſt. Gr. 7, 1, 25. τῆς Λακωνικῆς τὴν Ἀσίνην notat. Cf. etiam de Laconica Thucyd. 4, 13. cum Schol. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 560. p. m. 217. Neque tamen diverſam eſſe ab Argolica putat Politus ad Euſtathium T. 2. p. 601. ex mutatis aliquando finibus. Noſtram ab Argivis conditam eſſe refert Stephanus ponitque in Meſſene, ut alii, iuxta Laconicam, et ſic Μεσσηνιακὴν adpellat Strabo 8. p. 247. ſ. 359. In conditoribus idem 8. p. 257. ſ. 373. conſentit, nomenque ab Argiva Aſine ducit. Situm turbat Scylax p. m. 17. iudice etiam Palmerio et Methonen poſtponit, quam illa progreſſione debebat praeponere. Recte autem maritimam urbem facit, ut magis diſerte Ptolem. 3, 16. Pauſan. 4, 34. extr. Aſinaeorum antiquiſſimas ſedes ad Parnaſum et migrationes varias commemorat Pauſanias 4, 34, 6. Quod Pauſaniae

tempore vaſtatam iacuiſſe, ex Pauſania 2, 36, 5. refert Waſſe ad Thucyd. 4, 13. in. ad Argolicam pertinet, niſi eandem et ille putavit, de quo antea. Aſinaeum inde ſinum dictum eſſe, ſupra indicavi.

terras) Quaſi adluderet ad ea, quae ſcribit de Eleis Polyb. 4, 73. ubi patet cauſa, cur ament iſti populi ruſticari et abſtinuerint a mari, quod tamen alii Graeci tam feliciter coluerunt. I. GRONOVIVS *MS.*

Pylos) Gr. Πύλος ambiguo genere, quod et notavit Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 433. Noſter ſequiori utitur, ut Seneca in Herc. fur. v. 7. maſculino Strabo monente etiam Euſtathio ad Homer. Il. 2, 591. p. m. 224. Ipſa etiam Pylus ambigui omnino fuit ſitus, quia variae fuerunt Pyli, *Triphyliaca*, *Meſſeniaca* et *Elea.* Cf. Strabo 8. p. 234. ſ. 339. Triphyliaca vix eſſe poteſt, quia Strabo 8. p. 252. ſ. 357. eam etiam Arcadicam dictam fuiſſe adfirmat. Ergo verſus fines Arcadiae remota iacuit a mari, ad quod noſtram ponit Mela, nec recte ad mare illa ponitur in tabulis Anvillianis, cum ab illo remotam fuiſſe 30 ſtadiis diſerte ſcribat Strabo 8. p. 241. ſ. 350. Reſtant Meſſeniaca et Eliaca. Hanc quidem Strabo 8. p. 234. ſ. 339. inter Penei et Selleentis oſtia iuxta Scollim conlocat; at eum ſitum dubium reddit Pauſan. 6, 22, 5. qui eius rudera (tunc enim interciderat) conſpici ait, Olympia per montanam regionem Elin petentibus. Montana autem regio ſpectat Scollim Strabonis, qui fuit mons ſaxoſus, (Oleniam rupem olim dictam ita putarunt) contiguus Arcadiae monti Lampeiae, communisque Dymaeorum, Tritaeenſium et Eleorum, ut adparet ex Strabone 8. p. 235. ſ. 341. ſic ut Pauſaniae ſitus verior eſſe ex hoc videatur. Accedit, quod ultra Chelonaten et Cyllenen fuit, ad quae loca poſt demum progreditur Mela. Reſtare igitur videtur Pylos Meſſeniorum, quae ſita fuit ſub Aegialeo (ε) monte. (Strabo 8. p. 248. ſ. 359.)

Deſtructa ea ab Athenienſibus, aliqui Pyliorum conceſſerunt in Coryphaſium promontorium, (Strabo c. l.) ubi etiam urbem ponit Pauſanias 4, 36. in. Hinc vero alii Coryphaſium adpellant, in iis Stephanus h. v. Schol. Thucyd. ad 5, 18. Ariſtoph. ad Nub. v. 186. etſi alii recte diſtinguunt, ut Ptolem. 3, 16. Strabo 8. p. 240. ſ. 347. ubi Pylum et Coryphaſium caſtella vocat ad mare ſita, ſic ut Coryphaſium fuerit et promontorium, uti ſaepius Strabo vocat, et caſtellum a Pylo diverſum. Thucydides 4, 3. ſitam fuiſſe dicit in Meſſenia olim terra, quam Coryphaſium dixerint Lacedaemonii; cf. ibi Dukerus. Ad mare vero ſitam fuiſſe, ex Strabonis loco adparet, probatque Ptolem. 3, 16. Condidit eam Pylus, Lelegibus in Megaride eo ductis (Pauſan. 4, 36. in.) occupavitque poſtea pulſo illo Neleus, et ſedem ibi regiam conſtituit, etſi alii ipſum Neleum conditorem faciunt, ut Apollodor. 1, 9, 9. ubi plura dabit Heyne. An fuerit Neſtoris patria, prolixe disputat negatque Strabo 8. p. 241. ſ. 350. *Pylios* autem, unde Noſter occaſionem notandae urbis ſumſit, latiori ſenſu intellexiſſe videtur de Pylii agri incolis, forte etiam ſenſu antiquiori de parte Meſſeniae et Triphylia, quae Neſtoris ditioni erant ſubiecta. Vid. Homer. Il. 2, 591 ſq. et ibi Euſtathius p. m. 224. Tum bene ſuperiora de Eleis ruſticantibus huc referuntur. H. putatur eſſe *Navarino*, ubi etiam nunc portus Peloponneſi maximus eſt et tutiſſimus, ut teſtatur Kinsbergen in Beſchr. von dem Archipelagus p. 205 ſq. ubi multa. Ponit autem in finibus Belvederae (Meſſeniae) et Arcadiae.

Cyllene) Gr. Κυλλήνη, unde Κυλληνεὺς et Κυλλήνιος teſte Stephano h. v. Sic Κυλλήνιος dicitur Otus, Epeorum dux, apud Homer. Il. 15, 518. Nomen ab Arcade ducit Pauſan. 6, 26, 3. Arcadiae urbem dicit Schol. Ariſtoph. ad Equit. v. 1079. Eleorum fuit ἐπίνειον, ut plures adfirmant, Thucyd. 1, 30. Strabo 8. p. 233. ſ. 337. Pauſan. 4, 23. in. 6, 26, 3. Schol. Villoiſ. ad Homer.

Il. 15, 518. Stephanus — et omnino ἐπίνειον vocat Ptolemaeus 3, 16. Ab Eli urbe diſtabat 120 ſtadia; Strabo c. l. Pauſan. 6, 26, 3. ubi portum commodum laudat, cuius etiam mentionem facit Scylax p. 16. Hudſ. ab inſula Cephallenia 80 ſtadia. Strabo 8. p. 253. ſ. 358. In Plinio 4, 6. ſ. 5. nomen omnino memoratur, ſed et Cyllenes ſinus. De cognominibus locis diſſerit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 603. pag. 227. ubi et cf. Politus T. 2. pag. 637. Hodie *Chiarenza.* (Chandler p. 397. Spon et Wheler voyage T. 2. p. 2.) De Mercurio quod Noſter addit, ſuo loco poſt. De *Enneapoli* cf. not. crit. p. 243 ſq.

Patrae) Gr. Πάτραι, et inde Πατρεὺς, ut in Herodoto 1, 145. et aliis plurimis, numis etiam, qui obferunt Πατρεων. In Latinis eſt *Patrenſis* apud Ciceron. ad diverſ. 3, 19. et in numis. Conditor fuit Patreus (Pauſan. 3, 2, 1. 7, 6, 2. Stephanus), ſic ut urbem Aroen pomoerio ampliato ſimul includeret. (Pauſan. 7, 18, 5. cf. etiam Berkel. ad Stephan. p. 170.) In numis tamen Πατραον vocari quidam credunt, quos impugnavit Eckhel in num. vet. p. 221. Coaluiſſe ex 7 vicis tradit Strabo 8. p. 252. ſ. 337. et p. 267. ſ. 387. πόλιν ἀξιόλογον vocat. Fuit autem in 12 Achaicis urbibus, quae foedere coierant. Vid. Strabo 8. p. 264. ſ. 384. Herodot. 1, 145. Polyb. 2, 41. et alii. Sita erat in promontorio longiſſimo Peloponneſi (Rhio) ex adverſo Aetoliae et Eveni fluminis, ut notat Plinius 4, 5. ſ. 4. qui tamen poſt ab illo promontorio removet 5 M. P. Strabo 8. p. 267. ſ. 387. habet 40 ſtadia, quod perinde eſt; Pauſanias 50. Cum in bello contra Gallos Aetolos adiuviſſet, multis acceptis cladibus reverſi pleriquе urbe relicta diſperſi oppida plura habitavere, (vicos illos puto Strabonis) ex quibus poſt victoriam Actiacam evocatos, additis colonis, Patris repoſuit Auguſtus, et libertate aliisque beneficiis auxit. (Pauſan. 7, 18, 5. Strabo c. l.) Hinc *colonia* vocatur a Plinio c. l. et in multis numis *Col. A. A.* (Arae) *Patrenſ.* Cf. quae

disseruit Spanhem. de usu — T. 1. p. 560. Postero etiam tempore viguisse, non solum Imperatorum numi docent, sed et honor metropoleos, quem consecuta est, teste Constant. Porphyrog. de them. 2, 6. et alibi. H. *Patrasso* s. *Patras*. Cf. et Büsching Vol. 1. T. 2. p. m. 1801.

Chelonates) Strabo 8. p. 253. s. 538. Χελωνάτας et alibi. Sic Agathemer. 1, 5. In Ptolemaeo 3, 16. est Χελωνίτης ἄκρα, in Pausania 1, 2, 4. ἄκρα Χελώνης. Plinius 4, 6. s. 5. vocat Chelonates. Vergit maxime ad occasum, (Strabo c. l.) et conterminam habet Pisatida. (idem 8. p. 236. s. 342.) In codice Palatino Ptolemaei 3, 16. memoratur etiam Χελωνίτης κόλπος, qui est Cyllenes sinus apud Plin. 4, 6. s. 5. Promontorii nomen h. fertur *Capo di Chiarenza*, sec. Harduin. ad Plin. c. l. Alii tamen hoc nomen ad Araxum referunt, et nostrum *Capo di Tornese* melius, opinor, intelligunt.

Araxos) Gr. Ἄραξος. Plinius 4, 6. s. 5. *promontorium Araxum.* Ὄρος vocat Pausan. lib. 6. extr. Situm erat ex adverso Acarnaniae (Agathemer. 1, 5.) et ante illud insulae Zacynthus, Cephallenia, Ithaca atque Echinades. (Strabo 8. p. 231. s. 335.) Ab Isthmo remotum erat 1000 stadiis. (idem p. 267. s. 388.) Initium olim faciebat Elidis ad Achaiam, ut refert Strabo 8. p. 232. s. 337. quare et Eleae promontorium vocat c. l. et 8. p. 267. s. 388. Adfirmat etiam Pausanias c. l. in confinio Elidis et Achaiae situm fuisse, post sua aetate utriusque regionis terminos mutatos, quos statuerit Larisus fluvius.

natum) Ex paucis, quos idem tradidisse opinor de Mercurii natalibus, inveni Schol. Statii ad Theb. 4, 283. etsi habet Cyllenen civitatem, quam tamen per nexum de Arcadiae monte intellexisse videtur, ut ne huc quidem ille referri possit. Notum autem est in vulgus, quod canit Virgil. Aen. 8, 538. *Mercurius, — quem can-*

dida Maia Cyllene gelido conceptum vertice fudit. Inde vero *Cyllenius* vocatur Mercurius, etsi, quod solet in fabulis, varie quidam id cognomen explicarunt olim etiam, quod ex Festo adparet. Κύλλιον per syncopen dictum esse, tradit Stephanus s. v. Κυλλήνη et ex eo Eustath. ad Homer. Il. 2, 603. p. m. 227.

Rhion) Gr. Ῥίον duplici sensu occurrit vel de promontorio, vel de mari. Promontorium vocant multi, in quibus Strabo 8. pag. 231. s. 336. Pausan. 7, 22, 7. Agathemer. 1, 5. Plin. 4, 3. s. 2. Schol. Apollonii ad 1, 1165. ubi et ὄρος dicit et ἀκρωτήριον. Idem etiam dictum est *Drepanum* secundum Ptolem. 3, 16. et alios. Caussam adfert Strabo c. l. quia habet δρεπανοειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντός. Pausanias 7, 23, 4. nomen derivat a falce Saturni, quam hic exsecto patre ibi abiecit. Anvillius vero in tabulis illo loco male intellecto duo haec promontoria fecit. Obpositum habebat aliud promontorium *Antirrhium* in finibus Aetoliae et Locridis. (Strabo c. l.) Locridis vocat Agathemer. 1, 5. Claudebat utrumque ostium sinus Corinthiaci, qui Aetolos ab Peloponneso dirimebat. (Strabo, Agathemer. c. c. l. l. Plin. 4, 3. s. 2.) Alii tamen aliter, de quo in sequ. Latius autem dicitur promontorium Peloponnesi, uti apud Agathemer. 1, 5. vel strictius Achaeorum apud Strabonem c. l. Ἀχαϊκὸν apud Thucyd. 2, 86. ubi vid. de Rhio Dukerus. Italis hoc et Antirrhium hodie vocantur *Dardanelli.* Sed et praeterea mare, ut hic, adpellatur Rhion. Vid. Livius 27, 29, 9. Polyb. 4, 64. in. et ibi Schweighaeuser. *Fauces Corinthii sinus* vocat Livius 28, 7. f. Ipse sinus autem teste Agathemero 1, 3. etiam dicebatur Ἀλκυονὶς θάλασσα. Denique Rhion urbem etiam Achaiae commemorat Stephanus h. v. nec abnuit Livius 27, 30, 10. etsi ibi pro Rhion volunt Aegium.

inter Aetolos) Incipit enim sinus Corinthiacus, quod scribit Strabo 8. p. 231. s. 335. ab Eveni ostiis,

vel, ut alii volebant, ab Acheloi oſtiis et Araxo, ubi utrimque litora propius coeunt. Noſter populos utrimque obpoſitos poſuit. Cf. Plin. 4, 5. ſ. 4. ubi *Patrae* (in Peloponneſo) *ex adverſo Aetoliae et fluminis Eveni — ſinum Corinthiacum — usque ad Iſthmum transmittunt.*

maris) Tamquam illi potius iſta adpellatio inter nautas conveniret, quam ipſis rupibus, quae ex adverſo hic coeunt ad fauces Corinthiaci ſinus, ut hunc omnem cum illis duabus ex adverſo rupibus comprehendendum putet auctor in voce *Rhion.* Unde mox dicit loca Aetoliae eſſe extra fauces Corinthiaci ſinus. (*extra Rhion.*) I. GRONOVIVS *MS.*

§. 10. *ſeptemtriones)* Sic loquitur, quia iſti climati 3 diſtinctos ventos tribuebant, Boream, Thraſciam et Aparctiam, et eo ſenſu pluralem ſaepe uſurpant pro ſingulari. Sed etiam noſter auctor infra [3, 7, 2.] dicet *neutrum ſeptemtrionem,* ſic intelligens urſam maiorem et minorem. I. GRONOVIVS *MS.* Vid. Voſſius in not. crit. p. 151.

Aegion) Gr. Αἴγιον, unde Αἰγιεὺς ſec. Stephanum, quod auctores probant, in quibus tamen paſſim Αἰγεὺς legitur, veluti in Polybio 2, 41. ſ. Diodoro Sic. 19, 66. ubi vid. Weſſeling. Praeferenda tamen eſt prior forma, quam et habent plerique, et praeter ipſum urbis nomen etiam numi. Cf. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. pag. 115. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. pag. 235. Hinc et in Polybio recepit Schweighaeuſerus. *Aegienſes* Latini, ut Liv. 38, 30. in. Nomen nacta urbs videtur a capra, qua Iupiter nutritus eſt, ut innuit ex Strabone 8. p. 266. ſ. 387. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 574. p. m. 266. Conlecta autem erat ex 7 vel 8 pagis (Strabo 8. pag. 232. ſ. 337.) et adſcripta 12 foederatis Achaiae civitatibus. (Herodot. 1, 145. Strabo 8. p. 265.

ſ. 385.) Helice mari hauſta, ceteras honore et opibus antecelluit, (Pauſan. 7, 7. in.) adeo ut conventus Achaici concilii ibi agerentur, quod multi referunt. Cf. Pauſan. c. l. et c. 24, 3. Livius 38, 30. Polyb. 2, 54. 4, 7. in. et alibi. — Locum adpellat Aenarium, Iovis lucum Strabo 8. p. 266. ſ. 387. Ceterum fuit urbs maritima, (Ptolem. 3, 16. Pauſan. 7, 24, 3.) cuius agrum transibant fluvii Phoenix et Meganitas, (Pauſan. 7, 23, 5.) ipſam urbem Selinus, (οὖς Strabo 8. p. 266. ſ. 387.) in quo tamen disſentit Pauſanias 7, 24, 3. qui dicit ulterius progreſſis obiici illum fluvium et Helicen intervallo 40 ſtadiorum ab Aegio. Fuit in illa urbe templum Lucinae et alia memorabilia, quae deſcribit Pauſan. 7, 23. et 24. Hodie iudice Chandlero p. 389. *Boſtitza*, vel certe haud procul abhinc. Cf. et Weſſeling ad Hieroclis Synecdem. pag. 646.

Aegira) Gr. Αἴγειρα, unde Αἰγειράτης apud Stephan. h. v. Pauſan. 7, 26. in. Αἴγειραι eſt apud Hieroclem p. 646. Antiquius nomen fuit *Hypereſia*, quod occurrit in Homero Il. 2, 573. Odyſſ. 15, 254. ab Hyperete Lycaonis filio, ut ait Euſtathius ad Homer. Il. 2, 573. p. m. 220. Poſterius nomen traxit a capris, quas ardentibus facibus in Sicyonios, ut auxilia crederent, immiſerunt Hypereſienſes proſpero eventu, uti pluribus narrat Pauſan. 7, 26. et ex eo Stephanus ſ. v. Αἴγειρα. Urbs ſita erat in colle, (Strabo 8. p. 266. ſ. 387.) et a mari diſtabat 7 ſtadia, (Polyb. 4, 57, 5.) quod quidem de Aegiratarum navali eiusdem nominis adfirmat Pauſan. 7, 26, 1. quare etiam in maritimis urbibus recenſetur a Ptolemaeo 3, 16. In foederatis Achaicis urbibus eadem ponitur ab auctoribus ſupra nominatis. Nomen hodiernum incertum eſt.

Olurcs) Gr. Ὄλουρος, unde Ὀλούριος apud Stephanum h. v. Pellenaeorum caſtellum vocat Plinius 4, 6. ſ. 5. nec procul a Pellene remotum fuiſſe adparet ex

Xenophonte hift. Gr. 7, 4, 17. et Stephano. Pellenen autem ipfam a mari removet Strabo 8. p. 266. f. 386. ubi etiam caftellum munitum Pellenen vocat. Idem Olurim feu Olurum profert 8. p. 241. f. 350. fed quae fuit urbs Mefleniae. In aliis non inveni.

Sicyon) Gr. Σικυὼν utroque genere, ut refert Stephanus h. v. Mafculino utitur Xenophon hift. Gr. 4, 12, 14. Νέα Σικυὼν Hierocles p. 646. habet. Latini femininum fere praeferunt, ut Ovid. in Ib. v. 319. et alii. Incola *Sicyonius* in auctoribus et numis, de quibus Rafche in Lex. num. T. 4. P. 2. pag. 910 fqq. Olim dicta eft Αἰγιαλοὶ, deinde Μηκώνη, ut tradit Strabo 8. p. 263. f. 382. et ex eo Euftath. ad Homer. Il. 2, 572. p. m. 220. Μήκων eft in Stephano, quae vox varie omnino mutatur, ut ad eum docet Holften. pag. 293. Sic et pro Αἰγιαλοὶ Paufan. 2, 6, 2. habet Αἰγιάλη. Ipfe tamen Stephanus adfert praeterea aliud nomen Τελχινία fub utroque vocabulo, cuius caufam fubminiftrat Euftathius c. l. Conferri vero etiam poteft Paufan. 2, 5. f. et quae disferit Politus ad Euftathium T. 2. p. 613. Conditorem urbis Phalcen facit Scymnus v. 527. fed fi Paufaniam confulas, urbs antea ftetit Aegiale dicta, nomenque accepit a Sicyone, (vid. 2. in. et in primis cap. 6.) qui diu ante Phalcen vixit, uti feries principum Sicyoniorum docet a Vindingio in Hellene pag. 12 fq. contexta. Phalces fec. Paufaniam 2, 6. f. cum Dorienfibus urbem occupavit nocturno impetu, ex quo Sicyonii Dorienfes facti funt coeptique inter Argivos haberi. Poftero tempore dicta eft *Demetrias* a Demetrio Antigoni filio, qui cum urbem cepiffet, incolas extra eam deftructam habitare iuffit et multis beneficiis adfecit, de quo vid. Diodor. Sic. 20, 100. Plutarch. in Demetrio cap. 25. Hinc Νέα Σικυὼν in Hierocle pag. 646. ubi vid. Weffeling. Suidae aetate nomen tulit *Hellas*, uti ille adfirmat h. v. Ipfam vero priorem urbem antiquiffimam praedicant; quidam tefte

Plinio 7, 57. f. 56. ante Cecropiam adeo et Argos conditam putarunt, unde de Phalce relata etiam fic refelluntur. Situm in primis defcripfit Strabo 8. p. 263. f. 382. quippe aedificata erat in colle munito Cererique (cf. tamen Cafaub.) facro, et a mari diftabat 20, fecundum alios 12 fere ftadiis habebatque portum. Sicyonios a Corinthiis dirimebat Nemea (ε) fluvius. In mediterraneis tamen ponit Ptolemaeus 3, 16. A Schol. Leidenfi ad Homer. Il. 2, 572. vocatur *πόλις εὔχαρις καὶ εὔκαρπος πρὸς πᾶσαν ἀνάπαυσιν ἐπιτηδεία*, atque inde proverbium natum effe: *εἴη μοι μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*. Vinum laudat Plinius 14, 9. f. 7. olivam Virgil. Georg. 2, 519. ubi Heyne, *ὑποδήματα Σικυώνια* i. e. *γυναικεῖα ψέλλια*, ut explicat Hefychius, praeter Stephanum commemorant multi, in iis Cicero de orat. 1, 54. Vid. viri docti ad Luciani dialog. meretr. 14. Alia quaedam memorabilia adfert Euftath. ad Homer. Il. 23, 299. p. m. 1415. Regio dicitur *Σικυωνία*. (Strabo 8. p. 231. f. 335. Paufan. 1, 27, 6.) Tulit multos eosdemque celebres artifices, in iis Polycletum, quos paffim memorat Plinius. H. *Bafilico*, quod ait Chandler p. 394. Ipfa regio pars eft hodiernae Saccaniae f. Romaniae minoris.

in adverfis) Sic tranfit totum latus occidentale Ifthmi Corinthiaci, ubi tamen praeter ipfam Corinthum etiam Lechaeum, fimile Cenchreis in altero latere. Haec tranfilit auctor, quoniam Corintho femel omnia dedit, unde nec fitum eius proprie animadvertit, quum haud dubie vergant in hanc partem, et prae fplendore Corinthi maluit tacere omnia nomina locorum, quae circa erant. I. GRONOVIVS *MS.*

Pagae) Gr. Παγαὶ, ut Strabo 8. p. 262. f. 380. Hierocles p. 645. Plin. 4, 4. f. 3. Plerique tamen fcribunt Πηγαὶ, ut Scylax p. 15. Hudf. Thucyd. 1, 103. et alibi, Paufan. 1, 44, 6. Stephanus, Ptolemaeus 3, 15. alii.

Nempe illud eſt Doricum, qua dialecto Megarenſes utebantur, hoc Atticum. Megarenſes enim regnante Codro, cum antea parerent Athenienſibus, a Peloponneſiis ſubacti et lingua cum moribus mutata Dorienſes facti ſunt, ut refert Pauſanias 1, 39, 4. Antiquior igitur forma eſt Attica, et hinc male interpres Pauſaniae 1, 41. f. quod iam notavit Holſten ad Stephan. p. 93. et 253. Πηγαὶ pro adpellativo ſumſit et *fontes* vertit. Incolae utroque etiam modo Πηγαῖοι et Παγαῖοι, ut Plin. 4, 11. ſ. 7. *Pagaei* et numi. Vid. Raſche Lex. num. T. 3. P. 2. p. 406. Nam altera forma in numis dubia eſſe videtur aut incerta. Vid. ibid. pag. 786. Megaridi tribuunt auctores, unde Μεγαρικὰς vocat epitomator Strabonis lib. 8. in. Sed varie indicant: πόλιν Pauſan. 1, 44, 6. παροικίαν Μεγαρέων Stephanus h. v. τόπον Harpocration h. v. ἐμπόριον Schol. Thucyd. ad 1, 103. et prope Megara ponit. Pauſan. c. l. in montana Megaridis regione, Boeotiae vicina. Atque haec cauſa videtur, cur Plin. 4, 4. ſ. 3. Boeotiae oppidum dicat. Idem tamen 4, 11. ſ. 7. Pagaeos Megarenſibus contributos fuiſſe ſcribit.

Creuſis) Gr. Κρεῦσις, ιος, notante Stephano, etſi Pauſanias 9, 32. in. flectit in ίδος. Inde ducitur Κρευσιεύς. (Stephanus) Alii tamen efferunt Κρεοῦσα, ut Strabo 8. p. 282. ſ. 409. Ptolem. 3, 15. Liv. 36, 21, 5. Κρεουσίαν etiam a nonnullis vocari addit Strabo c. l. Ipſe Theſpiarum portum fuiſſe ſcribit, Theſpienſium emporium Livius, ἐπίνειον Theſpienſium Pauſanias, πόλιν Βοιωτίας e regione Megaridis Stephanus, ut Ptolemaeus 3, 15. ubi ponitur in maritimis. Navigationem inde in Peloponneſum periculoſam eſſe adfirmat Pauſanias c. l.

Anticyra) Graeci variant: Ἀντίκιῤῥα, ut Strabo 9. p. 299. ſ. 434. conf. 9. p. 288. ſ. 418. Dicaearchus v. 77. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 520. p. m. 207. vel Ἀντίκυρα, ut Herodot. 7, 198. Pauſan. 7, 7. f. 10, 36, 3.

Scylax p. 14. Hudſ. Stephanus h. v. Hierocles pag. 644. vel Ἀντίκυῤῥα, ut Ptolemaeus 5, 15. Verius eſſe videtur Ἀντίκιῤῥα, ſi a Cirrha, cui erat obpoſita, derivetur, ut et exiſtimat Berkelius ad Stephan. pag. 136. Neque tamen alteram ſcripturam per υ reiiciendam eſſe, docet origo nominis iactata, de qua deinceps, eamque probat et hic Voſſius, et praetulerunt maxime Latini auctores, ut Liv. 26, 26. in. Plin. 4, 4. ſ. 3. et alibi, Horat. 2. ſatyr. 3, 166. Ovid. ex Ponto 4, 3, 54. aliique in primis poetae, qui et hinc penultimam conſtanter corripiunt. Cf. Politus ad Euſtath. in Homerum T. 2. p. 558. viri docti ad loca ſupra indicata, et quae monentur ad Strabon. 9. p. m. 496. Inde vero dicuntur Ἀντικυρεῖς, ut in Pauſania 10, 36, 5. vel Ἀντικυραῖοι, quod ex Marcello medico notavit Stephanus. Olim dicta eſt *Cypariſſus*, et Anticyrae nomen tulit ab Anticyreo, Herculis aequali, quod refert Pauſan. c. l. Conſentit apud Photium Hephaeſtio lib. 2. in. ubi narraverat, Anticyrea Herculem ſanaſſe elleboro, quod ibi inveniſſet. Eius autem nominis duae feruntur urbes, quarum altera fuit in ſinu Maliaco, ut diſerte adfirmant Strabo c. c. l. l. Stephanus; alteram hanc, de qua quidem disputatur, plerique et tantum non omnes Phocidi tribuunt, quidam tamen in Locride ponunt, ut Strabo 9. p. 299. ſ. 434. in Locrenſibus quidem Heſperiis, alias Ozolis; et ſic Livius 26, 26. in. ubi multa disputat Drakenborch. Praeſtat tamen cum Cellario in Geogr. ant. 2, 13, 261. legere *a Locride*, niſi Livium diſſimilem ſui fuiſſe malis, qui 32, 18, 4. diſerte in Phocide ad Corinthiacum ſinum verſam monſtrat. Nec obſcure ipſe Strabo 9. p. 288. ſ. 418. in Phocide ponit. Facit igitur hanc commiſtionem regionum vicinia. Quod vero Horatius de arte poet. v. 300. dixit: *tribus Anticyris caput inſanabile*, valet ad augendam dementiae vim, etſi proprie intelligit Rezzonicus in disquiſ. Plin. T. 2. pag. 64. ubi plura dabit de Anticyris et ſcriptura. Improprie autem *inſulam* vocat Plin. 25, 21. ſ. 5. et ex

eo Gellius 17, 15. Anticyram ad ſinum Maliacum prope Oetam intelligit Dapper in deſcr. des isles de l'archipel p. 340. ubi etiam multa de Anticyris contulit. Veram tamen inſulam in illo ſinu prope Pyram agnoſcit Voſſius ad h. l. Utraque autem Anticyra et noſtra et altera inclaruit maxime elleboro, quod ab Anticyreo primum inventum et in ſanando Hercule adhibitum eſſe, ſupra notavi. In Maliaca, quod adfirmat Strabo 9. p. 288. ſ. 418. optimum naſcebatur, in noſtra melius adparabatur, adeo ut multi eo purgandi cauſa ſe conferrent. Certe ibi tutiſſime ſumi, quia ſeſamoides admiſceant, ſuo teſtimonio comprobat etiam Plin. 25, 21. ſ. 5. conl. 22, 64. ſ. 25. et Scylace pag. 14. Hudſ. Naſci tamen etiam prope noſtram, patet vel ex Pauſania 10, 36, 4. ubi et de duplici eius genere, albo et nigro, exponit. Vid. praeterea Dioſcorides 4, 150 ſq. Plin. 25, 21. ſ. 5. et quae praeterea adtulit Trillerus ad Thomam Mag. p. 716. Hinc *Anticyras ſorbere meracas* de ellebori potu apud Perſium 4, 16. Stetiſſe urbem ſua aetate adfirmat Strabo c. l. everſam fuiſſe ab Atilio CS. Pauſanias 7, 8. f. Hodie etiam vaſtata iacet, et locus, qui veſtigia aedificiorum oſtendit, dicitur *Aſproſpitia* i. e. albae domus. Chandler pag. 349.

Oeanthia) Varie etiam a Graecis ſcribitur, Οἰανθὴ, Οἰάνθεια, monente Stephano, quem probant auctores. Sic Pauſan. 10. extr. Οἰάνθεια, Plin. 4, 4. ſ. 3. et ex eo Martian. Cap. 6. p. 210. *Oeanthe.* Varie porro eadem corrumpitur. Sic vulgo Polyb. 4, 52, 2. Οἰνάνθεια, ubi Schweighaeuſer. veram ſcripturam reſtituit; Ptolemaeus 3, 15. Εὐανθία, quod et adparet in tab. Peutinger. 7. D. Geogr. Ravenn. 4, 10. 5, 13. ſcribit *Evantia;* Scylax p. 14. Hudſ. Εὔανθις. Inde Οἰανθεὺς apud Stephanum et Thucyd. 3, 101. etſi ex hoc adfert etiam Οἰάνθιος Stephanus ſ. v. Χάλαιον. Cf. Waſſe et Duker. ad Thucyd. c. l. Olim Ὑανθέων male legebatur in

Polybio 5, 17, 8. quod emendavit Schweighaeuserus. Οἰάνθιος tamen probat Polyaen. 8, 46. in. Denique Ligorius teste Holstenio ad Stephan. pag. 231. numum viderat cum inscriptione Οιανθειων, qualem nemo praeterea novit. Locris tribuunt omnes, Ozolis Plinius, et quod ex eo adparet, sita erat in aditu Crissaei sinus, et ex Pausania prope Naupactum, ubi etiam templum Cereris et Dianae commemoratur. At sic Mela ordinem invertit, cum Cirrham deberet praeponere. *Pentagii* nunc vocari, tradunt interpretes Thucydidis et Plinii; Chandler vero p. 388. scribit, a quibusdam vocari *Gallixithium.*

Cirrha) Gr. Κίῤῥα, Ptolemaeus 3, 15. tamen Κύῤῥα, ut ante Masvicium Polyaen. 6, 13. et olim etiam in aliis, quod minus recte probat Gronov. ad Iustin. 24, 1, 4. Plinius 4, 4. s. 3. Cirrha. Inde Κιῤῥαῖοι apud Pausan. 10, 37, 4. et alios. Corrupte, ut iam notavit Palmerius, in Scylace p. 14. Hudf. Κουραῖον πεδίον, quod dicitur in Pausania c. l. τὸ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας. Plinius c. l. Cirrhaei campi. Πόλιν et χώραν Κιῤῥαίαν habet Polyaen. 3, 5. Nomen a Cirrha nympha derivat Pausanias, simulque antiquius nomen adfert *Crissa*, quo ab Homero Il. 2, 520. designetur. Inde vero disceptatio mota est. Nempe utramque urbem diversam ut situ faciunt, ita etiam nomine Strabo 9. p. 288. s. 418. Plin. 4, 4. s. 3. et Ptolemaeus 3, 15. qui et audiendi videntur. Cf. tamen praeterea Oudendorp. ad Frontin. 3, 7, 6. et quos ibi adlegavit, Palmerius in Gr. ant. 6, 5. 4. Valois in hist. de l'academie des inscr. T. 3. p. 62 sqq. Drakenborch. ad Liv. 42, 15, 5. et notata ad Strabonem lib. 9. p. m. 498. In Phocide autem ponunt auctores et navale Delphorum facit Pausanias 10, 8. et 37. cum victi essent Cirrhaei. Strabonis aetate, ut narrat c. l. a Crissaeis deleta iacebat. Notus est *Cirrhaeus campus*, quem devicto populo Amphictyones Apollini devoverunt. Vid. Iustin. 24, 1. et in primis Pausanias 10, 37. Κιῤῥαῖοι κόλποι comme-

morantur in maritimo curſu ab Heliodoro in Aethiop. lib. 5. in. Notior eſt *Criſſaeus ſinus*, qui proprie eſt pars Corinthiaci. Forte Criſſam et Cirrham eandem urbem putavit. Cauſa autem commiſtionis haec videtur, quod Cirrham Criſſaei devaſtarunt agrumque occuparunt, unde et *Criſſaeus campus* idem vocatur a Strabone c. l. Hodie quidam *Aſpropiti* vocant.

Calydon) Gr. Καλυδὼν, unde Καλυδώνιος. Nomen traxit a Calydone Endymionis f. Aetoli filio, ut refert Stephanus h. v. et ex eo Euſtath. ad Homer. Il. 2, 640. p. m. 236. 9, 527. p. m. 680. etſi a ſe disſentit ad Il. 13, 217. p. m. 897. Cf. etiam Apollodor. 1, 7, 6. Ab Aeolibus habitatoribus olim Aeolida dictam fuiſſe putabat ex Thucydide 3, 102. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 222. quam tamen ſententiam ſtatim retractavit monitus a Palmerio in Gr. ant. 4, 8. regionem eam eſſe, non urbem. Cf. et viri docti ad Thucyd. c. l. Fuit autem Aetoliae urbs praecipua cum Pleurone, quare etiam ab Homero pro Aetolia tota dicuntur, ut Il. 13, 218. 14, 116. ita quidem, notante Strabone 10. p. 317. ſ. 460. ut, Aetolia bifariam diviſa, Calydon montanam eius partem indicaret, unde Homerus αἰπεῖαν et πετρήεσσαν adpellet, Pleuron campeſtrem. Sic Καλυδώνιοι σκόπελοι commemorantur ab Heliodoro in Aethiop. lib. 5. in. Atque ita aperte in Thucydidis loco ponitur. Utraque tamen poſtea ad tenuitatem decidit. Ita enim Strabo 10. p. 310. ſ. 450. νῦν τεταπεινωμέναι· τὸ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ κτίσματα. Factum hoc eſſe videtur maxime Auguſti culpa, qui, ut Nicopolim ſuam colonis amplificaret et ornaret, totam Aetoliam ſpoliavit, ut adparet ex Pauſania 7, 18, 6. qui diſerte et Calydonem nominat. Olim haec urbs valde inclaruit *Calydonio apro*, quem ob denegatum ſibi ab Oeneo honorem irata Diana immiſit, et, cum cuncta diu vaſtaſſet, tandem Meleager occidit. Tractarunt id argumentum olim poetae et mythographi

ſat multi. Cf. Homer. Il. 9, 529 ſqq. et ibi Schol. Ovid. Metamorph. 8, 250 ſqq. Apollodor. 1, 8, 2. Hygin. fab. 174. et quos praeterea adlegat Heyne ad Apollodor. c. l. Hinc *Meleagrea Calydon* vocatur Lucano 6, 365. De ſitu Plin. 4, 3. ſ. 2. *eſt* 7500 *P. a mari iuxta Evenum amnem.* De Eveno adfirmat etiam Lucanus c. l. Hinc vero mediterraneis accenſet Ptolem. 3, 15. Hodie, quod dicit Harduinus ad Plin. c. l. eſt oppidulum *Galata* ſ. *Calata* in Livadia. Alii aliter.

Evenos) Gr. Εὔηνος, quam terminationem etiam Latini maxime poetae ſervant, ut Lucan. 3, 366. Paſſim corrupte indicatur, ut *Evvenos* in tabula Peutinger. 7. D. *Evena* apud Geogr. Ravenn. 4, 8. qui tamen alibi recte edit. Antiquum fluvii nomen fuit *Lycormas*, quod tradunt Strabo 7. p. 226. ſ. 327. 10. p. 310. ſ. 451. Apollodor. 1, 7, 8. Plutarchus de flum. h. v. Eudocia in Viol. p. 257. Villoiſ. Lactantius Placidus in argumento Ovid. Metam. 9, 2. idemque nomen redditum eſt Vibio p. 9. Cf. etiam Lutatius ad Statii Theb. 4, 838. ubi tamen male Thebanus fluvius dicitur. Poſt *Chryſorrhoam* nominatum eſſe, ſcribit Hygin. fab. 242. quod alii ignorant. *Evenus* autem dictus eſt, quia ſe in eum praecipitaverat Evenus. Cf. Plutarch. c. l. Apollodor. 1, 7, 8. Hygin. c. l. et quos praeterea adtulit ad Apollodor. Heyne. Oritur ſec. Dicaearchum p. 4. Hudſ. ex Pindo, ſec. Strabonem in Bomienſibus, qui fuerunt incolae τῶν Βωμιῶν, collium Aetoliae. Vid. Stephanus h. v. et ad eum Holſten. p. 76. Vicini fuiſſe videntur illi Pindo ex comparatione Dicaearchi et Strabonis. Fluit inde per orientalem Aetoliam iuxta Chalcidem et Calydonem, tum reflexus ad Pleuronis agros curſuque verſus occidentem mutato mare petit. Sic Strabo c. l. Ab eius oſtiis olim initia Corinthiaci ſinus hac quidem parte ducebant, de quo ſupra §. 9. Aetoliae eum omnes adſcribunt, Thebanum tamen male facit Lutatius c. l. Quod Calydoniae fluvium

dicit Vibius in ed. Heſſelii, etſi ex ſuperioribus poſſit explicari, ſpurium tamen ab aliis cenſetur, quia abeſt a Codd. etiam Vatic. meo. Cf. Staveren ad Hygin. p. 550. Βαθύῤῥουν ποταμὸν vocat Sophocl. Trachin. v. 568. *rapidum* Ovid. Metam. 9, 104. Innotuit maxime Neſſi, Centauri, morte, qui cum Deianiram Herculis in traiectu vitiare tentaret, ab illo ſagitta emiſſa interfectus eſt, ut plures commemorant. Vid. Strabo c. l. Pauſan. 3, 18, 7. Diodor. Sic. 4, 36. Apollodor. 2, 7, 6. Hygin. fab. 34. Vibius pag. 9. Ovid. Metam. 9, 102 ſqq. alii. Quidam tamen, ut notat Pauſan. 10, 38, 1. ibi tantum transfixum et vulneratum eſſe et ad Locros Ozolas confugiſſe narrarunt. Hinc vero *Centaureus Evenus* vocatur a Statio Theb. 4, 838. Multa praeterea de hoc fluvio dabunt viri docti ad Vibium p. 10. H. *Fidari.* Disquirendum reſtat hoc unum, cum Mela ſimpliciter Evenum cum Calydone urbe coniungat, an forte urbem intellexerit aut crediderit. Antiquiores, quod equidem ſciam, urbem hoc nomine ignorant. Videtur quidem eam agnoſcere Geogr. Ravenn. 4, 8. quia eodem modo cum aliis urbibus coniungit et poſt diſtincte Evenum in fluviis ponit. Ita Porcheron ad c. l. de oppido intelligendum eſſe putat apud Antonin. in itiner. p. 325. quia ſine adiunctis poſitum ſit hoc nomen. Sed id dubium eſt, et Geogr. Ravenn. 5, 13. ita Acheloum et Evenum oppidis immiſcet, ut contra 4, 8. Calydonem fluminibus. Neque, ſi vel vera haec eſſent, ad Melae aetatem referri poſſent.

extra Rhion) Proprie dixiſſet *extra Antirrhion.* Sed quum ſemel ſuppoſuit, Rhion eſſe generale maris nomen, non ſpeciale promontorii, non fuit neceſſe, ut aliter loqueretur. I. GRONOVIUS *MS.* Plura disputavi in notis crit. p. 256 ſq.

Leucas) Gr. Λευκὰς, et hinc Λευκάδιοι. Ponitur autem vario ſenſu. Nempe latiſſimo eſt paene inſula,

Neritis quondam adpellata, adcolarum opere abſciſſa a continenti ac reddita ventorum flatu congeriem arenae accumulantium, qui locus vocatur *Dioryctos* (cf. Polyb. 5, 5, 12.) ſtadiorum 3 longitudine. Ita deſcribit Plin. 4, 2. ſ. 1. Cf. et Strabo 10. p. 511. ſ. 452. ubi nomen impoſitum putatur a candido ſaxo, (Leucade promontorio) quod ante eam inſulam iacet. Inſulam etiam facit Scylax pag. 13. Hudſ. At Thucydidis aetate fuit paene inſula, quod ille Iſthmi facit mentionem 3, 94. et 4, 8. Fuit adhuc eo anno, quo debellatum eſt cum Philippo, (a. u. 557. Varr.) uti elucet ex Livio 33, 17, 6. etſi ex Strabone c. l. convincitur. Poſteriores ſuo tempore inſulam fuiſſe docent. Plura ad 2, 7, 10. Adpellatur etiam ſic ſaepe *Leucadia*. At noſtra *Leucas* eſt oppidum illius inſulae, ut diſerte vocat Plin. 4, 2. ſ. 1. olim *Neritum* eodem teſte dictum. *Nericum* tamen ſcribendum eſſe, aut erraſſe Plinium, contendit Salmaſ. ad Solin. p. m. 503. cum *Neritum* ſit mons Ithacae, quod docet in primis ex Strabone 10. p. 313. ſ. 454. Cf. Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 24, 376. ad Dionyſ. v. 492. et quae monuerunt viri docti ad Stephan. ſ. v. Νήρικος, et de utriusque commiſtione Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. pag. 652. Urbis ſitum ad Iſthmum notavit Thucyd. 3, 94. ubi olim Nericos fuerat, quam urbem, dum Iſthmum perfodiebant, deſtruxiſſe Corinthios refert Strabo 10. pag. 311. ſ. 452. diſtinctius Livius 33, 17, 7. *in anguſtiis* (Iſthmi faucibus) *Leucas ſita eſt colli adplicata verſo in orientem et Acarnaniam.* Portum illi dat Scylax c. l. et ad Leucatam promontorium ipſam urbem extendit, unde etiam nomen innuente Strabone c. l. Quidam nomen derivarunt a Leucadio, Icari filio; (idem c. l.) Ptolemaeus Hephaeſtio lib. 7. p. 336. (in Galei ſcriptorr. hiſt. poet.) a Leuco, Ulyſſis ſocio, Zacynthio; Servius ad Virgil. Aen. 3, 279. a Leucate puero, qui ex ſaxo ſe ibi deiecit. Corinthiorum coloniam faciunt Thucydides 1, 30. Herodot. 8, 45. alii. Strabonis tempore ipſa et vicinae urbes Nico-

polis περιοικίδες factae erant. Vid. lib. 10. p. 310. f. 450. H. S. *Maura*, Graecis *Leucada*. Tertium nomen adfine vel fimile fuit Λευκάτας. (Strabo 10. p. 311. f. 452 —) *Leucates promontorium*, uti vocat Plin. 4, 2. f. 1. etfi Genitivum eum putat Drakenb. ad Liv. 44, 1, 4. *Leucaten montem* dicit Virgil. Aen. 3, 274. Cf. 8, 677. Flor. 4, 11, 4. Λευκὰς ἄκρα eft Ptolemaeo 3, 14. Λευκὰς πέτρα Hephaeftioni c. l. Nempe etfi *Leucas* proprie de urbe valet, faepe tamen in libris haec nomina commifcentur, ut vix discernere et conftituere femper poffis. Vid. Drakenb. ad Liv. 34, 36, 11. et quos producit Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 210. et Palmer. in Gr. ant. 3, 10. Fuit ibi olim Apollinis templum, τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ut dicit Strabo 10. p. 311. f. 452. (fi recte habet forma.) *Leucadius Apollo* inde vocatur a Propertio 3, 9, 69. *Leucadius Deus* ab Ovidio Trift. 3, 1, 42. 5, 2, 76. *Actiacum* eundem habere videtur epift. 15, 166. Sed et ita vocat Paufan. 8, 8. f. et Aelianus Hift. An. 11, 8. Actium in Leucadiae promontorio dici adfirmat. Tum vero Ἄκτιον ἀκρωτήριον, ubi colebatur fec. Clement. Alex. in admonit. ad gentes p. 25. noftrum fit, quod non eft. Strabo etiam 10. p. 310. f. 450. fanum Actii Apollinis ad Ambracium finum ponit. Ab hac rupe vero quotannis in facrificio Apollinis averruncandi caufa maleficum deiiciebant Leucadii, quem avium alis ipfisque avibus in lapfu fublevatum fi excepiffent nautae lintribus, abfolutus fuit a poena, ita tamen, ut finibus excedere cogeretur. Narrat haec Strabo 10. p. 311. f. 452. Magis tamen illa rupes inclaruit *faltu amantium*, quia inde fe amantes praecipitabant τοῦ ἔρωτος παύειν, uti eft apud Strabonem c. l. Expofuerunt de eo faltu plures, in iis Hephaeftio c. l. ubi plura adfert exempla. Cf. etiam Burmann. ad Ovid. epift. 15, 171. Fifcher. ad Anacreont. fragm. 58. p. 391. Scaliger in lectt. Aufon. 2, 18. Hardion fur le faut de Leucade in Memoires — de Paris T. 10. p. 594. (ed. Hag.) et quos adducunt, itemque notata ad Ampel. cap. 8. et

Strabon. c. l. At mirum eſt, quod, cum Leucas ſit oppidum Leucadiae, quam Mela inſulis adnumerat 2, 7, 10. hic ponere potuit. Promontorium vero h. *Cabo Ducato* vocatur.

Achelous) Gr. Ἀχελῶος, cui ι ſubſcribendum eſſe monet Euſtathius ad Dionyſ. v. 435. quare et hic dixerit Ἀχελώϊος. Ita vero etiam Homer. Il. 21, 194. 24, 616. Inde manant *Acheloius*, *Acheloides*, *Acheloiades*, ut Lexica docent et Stephanus h. v. Nomen antiquius teſte Plutarcho illo de flumin. fuit *Axenus*, tum *Theſtius*, denique *Achelous* ab ſubmerſis hominibus, quos nominum cauſas iactare ſolet. Ab Acheloo etiam ducunt Stephanus h. v. et Tzetzes ad Lycophron. v. 671. etſi in adiunctis disſentiunt; ab ἄχη λύειν quidam ſec. Euſtath. ad Homer. Il. 24, 616. p. m. 1507. et Schol. Villoiſ. qui omnem aquam ſic dici addit. Secundum Strabonem 10. p. 310. ſ. 450. *Thoas* ante nominatus eſt. Fuerunt autem plures huius nominis fluvii, ut notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 431. Tres producit Strabo c. l. quorum praeter noſtrum alter fluxit prope Dymen, quem alii Arcadiae dicunt, alter prope Lamiam in Phthiotide. Tres etiam diſtinguit Pauſanias 8, 38. ſ. ſed tertium praeter noſtrum et Arcadicum ex Sipylo monte deducit, quare ille Aſiae fuit, et hinc omnino quatuor efficiuntur. Aſiae illum in Smyrnaeam regionem duci refert Euſtath. ad Homer. Il. 24, 616. p. m. 1507. Inde vero factum eſt, ut varie commiſcerent noſtrum cum aliis, quod ipſa expoſitio docebit. Hic ex Pindo defluit (Strabo 10. p. 309. ſ. 450. Ariſtotel. Meteorol. 1, 13.) verſus meridiem per Agraeos, Aetolicam gentem, et Amphilochos, ſic ut Acarnanes verſus occaſum accolant, quos ab Aetolis dirimit, et in mare illud effluit, quod facit ſinum Corinthiacum. Sic Strabo, quocum conſentiunt Thucyd. 2, 102. Plin. 4, 2. ſ. 1. Solinus cap. 13. ſ. 7. etſi alia admiſcet, ut alii in aliis. Ita ex Chalcide labi ſcribit Dionyſ. v. 496. ubi et ad

Homer. Il. 2, 537. p. m. 211. de monte Aetoliae explicat, in quo confentientem habet Strabonem 10. p. 310. f. 451. Dionyfium fequitur Stephanus f. v. Χαλκὶς cum Prifciano v. 523. Sed eos errare et Evenum cum Acheloo confundere monuit iam Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 223. Cf. et Wernsdorf ad Prifcian. p. 558. Sic eundem Dionyfius v. 434. in Siculum mare educit cum fequaci Prifciano v. 448. ubi Ionium mare dicendum fuiffe monuit Wernsdorfius, fed antea Euftathius ad Dionyf. c. l. Corinthiacum finum ex mente Strabonis intelligendum effe. Contra ex Pindo recte derivat cum Plinio c. l. Vibius p. 2. at male hic in Maliacum mare effundit, et, qui eum fequitur, Boccatius de flumin. h. v. de quo Vibii errore fatis monuerunt interpretes. Prope Echinadas enim infulas excurrere, omnes confentiunt, fcribuntque adeo quidam, infulas iftas ab Acheloo amne congeftas effe, ut Plin. 2, 87. f. 85. alii, continenti plures illarum obiecto limo adiunctas. Vid. Strabo 1. p. 41. f. 59. ex Hefiodo, 10. p. 315. f. 458. Herodot. 2, 10. Thucyd. 2, 102. Scylax p. 13. Hudf. Euftath. ad Dionyf. v. 431. Lucan. 6, 364. — quorum aliqui aliquando idem in omnibus eventurum effe praedixerunt, experientia quidem repugnante, cuius caufam habes apud Paufan. 8, 24, 5. Turbidas et limofas eius aquas multi commemorant. Cf. praeter fuperiorum aliquos Ovid. epift. 9, 140. Statius Theb. 2, 730. et quos ibi producit Barthius. Hinc et Echinades ex eius limo ortae feruntur, de quo vid. ad 2, 7, 10. Alias tamen *pulcher* idem adpellatur, ut ab Avieno v. 592. ἀργυροδίνης a Dionyfio v. 433. cf. v. 497. Dulciffimas aquas laudat Tzetzes ad Lycophron. v. 671. atque ideo plures fluvios hoc nomine adpellatos fuiffe putat Staverenus ad Hygini fab. 274. Aetoliam autem in curfu ab Acarnania dirimere, fupra notavi, et plures adfirmant; id autem demum fieri, poftquam e Pindo egreffus partem Theffaliae Aperantiis habitatam rigavit, docet Palmerius in Gr. ant. 4, 1. Hinc vero *Acarnanum alumnus*

dicitur ab Ovidio Metam. 8, 569. *fluvius Acarnaniae* a Stephano, *Aetoliae* a Vibio c. l. Vid. quae de hoc fluvio etiam conlegit Staveren. ad Hygin. c. l. et in primis viri docti ad Vibium p. m. 41 sq. Iactata satis est fabula de certamine Herculis et Acheloi ob Deianiram, ex quo uno cornu privatus discessit Achelous, et de mutatione eius cornu et ubertate. Vid. Ovid. Metam. 9. in. Apollodor. 2, 7, 5. Eustath. ad Dionys. v. 431. et quae adferunt Heyne ad Apollodor. c. l. et Oberlin. ad Vibium p. 41. Inlustrarunt etiam monumenta. Cf. Pausan. 3, 18, 9. et 6, 19, 9. et Rasche in Lex. num. T. 1. P. 1. pag. 45. Explicationem tentavit anonymus de incredibil. cap. 5. Ceterum fabulae etiam antiquissimum eum faciunt fluviorum, et hinc omnino nomen olim de aqua usurparunt, de quo est prolixa disputatio Macrobii Saturnal. 5, 18. Cf. etiam Eustath. ad Homer. Il. 21, 194. p. m. 1316. ad 24, 616. p. 1507 sq. Dodonaeum oraculum illi sacrificari iussisse idem addit. In hodierno nomine discrepant. *Sionapro* habet Büsching Vol. 2. P. 1. p. m. 1790. Aliis *Aspro*, *Aspri*, *Catochi* — dicitur.

Ambracio sinu) Gr. Ἀμβρακικὸς κόλπος, ut Dicaearchus p. 2. Huds. Strabo 10. p. 311. s. 451. etsi ibi variatur, Polybius 4, 63, 4. alii. Quidam, ut Thucyd. 1, 55. Ἀμπρακικὸς per π praeferunt, de quo vid. in nomine urbis paullo post. Ἀμπράκιος κόλπος Ptolem. 3, 14. Ἀμβρακιακὸς etiam in Strabone 7. p. 224. s. 324. ubi epitomator pag. 10. Huds. superiorem posuit formam. Ἀμβρακιατικὸς Eustath. ad Dionys. v. 492. Eudocia in violario p. 48. Latinis *Ambracius sinus*, ut Liv. 32, 14. f. et alibi, Plin. 2, 92. s. 90. 4, 1. — cum Mela. Dio Cassius 50, 12. modo κόλπον, modo θάλασσαν dicit. Separabat Epirum ab Acarnania, quarum illa erat ad septemtrionem, haec ad meridiem. Polyb. 4, 63. *Maxime nobilitatum* dicit Plinius 4, 1. εὐλίμενον Strabo c. l. Diligenter de eo, proposita etiam tabula, disseruit

d'Anville in Memoires — de Paris T. 32. p. 513 ſqq. Hodie *Golfo dell' Arta.*

anguſtis faucibus) Sec. Strabonem 7. p. 224. ſ. 325. *στόμα μικρῷ τοῦ τετρασταδίου μεῖζον*, et ſic epitomator. Conſentit Plinius 4, 1. qui 500 paſſ. facit, quem tuetur Harduinus contra Voſſium, qui hic ad Melam volebat 700 paſſ. Polybius, gravis teſtis, 4, 63. ubi hunc ſinum deſcripſit, ita refert: *ἐκπίπτει ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους μεταξὺ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Ἀκαρνανίας στενῷ παντελῶς στόματι· λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων.* Martianus, qui ſuo more Plinium exſcribit, lib. 6. p. m. 209. *tantum anguſtis faucibus* omnino dixit.

grande) Plin. 4, 1. *ſpatioſum aequor accipiens, longitudinis* 39 (quidam codd. 37) *M. P. latitudinis* 15 (quidam 12) *M.* quae quidem interiorem ſinum deſignant. Strabo c. l. totum circuitum facit 300 ſtadiorum. Polybius autem c. l. latitudinem dicit 100 ſtadiorum, longitudinem a mari Siculo 300. Unde conſequitur, Strabonem nimis contrahere hunc ſinum. Os eius faciebat Actium promontorium. Stephanus h. v. Strabo 10. pag. 311. ſ. 451. Cf. d'Anville c. l. ubi etiam ad inluſtrandum Melam aliqua adtulit.

urbes) Praeter nominatas etiam *Anactorium*, (Thucyd. 1, 55. in.) *Nicopolis*, (Plin. 4, 2. ſ. 1.) — De voce *adſidunt* vid. notae crit. p. 258.

Actium) Gr. Ἄκτιον. Quod enim olim apud Stephanum legebatur Ἄκτια, exploſum eſt a Berkelio, monente etiam Holſtenio, et ipſo adſtruente Stephano eiusque codicibus. Sed varie hoc nomen ponitur et intelligitur. Mela facit urbem, ut Stephanus, coloniam Auguſti Plinius 4, 2. ſ. 1. Ἀκαρνάνων χωρίον Strabo 10. p. 311. ſ. 451. Sic in Virgilio Aen. 3, 276. *parvam urbem* ad

Actium propter ſequentia et maiorem Auguſti delectationem refero, quod et Heynium feciſſe vidi et antea Torrentium ad Suetonii Aug. cap. 18. etſi vulgo interpretes de Ambracia explicant cum Servio, quae parva urbs non recte adpelletur, in primis cum Virgilius ſui temporis colores adlinat. Quod vero hanc urbem poſtea Nicopolim ab Auguſto vocatam eſſe non obſcure innuere videtur Strabonis epitomator 7. pag. 101. Hudſ. et male Strabonem reddidit et aliorum teſtimonio ipſoque ſitu redarguitur. Apud Actium enim Auguſtum Nicopolim condidiſſe diſerte ſcribit Sueton. c. l. Tum Actium in dextra parte oris Ambracii ſinus fuit, Nicopolis in ſiniſtra, ut refert Strabo 7. p. 224. ſ. 325. Cf. Dio Caſſ. 50, 12. Porro Actium in Acarnaniae, Nicopolim in Epiri urbibus recenſet Stephanus. Cf. Strabo 7. p. 225. ſ. 325. et 10. pag. 311. ſ. 451. Laxius enim Eutropius 7, 7. ſ. 3. locum in Epiro dicit, uti Acarnanas dat Epiro; ut Nicopolim Achaiae urbem Tacitus Annal. 2, 53. ſenſu latiori, ubi Acarnaniae male emendabat Surita ad Antonini itiner. p. m. 325. Plinius etiam 4, 2. ſ. 1. utramque urbem diſtinguit. *Actia Nicopolis* dicitur quidem in Antonini itin. p. 325. Geogr. Ravenn. 4, 8. 5, 13. et in tabula Peutinger. 7. D. ſed diſtinctionis cauſa factum eſſe videtur, tum quod incolae Nicopolim deducti ſunt. Porro eodem nomine Actium vocatur promontorium ad os ſinus Ambracii, ut ſupra notavi; item portus extra os, ut refert Schol. Thucyd. ad 1, 29. et ſic in Ciceronis epiſt. ad div. 16, 9. in. intelligit Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 197. et diſerte ponit ita Livius 44, 1, 4. Denique ſic templum Apollinis dictum eſſe ſcribit Stephanus, probante id Polybio 4, 63, 4. aliisque, qui eius faciunt mentionem. Apollo ipſe inde vocatur Ἄκτιος apud Strabon. 10. p. 311. ſ. 451. Pauſan. 8, 8. f. Propert. 4, 6, 67. Virgil. Aen. 8, 704. — vel ſec. Stephanum etiam Ἀκταῖος et Ἀκτιακός. In utroque variatur apud Ovid. epiſt. 15, 166. ut contra pro *Actiacae frondes* apud eundem Faſtor. 1, 711. *Actaeae* volunt

Bochart. in Hieroz. 2, 52. et Berkel. ad Stephan. p. 84. renitentibus tamen Heinſio et Burmanno, cum ſint frondes laureae Apollini Actio ſacrae. In numis frequentatur *Actius Apollo*, de quibus cf. Raſche Lex. num. T. 1. P. 1. p. 54. et 938. Celebrem urbem reddidit Auguſti victoria Actiaca, unde *Actia*, ludi Actiaci, feruntur. Ex Strabone quidem 7. p. 225. ſ. 325. et aliis adparet, iam antiquitur ibi in Apollinis honorem ludos actos fuiſſe, ſed, ut iidem monent, Auguſtus eos magnifice inſtauravit et ornavit. Vid. Berkelius ad Stephan. p. 84. Templum Apollinis ſtabat in tumulo, qui luco imminebat. (Strabo c. l.) Oppidi ne veſtigia quidem hodie ſuperſunt, adfirmante Harduino ad Plin. c. l. At ſec. Oberlinum in orbe antiquo pag. 174. oppidum h. vocatur *Azio*, promontorium *Figalo*.

Argos) Gr. Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν, ut Ptolem. 3, 14. Scymnus v. 454. Stephanus ſ. v. Ἀμφίλοχοι. Plerique interponunt τὸ vel τὸ λεγόμενον, ut Polyb. 22, 13, 12. Ex Latinis Plinius 4, 2. ſ. 1. *Argos Amphilochicum cognominatum*, ut in Livio 38, 10. in. poſuerat Gronovius ex Polybio, pro quo tamen Drakenborch. dedit *Amphilochium*. Stephanus nomine Ἀμφίλοχοι aliis ignoto urbem etiam edit, niſi quis Pauſaniam 2, 18, 4. de urbe potius, quam de populo intelligat. Neque tamen abſonum eſt omnino, quia in Hiſpania ab Amphilocho urbs ſic dicta fertur apud Strabon. 3. p. 108. ſ. 157. Ipſa regio dicitur *Amphilochia*, populi *Amphilochi*, ut refert Stephanus auctoribus ſuffragantibus. *Amphilochicus* ex ſuperioribus ſatis probatur. In nominis origine et auctore conſentiunt, quippe quod ab Amphilocho deducunt; at disſentiunt in aliis. Quidam enim Alcmaeonis filium faciunt, (Apollodor. 3, 7. ſ. Pauſan. c. l.) alii fratrem, ut Ephorus apud Strabon. 7. p. 225. ſ. 326. 10. pag. 318. ſ. 462. vid. Heyne ad Apollodor. c. l. aliter alii, de quo cf. Thucyd. 2, 68. in. Herodot. 3, 91. in. Scymnus

v. 456. Strabonis epitomator 14. pag. 185. Hudſ. — Eundem quidam etiam conditorem producunt, ut Thucyd. 2, 68. Apollodor. c. l. Scymnus c. l. — alii Alcmaeonem, ut Strabo 7. p. 225. ſ. 325. de qua disſenſione monuerunt etiam Waſſe et Gottleber ad Thucyd. c. l. Acarnaniae, cui fere dant, fuit πρώτη πόλις, (Scylax p. 13. Hudſ.) vel πόλις μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας, καὶ τοὺς δυνατωτάτους εἶχεν οἰκήτορας. (Thucyd. c. l.) Nempe peculiaris quondam fuerunt populus Amphilochi, quos ab Acarnanibus ideo ſeparant Dicaearchus pag. 4. Hudſ. Strabo 7. p. 222. ſ. 321. 10. p. 310. ſ. 450. — At ut Thucydides c. l. refert, cum Acarnanibus in ſocietatem coierunt. Urbs ſita erat in ſinu Ambracio (Thucyd. et Noſter) et diſtabat ab Ambracia 180 ſtadia (Polyb. c. l.) vel 22 M. P. (Liv. 38, 10.) Poſt cum finitimis oppidis ad locupletandam Nicopolim exhauſta eſt. (Strabo 10. p. 310. ſ. 450.) Quidam *Filoquia* nunc vocari ſcribunt.

Ambracia) Gr. Ἀμβρακία, ita tamen ut multi π ponant, v. c. Herodot. 9, 28. Thucyd. 2, 80. et ſaepius Diodor. Sic. 2, 60. etſi per β efferunt edd. 14, 82. 17, 3. Aelian. hiſt. anim. 12, 40. alii. Hanc adeo ſcripturam antiquiorem, alteram uſitatiorem eſſe notat Euſtathius ad Dionyſ. v. 492. Cf. etiam Gavel in obſervat. miſcell. nov. T. 4. pag. 243. Eodem modo variatur in Κάνωβος et Κάνωπος. Numi praeferunt β. Incolae Ἀμβρακιῶται, cui Stephanus addit Ἀμβρακιεῖς, quod occurrit in Herodoto c. l. Apollon. Rh. 4, 1228. Dionyſio v. 493. Alia derivata ſupra de Ambracio ſinu notavi. In Latinis modo *Ambraciotae*, modo *Ambracienſes* dicuntur. Hinc *Ambracienſe oppidum* apud Eumenium pro reſtaurandis ſcholis cap. 7. Nomina antiquiora fuerunt Ἐπουΐα et Παραλία teſte Stephano ſolo eo quidem, opinor, in priori voce. De nominis Ambracia cauſis disſerunt Stephanus, Antonin. Liber. c. 4. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Corinthiorum coloniam vocant multi, in quibus Thucyd. 2, 80. Pauſan. 5,

23, 2. Dicaearch. p. 2. Hudſ. Scymnus v. 452. — Conditorem indicat Gorgum, Cypſeli filium, Scymnus, quem tamen Tolgum vocat Strabo 7. p. 225. ſ. 325. Torgum, Cypſeli fratrem, Antoninus c. l. ubi vid. Verheyk. et notata ad Strabon. p. m. 459. Urbs fuit Theſprotiae. qualem dicit Stephanus et alii; haec autem pars Epiri. Dryopida tamen regionem vocari ait Dicaearch. pag. 3. additque ex Philea continuam inde Graeciam extendi ad Peneum usque. Ita et Scylax pag. 12. Hudſ. In ſitu ad Ambraciom ſinum conſentiunt, at in vera ſede discrepant. A mari enim removet Dicaearchus cum Scylace 80 ſtadiis; paullum tamen ab ſinus intimo receſſu ſitam fuiſſe ſcribit Strabo c. l. eius epitomator 7. p. 101. Hudſ. ὀλίγον ἀπὸ θαλάσσης, fluviumque commemorat, quo adverſo ad eam urbem ex mari navigari poterat. *Anethontem* videtur vocare Livius 38, 3. f. ex Polybio 22, 9, 4. ubi tamen Schweighaeuſer dedit *Arachthum*, quem ibi conſule et Drakenb. ad Liv. c. l. In maritimis urbibus ponit Ptolem. 3, 14. portum illi tribuunt plures, quem κάλλιστον adeo vocat Scylax, κλειστὸν Dicaearchus, qui tamen alias in illo loco cum Scylace conſentit. Cf. etiam de portu Cellarius Geogr. ant. 2, 13, 177. Quae disſenſio ut tollatur, Scylacem et Dicaearchum Ionium mare, Strabonem Ambracium ſinum intelligere exiſtimat Berkelius ad Stephan. pag. 117. Accuratiorem et diſtinctiorem ſitus deſcriptionem ſubminiſtrabit Livius c. l. Munitum oppidum fuiſſe, adparet inde, quod Polybio auctore 4, 6. f. habuit locum (πολίχνιον vocat Stephanus, τεῖχος Scylax) in paludibus ſitum, caſtellisque et moenibus inſtructum, quae aditum ad urbem muniebant. Minervae templum commemorat Dicaearchus p. 2. Auguſtus, ut Nicopolim ſuam frequentaret et amplificaret, civibus et hanc urbem nudavit. Vid. Strabo 10. p. 310. ſ. 450. Pauſan. 5, 23, 2. Inde factum videtur, ut Servius ad Virgil. Aen. 3, 274. ab Auguſto Nicopolim adpellatam eſſe putaret. De Ambracia et aliis plura dabit Vindingii Hellen p. 566. (Gron. theſ. Vol. 11.)

H. *Ambrakia*, non *Larta*, quod olim credebatur, ut docuit Spon T. 2. p. 105. etsi Holstenius in adnot. ad Ortelium p. 10. adfirmet, hodiernum nomen esse *Arte*, quod ipse ex Ambraciota audierit, idemque testari Nicetam lib. 3. p. 83. Equidem in Niceta lib. 2. pag. 39. Ven. inveni, Aetolos tunc Ἀρτικοὺς dictos esse. *Arta* tamen agnoscunt etiam alii boni Geographi.

Pyrrhique) Vid. de hac forma not. crit. p. 263. Pyrrhum autem cur in primis et nominatim produxerit, res eius bello contra Romanos gestae facile declarant. Sedem autem hic non solum Ambraciam habuit regiam, (cf. Flor. 2, 9, 2. —) sed eam urbem etiam eximie ornavit, unde signis et tabulis abundabat, quas expugnata postea urbe avexit Fulvius consul. Vid. Strabo 7. p. 225. s. 325. et Polyb. 22, 13, 9. ex eo Livius 18, 9. f. Ceterum Melae locum repetit Boccatius de maribus s. v. Ambrachius sinus, ita tamen ut pro *regna* referat *regia*, de quo vid. not. crit. p. 262.

Buthroton) Gr. Βουθρωτὸν, vel, ut Stephanus, Eustath. ad Dionys. v. 521. Βουθρωτός; minus recte Servius ad Virgil. Aen. 3, 293. et 506. *Butrotium*. Inde Βουθρώτιοι etiam Latinis, ut saepe apud Ciceronem, v. c. ad Attic. 16, 16. *Buthrotia civitas, caussa, ager.* Accedunt et numi. Nomen a conditore datum, vel, ut alii fabulantur, ab Heleno, quia ibi bos in sacrificio percussa, cum aufugisset, cecidit et periit. Ita Stephanus. Urbs sita fuit in loco paene insulae simili, (Strabo 7. p. 224. s. 324.) quare et Stephanus non urbem solum, sed et insulam vocat in ore portus, qui Πηλώδης dicebatur, (Strabo c. l.) quem et memorat Ptolemaeus 3, 14. et praeterea Βουθρωτὸν κόλπον urbis mentione omissa, utrumque tamen paullo distantem. Quod pro νῆσον in Stephano χεῤῥόνησον posuit Berkelius, refutatus est a Wesselingio ad Antonini itiner. p. 522. et Hieroclem p. 652. Ponit autem

Stephanus in Thefprotia Epiri et contra Corcyram, fc. Phaeacum, quod addit Strabonis epitomator lib. 2. p. 23. Hudf. Cf. Iul. Caef. de B. Civ. 3, 16. In celfo loco pofitam fuiffe indicat Virgil. Aen. 3, 293. Poftero tempore facta eft colonia Romanorum, quam vocat Plin. 4, 1. Strabo c. l. ἐποίκους ἔχων Ῥωμαίους. Idem probant etiam numi, in quibus C. A. But. ex D. D. (*Colonia Augufta Buthrotum ex decreto decurionum*) unde Augufto auctore deductam fuiffe adparet, cuius et nomen et caput alii praeferunt. Vid. Rafche Lex. num. Tom. 1. P. 2. p. 1630. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. pag. 163. H. *Butrinto.*

Ceraunii) Gr. Κεραύνια ὄρη, ut plerique vocant. Nomen nacti funt illi montes διὰ τὸ συχνοὺς ἐκεῖ πίπτειν κεραυνοὺς, ut explicat Euftath. ad Dionyf. v. 389. *a crebris fulminibus propter altitudinem nominati* Servius ad Virgil. Aen. 3, 508. Quidam tamen vocant Ἀκροκεραύνια ὄρη, ut Ptolem. 3, 14. Agathemer. 2, 9. f. Plin. 3, 26. f. 23. f. Horat. 1. od. 13, 20. Ovid. remed. amor. v. 739. Ampel. cap. 6. genere neutro. Iidem *Acroceraunii montes* in Plin. 4, 1. Orofio 1, 2. ut *Ceraunii montes* in Floro 2, 9. Utroque modo effert Agathemer. 2, 9. f. et 1, 3. et Ἀκροκεραύνια et Κεραύνια ὄρη. Extrudebant promontorium, atque hinc τὰ ἄκρα Κεραύνια Dio Caff. 41, 44. Promontorium etiam memorat Plin. 3, 15. f. 10. 29. f. 26. Dicuntur autem Epiri montes a Scylace p. 10. Hudf. Plinio 4, 1. et alibi, Agathemer. c. l. Cf. Strabo 6. p. 195. f. 283. Et fic *Epiri promontorium* dicit Plin. 3, 5. f. 10. et diftinctius ponit 4, 1. unde Epirus incipit, in primis Dio Caff. c. l. qui dicit ἄκρα illa effe in Epiri extrema parte ad os Ionii finus, in quo confentientem habet Scylacem pag. 11. Hudf. Ad Dyrrhachium ponit Euftathius ad Dionyf. v. 389. poft idem initium facere dicit Ionii et Hadriatici maris. Contra Apuliam et Brundufium ponit Orof. 1, 2. Altiffimis Europae montibus

accenſet Agathemer. 2, 9. f. et hinc οὔρεα ἠλίβατα vocantur a Dionyſio v. 389. Quam periculoſi illi fuerint nautis, paſſim narrant auctores. Hinc *ſaeva Ceraunia nautis* Priſcian. v. 519. et *periclis carinarum famoſa* Avienus v. 539. Cf. Lucan. 5, 652. et ibi Oudendorp. Alios hoc nomine montes in Aſia in primis non moror. Cf. ad 3, 8. extr. H. *monte di Chimera.*

flexus in —) Conſtituit igitur hic terminos Ionii maris, unde initium ducit Hadriaticum, quod et plures facere ex proxime notatis diſcitur. Ab altera parte discernit utrumque mare iuxta Hydruntem Plin. 3, 16. ſ. 11. *Hadrias* autem hoc ſenſu dici, monitum eſt ad 2, 2, 2.

§. 11. *qua penetrat)* Inter promontorium Iapygiae (*Sallentinum* Mela vocat cap. ſequ.) et montes Epiri Ceraunios latitudine 1700 ſtadiorum Agathemer. 1, 3. intra autem, ubi plurimum, latum eſt ſtadia 1200. Idem 2, 14.

Illyricis) Dalmatas, Illyrios, Liburnos, Iſtros usque Tergeſtum Mela communi Illyriorum nomine cenſet. Ad reliqua litora, quae trans Tergeſtum Italiam ambiunt, Galli Italique habitant. VADIANVS. Nempe Illyricae gentes ad Tergeſtum usque habitarunt, Gallicae ad Anconem, inde Italicae, (vid. cap. 4. §. 5.) Hadrias pertinuit ad Callipolim, (2, 4, 8.) et poſt tres ſinus ad Metaurum usque flexus ad Tuſcum mare incepit. (2, 4, 9.) Hadrias igitur eſt alias ſuperum mare, ut ipſe dicit 2, 4, 1. ſic ut ſimul tres illos ſinus complectatur. De nomine et terminis Hadriatici maris ad 1, 3, 3. de Tergeſto poſt.

Partheni) De ſcriptura penultimae dixi in not. crit. p. 266 ſq. An iidem ſint Περθεηνάται Appiani in Illyr. c. 16. quaeſitum eſt olim ab Ortelio, nuper ab eius editore, ſimpliciter tamen nec diiudicata cauſa. Videntur

esse, quia iisdem populis admiscentur, quos cap. 2. cum Parthenis coniunxerat. Quod refert Stephanus, nomen ab urbe Illyrici Πάρθος traxerunt, et sic Παρθηνοὶ probetur, ut idem a Sardus, Illyrica urbe, derivat Σαρδηνὸς, quamquam parum sibi ille constat. Rectius tamen nomen duci censet a Παρθὶς Oudendorp. ad Sueton. Aug. c. 19. quam Macedoniae regionem dicit Stephanus s. v. Παρθυαῖοι. Coniunguntur autem cum Taulantiis, Brygibus aliisque populis Illyricis, quos supra Ionium sinum ab Epidamno et Apollonia ad Ceraunios montes habitasse scribit Strabo c. l. Gentibus Illyricis praeter alios adnumerat etiam Appianus in Illyr. cap. 2. quibus finitimos quidem fuisse adparet etiam ex Polybio 2, 11, 11. Quod Plinius Parthenos et Parthinos scribit, et vel Illyrico, vel Macedoniae tribuit, diversorum auctorum narrationes reddidit parum curiose. Propior situs ad initium maris Hadriatici discitur ex Mela. Late autem illorum agros patuisse et urbes continuisse intelligitur ex Stephano, qui regioni Parthinae dat Brysacium. H. ibi *Ragusenses* habitare putat Ortelius.

Dassaretae) Gr. Δασσαρῆται. (Stephanus.) De scripturae varitate cf. notae criticae p. 268. Iidem, Stephano teste, dicuntur etiam Δασσαρηνοὶ, Δασσαρήτιοι et Δασσαρητῖνοι. In plerisque tamen auctoribus vocantur Δασσαρήτιοι eadem scripturae diversitate in singulis, quam in not. crit. indicavi. An iidem sint *Dassarenses* in Livio 45, 26, 14. dubium censent interpretes, et eruditioribus investigandum relinquit Ortelius. Ex vicinia quidem notorum populorum, quos ibi commemorat Livius, vix diversi videntur. Ipsa regio dicitur Δασσαρῆτις apud Polyb. 5, 108, 2. Plutarch. in Flaminino c. 4. in. eiusque urbs producitur *Lychnidus* a Ptolemaeo 3, 13. Livio 27, 3, 2. Cf. ad 33, 35, 11. et de Lychniti palude multa ad Vibium p. 104 sq. Sedem populi indicat Plin. 4, 1. sic: *Epirus ad Magnesiam et*

Macedoniam tendens a tergo suo Dassaretas, liberam gentem, mox feram, Dardanos, habet. Et sic alii prope Macedoniam et Dardanos ostendunt. Cf. Livius 27, 32. f. 31, 32. in. Cum Parthenis Illyrios eos facit Appian. in Illyr. cap. 2. Cum Drinus fluvius ex Lychniti palude fluere dicatur, quae huc pertinet, Drinus autem nomen suum et hodie in Albania obtineat, magis inde populi situs declaratur. Multa de eo etiam conlegit Palmerius in Gr. ant. 1, 35.

Taulantii) Gr. Ταυλάντιοι, quos tamen Euphorion, teste Stephano, vocavit Ταυλαντίνους. Idem etiam adfert Ταυλάντιον et Ταυλαντίς. Populum Illyrium vocant Thucyd. 1, 24. in. Strabo 7. p. 225. f. 326. Stephanus h. v. Cum Illyriis coniungit Plin. 3, 26. f. 23. Dalmatis, Illyriae genti, finitimos dicit Appian. in Illyr. cap. 24. f. et ex Illyriis ortos idem cap. 2. et gentem adeo Illyriam de B. Civ. 2, 39. ut Liburnos. Neque aliter Mela, ut ex fine capitis discitur. Macedoniae sensu latiori, quo eam sumit, adscribuntur a Ptolemaeo 3, 13. urbesque illis adsignantur Dyrrhachium, Apollonia ex iis, quas et Mela recenset. Ad utramque urbem eos, Parthenos et quosdam alios ponit Strabo c. l. Epitomator autem lib. 7. pag. 99. Hudf. Apolloniam Taulantiorum Macedonicorum vocat. Prope Epidamnum ponit Thucyd. c. l. (ubi h. *Durazzo*) in ora Ionii maris Procop. de B. Goth. 1, 1. Ex melle eos vinum parasse refert ex Aristotele Stephanus. Cf. Aristotel. de mirab. auscult. cap. 21. et ibi de potione illa Beckmann. Adde, quod Fortis in viaggio di Dalmazia Vol. 2. p. 154. fere *Serbet*, quod dicitur, esse putat, traditque etiam hodie incolas eius terrae fortes acresque potiones (Rakia) amare.

Encheliae) De varia nominis forma cf. not. crit. p. 270. de eius origine Stephanus. Ab Encheleo, Illyrii filio, dictos putat Appian. in Illyr. cap. 2. Iidem

etiam dicti Ἐγχελᾶνες, adfirmante Stephano c. l. Ἐγχέλυες in Schol. Apollon. 4, 508. ubi in Illyrico ponit prope Ceraunios montes cum Apollonio ipſo. Et ſic gentem Illyriam faciunt plures, in quibus Strabo, Stephanus, Plin. 3, 25. ſ. 21. qui tamen proprie Liburnis dat; diverſam Apollodor. 3, 5, 4. Cadmi et Harmoniae poſteros iis imperaſſe ſcribit Strabo 7. p. 226. ſ. 326. atque hinc apud eos monſtrari, quae ad illorum fabulas pertineant. Hinc porro intelligitur locus Lucani 3, 189. ubi haec: *nomine priſco Encheliae verſi teſtantes funera Cadmi.* Nempe Cadmus cum uxore tandem in anguem transmutatus eſt, uti narrant Ovid. Metam. 4, 599. Euſtath. ad Dionyſium v. 390. (qui tumulum eius ibi cerni refert) Apollodor. 3, 5, 9. ubi vid. Heyne. Antiquam autem famam vulgatam eſſe de Cadmi in Illyricum adventu ex eodem auctore c. l. adparet et ex aliis, qui ibi proferuntur. Illyrium autem filium narrant Cadmi Apollodorus, Euſtathius, Illyrii Encheleum Appian. in Illyr. cap. 2. Narrat porro Apollodorus, Cadmum oraculi iuſſu ab Encheleis ducem electum Illyrios viciſſe et hinc imperio tenuiſſe.

Phaeaces) De iis expoſui in not. crit. p. 270 ſq. Alcinoo rege ſatis illi noti ſunt ex Homero. Ceterum penultima produci debet, et, quod contra olim in Propertio 3, 1, 51. vulgo ferebatur *Phaeacias*, monentibus aliis in *Phaeacas* mutavit Burmannus.

§. 12. *proprie)* Nam quos antea commemoravit, latiori ſenſu *Illyrii* dicuntur, anguſtiori ſeparantur. De *Pyraeis* et *Illyriis* dictum in notis criticis pag. 271 ſq.

Liburni) Gr. Λιβυρνοὶ et inde Liburnicus. Nomen a Liburno ducit Stephanus h. v. et cum eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 384. Habitabant ad partem interiorem

finus Hadriatici, ut referunt iidem. Ipfa regio dicebatur *Liburnia*, et Plinii tempore terminabatur Scardona urbe verfus Dalmatiam. Cf. 3, 26. f. 22. Dalmatiae Iadertinae partem vocat Vegetius 4, 33. et inter Dalmatiam et Iftriam ponit Procop. de B. Goth. 1, 15. H. *Morlachia.* Illyrium populum facit Appian. de B. Civ. 2, 39. Poftero enim tempore, tefte Plinio 3, 25. f. 21. totum generatim uno nomine Illyricum vocatum eft, atque hinc etiam Liburni eo nomine prodire poffunt. Notae funt Liburnicae infulae, quas numero 40 fuiffe fcribit Strabo 7. p. 218. f. 315. et inde Euftathius c. l. In iis potiores *Offa*, *Tragurium* — Notae porro funt Liburnicae naves, quas a Liburno illo inventas effe volunt Stephanus et Euftathius, primos Liburnos fabricaffe tradit Vegetius 5, 3. Tefte Appiano in Illyr. c. 3. conl. de B. Civ. 2, 39. celerrimae erant naves, quibus primi Liburni Ionium mare et infulas infeftabant, et hinc a Romanis tales naves Liburnicae dictae funt. Cf. Schefferus de militia navali 2, 2. p. 97.

Hiftria) Gr. Ἰστρία, incolae Ἴστριοι et Ἴστροι, tefte Stephano, comprobantibus exemplis. Inde porro Ἰστρικός. De nominis adfpiratione disputatur in not. crit. p. 273. Ipfum deducunt quidam ab Iftro, quem Danubii partem putant, de quo cf. ad 2, 4, 4. Ita nempe Strabo 1. p. 59. f. 57. Plin. 3, 22. f. 18. Ipfa regio pars olim fuit Illyrici, cui etiam dat Mela. Sic Iftros Illyriam gentem dicit Appian. in Illyr. cap. 8. Sed fub Caefaribus adiecta fuit Italiae, cuius fines Strabonis aetate prolati erant ad Polam, Iftriae urbem, (v. 7. p. 217. f. 314.) Plinii (v. 3, 23. f. 19.) ad Arfiam fluvium, igitur ultra Polam, eumque etiam Italiae finem ftatuit Ptolem. 3, 1. uti reftituit Villanovanus ex codice. In Graeco enim textu *Nefactum* ponitur terminus, urbs illi fluvio vicina. Ita vero exigua Iftriae pars relinquitur Illyrico. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 151.

Urbium prima) Forte principem potentia, non ordine primam et ſecundam dicit; nam omnes etiam poſt *Oricum Apolloniam* collocant, non *Dyrrhachium*. CIACCONIVS.

Oricum) Discrepant in genere. Neutro Ὠρικὸν proferunt Ptolem. 3, 14. et Plin. 3, 26. ſ. 23. Plerique habent *Oricus*, Ὠρικός. Inde *Oricius* in auctoribus et numis. *Oricinus* tamen tuentur in Livio 25, 25, 2. In Strabone 7. pag. 219. ſ. 316. per nexus ſeriem vitioſe ſcribunt libri Ὠρεὸν, ubi cf. notata p. m. 426. Urbem Graecam ab Euboeis Ilio reverſis conditam fuiſſe, ſcribit Scymnus v. 440. a Colchis Plin. c. l. quod aliunde fidem accipit, quia, Colchos in ea loca deveniſſe et praeter alia Ceraunios montes occupaſſe, narrant auctores. Vid. Apollodor. 1, 9, 25. In vicinia enim, et ſi ab Apollonia progrediaris, ultra Oricum illi montes ponuntur, a quibus Epirus incipit, (v. Strabo c. l. Plin. c. l.) ab Orico ipſo ſec. Ptolem. 3, 14. Vid. etiam, quae disputat de ſitu Orici verſus Ceraunios montes Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 153. conlatis iis, quae monuit Eckhel. de num. vett. p. 103. *Dardaniam* vocat Lucan. 3, 187. a Dardanis ad Macedoniam in Myſia. Situs ad mare conſtat ex Appiano de B. Civ. 2, 54. Iul. Caeſ. de B. Civ. 3, 39. in. Plin. c. l. qui in ora ponit, aliisque. Quod repugnat Scylax p. 10. Hudſ. vanum id eſſe docuerunt Palmerius et Gronovius maxime. Poſita urbs in plano nec armis valida fuit, ut docet Liv. 24, 40. in. Portum Epiri dixit Hecataeus teſte Stephano, quocum cf. Herodot. 9, 93. Ἐπίνειον eius Panhormum vocat Strabo c. l. Portum facit Ptolem. 3, 14. et ab Orico ſatis removet. Ipſa regio dicitur Ὠρικία apud Stephanum; Dionyſ. v. 399. αἶα. Sita in Epiro, vel propius in Epiri parte Chaonia. (Ptolem. c. l.) Celebratur *terebinthus Oricia* a Virgilio Aen. 10, 136. et Propertio 3, 5, 63. ſ. 3, 6, 48. Devotam urbem fuiſſe Apollini, de-

clarat numus et inſcriptio apud Gruter. p. 906, 7. ubi *vicus Apollinaris* vocatur, quod notat Raſche in Lex. num. T. 3. P. 2. p. 172. Poterat idem ex Holſtenio ad Stephan. p. 362. addere numum Ligorii quidem, in quo *Colonia Claudia Oricos Apollinar. Aug.* legitur, quod et valet ad hiſtoriam urbis. Hodiernum nomen dubium eſt et variatur, ut *Orcho, Velona, Orſo.*

Dyrrhachium) Gr. Δυῤῥάχιον, unde Δυῤῥαχηνοὶ, Latinis tamen *Dyrrhachini*, ſic ut in Graecis agnoverint ι, non η. Δυράκιον ſua aetate a quibusdam perverſa ſcriptura dictum notat Schol. Thucyd. 1, 24. in. *Epidamnus*, antiquius nomen, quod praeter Noſtrum indicant multi, ab Epidamno ducit Stephanus, quem regem illius regionis fuiſſe ſcribit ſimulque conditorem facit Appianus de B. Civ. 2, 39. etſi hoc ad fabulas conſuetas refert Perizon. ad Aelian. V. H. 3, 16. et ab ἐπιδημεῖν nomen derivat. Corcyraeos conditores habent Thucydides 1, 24. Strabo 7. p. 219. ſ. 316. Scymnus v. 435. ſc. colonis eo miſſis. Poſt Dyrrhachum, ex Epidamni filia nepotem, navale addidiſſe et ſuo nomine vocaſſe, tradit Appian. c. l. utramque autem per errorem pro eadem urbe haberi ſimul monet. Cf. Pauſan. 6, 10. extr. ad Dion. Caſſ. T. 1. p. 293. Scaliger Chronol. p. 84. At plerique conſentiunt cum Mela, eandemque cauſam mutati nominis adfert etiam Plin. 3, 26. ſ. 23. ubi vid. Harduinus; innuitque Plautus Menaechm. 2, 1, 38. Alii tamen aliam adferunt, et a litoris difficultate arceſſunt, quaſi δυσράχιον. Cf. Dio Caſſ. 41, 49. Euſtath. ad Dionyſ. v. 389. et quae ex cod. MSto depromſit Holſten. ad Stephan. p. 105. Euſtathius cum Τυρσηνὸς et Τυῤῥηνὸς et ſimilibus comparat. Cf. etiam Baptiſta Pius adnot. poſter. cap. 137. in Gruteri theſ. crit. T. 1. p. 526. A Cherſoneſo, cui impoſita eſt urbs, nomen traxiſſe volunt Strabo, Philo apud Stephanum, Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 9. Neque tamen

Epidamni nomen usurpari desiit, quippe quod Procopius frequentat, etsi etiam Dyrrhachii mansit aetate Syncelli. Vid. idem p. 170. s. 213. Illyriam urbem vocat Plin. 3, 16. s. 11. Illyriam Parthenorum Dio c. l. Post Macedoniae fuit contributa, ut ait Dio aliique confirmant. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 2. Factum id est post Persea debellatum. Et sic praeter alios diserte in Macedonia ponit Antoninus in itin. pag. 497. Inde adscripta est Epiro novae, cuius facta est metropolis. Vid. Constantin. Porphyr. c. l. Hierocles in Synecd. p. 652. et ibi Wessel. Nicephorus tamen in commentar. 3, 3. Illyrici metropolim vocat. Clarissimum ea fuit vicinorum populorum emporium, adeoque hinc *Hadriae tabernam* vocat Catullus 36, 15. ubi vid. Vossius. Causa haec fuit, quod contra morem plerorumque Graecorum peregrinos lubenter et benevole excipiebat, cum Apolloniates reiicerent, uti narrat Aelian. V. H. 13, 16. unde ab ἐπιδημεῖν nomen etiam potius repetendum censet, etsi sic ab antiquissimis inde temporibus egisse poni debet. Traiectu ex Brundusio Italiae in Graeciam maxime innotuit, de quo cf. Plin. 2, 16. s. 11. praeter alios, in iis Ciceronem. Idem hic *liberam civitatem* vocat ad diverf. 14, 1. et plurima ab ea sibi praestita fuisse per exsilii spatium officia passim praedicat. *Coloniam* dicit Plin. 3, 26. s. 53. Quae numi adferunt de hac urbe, congesta habebis in Raschii Lex. num. T. 2. P. 1. p. 484. quibus adde tentamen catalogi universalis numorum Dyrrhachinorum et Apolloniatum Tubing. 1791. 4. Aliorum auctorum narrationes dabit Palmer. in Gr. ant. 1, 19. Urbs intercidit terrae motu vastata an. 345. Vid. Theophanes ad an. 9. Constantii pag. 25. Ven. et Gothofredus ad veterem orbis descr. cap. 38. Hodie *Durazzo.*

§. 13. *Ultra)* Cum Mela ab Epiro et meridie ad Illyrios ad septemtrionem procedat, Apollonia

male ponitur ultra Dyrrhachium, quo nomine notatus etiam eſt Mela a Palmerio in Gr. antiq. 1, 27. p. 154. Cf. ſupra Ciacconius ad verba: *Urbium prima.*

Apollonia) Gr. Ἀπολλωνία, unde Ἀπολλωνιάτης in auctoribus et numis. Latini *Apolloniates, Apolloniatae*, uti contendit Drakenb. ad Liv. 26, 25, 2. et exemplis probavit Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 7. Urbem conditam tradunt alii a Corinthiis ſolis, ut Thucyd. 1, 26. Plin. 3, 26. ſ. 23. Dio Caſſ. 41, 45. ubi Κορινθίαν vocat, Strabonis epit. lib. 7. pag. 94. Hudſ. Stephanus h. v. Alii ſocios iis addunt Cocyraeos, ut Scymnus v. 439. Strabo 7. p. 219. ſ. 316. Pauſan. 5, 22, 3. Ducentos Corinthios eo deductos eſſe Gylace duce, et hinc urbem Gylaciam (ει) vocatam primum eſſe, refert Stephanus h. v. Pro διακοσίων tamen Berkelius malit legere Κερκυραίων, qui certe potiores fuiſſe videntur, ſi numorum indicia ſpectes, quippe eorum inſigne unice oſtendunt, vitulum lactentem et hortum quadratum, qui Alcinoi putatur. Vid. Spanhem. de uſu — num. Vol. 1. pag. 581. Wachter. in archaeol. num. cap. 8. p. 99. Eckhel. in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 152. Factum autem eſſe illam colonorum deductionem eo tempore, quo Periander Corinthi regnavit, coniiciunt quidam, ut Berkelius ad Stephan. p. 148. ex Plutarcho de ſera numinis vindicta p. 184. ed. Reiskii, qui tamen conſuli ad c. l. poteſt. Ex antiqua inſcriptione apud Pauſan. c. l. diſcitur, incolas auctorem urbis iactaſſe Apollinem, uti ſolebant de primis conditoribus. Hinc et Apollo in multis numis conſpicitur. Primam Illyrici urbem vocat Stephanus; in Illyrico ponit etiam Conon narrat. 30. Macedoniae dat Ptolem. 3, 13. in. in Taulantiorum terra oſtendit Plin. 3, 26. ſ. 23. Nempe hic tractus, ut ex Dione Caſſio 41, 49. diſcitur, tempore belli civilis Macedoniae adſcriptus eſt manſitque etiam poſtea. Poſt Epiri novae fuit, ut patet ex Con-

ſtantino Porphyrog. de them. 2, 9. et Hieroclis ſynecd. p. 653. Vid. ſupra, et de regione ſenſu antiquo Duker. ad Liv. 35, 24. f. Stephanus antiquam rationem tenet, prout ſunt duces, quos ſequitur.. Ab Avo ſ. Aeante fl. diſtabat 10 ſtadia ſec. Strabon. c. l. quare et eum urbem praeterlabi ſcribit Scylax p. 10. Hudſ. A mari remota erat 60 ſtadia, (Strabo c. l.) ſeu 50. (Scylax.) Plinius tantum 4 M. P. habet i. e. 32 ſtadia; ante Harduinum convenientius 7 M. P. Laxius igitur hinc ad Ionium mare ponitur in fragm. Dionis Caſſ. n. 43. et lib. 45, 3. ubi πρὸς, pro quo Appian. de B. Civ. 3, 9. ἐπί, apud Conon. cap. 30. qui idem fluvium per mediam urbem ducit. Urbem *magnam* et *gravem* vocat Cic. Philipp. 11, 11. εὐνομωτάτην Strabo c. l. Literarum ſtudiis excelluit Auguſti tempore, quem et hac de cauſa eo miſſum fuiſſe ſcribunt Vellei. 2, 59. Sueton. in vita cap. 8. Dio Caſſ. 45, 3. In vicinia eius celebre fuit Nymphaeum, rupes ignivoma, unde bitumen et pix eiiciebantur, de quo aliqua notavi ad Ampel. cap. 8. in. H. *Polina.*

Salona) Varie a Graecis et Latinis formatur. *Salona*, ut Noſter, in Gr. Σαλώνη, Hirtius de B. Alex. cap. 43. Plin. 3, 26. ſ. 22. (etſi etiam habet *Salonae* 32, 53. ſ. 11.) Aurel. Vict. in epit. 39, 6. Appian. in Illyr. c. 11. Geogr. Ravenn. 4, 16. 5, 14. — praeterea inſcriptiones maxime, veluti apud Gruter. pag. 23, 12. Gudium p. 88, 2. Σάλων habent Strabo 7. p. 218. ſ. 315. Zonaras in annal. 12, 32. Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. imp. cap. 30. et ſic *via Salonis* in Sponii miſcell. eruditae antiqu. p. 179. legitur. Plerique dicunt *Salonae*, in iis Iul. Caeſ. de B. Civ. 3, 8. 9. Lucan. 8, 404. (ubi vid. Oudendorp.) Ptolem. 2, 17. Martialis 10, 78, in. Oroſ. 5, 23. ſ. 6, 15. Antonin. in itin. p. 269. 272. Eutrop. 9, 27. ſ. 16. Σάλωνες paſſim dixit Procopius, quod ex caſibus obliquis adparet, v. c. de B. Goth. 1, 5. in. 3, 10. Sic Paeanius in verſione Eutropii 9, 27. ubi cf.

notata. Quidam etiam parum ſibi conſtant, ut Dio Caſſius, ubi cf. Reimarus ad 42, 11. Stephanus longius evagatur, et ex una urbe facit tres, quae ſunt Σάλωνα Illyrici, Σαλῶναι Dalmatiae et Σάλων, quod iam notavit Holſten. pag. 279. Inde etiam in regionibus diverſitas. Nempe de Illyrico duxit ex auctore ſuo, et de Illyrico Graeco valet. Proprie enim ſita urbs erat in Dalmatia ad mare, unde *litoreae Salonae* dicuntur a Martiale. Cf. et Hirtius, Caeſar, Lucanus praeter alios. Ἐπίνειον Dalmatarum vocat Strabo. Diſtabat a Tragurio 15 M. P. (Antonini itin. p. 272.) Poſt coloniam factam, docent praecipue inſcriptiones ſupra indicatae, in quibus *Colonia Martia Iulia Salona*, (in antiqua arae dedicatione apud Gruter. p. 25, 12.) *Salona Martia Iulia*, et quod teſte Holſtenio ad Stephan. p. 279. in numis obſervavit Ligorius, *Col. Claudia Auguſta Pia Veter.* (anorum) *Salona.* Cf. vero Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1577. Coloniam omnino in maritimis Dalmatiae dicit Ptolem. 2, 17. Innotuit urbs eo, quod Diocletianus, cuius et patriam quidam faciunt, (Zonaras c. l.) cum ſe imperio abdicaſſet, ibi hortos et olera colendo conſenuit. (Aurel. Victor in epit. cap. 39, 6. Eutrop. 9. extr.) Salona a Gothis everſa, Aſpalathum ſ. Spalatum Salonitani cives habitatum conceſſerunt. Cf. Thomas, Archidiaconus Spalatenſis, in hiſt. Salonit. cap. 10. Alii tamen discrepant, de quo cf. Bandurius ad Conſtantin. Porphyrog. de admin. imp. c. 30. Weſſel. ad Anton. itin. pag. 270. Stritter in memor. populor. — T. 2. pag. 19. *Auriferam* terram Salonitanam vocat Martial. 10, 78, 5. quod Neronis aetate maxime de Dalmatia confirmat Plin. 33, 21. ſ. 4. nec in dubium vocare ſuſtinet Fortis, etſi nihil eiusmodi ſe vidiſſe ſcribit. Vid. eius viaggio in Dalmazia V. 1. p. 128. Hodie non procul inde conſpicitur *Spalatro.*

Iader) De forma vid. in not. crit. p. 275. Inde dicuntur *Iadertini* apud Hirtium de B. Alex. cap. 42. ubi

vulgo adſpiratur, ut in Lucani codice 4, 405. Ex Slavorum lingua nomen ortum eſſe putat, ut alia plura, Fortis in viaggio di Dalmazia Vol. 1. p. 45. Nempe ipſi Morlachi ſ. Vlaſſi iactitant, ſe a Latinis coloniis ortos eſſe et a Slavis poſt ſubactos. Fortis p. 24. c. l. media aetate *Diadoram* dictam fuiſſe putat, etſi Conſtantin. Porphyrog. de admin. imp. c. 29. adfirmare vidi, ante Romam eam Diadoram conditam fuiſſe, et id nomen indicare, *iam erat*. Liburniae in Illyrico urbem dicit Ptolemaeus 2, 17. itemque coloniam, quam ab Auguſto deductam putant, qui et ideo in monumento, quod ibi exſtat, *parens coloniae* dicitur. Vid. Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 272. ubi etiam de diſtantia a Salona disquiritur. Cellarius aliique *Zara vecchia* eſſe credunt, quos tamen prolixe refutat Fortis p. 24. c. l. docetque ex ſitu, locorum diſtantia et lapidibus, aliam illam olim fuiſſe, Blandonam, Iader autem nunc *Zara* inter duos fluvios Tedanium et Titum, (cf. Ptolem. 2, 17.) Zermagna et Kerka; magis etiam illam hodie, quam olim florere.

Narona) De terminatione monui in not. crit. pag. 276. Nomen habet ſine dubio a flumine vicino Narone, de quo infra. *Coloniam* vocat numus in Goltzii theſauro p. 241. *coloniam tertii conventus* Plinius 3, 26. ſ. 22. *Silveſtria Naronae* ab eodem commemorantur 21, 19. ſ. 17. etſi Naronis aut Narone vult Pintianus, non temere, quia *Drilenis* coniungitur, qui alius erat eiusdem regionis fluvius. In Dalmatia ponit Geogr. Ravenn. 4, 16. et quidem mediterranea Ptolemaeus 2, 17. Mela tamen in ora poſuiſſe videtur. H. *Narenta* eſſe credunt.

Tragurium) Gr. Τραγούριον, ut Strabo, Τραγύριον Polyb. 32, 18, 1. Conſtantin. Porphyrog. de admin. imp. cap. 29. vocat Τετράγγουριν, ubi τε male adhaeſit, et nomen explicat, quia ſit μικρὸν δίκην ἀγγουρίου. Coloniam Iſſaeorum dicit Strabo 7. pag. 218. ſ. 315.

eorundemque cum Epetio urbem Polyb. c. l. In infulis ponunt cum Noftro 2, 7, 13. Strabo 2. p. 85. f. 124. et Ptolemaeus 2, 17. f. hic ad Dalmatiam, ille ante Illyricum; Hadriatico mari dat Nofter. Cf. ad c. l. Inter Liburniae urbes recenfet Plin. 3, 26. f. 22. ubi *Tragurium civium Romanorum marmore notum.* In Dalmatia novit Geogr. Ravenn. 4, 16. et 5, 14. Id qua ratione componi poffit, docet Conftantin. Porphyrog. c. l. ubi haec: *μικρόν ἐστι νησίον ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἔχον καὶ τράχηλον ἕως τῆς γῆς στενώτατον δίκην γεφυρίου, ἐν ᾧ διέρχονται οἱ κατοικοῦντες εἰς τὸ αὐτὸ κάστρον.* Ita enim vocat. Confirmant id Sponius in voyage T. 1. pag. 71. aliique, quos indicat Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 114. Ab Attila occupatum fuiffe fcribit And. Dandulus Chron. 5, 5. H. putatur effe *Trau.* Cf. Fortis viaggio in Dalmazia Vol. 2. p. 7. An vero marmor a Plinio laudatum hodie fit marmo d'Iftria, an di Rovigno, diiudicare non audet.

Pola) Graeci utroque numero efferunt; Πόλαι tamen plerique habent, ut Callimachus apud Strabon. 1. p. 31. f. 46. Strabo ipfe 7. p. 217. f. 314. Agathemer. 2, 14. Lycophron v. 1022. — Pofterioribus maxime placuit Πόλα, ut Ptol. 3, 1. Plinio 3, 23. f. 19. Geogr. Ravenn. 4, 31. 5, 14. Antonin. in itin. p. 271. et 494. tab. Peutinger. 4. B. Colchos cum Mela plures faciunt conditores, ut Callimach. apud Strabon. c. l. et 5. p. 149. f. 216. Plinius c. l. Tzetzes ad Lycophr. c. l. Nempe conftat ex prifcis auctoribus, v. c. Apollodoro 1, 9, 25. Colchos ab Aeete ad repetendam Medeam emiffos, cum confequi non poffent, metu compulfos in illis locis confediffe, de quo et multa ex auctoribus adtulit Schol. Apollon. ad 4, 259. Hinc et ipfum urbis nomen ex Colchica lingua, cui adiungit fuo more Hebraicam et Syriacam, derivat Bochartus in Phaleg 4, 31. f. ut fit φυγὰς et quafi exfulum urbs, uti et adfirmat Calli-

machus c. l. cum quo cf. Tzetzem c. l. Fuit autem urbs Iſtriae, cui et adſignant Strabo, Plinius, Ptolemaeus, Antoninus. Alii vel laxe, vel prave dant Illyrico, ut Stephanus h. v. Dalmatiae, ut Geogr. Ravenn. c. l. Epiro adeo Tzetzes. Poſita erat in ſinu, (Strabo c. l.) quem Polaticum vocat Noſter. De diſtantia a Tergeſto, quia auctores vel libri valde disſentiunt, vid. Weſſeling. ad Anton. itin. p. 271. Plinii tempore dicta eſt *Pietas Iulia.* Sed parum id invaluiſſe et vulgari ſermone frequentatum eſſe, ſuperiora docent, vel ad honoris titulum referendum. H. *Pola* eſſe putatur, urbs nota, et antiquae rudera conſpici quidam adfirmant.

Aeas) Gr. Αἴας. Ita *Aoum* vocavit Hecataeus teſte Strabone 7. p. 219. ſ. 316. et ſic Plinius 3, 26. ſ. 25. *flumen Aous,* inquit, *a quibusdam Aeas nominatum.* Sic vocat Livius 32, 5, 19. 33, 4. in. Corrupte eſſertur Αῶος in Cononis narrat. 30. Ptol. 3, 13. in. Cf. Berkel. ad Stephan. p. 147. Alii tamen cum Noſtro vocant *Aeas,* ut Scylax p. 10. Hudſ. Lucan. 6, 361. Ovid. Metam. 1, 580. Valer. Max. 1, 5. ext. 2. qui *Aeanta* flecti docet et luſum in Aiacis nomine Graeco innuit. Ἄνας vitioſe adpellatur apud Dion. Caſſ. 41, 45. Utroque autem nomine *Aeas* et *Aous* a Vibio ſeparatim producitur, prout auctores ſuos incurioſa manu exſcripſit, et hinc Aeantem dat Macedoniae, Aoum Apolloniae, utrumque deducit in mare Ionium. Vid. viri docti p. 70. et 72. In Geogr. Ravenn. 4, 15. f. videtur eſſe *Aloſus,* uti etiam Oberlinus ad Vibium p. 71. exiſtimat et Porcheron ad Geogr. Rav. c. l. Sed quod ibi hic *Alorum* eſſe eundem addit in Appiano de B. Civ. 2, 56. ad *Apſum* referunt viri docti. Oritur in Pindo monte, (Scylax c. l.) praeterfluit Apolloniam, (idem, Valer. Max. cum Mela) vel interfluit, (Conon narrat. 30.) etſi Strabo ab urbe 10 ſtadia diſtare adfirmat, unde prior narratio magis probatur. Exit in mare Ionium, ut tradunt Conon, Lucanus, Vibius;

Hadriaticum dicit Strabo c. l. nempe, uti paullo poſt ſcribit, ſic Hadriatici nomen amplificatum eſt. Idem notandum, quod quidam Macedoniae tribuunt, ut Ptolemaeus, cum proprie Illyrici fuerit, de quo ſupra dictum eſt ad *Apollonia*. *Purum*, ſed *parvi gurgitis* dicit Lucanus. Hodie *Lao*.

Nar) Νάρων Straboni 7. p. 218. ſ. 515. Ptolemaeo 2, 17. Plinio 3, 26. ſ. 23. Scylaci etiam p. 8 ſq. Hudſ. Ponitur in Dalmatia. Navigabilem facit triremibus adeo Scylax. H. *Narenta* vocari putant.

Iſter) Brodaeus Miſcellan. 6, 16. exiſtimat, Melam hic antiquorum opinioni adhaerere, qui Danubii ramum quendam ſ. ſubterraneas venas in ſinum Hadriaticum effundi prodiderunt; nobiles Geographos hoc flumen non agnoſcere. Plura v. ad 2, 4, 4.

Tergeſte) Ita ſcribunt Plin. 3, 22. ſ. 18. Antonini itin. p. 270. tab. Peuting. 4. A. inſcriptio apud Gruter. p. 388, 1. In genitivo apud Plin. 3, 24. ſ. 20. Vellei. 2, 110, 4. *Tergeſtis*. In aliis aliter editur, ut Τεργέσται in Strabone 5. p. 149. ſ. 215. ſed idem 7. p. 217. ſ. 314. habet Τεργέστη et mox Τεργέσται, ubi codices etiam Τεργέστα. Τέργεστον vocant Ptolem. 3, 1. Avien. v. 529. ἄστυ Τεργεσταίων Dionyſ. v. 382. ubi Τέγεστρον vocat Euſtathius. Τέγεστρα neutraliter Stephanus h. v. qui Τέργεστρον addit ex Artemidoro. Vid. ibi Holſten. p. 317. Τεργιτὸν habent libri Appiani in Illyr. cap. 18. pro quo Τεργηστὸν repoſuit Schweighaeuſer. quem vide p. 673. In Geographo Ravenn. variatur, *Tergeſtae* 4, 30. *Tergeſton* 4, 31. *Tergeſte* 5, 14. *Tergiſtum* Servius ad Virgil. Aen. 1, 244. Sic duplici forma in Noſtro dicitur *Illyris* 1, 3, 4. et *Illyricum* hic deinceps; *Pelorias* aliqui codd. et *Peloris* 2, 7, 15. et 16. Adparet vero inde, vagam fuiſſe nominis terminationem. Dicitur ab ea urbe *ſinus*

Tergestinus in Plinio 3, 22. s. 18. Alias adiectivum *Tergestanus* legitur in Gudii inscrr. ant. p. 47, 4. Nomen a Tergestro quodam ducit Stephanus apud Eustath. ad Dionys. c. l. *Coloniam* vocant Plinius, Ptolemaeus, et in Istria ponunt cum Antonino in itiner. p. 270. et aliis. Illyrico tribuit Stephanus cum Mela latiori sensu. In intimo Hadriae sinu ostendit Noster, et sic Dionysius v. 382. μυχάτοις ἐπὶ πείρασι πόντου, unde *Tergestinus sinus* in Plinio. De distantia ab Aquileia, quam Plinius facit 23 M. P. Strabo 180 stadiorum, v. Surita et Wesseling. ad Antonin. p. 271. de urbe etiam omnino Cluver. in Italia ant. 1, 10. p. 173. qui ex Strabone Carnis omnino adscribendam eam esse contendit. Locus est lib. 7. p. 217. s. 314. ubi vocat κώμην Καρνικὴν, opinor, quia vicini adcolebant. Nam superiori loco libri 5 Istriae oram extendebat a Timavo ad Polam, et in medio ponebat Tergestum. Plura de hac urbe adtulit Cluverius in Ital. ant. 1, 20. p. 197. H. *Trieste.*

Illyricum) Gr. Ἰλλυρικὸν, ut exemplis quibusdam, quae facile augeri possint, docuit Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 97. Latini etiam sic usitate proferunt. Graeci tamen etiam dicunt Ἰλλυρὶς, ut Strabo p. 188. s. 228. Ptolem. 2, 17. quod imitatur Mela 1, 3, 4. et ex aliis Priscian. v. 100. Avien. v. 145. Subintelligitur proprie γῇ, quod et addunt Scymnus v. 414. Dionys. v. 96. Appian. in Illyr. cap. 28. qui et simpliciter Ἰλλυρὶς dicit cap. 10. de B. Civ. 4, 15. et alibi. Rarior forma est *Illyria*, qua utitur Stephanus h. v. Strabonis epitomator 7. p. 95. Huds. Propert. 1, 8. in. 2, 13, 10. Cf. ad Ovid. Trist. 1, 4, 19. Posteriores adeo vocarunt *Illyricus*, ut Orosius 6, 7. in. Geogr. Ravenn. 1, 11. 4, 15. Populi dicuntur Ἰλλύριοι, Illyrii, pro quo passim libri obiiciunt *Illyrici*, quod quidem reiiciunt viri docti. Vid. Heinsius ad Claudian. in Eutrop. 2, 216. p. 126. Oudendorp. ad Sueton. in Aug. cap. 19. et in primis Drakenborch. ad

Livii epit. 20. in. Certe altera forma antiquior eſt et Graeca, quare et eam reddidi Melae 2, 2. in. ubi cf. notata p. 72. de utriusque discrimine. Hinc *Illyriis terris* volunt in Propertio 2, 13. in. pro *Illyricis*, etſi *Illyrica pix* dimittunt in Ovid. A. A. 2, 658. et *Illyrica iris* in Plinio 13, 2. ſ. 1. Occurrit porro *Illyricanus*, uti apud Gruter. p. 415, 7. et *Illyricianus*, ut exercitus, in numis maxime. Utrumque notavit etiam Cellarius in Geogr. ant. c. l. De hoc cf. etiam Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 588. Pro y paſſim reperitur *u*, praecipue in monumentis, ut in faſtis triumphalibus. *Illurii* et *Illuricum* apud Gruter. pag. 297. ut alia dicuntur, v. c. *Boruſthenes* apud Gruter. p. 453. monte *Eruco*. Vid. Gualtheri tabulae ant. — in theſ. Sicil. Vol. 6. p. 650. et quae adpoſuit Corte ad Salluſtii Catil. 5, 6. Cf. et Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. cap. 1. et Malvaſia in marmora Felſin. 7, 12. p. 450. Denique et Ἴλλυρες notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 492. Nomen derivant ab Illyrio, ut Appian. in Illyr. c. 1. Stephan. h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 95. et 389. De eius natalibus, in quibus discrepant, cf. ad Stephanum. Qui Cadmi filium ferunt, ſequuntur famam de huius ſeceſſu in Illyricum factaque ibi mutatione in ſerpentem. Cf. Heyne ad Apollodor. p. m. 579. Regionis fines diverſo tempore diverſi etiam fuerunt. Scylax p. 7. Hudſ. ad Chaoniam usque in Epiro contra Corcyram extendit. Et ſic Pauſan. 4, 35. antiquas Illyriorum ſedes ibi commemorat, unde in Peloponneſum excurſiones fecerint. Poſt latius imperii et regionis fines protulerunt ad mare Hadriaticum, ut multas gentes complecterentur impoſito ſui nomine. Hinc συχνὰ eorum ἔθνη praedicat Scymnus v. 414. et recenſet Appian. Illyr. c. 1. ſqq. ex quo ſimul diſcitur, quomodo ipſae ſe illae gentes adtriverint a Romanis in ditionem redactae. Sed et Illyricum artiori ſenſu et proprie ponitur, quod et Mela §. 12. indicat, et Plinius 3, 26. ſ. 25. Quam late Mela extendat, ex hoc loco patet. Cum nempe Strabonis aetate, ipſo

teſte 7. p. 217. ſ. 314. Italiae fines ad Polam pertinerent, et Plinii (3, 23. ſ. 19.) ulterius ad Arſiam flumen, ea loca omnia ad Illyricum refert Mela, et in Venetis et Carnis conſiſtit, ut ex hoc loco et cap. ſq. adparet. Plinius 3, 29. ſ. 26. ab Arſia extendit ad Drinium ſ. Drilonem fl. uti Ptolemaeus 2, 17. ſic ut Liburniam et Dalmatiam complectatur, et longitudinem illi dat 800 M. P. Poſtero tempore plures additae ſunt provinciae, quae quidem parebant praefecto praetorio Illyrici, adeo ut numerentur 19 in libello provinciarum R. Schonhovii cum Pannonia, quam Iuſtinianus receperat. Ita et Hierocles, ad quem cf. Weſſeling. pag. 638. H. ex illa Plinii deſcriptione, ubi *Dalmatia.*

CAP. IV.

I T A L I A.

§. 1. *Italia)* Accurate eam et diligenter conlectis veterum auctorum locis deſcripſit Cluverius in Italia antiqua, ex quo libro plura peti poſſunt, cum potiora tantum delibare, additis recentiorum monitis, conſtitutum ſit. Quam vero ſaepe in hoc capite erret Noſter, notavit 2, 2. p. 483. et paſſim. Antiqua eius nomina, v. c. *Heſperia, Auſonia, Oenotria,* nota ſunt, et recenſentur a Cluverio 1, 1. De Italiae nomine cf. idem p. 5 ſq. Vindingius in Hellene pag. 375. in. (Gronov. theſ. Vol. 11.) et quae adtulerunt Munckerus et Staverenus ad Hygin. fab. 127. f. Eius fines fuerunt olim contractiores et Bruttium partemque Lucaniae continebant, quam regionem Oenotri Auſonibus eripuerant. Vid. Cluver. 1, 1. 3, 9.

ab Alpibus) De iis infra §. 10. Pertinent autem haec ad fines, de quibus disſerit Cluver. 1, 2. et c. 3. de figura et magnitudine Italiae. Ptolemaeus limitem ſemper

constituit Varum, ut vetustiores. Ceterum eadem fere totius huius narrationis verba repetiit Solinus cap. 8. s. 2. quocum conferri potest Plin. 3, 6. s. 5. Cf. Salmas. ad Solin. p. m. 56.

excedere) Nempe ex limite, quem videbantur Alpes facere continentis, ut post illas videretur sequuturum mare, perinde ut facit mare Hadriaticum et sinus Ligusticus. I. GRONOVIVS *MS.* V. de hac voce ad 2, 1, 5.

Apennini montis) Simpliciter saepe, et absolute profert Silius Italicus, ut 2, 314. 333. Ἀπέννιον vocat Dionys. v. 343. ubi Eustathius habet Ἀπένινον ἢ Ἀπέννιον ὄρος, simulque monet, Ἀπέννια ὄρη etiam plurali numero dici. Nominis caussa incerta est. Nam quod Grammatici quidam ab Hannibalis transitu Alpium derivant, ut sint quasi *Alpes Poeninae*, veluti Isidor. Orig. 14, 8. Paulus Diaconus de gestis Langobardor. 2, 18. minime convenit et refutatur a Cluverio 1, 4. p. 28. ubi de hoc monte fusius exposuit. Excurrit autem a Ligurum finibus perpetuo dorso per omnem reliquam Italiam ad fretum usque Siculum in promontorium Leucopetram. Vid. Plin. 3, 7. s. 5. Eustath. ad Dionys. c. l. Eius quidem verum initium varie statuitur; ab Alpium tamen fine circa Genuam urbem et fontem Trebiae amnis, qui apud Placentiam Pado miscetur, repetendum esse docuit Cluverius. De eius cursu et partibus cf. Zach allgem. Geogr. Ephemeriden 1799. p. 365.

Hadriaticum) Ita vocat etiam Plinius 3, 20. s. 16. aliique plures. Alias etiam dicitur *Hadrianum*, veluti apud Horat. 1. od. 16, 4. Ciceron. ad Attic. 10, 7. in Pison. cap. 38. ubi tamen codd. quidam etiam *Hadriatici* habent vel *Hadriaci. Hadrianum mare* vero probat monumentum Ancyranum in Chishull antiqu. Asiat. p. 177. Idem dicitur etiam *Hadriacum mare,* uti

apud Propert. 3, 20, 17. Mamertin. in gratiar. act. ad Iulian. cap. 9. in. aliosque et infra codd. aliqui 2, 7, 10. Pro eo ſic Claudian. lib. 2. in Rufin. v. 39. *Hadriacae undae*, Stephanus ſ. v. Ὀμβρικοὶ Ἀδριανὸς κόλπος. Idem ſ. v. Τροία dixit Ἀδριάτης, quamquam Ἀδρία malit Gavel in obſervatt. miſcell. T. 4. pag. 229. uti paſſim abſolute dicitur, v. c. apud Heſych. ſ. v. Ἀδριανοὶ, Suidam ſ. v. Ἀρέθουσα, vel ὁ Ἀδρίας, *Hadrias*, uti paſſim in Polybio et Horatio. *Atriaticum* olim, poſt *Adriaticum* adpellatum, ab *Atria*, Tuſcorum urbe, ſcribit Plin. 3, 20. ſ. 16. Cf. Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 24. Κρονίην ἅλα vocat Apollon. 4, 327. quod, notante Scholiaſte, ibi Saturnus regnavit. Conterminum eſt Ionio, de quo ſupra dixi aliqua.

Tuſcum) Dicitur idem etiam *Etruſcum*, *Tyrrhenum*, ut in Graecis Τυῤῥηνικὸν πέλαγος ab occaſu Italiae, quae quidem ſunt nota et obvia. Sic facile nominis cauſa intelligitur, quippe quia adluebat Etruriam. Cf. de eo Servius ad Virgil. Aen. 1, 71. Boeclerus ad Vellei. 1, 1. Burmann. ad Ovid. Metam. 3, 686. H. *mare di Toſcana*, illud *Golfo di Venezia*.

Superum —) Ita haec maria adpellantur, quia partes mundi boreales ſuperiores et altiores eſſe exiſtimarent, quam auſtrales. VOSSIVS. Poetae etiam dicunt *infernum ſuperumque mare*, ut Lucan. 2, 460. Sidon. Apollinar. carm. 5, 448. Ita vero *ſupra*, *infra*, ut *adſcendere*, *deſcendere* et ſimilia dicuntur, ut illa orientem, haec occidentem ſpectent. Cf. Aſcenſius et Donatus ad Virgil. Georg. 2, 158. Sic *decurrere* apud Liv. 29, 27.

ſolida) Lib. 1. cap. 2. [§. 1.] *Inde cum aliquatenus ſolida proceſſit* i. e. nullos ſinus admittit.

cornua) In duo promontoria; alterum Sallentinorum, alterum dictum Leucopetram. OLIVARIVS.

Siculum) Τρινάκριον πόντον vocat Apollon. Rhod. 4, 291. ut Lucilius Iunior in Aetna v. 69. *Trinacrium gurgitem.* Sic et omne mare dicitur, quod quavis ex parte in Siciliam protenditur, ut docet Burmann. ad Phaedr. 2, 5, 20.

angusta) Cum querno folio comparat eius speciem Plin. 3, 6. s. 5. Cf. Rutilii itin. 2, 19.

§. 2. *sinistra parte)* Mela cursus maritimi hic oblitus in media Italia, vel Apennino monte sic consistit, ut adversus austro dextra habeat occasum, ad sinistram orientem; ex quo situs locorum indicatus cognoscitur. TZSCHVCKE. Nempe si quis in Italiam hinc velit ingredi, sicut nunc supponit auctor de sua Geographia. I. GRONOVIVS *MS.*

Carni) De iis disserit Cluver. 1, 19. p. 169 sqq. Inalpinam gentem fuisse contendit ex Livii epitome lib. 62. et Orosio 5, 14. Sed Livium invecta demum correctione ad sententiam suam trahit, et contra fidem historicam. Non enim Q. Marcus consul Carnos vicit, sed Aemilius Scaurus. Vid. in primis Drakenb. ad Liv. c. l. ubi contra Cluverium disputat vere, et *Stoenos* ibi legendum esse docet. Eadem etiam via Orosio Carnos tribuit, ubi sunt *Galli.* At *Galli Karni* vocantur in fragmento fastorum triumphalium apud Gruterum 298, 3. et alios, unde Celtici generis eos fuisse intelligitur. Pomponii aetate hunc tractum tenuisse, alii etiam testantur. Strabo 5. p. 149. s. 216. vicinos facit Venetis. Cf. 7. p. 202. s. 292. Celtas et Istros ibi habet Scylax pag. 6. Huds. Livius 43, 1, 7. conterminos iungit Istros, Plin. 3, 22. s. 18. Iapydes, ita ut rectam quasi lineam sequatur, et Istriam, quae tamquam paene insula excurrit, subiiciat; Venetiam autem Carniae praemisit finitimam. Cluverius a Plinio terminos confundi existimat, quia voluerit omnia flumina et portus

a Concordia ad Aquileiam uno titulo commemorare, nec eo tractu oppida intercedant. Discrepant autem omnino auctores paſſim in terminis conſtituendis, de quibus cf. Cluverius c. l. ut cap. 24. de Carnorum agris, fluminibus, urbibus et aliis locis. Manifeſtum vero videtur, *Alpes, Carnicas* inde dictas, fines conſtituiſſe verſus ſeptemtrionem.

Veneti) Graecis ſub R. imperio dicuntur Οὐένετοι ſ. Βενετοὶ, antiquioribus omnibus Ἕνετοι, Heneti. Sic Ἕνετοι περὶ τ. Ἀδρίαν ἐνοικοῦντες diſerte Antigonus in mirab. hiſt. c. 189. Vid. Drakenb. ad Liv. 5, 33. f. ubi inter Henetos et Venetos fluctuare etiam codices Latinos monet, et infra ad *Velia* §. 9. De eorum origine discrepant auctorum narrationes, quod ex Strabone 5. p. 146. ſ. 212. optime diſcitur. Alii enim Gallorum progeniem putabant, alii eo e bello Troiano Antenore duce evaſiſſe Henetorum quosdam ex Paphlagonia. Ipſe lib. 4. p. 134. ſ. 195. Venetos ex Belgis, qui cum Caeſare navali pugna congreſſi erant, Venetorum ad ſinum Hadriaticum auctores eſſe exiſtimat, quamquam id poſtea ad coniecturas reiicit. Henetos (ſic) igitur lib. 5. in. a Gallis diſtinguere videtur, ut reliqui auctores, uti adfirmat quidem Cluver. 1, 18. p. 126. praeter Melam, qui cap. 3, 11. *cetera,* inquit, *Gallicis Italicisque gentibus cingitur,* niſi ex hoc loco ideo videtur Gallicam gentem dixiſſe, quia Galliam Togatam incoluerunt. Forte opinio haec inde orta eſt, quod urbs maritima erat in Gallia Transalpina *Venetia* ad mare ſita, cuius meminit Iul. Caeſ. de B. G. 3, 9. Sed contra potius, ſi a Venetis, quod videtur, Venetia nomen traxit, ex hoc tractu Veneti eo migraſſe poſſunt, vel disiectis navibus ibi quidam ex Paphlagonum advenis conſediſſe, ſi vera de iis traduntur. Illud adiuvare videtur Livius 39, 22, 6. ubi narrat, Gallos Transalpinos transgreſſos haud procul ab Aquileia locum condendo oppido cepiſſe in Venetia, quam decimam Italiae regionem facit

Plin. 3, 22. f. 18. de qua migratione conqueftos eſſe Romanos addit. Reverſi enim videntur, quod et Donato ad Liv. c. l. placet. Factum autem eſt a. u. 566. Poſtumio Albino et Q. Marcio Philippo CSS. Cf. etiam Polyb. 2, 18 ſq. Diſerte vero Liv. 5, 33. f. ubi de primo Gallorum in Italiam tranſitu Tarquinio Priſco rege exponit, Venetos hic antea conſediſſe narrat. Si quis dubitationem moveat ex verbo *circumcolunt*, et id ad ſeriorem aetatem referre velit, adſtat Livio Polybius 2, 17. ubi de eo tranſitu ſcribit, Venetos, πάνυ παλαιὸν γένος, illa loca tenuiſſe, et a Gallis ſermone ſeparat. Ex Henetis igitur videntur eſſe arceſſendi, qui teſte Livio 1, 1. in ſeditione ex Paphlagonia pulſi, et ſedes et ducem, Pylaemene rege ad Troiam amiſſo, quaerentes in intimum maris Hadriatici ſinum venerunt, unde locus *Troia* ibi dicitur, a quo *pagus Troianus*. Cum Livio conſentiunt Marcianus v. 388. Strabo 12. p. 374. f. 543. et alii, quos producit, poetas maxime, Cluver. 1, 17. p. 127 ſq. quibus adde Nepotem apud Plin. 6, 2. Iuſtin. 20, 1, 8. et qui ad utrumque memorantur. Inde vero elucere putat Strabo, cur nulli ſuo tempore in Paphlagonia reperiantur Heneti, quos tamen ibi poſuerit Homer. Il. 5, 276. Ex quo adparet, Melam tempora miſcere, et undique ſine delectu et certa ratione gentes coegiſſe, qui 1, 2, 5. *Venetos* in Aſia commemoret. Arrianus apud Euſtathium ad Dionyſ. v. 376. narrat, Venetos in pugna contra Aſſyrios victos in Europam traieciſſe et ad Padum conſediſſe, ubi Βενετοὶ lingua ἐπιχωρίᾳ pro Eneti dicti fuerint. Nihil tamen de eorum ex Aſia migratione apud Polybium legitur, immo ad fabulas referre videtur. Accedit, quod Herodotus 1, 196. Henetos Illyriam gentem vocat, et lib. 5, 9. iuxta Hadriam locat. Dio Chryſoſtom. orat. 11. p. 562. Reisk. adeo iam ibi Venetos fuiſſe adfirmat, et ab Antenore in ditionem redactos. Videntur autem ex priori Herodoti loco Heneti Illyria gens fuiſſe, et Servius ad Virgil. Aen. 1, 242. ex Illyrico regem Aenetum (l. Henetum) veniſſe

dicit et Venetiam ab eo dictam tenuiſſe, a qua opinione de origine Illyrica non abhorret Heyne ad Virgil. c. l. Antenor etiam Teucris nomen dedit ſecundum Virgilium, quod non poteſt ad Venetos referri advenas, ſed ad antiquos incolas. Regionem veteres Venetiam dixerunt. (Arrian. c. l.) De finibus alio tempore aliis, oppidis, fluminibus adeundus eſt Cluver. c. l.

Togatam Galliam) In Italia fuit varie adpellata, v. c. ἡ περὶ Πάδον Γαλατία, (Plutarch. in Sertorio c. 4. in.) ἡ περὶ Πάδον χώρα, (Polyb. 2, 17. cf. 3, 34, 2. 39, 10. —) ſaepius ἡ ἐντὸς Ἄλπεων, (Plutarch. in Pompeio c. 48. I. Caeſ. c. 14.) Ἰταλία Γαλατικὴ in Appiano de B. Hann. dicitur. De Pado cauſa fuit, quod eam Padus mediam ſecabat, unde nomina apud Latinos Gallia Transpadana et Cispadana. Cur *Togata* dicatur, aperit id Dio Caſſ. 46, 55. quia Romanorum urbano veſtitu utebantur. Quod vero ex hoc Melae loco adparet, ad eam referebantur etiam Carni et Veneti, et ab hac parte in capite ſuperiori ad Tergeſtum usque Illyrici extendebatur. Ad Illyricum certe fines propagatos fuiſſe antea, inde etiam intelligitur, quod Iulio Caeſari Gallia Cisalpina adiecto Illyrico decreta fuit. Vid. Plutarch. in vita c. 14. Sueton. c. 22. Inde vero Noſter ad Anconam permittit, ibique terminum inter Gallicas Italicasque gentes ponit. V. infra §. 5. quocum conſentit Strabo 5. p. 146. ſ. 211. Terminabatur vero olim flumine Aeſi, poſtea, quod ex Iul. Caeſaris rebus geſtis notum eſt, Rubicone, ut diſerte tradit Strabo p. 150. ſ. 217. in primis p. 157. ſ. 227. ubi Aeſin ponit inter Senogalliam et Anconam, Rubiconem vero inter Ariminum et Ravennam. Sic Sidon. Apollinar. 1. ep. 5. Ptolem. 3, 1. qui eundem ſitum oſtendit. De Rubicone autem Galliae Cisalpinae termino vid. Plutarch. in Caeſ. cap 32. Pomp. c. 60. Sueton. in Caeſ. c. 31. alii, ex quibus idem confirmatur ſitus. Cluver. p. 222. c. l. h. eſſe putat *Rugone* ſ. *Rigone*, corruptius etiam *Urgone*, in

via Aemilia circa ostium *Fiumecino.* Cf. quae disputat de eo idem 1, 28. p. 290 sqq. Volckmann Nachrichten von Italien T. 3. p. m. 461. ubi docetur h. esse *Rugon*, uti agrestes vocant, ex lapide etiam reperto. Alii aliter, et in primis Ariminenses *Luso*, Caesenates *Pisciatello* esse volunt, de quorum concertatione cf. Oberlin. ad Vibium p. 176 sqq. ut alios taceam. Ceterum de terminis plura dabit Cluver. 1, 22. p. 220 sqq. et de primis Gallorum in Italia habitationibus p. 229 sqq.

Picentes) Gr. Πικηνοὶ, ut Plutarch. in Pompeio cap. 6. Ptolem. 3, 4. et sic *Picenos* habet codex in Frontino 1, 12, 3. vel Πίκεντες, ut Polyb. 3, 86, 9. Strabo 5. p. 173. s. 251. vel Πικένται, ut Dio Caff. 63, 2. et in fragm. Peiresc. 113. Apud Stephanum legitur Πικίαντες γένος Ἰταλίας, quod verum nomen censet Cluver. 2, 11. p. 723. depravatum interpretes, Holsten. p. 254. in Πικεντίνους mutat. Regio ipsa vocatur Graecis Πικηνὶς, ut Appiano de B. Civ. 1, 80. 117. et alibi, Πικεντίνη, ut Straboni 5. p. 166. s. 240. Polybio 2, 22, 7. Πικεντικὸν est Stephano s. v. Ὀμβρικόν. Latinis est *Picenum* s. *ager Picenus.* Fuit gens Sabina, Umbris contermina, de qua egit Cluver. 2, 11. p. 725 sqq. A Picentibus autem bene distinguendi sunt *Picentini*, certe in auctoribus Latinis, quippe qui fuerunt ad Etruscum mare inde deducti, sine dubio cum a M. Curio Dentato CS. Sabini aliique debellati fuissent. Graecis enim Πικεντῖνοι de utraque gente promiscue dicitur, quod in primis elucet ex Strabone lib. 5. p. 173. s. 251. et sic alibi. Cf. Appianus de B. C. 1, 39. et ibi Schweighaeuser. p. 694. Quam commistionem suspicatus est exemplo Ligustinorum pro Liguribus Cluver. 2, 11. pag. 723. probatque Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 263. De ipsis Picentinis ad inferum mare exponit Cluver. 4, 6. et simul de Strabonis et Ptolemaei narrationibus disputat. Sic Picenas primitivos et

ab iis Picentinos avulſos putat Mazochius ad tab. Heracl. pag. 499.

Frentani) De iis dixi in notis criticis p. 287 ſq. Fuerunt Sabina progenies inter Marucinos et Apulos porrecta ab Aterno fl. ad Frentonem, quamvis in poſteriori disſentit Plinius 3, 16. ſ. 11. et 17. ſ. 12. et Tifernum terminum ſtatuit. Mela infra iuxta Tifernum ponit Daunos, nec tamen a Plinio disſentire videtur. Cluverius, qui 4, 8. p. 1205 ſqq. de iis egit, in Frentone conſiſtit.

Dauni) Gr. Δαύνιοι. Regio in utraque lingua *Daunia*. Partem Iapygiae ſ. Apuliae fuiſſe ex tribus illis, quae eam conſtituebant, diſerte tradit Polyb. 3, 89. de quo loco forte truncato disputat Cluver. in Sic. ant. 4, 10. p. 1208. Vicinam autem Dauniam facit Polybius Ferentanis. Nominis originem Anton. Liber. c. 31. a Lycaone ducit, cuius tres filii *Iapyx*, *Daunius* et *Peucetius* pulſis Auſonibus illas regiones occuparunt, iisque in tres partes diviſis nomina impoſuerunt. Sed haec incerta ſunt et aliorum opinionibus adverſantur. V. Verheyk ad Anton. Liber. c. l. Apollodorus 3, 18, 15. Lycaonis Arcadis 50 filios novit, in quibus ſolus Peucetius huc referri poteſt. *Iapygiam* dictam etiam eſſe a Graecis *Meſſapiam* notat Strabo 6. p. 191. ſ. 277. incolas autem varie adpellatos, *Sallentinos*, *Calabros*, *Peucetios*, Graeco ſermone *Audanios* ſ. ut recte emendat Caſaubonus deditque Siebenkees *Daunios*, poſt Calabros ab incolis omnem regionem dictam *Apuliam;* quosdam eorum, maxime Peucetios, *Poediculos* nominatos eſſe addit. Sed in Peucetiis nec hic ſibi conſtat, nec poſt p. 195 ſ. 282. ubi quidem Peucetios etiam Poediculos vocat, ſed a Daunis ſeparat. Idem pag. 194. ſ. 282. ſcribit, Meſſapiam, Iapygiam, Calabriam, et Sallentinen communiter a multis vocari, ab aliis vero diſtingui. Plinius 3, 16. ſ. 11. in ſecunda regione Italiae hic ponit *Hirpinos*, *Calabriam*, *Apuliam*, *Sallentinos*, ex quibus facile intelligitur, quantum

fluctuent veteres in terminis conftituendis, quod et in ipfa urbium defcriptione patebit. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 541 fqq. Idem vero notandum etiam videtur de *Apulia*, cuius terminos ponit Cluver. 4, 11. pag. 1210. a Frentone amne et fupero mari ad Brundifium usque, ifthmo inter Brundifium et Tarentum, inde ad Bradanum fl. hinc ad fontem, qui a Lucanis feparat. Ita vero latiori ambitu defcripfit, ut Dauniam, Peucetiam et Calabriam fimul complecteretur, quae Nofter divifim ponit, omiffa Peucetia, vel Apuliae fuae limitibus inclufa. Quod ab Apulis Daunos diftinxit Mela, accurate fecit iudice Mazochio ad tab. Heracl. pag. 545. at caufa fere ridicula. Intelligere autem eum putat Strabonis 6. pag. 196. f. 285. Apuliam proprie dictam, quae modo late, modo angufte ponatur, unde etiam modo Apulia contineatur, modo ab ea feparetur. Cf. idem p. 538. et 544. De fcriptura dictum in notis crit. p. 288 fq.

Calabri) Regio *Calabria*, dicta etiam *Meffapia*, ut antea notatum eft, et ex Plinio 3, 16. f. 11. difcitur, qui Meffapiam vocatam effe a Graecis addit a duce, quem Anthedone ex Boeotia huc deveniffe, et nomen huic terrae impofuiffe refert etiam Strabo 9. p. 279. f. 406. Mazochius ad tab. Heracl. p. 537 fq. regionem Iapygiae facit, et eandem, quae Peucetia, qualem Graeci etiam adpellent p. 543. De Iapygia teftatur etiam Strabo c. l. Calabrorum f. Meffapiorum nomine dictos etiam fuiffe Sallentinos, coniicere licet ex Frontino 1, 5. et Plutarcho in Pyrrho cap. 13. Quos enim hic Meffapios vocat, illi funt *Sallentini*. Quare etiam Cluver. 4, 13. p. 1227. Calabriam in duas partes fuiffe divifam adfirmat, quarum unam verfus feptemtrionem incoluerint *Calabri*, alteram verfus meridiem *Sallentini*, de quo poffunt conferri paullo fuperius conlecta. Sic Nofter utramque Hydrunte monte definit. Plura de fitu et antiquitatibus Calabriae dabit Barrius in Graevii thef. Ital. Vol. 9. P. 5.

Ligures) Gr. Λίγυες, poſt etiam Λίγουρες ſ. Λίγυρες, olim etiam frequenter Λιγυστινοὶ, quorum exempla ſunt in auctoribus. Poſtremum habent etiam paſſim Latini quidam, ut Livius 39, 21. in. Plin. 10, 34. ſ. 24. — quod tamen proprie nomen eſt derivatum. Regio in Graecis Λιγυστικὴ, Λιγυστίνη, etiam Λιγουρία, ut Latinis. Nominis origo incerta et fabuloſa, nec minus gentis. Cui lubet, adeat Euſtath. ad Dionyſ. v. 76. Paullum Diacon. de geſtis Longobardor. 2, 15. et qui multa conlegit, Martin in hiſt. des Gaules T. 1. diſſ. 11. p. 121. Antiquiſſimam tamen gentem eam fuiſſe intelligitur ex iis, quae paſſim narrat Dionyſ. Halic. antiquit. lib. 1. et iam Herodotus 5, 9. ponit ſupra Maſſiliam. Cf. quae congeſſit Cluver. 1, 7. p. 46. qui pag. 51. Celticam gentem fuiſſe exiſtimat; ab Ambronibus, qui fuerunt Helvetii, ortam ex Plutarcho in Mar. c. 19. Martin p. 120. c. l. A Maſſilia antiquo more incipere videtur Agathemer. 2, 14. et ſic Strabo 6. pag. 140. ſ. 203. regionem Maſſilienſium agnoſcit Liguriam. Termini autem omnino aliis temporibus fuerunt alii et olim ultra Rhodanum ad Pyrenaeos usque extendebantur et Scylax p. 2. Hudſ. ſtatim Iberis ſubiungit et poſt Rhodanum ponit ad Arnum, ut in ea olim fuerit Maſſilia. Ἄρνου enim legit Cluverius pag. 54. pro Ἀντίου, etſi ibi hoc tuetur ad Cluverium Holſten. p. 2. et de Antipoli intelligit, contra Gronovius Ἀλπίου mavult. Quod propius ad Melae aetatem pertinet, Iulii Caeſaris tempore Arno terminabatur, quia Luca urbs provinciae eius dicitur apud Sueton. in vita cap. 24. Cf. Plutarch. in Pompeio c. 51. Poſt Auguſtus nova provinciarum diviſione facta terminos ad Macram fl. contraxit, quem ideo Plinius 3, 7. ſ. 5. Liguriae finem dicit. Paullo autem poſt idem ſic: *Patet*, inquit, *ora Liguriae inter amnes Varum et Macram.* Cf. Flor. 2, 3. Infra tamen Noſter a Luna urbe ad Varum extendit, quod quidem eodem redit. Plura conlegit Cluver. 1, 8. pag. 54 ſqq.

Etruria) Graecis Τυῤῥηνία, multis etiam, antiquioribus maxime, (Herodot. 1, 94.) Τυρσηνία, et inde Τυῤῥηνοὶ vel Τυρσηνοὶ, ipſorum lingua *Raſenae*, ſi vera lectio eſt apud Dionyſ. Hal. 1, 30. Latinis *Tyrrheni*, *Etruſci*, *Tuſci*, regio *Tyrrhenia*, *Etruria* vel *Tuſcia*; quod rarius invenitur, et ex antiquis in uno Varron. de L. L. 4. p. 6. quamquam et hic dubitatio movetur a Scaligero et Cluverio, omninoque in Grammaticis, v. c. Iſidoro orig. 14, 4. Cf. Servius ad Virgil. Aen. 10, 164. Rhodius ad Scribon. Larg. p. 218. Duker. ad Flor. 1, 5, 5. Inde vero a Floro *Tuſcia* crebrius occurrit, in inſcriptionibus etiam, v. c. apud Gruter. p. 387. 476. 486. Gorium p. 41, 5. et alibi. Tyrrhenos a Romanis *Tuſcos* adpellatos fuiſſe notat diſerte Euſtath. ad Dionyſ. v. 347. Cf. Staveren. ad Hyginum p. 238. De adſpiratione in Etruria dictum in not. crit. p. 290. Terminos ex aetate ſua recte conſtituit Noſter a Luna Ligurum ad Pyrgos iuxta Tiberim. Ceterum quae de Etruria, eius finibus, 12 populis ſaepe commemoratis, potentia, luxu, artificibus — apud veteres reperiuntur, conlecta exhibuit Cluver. 2, 1. p. 419 ſqq. ut de Latio idem 3, 1. p. 767 ſqq. Cf. etiam Dempſter in Etruria regali, praeter alios. De origine Etruſcorum, quos quidam a Pelaſgis derivant, alii aliunde, alii αὐτόχθονας putant, v. quae diſputat Heyne ad Guthrii hiſtor. univerſ. P. 4. p. 6 ſq. et copioſe nec tamen ſemper vere Maffei in origin. Etruſcis et Lat. quas ex Ital. in Germanicum converſas edidit Lotter.

Volſci) Graecis Οὐολοῦσκοι, Οὐολσκοὶ, Scylaci pag. 3. Hudſ. Ὀλσοὶ pro Ὀλσκοί. Inter Campaniam et Latium Noſter cum aliis locat, et urbes infra recenſet. De eorum genere nihil certi adferri poteſt, peculiarem vero eorum ſermonem notarunt Grammatici, ut Feſtus Pompeius. Vid. Cluver. 3, 7. p. 985 ſq. Olim quidem ſuos fines habuerunt, ſed poſt Latio adiecti ſunt, quod ad Lirim fl. prope Minturnas prolatum erat a Circeiis, quo

pertinebat antiquum Latium, ut diserte tradit Plin. 3, 9. s. 5. et, turbato quidem tempore, Solinus c. 2. Idem vero Plinius c. l. ultra Lirim Latii adiecti oppidum extremum dicit Sinuessam, quocum consentit in hac Strabo 5. p. 160. s. 231. Paullo ante huic novo Latio adtribuit Volscos, Hernicos, Aequos. Priorem locum contra Strabonis sententiam et ipsam historiam interpretatus est Penzel, quasi complexum fuerit Latium etiam Campaniam — cum in Strabone sit μέχρι Καμπανίας — διέτεινε. Plura dat Cluver. 3, 1. pag. 819. Inde vero intelligitur, cur Florus 1, 11, 11. Aequos et Volscos Latinorum pervicacissimos hostes adpellet. At mirum recte videatur, cur Mela multos alios priscos populos, v. c. Sabinos, Umbros — praeterierit, solos Volscos tunc Latio adiectos et aeque sublatos adtigerit. Nec eos infra refert, sed Latii urbibus inserit eorum agrum. Nam quamquam multi Italiae populi a Sabinis digressi sunt, ut Vestini, Marrucini, Peligni, Marsi — quos tamquam minus potentes omittit, adfert tamen Picentes et Frentanos, qui et ipsi olim Sabini fuerunt, et contra Sabinos ignorat, quorum ager tamen ab aequalibus, Strabone, Plinio describitur, nec eorum oppida commemorat, forte quia erant mediterranea et Frentanorum et Picentium enarraverat. Quod infra §. 6. quidam *Samnites* inferciunt, fit contra codices.

Campania) Incolae *Campani.* De eorum origine, nomine (cf. etiam Servius ad Virgil. Aen. 10, 145. ex Varrone) et finibus disserit Cluver. 4, 1. p. 1087 sqq. Ipse a Samnitibus profectos et Oscam gentem fuisse dicit. Fines fuerunt diverso tempore diversi, sed qui Pomponii aetate fuerunt, ipse indicat ita quidem, ut oppida in primis respiciat, nec tamen satis accurate designet. Continuit autem ab hac parte, quidquid inter Lirim et Vulturnum situm erat. Λιπαρὸν illi πεδίον tribuit Dionys. v. 357. i. e. διὰ τὴν εὐκαρπίαν, quam plures praedicant, Eustathius ibi, qui etiam de variis nominis caussis dis-

quirit, urbesque illi dat 12. Κελλάριον Romae vocat vetus orbis descriptio cap. 42.

Lucania) Incolae *Lucani.* Gr. Λευκανία et Λευκανοὶ, uti Lucullus et similia formantur. Ptolemaeus tamen 3, 1. dixit Λουκανοί. Derivantur a Samnitibus (Strabo 5. p. 158. f. 228. Plin. 3, 10. f. 5.) et terminantur Silero fluvio; de quibus omnibus fuse Cluver. 4, 14. p. 1251 fqq.

Bruttii) Gr. Βρέττιοι, in Dionyfio v. 362. Βρέντιοι, quod in libris etiam legerat fuis Euftathius. Procopius de B. Goth. 3, 16. Βρύτιοι, alibi Βρίττιοι, Ptolemaeus 3, 1. Βρούττιοι cum Stephano. De fcriptura per duplex *t* dictum in notis crit. p. 291. Nomen a Bretto, Herculis filio, ducit Euftath. c. l. ut Stephanus. Lucanorum colonos facit Strabo 5. p. 158. f. 228. quem confirmat Iuftin. 23, 1, 5. Regio Βρεττία f. Βρουττία, pro quo corrupte exftat Βριτζία in vetere orbis defcr. c. 40. 41. Olim Italia, poft Oenotria dicta eft, ut tradit Strabo 5. p. 175. f. 254. Cf. etiam Mazochius ad tab. Heracl. p. 538. et 546. Paene infulam regionem vocat Strabo 6. p. 176. f. 255. Circumfcripta fuit fluviis Lao et Sybari. Accuratius terminos defignant Strabo et Plinius, etfi illum cum Livio eos et Lucaniae conturbare putat Barr de antiquitate et fitu Calabriae, forte propter illorum ex bellis invicem geftis mutationem. Plura Cluver. 4, 15. p. 1282 fqq. Nofter non fatis explicate diftinxit infra, et vel contraxit nimis, vel cum Lucania commifcuit.

Procul) Carpit hunc locum Verderius in cenfione in auctores pag. 74. de Bononia et Mutina. Sed cf. ad 1, 6, 1.

Patavium) Gr. Παταουΐον, incolae *Patavini* apud Sponium in Mifcell. erud. ant. p. 196. De originibus Pata-

vinis docte et ornate, adiectis multis figuris, expofuit Laurentius Pignorius in Graevii thef. Ital. T. 6. P. 5. Poft Spinam antiquiffima Venetorum urbs fuit, quod adiuncta Antenoris voce fignificavit Mela. Confentiunt Solinus c. 8. f. 2. Martian. Cap. lib. 6. p. 206. Aelian. hift. an. 14, 8. in. aliique, ad Virgil. Aen. 1, 242. laudati. Nomen Celticum putat Cluver. 1, 18. pag. 143. et a Venetis Illyriis forte inditum, quod comparat cum *Bataw* i. e. *Batavia*. Alia habet Servius ad Virgil. c. l. Urbem opulentiffimam praedicat Strabo 5. p. 147. f. 213. Perfluebat eam *Meduacus minor* h. *Bachiglione*, praeterfluebat *Meduacus maior* h. *Brenta*. Cf. Liv. 10, 2. H. *Padua*.

Mutina) Gr. Μουτίνη; (Strabo 5. pag. 150. f. 216. —) Ptolem. 3, 1. Μούτινα; Polyb. 3, 40, 18. Μοτίνη, quod rectius putat Cluver. 1, 28. p. 277. ubi de hac urbe disferit, quia poetae Latini τὸ *u* corripiant. Incolae *Mutinenfes*. Coloniam vocant etiam alii, fed in tempore, quo fuit deducta, discrepant. Livius 39, 55, 6. factum id fcribit M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone CSS. (a. u. 569.) eodem anno, quo Aquileia et Parma colonos acceperunt; Polybius autem c. l. P. Cornelii Scipionis tempore ἀποικίαν ὑπάρχουσαν Ῥωμαίων vocat, i. e. 34 annis ante, ubi Livius 21, 25. Mutinam a Boiis obfeffam et praefidium Romanorum in periculo fuiffe commemorat. Cluverius c. l. praefert Polybium, qui tamen forte omnino coloniam fuiffe indicat, et fic, quod poftea factum eft, praecipit. Narrat enim Livius 35, 39. a. u. 561. P. Corn. Scipionem Boios devictos agri parte fere dimidia multaffe, quo, fi vellet, populus R. colonos mitteret. Quod poftea a. u. 569. factum effe dum narrat, bene omnia in Livio cohaerere, nec temere expofita videntur. Innotuit autem maxime bello Mutinenfi, cui nomen dedit. Vid. Sueton. in Aug. cap. 9. Appian. de B. C. 3, 49 fqq. et alii. Appianus c. l. vocat πόλιν εὐδαίμονα, Cicero in Philipp. 5, 9. firmiffimam et

ſplendidiſſimam P. R. coloniam. In Boiis olim ſitam fuiſſe, ut Parmam, diſerte dicit Liv. 39, 55. quos *Gallos Boios* vocat 36, 40. in. Locus fuit iuxta viam Aemiliam. Hodie *Modena.*

Bononia) Sic et Graeci. In Stephano corrupte vocatur Βοβώνεια, quia huius nominis urbs in Italia nuſpiam reperitur, ut recte iudicant Cluver. in Ital. ant. 1, 28. pag. 283. ubi de hac urbe exponit, Holſten. ad Stephan. p. 68. et de Pinedo p. 170. et olim ſuſpicatus erat Ortelius in theſ. Geogr. h. v. Incolae *Bononienſes,* Gr. Βονωνιᾶται. Coloniam et hanc multi vocant, quam deductam ſcribit Livius 37, 57, 7. a. u. 563. Maul. Vulſone et Fulvio Nobiliore CSS. Vellei. 1, 15, 2. Secundum Plinium 3, 20. ſ. 15. *Felſina* vocitata, cum princeps Etruriae eſſet; et ſic ſimpliciter eam Livius 33, 37. adpellat. Quod ſi eadem eſt urbs, a. u. 556. antiquum nomen adhuc habuit, et Bononia intra an. 556. et 563. dicta eſt vel a Romanis, vel, quod vult Cluver. c. l. a Gallis incerto quidem tempore. Tum vero mirum, cur Livius *Felſinam* adpellet. Vid. de eo nomine Pſeudo-Cato in excerptis p. 135. Auxit eam Auguſtus ſub belli Actiaci initium novis colonis eo miſſis. Vid. Dio 50, 6. et Caeſ. Malvaſiae marmora Felſinea ſect. 3. c. 4. p. 117. et pag. 134. ubi docetur, coloniam, poſt municipium fuiſſe. Chorographiam agri Bononienſis et Claternatis ex antiquiſſimis temporibus cum tab. nominum vett. et recentiorum propoſuit Malvetius in opuſc. academ. Bonon. T. 7. Sita erat non procul a Mutina. H. *Bologna.*

Capua) Gr. Καπύη. Strabo 5. p. 172. ſ. 248. μητρόπολιν Campaniae, κεφαλὴν τῷ ὄντι ex etymo vocis adpellat. Florus 1, 16, 6. *caput urbium, quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginem, numeratam.* Uterque igitur a *capite* nomen derivat, Strabo certe et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 357. Contra Livius 4, 37. in.

a duce Samnitium *Capye*, vel, quod vero propius putat, a *campeſtri agro*, cui adſentitur Plin. 3, 9. ſ. 5. in derivatione a *campo*, ut Feſtus, qui Livium exſcripſit. Strabonis ratio ad adluſionem potius ſpectare videtur. Vid. Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 477. A Troiano Capye nomen ducit Schol. Lucani 2, 393. Fuit hic Anchiſae pater. Vid. Servius ad Virgil. Aen. 8, 130. Tzetzes ad Lycophr. v. 1232. et in primis Homer. Il. 20, 239. V. de Capye, nominis auctore, Schegkius ad Vellei. 1, 7, 2. Vetus nomen, quod in Capua tranſiit, fuit *Vulturnum* teſte Livio c. l. vel antea etiam *Alturnum*, ſi vera eſt coniectura Cluverii 4, 2. p. 1094. de Vulturno ex conlatione variorum locorum ducta. Incolae *Campani* apud probos auctores, ſequiori tempore, quod magis videtur ex analogia eſſe, *Capuani*. Ita quidem contendit Cluver. 4, 5. pag. 1174. ubi de hac urbe agit. *Campani* quidem ad totius regionis incolas proferendi ſunt forte, quia Graeci dicunt Καπυανοὶ, numis etiam conſentientibus, pro quo Polyb. 9, 5, 6. habet etiam Καπυηνοὶ et 7, 1, 1. Καπυήσιοι. *Campanus* tamen ſtrictiori ſenſu pro *Capuenſis* ſ. *Capuanus* ponitur. Ita Livius 22, 15. dicit de urbe Caſilino: *quae urbs Vulturno flumine diremta Falernum a Campano agro dividit.* Et ſic ſaepius ex nexu, ut 7, 31. 26, 12. — Apud Gruterum pag. 459, 1. Sponium in miſcell. erud. antiqu. p. 160. occurrit demum *ordo Capuenſis*, et ſic *Capuenſis* Servius ad Virgil. Aen. 7, 730. Quod Geſnerus in theſauro ex Virgil. Aen. 10, 145. adfert *Capuana urbs*, erravit Fabri theſauro deceptus, quia ibi conſtanter legitur *Campana urbs*. Occurrit quidem paſſim in libris quibusdam *Capuanus*, ut apud Liv. 7, 30, 21. et ex uno poſuit Graevius in Cicerone de lege agr. 1, 7. in. nec repugnat ratio, quia etiam idem dat Varro de L. L. 9. pag. 128. ſed refragatur conſuetudo. Hinc et Livius ſemper incolas urbis vocat Campanos. Vid. ad Liv. c. l. et 27, 3. in. viri docti, et quae disſerit Garaton. ad Cic. c. l. Antiquiſſimam urbem fuiſſe, indu-

bium eſt. Velleius 1, 7, 2. ante annos fere 830 conditam fuiſſe ſcribit cum Nola i. e. 48 annis ante Romam conditam, aliquanto prius Cato, de quo dubitat. Tuſcos idem narrat conditores, unde Livius 4, 37. in. *Etruſcorum urbem* vocat, ſimulque, ut alii, laudat eius amplitudinem et opes, at notat luxuriam et ſuperbiam ſubſecutam. Ipſa Hannibalis exercitum mollivit et perdidit deliciis adſueſcentem, unde et vere et argute dictum notat Florus 2, 6, 21. *Capuam Hannibali Cannas fuiſſe.* At quia tunc ad Hannibalem deſciverat, iterum a Romanis capta ſuis iuribus et aliis commodis publicis privata eſt et praefectum ad iura reddenda a Roma quotannis miſſum habuit. Vid. Liv. 26, 16. quod factum eſt a. u. 541. Praefectos tamen olim habuiſſe, ſed ab ipſis quaeſitos a. u. 436. idem Livius 9, 20. in. tradit. Recuperavit vero ius priſtinum a Conſ. Iul. Caeſare, de quo vid. Vellei. 2, 44. 4. Dio Caſſ. 38. 7. Sueton. in vita cap. 20. et quos praeterea adfert Cluver. p. 1176. c. l. Cf. etiam Cicero pro Sextio cap. 4. et ibi Hotomannus. Coloniam eo deduxerunt Brutus, Sulla, et in primis C. Iul. Caeſar, et Auguſtus, unde dicta *Col. Iulia Felix Aug. Capua.* Prolixe de iis agit Mazochius in commentario in Campani amphitheatri titulum cap. 1. et de diverſis urbis vicibus idem ad tab. Heracl. p. 393. Hodie quidem in ipſa Vulturni ripa ſiniſtra eiusdem nominis urbs exſtat, ſed ruinae variae et inſignes teſtantur, ſatis motam eſſe urbis veteris ſedem et quaerendum veteris locum, ubi nunc eſt *S. Maria di Capoa* ſ. *S. Maria delle Grazie.*

a Tuſcis) Dominatio Etruriae tanta fuit in Italia, ut ab Alpibus usque in Campaniam omnia habuerint domita, unde creditur mare *Tyrrhenum* dictum fuiſſe *inferum*, et teſtatur prorſus hanc Tuſcorum potentiam Livius lib. 5, 33. I. GRONOVIUS *MS.*

Roma) Ex maxima rerum congerie, ut finibus me contineam, haec: Non ſatis conſtat inter veteres

auctores, unde nomen acceperit, a quo et quo tempore condita, ut declarant Plutarch. in Romulo in. et Dionyſ. Halic. 1, 72. in. ubi etiam poſt variae opiniones et narrationes conlectae leguntur, quibus addi poſſunt multa ex veteribus propoſita a Syncello pag. 154 ſqq. ſ. 192 ſqq. Dionyſius quidem duplicem Romam fuiſſe dicit 1, 73. m. unam paullo poſt bellum Troianum conditam, alteram aetate 15 poſt priorem i. e. circiter annis 450. et quod excedit. Nam γενεὰ plerumque 50 annorum ſpatium complexa eſt, ut docet Weſſeling ad Diodor. Sic. 1, 24. aliique. Idem adeo Dionyſius 1, 73. tertiam quandam Romam illis antiquiorem inveniri poſſe adfirmat ante Aeneae Troianorumque adventum in Italiam conditam. De quibus quidem quid Livius ſenſerit, in praefatione declaravit. Quae de Romulo feruntur, exploſit Cluver. 5, 2. pag. 828 ſq. praeeuntibus etiam priſcis auctoribus. Septem montibus impoſita ſtetit, portas habuit 37, regiones 14. multos pontes et aquae ductus inſignes, plurima aedificia, templa — quae hic enumerari ſingulatim non poſſunt, ſed ex aliorum prolixis deſcriptionibus, v. c. Adleri — peti debent. Addam hoc tantum: cum ad ſummum potentiae faſtigium evecta eſſet, et innumeras gentes ſuae ditioni ſubiecifſet, magnificis titulis ornata eſt in veterum libris, v. c. *caput orbis*, *gentium domina*, *lux orbis terrarum*, *vertex mundi*, *princeps urbium*, et quae ſunt alia congeſta a Serra in apparatu Synonymor. pag. 898. Sic Dionyſ. Halic. 1, 9. in. adpellat τὴν ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάσσης ἁπάσης πόλιν.

paſtoribus) Qui non niſi tuguria et caſas quasdam erigunt, ut fuerit ab initio viliſſima. I. GRONOVIVS *MS.*

opus) Kappius in indice h. v. explicat: alia urbs eſt, quam olim fuit, cum a paſtoribus condita eſſet. Nempe Auguſtus dicere ſolebat, ſe Romam accepiſſe late-

ritiam, reliquiſſe vero marmoream. Vid. Sueton. c. 28. De marmorea relicta cf. etiam Dio 56, 30. Zonaras 10, 38. Cedrenus p. 237. Ven. Oroſ. 7, 7. Schottus tamen, reiecta hac explicatione, quam et addiderunt Vadianus et Olivarius, ad deſcriptionem et libri molem refert, quo ducere videtur verbum *dicatur*. Ita vero de rebus, locis clarioribus. Cf. ad 2, 3, 8.

§. 3. *proxima)* Aquileia inter Tergeſten et Concordiam eſt. Sed quia non eſt in ora, ideo ait Concordiam litoralem proximam eſſe Tergeſti. CIACCONIVS. Geminum hic videtur committere errorem, tum quod Concordiam orae maritimae facit oppidum, tum quoque, quod illam collocat inter Aquileiam et Tergeſte. Exigua tamen a mari diſtantia facit, ut prius illud excuſari quodammodo poſſit; in altero vero inſigniter erravit, niſi dicamus, ita eſſe accipienda Pomponii verba, inter Tergeſte et Concordiam ſitum eſſe Timavum et Natiſonem fluvios, Natiſonem vero attingere Aquileiam; ultra vero Concordiam ſitum eſſe Altinum. Aut ita intelligenda haec verba, aut graviſſime erravit. VOSSIVS. De ſitu idem monuit Cluver. 1, 18. pag. 168. De ipſa Tergeſte cf. ſupra ad cap. 3. extr.

Concordia) Gr. Κοννκορδία ap. Ptolem. 3, 1. m. Zoſimum 5, 30. Cluverius tamen 1, 18. pag. 168. contendit, primam ſyllabam litera ω eſſe denotandam, ut Graeci ſemper efferant Latinorum *con*, cui facile adſentior. Sic reſtituit hoc in Strabone 5. p. 148. ſ. 214. ubi vulgo legitur Ἐπίτερπον καὶ Ὀρδία, eumque ſecutus eſt Siebenkeeſius. De ſitu ad mare antea reprehenſus eſt Mela. Quodſi vero ſuperior emendatio in Strabone, quod videtur, vera eſt, μικροῖς certe ἀνάπλοις mari iuncta erat. Plinius 3, 22. ſ. 18. in Venetia ponit et cum Ptolem. 3, 1. coloniam vocat. Quidam h. eodem nomine dici putant, alii noſtram everſam.

Timavus) Varie occurrit apud veteres, varioque, quod videtur, ſitu. *Fons Timavi* Virg. Aen. 1, 144. *Timavus amnis* Plin. 2, 106. ſ. 103. et alibi, ποταμὸς Τίμαυος Strabo 5. p. 148. ſ. 215. ſimpliciter *Timavus* alii, *lacus Timavi* Liv. 41, 5, 2. Mela inter Tergeſten et Concordiam ponit, ita tamen, ut, quia Natiſonem Aquileiae propius admovet, inde magis Tergeſten verſus fluat, quamvis vel ſic longius ab ea urbe abeſt, ut iam monuerat Ciacconius. Virgilius c. l. eum circa Patavium commemorat, quare Statius 4. ſilvar. 7. extr. Livium *Timavi alumnum* dicit, cum quibus alii poetae conſentiunt. Vid. Cluver. 1, 20. p. 189. ubi de Timavo expoſuit, et Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 22. Servius ad Virgil. Aen. 1, 245. in Iſtria inter Aquileiam et Tergeſten ponit. Omnino autem plerique iidemque graviſſimi auctores diſſentiunt, qui eum omnes ultra Aquileiam oſtendunt et cum Mela conveniunt, in primis itineraria. Sic *Aquileia, fonte Timavi, Tergeſte* Antoninus in itin. pag. 270. et eodem ordine tab. Peuting. 4. A. Hic vero ſupra legitur *ponte Sonti* et a dextra verſus orientem *fl. frigido.* Ille h. *Liſonzo*, hic *Vipao.* Ex quo dubitare de ſitu non licet. Plinius etiam c. l. in Aquileienſi campo exire, et poſt contra Timavum inſulam parvam, quae tamen paene inſula potius eſt, in mari eſſe dicit cum fontibus calidis. Cf. etiam 3, 30. ſ. 26. ubi idem legitur, inſula vero ad Illyrici oram refertur, et ante Timavi oſtia locatur. Calidae vero iſtae aquae teſte Cluverio pag. 195. c. l. vulgo nunc vocantur *i bagni di monte Falcone.* Servius item ad Virgil. c. l. cum Noſtro in Iſtria ponit inter Aquileiam et Tergeſten. Sed et ita multi alii, quos excitavit Cluver. c. l. Hinc *Euganeum Timavum* adpellant etiam poetae quidam, ut Martialis 13. 89. Sidon. Apollinar. carm. 9, 191. quia olim illa loca tenuerunt Euganei populi, quibus ab Antenore expulſis *Antenoreus Timavus* eadem de cauſa dictus eſt a Lucano 7, 194. Eundem vero pluribus fontibus prodire, adfirmant et alii, et *multifidum* hinc

vocat Martialis 8, 28. At eorum numerus controverfus eft. Virgilius c. l. Claudianus de 6 Conful. Honor. v. 198. habent 9, ut Nofter; Strabo 5. p. 148. f. 214. cumque eo ibi Polybius, item Martialis 4, 25, 6. tantum 7, quot et omnino notat Servius ad Virgil. c. l. Pofidonius apud Strabon. c. l. Timavum e montibus delapfum fub terra occuli et fic 150 ftadia emenfum, ficubi iterum emerferit, in mare excurrere narrat. Cluverius, qui illa loca adierat, in Carnis prope vicum S. Canzan vidit magnam aquarum vim de monte deiectam abfcondi et poft 14 miliaria (qui numerus fuperiori aptus eft,) apud vicum S. Giovanni di Cherfo ex compluribus fontibus iterum prodire, quorum 6 manifeftos numeravit, feptimum haud procul inde fcaturigines quasdam effe putat, reliquos duos incertos et dubios. Apud Livium 41, 5, 2. *lacus Timavi* memoratur, ex quo Timavum 7 vel 9 capitibus profluere exiftimat Cellarius. Sed aliter de hoc exponit Cluverius, qui docet, Timavum Livii effe eum amnem, qui ex lacu h. *lago della pietra roffa* in confluentes 7 priorum fontium defertur. *Matrem maris* et *fontem* olim ab incolis adpellatum, tradit Polybius apud Strabon. c. l. quod Virgilius adtingere, vel certe explicare videtur, ad quem inde Servii nota emendari poteft. Cf. etiam quae adtulit Heyne in excurfu 7. ad Virgil. Aen. 1. *Uno oftio*, quod Nofter fubiungit, confirmatur etiam ex Strabone c. l. qui fluvium ex 7 fontibus conlectum uno alveo in mare evolvi dicit. Accedit teftimonium Cluverii, qui idem vidit. Male igitur Plinius 3, 30. f. 26. *oftia Timavi* habet, et Lucanus 7, 192. *difpergitur unda Timavi* ex prave intellecto Virgilii loco duxiffe videtur. In illo autem oftio *portus* fuit, quem memorant Strabo et Livius. Ceterum de Timavo etiam ex vett. locis prolixe nuper disferuit Linhardt in Verfuch einer Gefchichte von Krain Vol. 1. p. 64 fqq.

Natifo) Ptolem. 3, 1. Νατίσων in Carnis. Praeterfluebat Aquileiam, ut referunt Plin. 3, 22. f. 18. Am-

mian. 27, 12. Iornandes de reb. Get. c. 42. ubi *Natiſſa* vocatur. Apud Herodian. 8, 2. f. dicitur περιῤῥεῖν τὸ τεῖχος, quamvis fluvii nomen non adfert. Alii tamen, nec male, ibi volunt παραῤῥεῖν. Inde vero intelligitur, Aquileienſes a Maximino obſeſſos cadavera in eum deiicere potuiſſe, ut idem narrat 8, 5. m. Cf. Strabo 5. p. 148. ſ. 214. At qui nunc ſit verus veterum Natiſo, disputatur inter recentiores Geographos. Cf. Ortelius in theſ. h. v. Aliis enim eſt *Natiſone*, aliis *Natiſſa*, aliis *l'Iſonzo* vel vulgo *Liſonzo*, olim *Sontius*, quem poſterioris aetatis auctores memorant, et tabula Peuting. 4. A. prope Aquileiam ponit, nulla Natiſonis facta mentione. Vid. Cluverius 1, 20. pag. 183 ſq. ubi excuſſit in primis Sabellici dubitationes varias in antiquit. Aquileienſ. lib. 1. motas. Ferrarius in Lex. novo Geogr. T. 1. p. 511. h. v. ex ipſo adſpectu adfirmat, qui *Natiſa* incolis dicatur, a Sontio ſeu Iſontio diverſum eſſe, et in mare exonerari inter Iſontium et Alſam. Baudrandus vero in notis ſubiicit, Natiſam ex Natiſone Aquileiam alveo facto perduci. Sic Cluverio Natiſſa antiqui Natiſonis alveus eſt. Bertolus in antiquit. Aquilei. p. 12 ſq. dicit: *L'Iſonzo, Lat. Sontius, correndo verſo mezzodì va gonfiandoſi colle acque, le quale in lui ſi ſcaricano da altri fiumi, le confonde col ſuo nome ſteſſo inſieme col quelle del Natiſone, dalle quali molto accreſciuto ſi rende finalmente navigabile tre miglia longe da Aquileia, e ſbocca nel noſtro mare non con una ſola bocca, come dice il Palladio, ma con due, le quali formano l'iſola chiamata Moroſina.*

Aquileia) Gr. Ἀκυληΐα; ſolus Ptolemaeus 3, 1. Ἀκουληΐα, vitioſe forſitan, quia prior forma apud eundem legitur in Europae tab. 6. quamvis Latinorum *qui* per κουι ſaepe reddit, ut in *Tarquinae* et aliis. Porro Ἀκυλία notatur etiam ab Euſtathio ad Dionyſ. v. 381. τετρασυλλάβως. In Latinis veteres libri obiiciunt etiam *Aquilegia*, quod antiquum nomen cenſet adeo Voſſius,

ductum a fontium et rivorum copia, nempe ab *aquilegio*, uti *aquileges* ab eadem origine dicantur. Contra Cluver. 1, 20. p. 179. barbarum cenfet. Incolae Graecis auctore Stephano Ἀκυλήϊοι vel etiam Latina forma Ἀκυληΐσιοι, uti fere apud Herodian. 8, 4. in. et alibi omiſſo tantum ε. Latini *Aquileienſes*, poſt etiam *Aquilegienſes*. Nomen quidam ab *aquila* derivant, cum urbs conderetur, dextra advolante, ut tradit Iulian. in orat. de geſtis Conſtantii pag. 72. ed. Spanh. In eadem origine omnino conſentit etiam Euſtath. c. l. Aliam antea adtuli. Fuit autem haec urbs perantiqua, quam Strabo 5. p. 148. f. 214. contra barbarorum incurſiones conditam ſcribit, Livius 40, 34. in. P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo CSS. (a. u. 571.) deductam coloniam, unde *colonia* ſaepe adpellatur. Vid. Reinefii ſyntagma inſcr. p. 98. ubi loca conlegit. Barbaros vero a Strabone commemoratos Gallos Transalpinos eſſe, ex Livio 39, 22, 6. intelligitur. Hi nempe a. u. 566. haud procul inde, ubi poſt ſtetit Aquileia, quae igitur tunc nondum fuit condita, et hinc 6 annis ante deductam eo coloniam, locum oppido condendo ceperunt. Cf. 39, 45, 6. ubi quidam notant minus accurate, a Gallis fuiſſe exſtructam. Neque notio coloniae neceſſario inſtaurationem urbis antiquae infert. Quod *ditem* vocat Noſter, ex ſitu efficitur ad mercaturam aptiſſimo, quam et celebrant multi auctores. Strabo etiam in primis, Noſtro fere aequalis, emporium Illyricis gentibus fuiſſe adfirmat. Verba *non longe a mari* inluſtrant Plinius et Strabo. Ille 3, 22. f. 18. ſitam a mari dicit 15, al. 12 M. P. hic adverſo Natiſone ad eam navigari ἐπὶ πλείους ἢ 60 σταδίους, ut ibi emendavit Caſaubonus, i. e. 7 M. P. quem numerum Plinio inde reſtituit Cluverius. At longius recedit Euſtathius ad Dionyſ. v. 381. qui ſtatuit 150 μίλια, pro quibus Caſaubonus ad Strabonem c. l. tacite emendat στάδια. Cluverius ζ μίλια i. e. 7 ſtadia malit, quod ſpatium inter mare et urbem ſua aetate fuiſſe teſtetur. Amplitudo eius diſcitur ex Herodiano c. l.

Fata urbis breviter enarrat Mentelle in vergleichende Geogr. T. 4. p. 88. fufius Cluver. p. 181. c. l. Maximinus eam gravi, licet irrita, obfidione vexavit, (vid. Herodian. c. l.) poft Attila devaftavit. (Vid. quos producit Stritter in Memoriis populor. — T. 1. p. 551.) Hodie certe ad tenuitatem redacta pauperes incolas, pifcatores maxime, continet.

Altinum) Gr. Ἄλτινον apud Strabon. 5. p. 148. f. 214. — Incola *Altinas* apud Gruter. p. 409, 8. In Venetiae urbibus mediterraneis ponit Ptolemaeus 3, 1. intra paludem Strabo 5. p. 148. f. 214. forte ad Silim fl. h. *Sile*, (Plin. 3, 22. f. 18.) unde *Altini litora* memorantur a Martiale 4, 25. qui et ibi et 14, 155. lanae praeftantiam in ovibus laudat. H. *Altino.*

Padus) Sic et Graece. Nomen hoc nactum effe fluvium Metrodorus Scepfius tefte Plinio 3, 20. f. 16. fcripfit a picearum multitudine circa fontem, quae Gallice vocentur *padi*, al. *pades;* Ligurum quidem lingua vocari *Bodincum* f. *Bodingum*, quod fignificat fundo carentem; apud Polybium 2, 16, 12. qui confentit, eft Βόδεγκος, pro quo Theon ad Arati phaen. v. 359. Βόχερσος corrupte habet. A βάθος ducunt alii, a Syrorum voce *Pad* alii. Sed cf. quae de hoc et Bodinco disferit Rezzonico in disquif. Plin. T. 2. p. 48. Graecis olim dictum fuiffe Eridanum, Phaethontis poena nobilem, notavit Plinius 3, 20. f. 16. cumque eo multi alii adfirmant. Eridani quidem nomen antiquius eft, ut fcribit Diodor. 5, 23. aliique, quod Pherecydi originem debere tradit Hygin. fab. 154. ubi cf. Muncker. et Staverenus aliosque, quos indicavit Cluver. 1, 34. p. 386 fq. ubi de Padi nomine agit, et Oberlin. ad Vibium p. 109. Poeticum id nomen cenfet Polybius 2, 16, 6. et hinc forte Nofter omifit. Imitati tamen funt Graecos Latini, veluti Propertius, Ovidius. Alios vero Eridanum Pado vicinum feciffe ad-

paret ex Strabone 5. p. 149. f. 215. qui usquam Eridanum fuiſſe negat; confictum etiam ab aliquo poetarum Graecorum iudicat Herodotus 3, 115. ex quo antiquitas nominis certe probatur. At ipſa fabularis narratio et electri addita mentio ad alium fluvium ducit, cum praecipue Herodotus c. l. eum in mare verſus ſeptemtrionem excurrere tradat. Electrum vero (ſuccinum) quia a ſolo Pruſſiae litore antiquitus etiam miſſum eſt, ut docuit Cluver. in Germ. ant. 3, 34. p. 633. in iis potius regionibus ille quaeri debet. Cluver. in Ital. ant. p. 591. eum eſſe iudicat, qui h. *Rodaune* ſ. *Raddune* ſ. *Reddune* vocatur, et prope Gedanum in Viſtulam inlabitur, ſic ut Herodotus iudice Cluverio ex ignorantia rerum in eo tantum erraverit. Aliud argumentum idem petit ex nominis ſimilitudine. At h. eſſe *Duena* multis docere nititur Bayerus in diſſ. de numo Rhodio p. 498 ſqq. in opuſc. et data opera in diſſert. de Venedis et Eridano fl. p. 523. et in primis p. 527 ſq. Ortus autem ille error hinc videtur, quod ad Padum mercatus ſuccini inſtitutus eſſet a Tarentinis, quod exiſtimat Bayerus, idque a Venedis, Sarmatis quidem, legi audiviſſent, hos cum Venetis confuderunt. Apollon. Rhod. 4, 627. miſcet Rhodanum et Eridanum cum Pado, et Diodor. Sic. 5, 22. Eridanum in Gallia ſtanno nobilitatum commemorat, ubi praeferunt Rhodanum. Plures tamen fuiſſe Eridanos ex auctoribus intelligitur. Sic in Atlantide habet Diodor. Sic. 5, 57. alium adfert Homer. in Batrach. v. 20. ut Chryſorrhoae dicti multi fluvii in Europa et Aſia. De noſtro autem Eridano et Pado eorumque nominibus conſule, ſi plura deſideras, Cerdam ad Virgil. Georg. 1, 482. Olearium ad Philoſtrat. Icon. 1, 11. Muncker. et Staveren. ad Hygin. fab. 154. Omnia vero, quae veteres habent de Eridano et electro, conlecta exhibuit nuper Haſſe in libro: Der aufgefundene Eridanus — Scilicet illi eſt mare Balticum.

§. 4. *Vesuli montis)* *In finibus Ligurum Vagiennorum in cacumen Alpium elatus celsissimum*, ut ait Plin. 3, 20. s. 16. quod repetit Martianus Cap. 6. p. 205. h. *Veso* s. *Viso, le mont Visoul* in Pedemontio. Hinc Servius ad Virgil. Aen. 10, 708. coarguitur, qui, dum Rhodanum etiam simul in illo monte oriri dicit, longius eum extendit. Nec rectus hic est, ut in aliis Geographicis, Appian. de B. Civ. 1, 109. in. ubi etiam non procul dissitos narrat Padi et Rhodani in Alpibus fontes. Cf. Cluver. 1, 32. p. 337. Oritur autem tribus ex fontibus, ut tradunt Isidor. orig. 13, 21. Servius ad Virgil. Aen. 11, 457. Polyb. 2, 16. fontes omnino adtingit; Plinius vero c. l. *visendo*, inquit, *fonte profluens*, quod verbum *visendo* adhibet etiam Solinus, unde mirifico errore Blondus fecit nomen proprium, refutatus ab Ortelio s. v. Eridanus et gravius etiam a Cluverio 1, 35. p. 394. ubi de Padi fonte, cursu et ostiis narrat. Pro *visendo* Martian. Cap. c. l. habet *mirabili*. Tres autem esse fontes experientia constare adfirmat Cluverius. Quod Mela dicit, *ab imis radicibus*, Plinius c. l. habet *e gremio*. Tum *sese cuniculo condere et in agro Vibiano iterum exoriri* narrant Plinius eiusque imitatores. Nempe vix eius aliqua vestigia super terram adparent, quod Nostro est *exilis ac macer*. Cf. Salmas. ad Solin. p. m. 59. TZSCHVCKE. *Macer* intelligit de copia aquae in alveis, prout huc pertinet egregium carmen, quod exstat in catalectis Virg. 5, 25. *stant in vadis coeno retentae sordido, Macraque luctantes aqua.* I. GRONOVIVS *MS.*

aliis amnibus) Plinius, Solinus et Martianus Capella c. c. l. l. 30 fluvios norunt, Cluverius 1, 36. p. 407. hodie 40 numerari adfirmat, quorum 15 laeva ripa recipiat, reliquos dextra. His addendi lacus in eum se exonerantes, a Plinio 3, 23. s. 19. etiam memorati, e quibus tres maximos duce Polybio recenset Strabo lib. 4. extr. *Benacum, (lago di Guarda) Verbanum (lago*

maggiore) et *Larium*; (*lago di Como*) omnes cum amnibus defcribit Cluver. p. 407 fqq.

feptem — oftia) Meatum Padi Plinius c. l. tradit effe trecentorum M. P. cum duodenonaginta, quod a vero non aberrare adfirmat Cluverius, fi quis alveum femper fequatur ad oftium eius *Padum* f. *Eridanum*. Oftia vero omnino Polyb. 2, 16. habet tantum *duo*, unum Παδόα, alterum Ὄλανα, quae fuerunt vel praecipua, vel antiqua, poft quinque aliis aucta. Sunt autem haec: 1) *Padoa* apud Polybium, *Padufa* apud alios, qui et faciunt alveum Padi, ut Virgil. Aen. 11, 457. alii paludem, ut Vibius Sequ. p. 26. ubi cf. Oberlin. p. 282. qui dedit *Padufe*; codex Vatic. cuius lectiones fervo, habet *Padufae*. Cuius variationis caufae hae funt: Nempe fic alveus Padi a fciffione apud Trigabolos (Polyb. c. l.) i. e. iuxta Ferrariam vocabatur ad mare usque; ipfe vero in modum paludis f. ftagni fe diffundebat. Inde vero h. alveus vocatur: *il Po d' Argenta* et oftium *il porto primaro*. Idem oftium dictum etiam eft *Meffanicum*, *Spineticum*, *Vatreni portus* et *Eridanus*. Vid. Plin. c. l. et in primis Cluver. pag. 400. qui *Padoa* in Polybio corruptum putat ex *Padofa*. Quod Mela vocat *magnum Padum*, idem in dubio relinqui dicit, volueritne unum de Padi oftiis ita adpellatum fuiffe, an vero unum, quod fuit magnum et omnium maximum, *Padum* dictum fuiffe. Mihi quidem pofterius probandum videtur. 2) *Caprafiae oftium* fec. Plin. et 3) *Sagis*. Illud recte nominativum putat Cluverius p. 402. ex nexu, et alveum Padi utrumque. Locorum facie immutata vix hodierna nomina erui poffunt. Aboliti nempe funt fere ifti alvei, quia impetus Padi poft in Philiftinam foffam erupit. Ad alterum forte, quod fupereft, referri nunc poteft *porto di magna vacca*. 4) *Volane* ante *Olane*. Plin. c. l. Cf. fupra Polybius. Nomen huic integrum manfit *porto di Volana*, ubi apud Ferrariam Padus in duos alveos fcinditur, ad finiftram *il*

Po di Volana, unde oſtium, ad dextram olim *Paduſa*. Cf. antea. 5) *Auguſta foſſa*, uti leg. docuit Cluver. p. 397. pro *anguſta foſſa* apud Plin. c. l. qui id primo loco ponit, et Ravennam trahi i. e. ingredi dicit. Sic vero *Auguſta* legitur in tab. Peutinger. 4. A. ubi etiam haud procul inde *Sacis ad Padum* memoratur, hodieque ibi eſt oppidum *Aoſta*. Apud Iornandem de reb. Get. cap. 29. *Aſconis foſſa* eſſe videtur; ſed initio quidem utraque foſſa diverſa, poſt eodem cognomine *Auguſtae foſſa* dicta, ab Imperatore Auguſto facta. Vid. Iornandes c. l. Haec autem *fiume vecchio* dicitur hodie et *porto* inde locus. Cf. Cluver. c. l. et quae ibi disputat. 6) *Foſſiones Philiſtinae*, alii *Tartarum* vocant ſec. Plinium. *Atheſis* oſtium quidam hoc volunt, quia hodie ibi *Porto di Foſſone*, quod negat Cluverius recte dici. H. forte *il canale di Loredo* vel *delle Bebe*. 7) *Carbonaria* ſec. Plin. hodie *il Po d'Arriano* ſec. Cluverium. Ceterum recte Plinius de Pado: *nulli amnium*, inquit, *claritate inferior*. Nam et *rex fluviorum* (Eridanus) dicitur a Virgilio Georg. 1, 482. Poetice eum deſcripſit Lucanus 6, 272 ſqq.

Iſter) Cf. ad 2, 1, 8. Iſtriam ab hoc dictam, varii auctores tradunt, ſed et Danubium eundem fuiſſe paſſim adiiciunt, ut Scylax pap. 7. Hudſ. Plin. 3, 22. ſ. 18. Diodor. Sic. 4, 56. Iſidor. orig. 14, 4. — Plures autem eius partem in Hadriaticum mare educunt, ut Apollon. Rhod. 4, 291. cum Scholiaſte, Strabo 1. p. 31. ſ. 46. Ariſtoteles de mirabil. auſcult. c. 112. praeter ſuperiores auctores alii, quorum tamen plerique tamquam fabulam exploſerunt. Cf. etiam Beckmann ad Ariſtot. p. 230. c. l. et Katancſich de Iſtro pag. 6 ſqq. qui multa conlegit, ut alios praeteream. Orta autem ea eſt inde, quod Argonautae ex Ponto Iſtrum ingreſſi in mare Hadriaticum perveniſſe traduntur, uti narrant Apollon. 4, 327. Plin. c. l. alii. Quidam tamen alium fluvium indicant, per quem ex Iſtro huc devecti ſint, v. c. *Aquilim*

Sozomenus in hist. eccl. 1, 6. qui tamen dubius est, et in Argonautarum historia tantum commemoratur; *Timavum* Martialis 4, 25. et ibi interpretes. Plinius 3, 22. f. 18. omnino, quo flumine hoc devecti fuerint, minime constare dicit, immo humeris navem huc deportatam, de quo cf. etiam Iustin. 32, 3, 14. Subiisse autem ex diligentioribus addit Plinius, Istro, dein Savo, dein Nauporto, cui nomen sit ex ea caussa, inter Aemonam Alpesque exorienti. Idem tamen 9, 20. f. 15. ubi subscribit fabulosae narrationi, *subterraneas venas* memorat, quibus trichiae pisces Istrum amnem subeant, et in Hadriaticum mare defluant, quod forte duxit ex Aristotele in hist. an. 8, 15. Alii porro divortium Istri seu Danubii statuunt in Hadriaticum sinum, de quo cf. Strabb 1. pag. 39. f. 57. Eustath. in Homer. Il. 6. p. m. 503, 9. Odyss. 12. p. m. 474. m. ubi et alia persequitur. Fluvius tamen Istri nomine in ea regione omnino fuisse videtur, quia Mela et post Plinius agnoscunt. Hodie quidem Pado adversus exit *Quieto*, etsi minime illo impetu, ut possit cum nostro comparari, quem etiam Plinius 3, 27. f. 24. *magnum* vocat et a tergo Carnorum et Iapydum se ferre dicit. Subiit igitur et hic fluminum mutatio, cui adhaesit aliquid forte ex lacu *Cirknitz*. Cf. Cluver. in It. ant. 1, 21. p. 204 sqq. et in Germ. ant. 1, 50. Hic *Quieto* putabat, ibi post de Timavo intellexit, contra quod vid. Wesseling. ad Diodor. 4, 56. f. Ceterum Melam, quem et adlegat, mutatis quibusdam reddidit Boccatius de fluminibus f. v. *Padus.*

dulcium) Omnia litora naturaliter aquae dulcis venas habere adfirmatur ab Hirtio de B. Alex. cap. 8. et cap. 9. inventam magnam vim esse narratur. Sed et dulcis aquae haustum in maris plurimis locis esse, ut ad Chelidonias insulas et Aradum et in Gaditano Oceano, narrat Plin. 2, 106. f. 103. ubi alia addidit Harduinus. Cf. etiam de Caspio mari Solin. c. 22. f. 19. ad Strabon. 3. p. 119. f. 172. Casaubonus. Sic Aristides in orat. Aegypt.

T. 2. p. 334. se ex Dione, certo homine, audiisse scribit, nautas, cum longissime absint ab Aegypto, puram et potabilem aquam haurire. At haec aqua ex imo maris fundo fere petebatur, de qua ratione et modo legendus est Strabo 16. p. 518. s. 754. Propius huc accedit, quod Arrianus in Periplo Ponti Euxini pag. 8. Hudf. refert de Phaside, eius aquam non levem tantum esse, ut mari innatet, (ut de Titaresii aqua Peneo admista narrat Homer. Il. 2, 754. et alii) sed etiam ipsam summam dulcem, imam salsam. Plura ex auctoribus congessit Stuckius ad Arrian. p. 92. TZSCHVCKE. Poterat dixisse *fluviatilium;* sed per istud adiectivum ostendit clare, quid intelligat. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 5. *Ancona)* Gr. Ἀγκών, quam formam praeferunt poetae, utramque promiscue adhibent prosaici auctores. Cf. Rezzonici disquis. Plin. T. 2. pag. 6. et de terminatione in *o*, ut Narbo, Hippo, Pintian. et Harduin. ad Plin. 2, 74. s. 72. Sic vero alia etiam in *on* et *ona* exeunt, ut *Dodon* — Vid. Eustath. ad Il. 2, 560. et 738. Incolae Ἀγκώνιοι, Ἀγκωνῖται, Lat. *Anconitani.* In origine nominis consentiunt Plin. 3, 18. s. 13. Strabo 5. p. 165. s. 241. Procop. de B. Goth. 2, 13. — uti a forma situs alia loca nominata sunt, v. c. Drepanum, (vid. ad 2, 5, 9.) Zancle. (Strabo 6. pag. 185. s. 268.) Conditores Siculos narrant Plinius et Solinus cap. 8. s. 2. Syracusanos Strabo 5. p. 165. s. 241. qui origine Dores fuerint, unde *Dorica Ancon* dicitur a Iuvenale 4, 40. ubi simul Veneris aedem in ea notat. *Colonia* vocatur apud Gruter. p. 465. Vini et tritici agrum fuisse feracem ex Strabone c. l. apparet. Cf. et Plin. 14, 8. s. 6. Sita fuit in agro Piceno. H. etiam vocatur *Ancona*, portuque inlustris est. V. Cluv. 2, 11. p. 728 sqq. Superest ibi Traiani arcus triumphalis, de quo cf. Heerkens in rer. notabil. lib. 1. p. 18.

Ravenna) Gr. Ῥάβεννα, vel, ut ex quibusdam notat Stephanus, etiam Ῥούεννα, Ῥάβηνα et Ῥάβηνος. Ῥαούεννα Ptolemaeus lib. 3. tab. Europae 6. qui tamen 3, 1. m. ſcribit Ῥάβενναι. Incolae Ῥαβεννάται, Italis, ut monet Stephanus, Ῥαβεννήσιοι, i. e. *Ravennenſes*, quod tamen nusquam hodie invenitur, ſed ſemper *Ravennates*. Olim dicta eſt Ῥήνη a circumfluis aquis, (Zoſimus 5, 27.) minime a Remo conditore, quod putaverat Olympiodorus. (Zoſimus c. l.) Urbs fuit antiquiſſima, Theſſalorum colonia, (Strabo 5. p. 148. ſ. 214. Zoſimus c. l.) ex quo tempore Argonautarum in Italiam adventu Theſſali ibi fuiſſe videntur. Plinius igitur 3, 20. ſ. 15. cum *Sabinorum oppidum* vocat, errare Cluverio p. 303. vel vitiatus videtur, etſi nimis violenter emendat *Theſſalorum*, cum et Strabo c. l. et p. 150. ſ. 217. Umbrorum ſociam coloniam faciat. Umbrorum autem certe pars quaedam dicti ſunt Sabini. Vid. Dionyſ. Hal. 2, 49. in. ex Zenodoto. *Antiquam* dicit etiam Claudian. de 6. conſ. Honor. v. 494. *veterem* Sidon. Apollinar. 1. epiſt. 5. Municipium vocat inſcr. apud Gruter. p. 486, 7. Luculenter eam deſcripſit Strabo c. l. et poſt Procop. de B. Goth. 1, 1. In mediis paludibus ſita ſalubrem tamen iudicat Strabo, ſed Martialis 3, 55. ciſternam ibi potius optat, quam vineam, *quum poſſim*, inquit, *multo vendere pluris aquam*. Cf. etiam ex poſteris Sidon. Apoll. c. l. qui duplex oppidum indicat, unum, quod Padi pars interluebat, alterum, quod adluebat, Iornandes de reb. Get. cap. 29. Notus eſt eius portus, et παράλιον πόλιν vocat Theophanes in Chronogr. p. 52. Ven. Nempe, quod ad Martialis locum valet, in mediis aquis ſitiebat. Unde lepide Sidon. Apollinar. 1. ep. 8. *ſitiunt*, inquit, *vivi, natant ſepulti*, et carm. 9, 295. *undoſae ſitis Ravennae*, ubi vid. Savaro p. 130. Plura praeter Cluverium conlegerunt Deſider. Spretus de urbis Ravennae origine, amplitudine, vaſtatione et inſtauratione, et Rubeus, Ra-

vennas, in hiſtoriar. libr. 11. in Graevii theſ. Italiae T. 7. P. 1. H. vetus nomen ſervat.

Ariminum) Sic et in Graecis. Incolae *Ariminienſes* (Cic. in Verr. 1, 12. inſcr. apud Donium in inſcrr. ant. pag. 168, 32.) Umbrorum coloniam facit Strabo 5. p. 150. ſ. 217. poſt idem Romanorum 22 annis poſt, quam Galli erant expulſi. Igitur ante Gallos Umbri tenuerunt. Vid. Vellei. Paterc. 1, 14, 7. Eutrop. 1, 16. ſ. 9. et Cluver. 2, 4. pag. 604. qui de tempore disſerit. Coloniam Etruſcam putat Eckhel in num. veterr. anecd. P. 1. p. 7. Novam poſt eo coloniam deduxit C. Octavius Caeſar, unde *colonia Auguſta* in inſcr. vocatur. Gallos autem condidiſſe, Tuſcis expulſis, ut et Mediolanum et alias, tradit Schol. Lucani ad 1, 248. quamquam addit, etiam a Romanis quosdam conditum dicere. Portum et cognominem fluvium commemorat Strabo, et ab hoc nomen derivat Cluverius, praeeunte quidem Feſto h. v. Τῆς Κελτικῆς μεγάλην πόλιν vocat Plutarch. in Caeſ. cap. 32. *ſplendidiſſimam civitatem* inſcr. apud Donium c. l. A Placentia aberat 1300 ſtadia, (Strabo) a Ravenna 30 M. P. (Zoſimus 5, 48, 3.) Hodie *Rimini* ſ. *Rimino.*

Piſaurum) Gr. Πίσαυρον, Procop. de B. Goth. 3, 11. Πίσαυρος. Oppidani *Piſaurenſes*, Gr. Πισαυροι, etiam in numis. (Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 97.) A fluvio Piſauro h. *Foglia* nomen petunt. Coloniam eo Romanos a. u. 568. deduxiſſe narrat Liv. 39, 44, 10. poſt iterum Auguſtum innuunt inſcriptiones. Vid. Cluver. 2, 5. p. 605. et qui de eius origine ſingularem librum ſcripſit, Olivierius. H. *Peſaro.*

Faneſtris colonia) Sic paſſim et alibi vocatur, de quo dixi in not. crit. p. 299. Uſitatius *Fanum Fortunae*, vel etiam ſimpliciter *Fanum*, ut a Iulio Caeſ. de B. Civ. 1, 11. f. Sidon. Apoll. 1. epiſt. 5. Graeci varie

efferunt. Strabo 5. pag. 157. f. 227. Ἱερὸν τῆς Τύχης, Ptolem. 3, 1. Φᾶνον Φορτοῦναι, Stephanus Φάνα, Procop. de B Goth. 3, 11. Φανός. Incolae *Fanestres*, unde *Fanestris colonia*. Memoratur portus et, unde nomen accessit, templum Fortunae. H. *Fano*. Cf. Cluver. 2, 5. pag. 606.

Metaurus) Gr. Μέταυρος, ut apud Strabon. 6. p. 157. f. 227. et alibi. Postero aevo dictum eundem fuisse *Mataurum* inscriptiones declarant, ut apud Gruter. p. 171. et tabula Peuting. 4. B. pro quo tamen post ad ostium legitur *Matava*. Alii etiam neutro genere efferunt *Mataurum*, ut certe codices quidam in Orosio 4, 18. notante Havercampo. Fuit fluvius Umbriae, qui commisceri non debet cum Metauro in Bruttiis. Inclaruit clade Hasdrubalis, quam multi memorant, in quibus Livius 27, 43. Horat. 4. od. 4, 37. Sil. Ital. 7, 486. Valer. Max. 7, 4, 4. alii. H. *Metro* f. *Metaro*.

Aesis) Sic et Graece. Apud Ptolem. 3, 1. sine dubio vitiose scribitur Ἀσίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ, pro Αἴσιος, cum post subiiciatur urbs Αἶσις; et sic in Strabone 6. p. 195. f. 285. εἰς Αἶσιν pro εἰς αση emendandum censet Cluver. in Ital. ant. 2, 5. p. 612. Pro eo Appian. de B. C. 1, 87. habet Ἀσιᾶνον ποταμὸν, quod itidem vitiosum indicat Cluverius c. l. quia apud eius aequalem Plutarchum in Pompeio cap. 7. reperiatur Αἶσις, ut nempe idem ex nexu recte emendat. Sic in tab. Peuting. 4. C. ponitur hic fl. *Flosis*. Ab *Aesi* rege nomen illi datum narrat Sil. Ital. 8, 444. ubi tamen cf. quae notavit Ruperti. Hodie *Fiumesino fiume*, antea *fiume Esino* f. *Esino fiume*.

cubiti) Ipse Mela explicat nominis caussam, cuius et signum, manum cum cubito, repraesentant numi. Vid. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 98. Ita vero

Ancon omnino ſaepe de curvo ſinu dicitur, vel de locis, quae in mare ita excurrunt, ut cubiti ſpeciem praeferant. V. quae disputat de h. v. Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 87. et viri docti ad Val. Flacc. 4, 600. Sic χεῤῥονησιάζων ἀγκὼν apud Strabon. 11. p. 364. ſ. 529.

terminus) *Limes* apud Lucan. 1, 216., ubi vid. Oudendorpius; ὅριον Strabo 5. p. 150. ſ. 217. et p. 157. ſ. 227. ubi monet, primum Aeſin, deinde Rubiconem terminum ſtatuiſſe. Plinius 3, 20. ſ. 15. *Rubico quondam finis Italiae*, ſc. ante diviſionem ab Auguſto factam. Sed cf. ſupra notata §. 2. ad verba *Togatam Galliam.*

§. 6. *Numana)* Vid. de ea not. crit. p. 304. A Siculis conditam tradit Plin. 3, 18. ſ. 13. Haud procul inde ſita *Potentia*, quae in variis auctoribus occurrit. Colonia fuit Romanorum ſec. Livium 39, 44. et Vellei. 1, 15, 2. inde ab a. 569. Coloni dicti *Potentini*. Hodie *Porto di Potenza* ſ. *di Recanati*. Vid. Cluver. 2, 1. pag. 730. ſ.

Cluana) Vid. de ea et Cupra not. crit. p. 305. Cluverius 2, 11. p. 734. locum h. eſſe putat ad flumen *Chiento*, qui vocatur *il piano di S. Giacomo*. Qui volunt, eſſe nunc *S. Elpidio* ſ. *S. Lupidio*, non cogitant, Melam in ora maritima verſari, cum illa urbs ſit mediterranea. *Cupra* ad discrimen *montanae* in mediterraneis *maritima* vocatur; *litorea* apud Sil. Ital. 8, 432. *Cuprenſes* incolae. Fanum ibi Iuno habuit, quod narrat Strabo 5. p. 166. ſ. 241. Ceterum hoc litus mirifice turbari a Mela, Ptolemaeo, magis a Plinio, monet Cluver. 2, 11. p. 734. Strabonem vero c. l. optime deſcribere, qui hunc ordinem tenet: *Potentia*, *Firmum*, *Picenum*, *Cuprae fanum*, *Truentinus amnis*, *Caſtrum novum* et *Matrinum flumen;* in mediterraneis *Hadria* et *Aſculum*.

Firmum) *Picenum* addit Valer. Max. 9, 15, 2. ut inſcriptio apud Donium pag. 250, 95. In Strabone 5. p. 166. ſ. 241. Φίρμον Πίκηνον, pro quo in tab. Peutinger. 5. A. vitioſe ſcribitur *firmo viceno.* Ptolem. 3, 1. Φίρμιον ſolus. Coloniam fuiſſe intelligitur ex Velleio 1, 14, 8. poſt iterum novis incolis auctam ex numo, ubi: *Colonia Aug. Firma.* Cluverius pag. 733. putat Melam erraſſe, qui inter caſtella numeraverit, et *caſtellum Firmanum* ei cauſam erroris praebuiſſe. Oppidum h. *Fermo* 3 M. P. a mari remotum eſt, quot hoc ab oppido, hodie *Porto di Fermo.* Olim *caſtellum Firmanorum* Plinio 3, 18. ſ. 13. vel *Firmanum* Antonino in itiner. p. 101. et 313. Tabula Peuting. 5. A. inter oſtia Tinnae et Cupram maritimam ponit *Caſtellum Firmani.* Ex quo patet, hoc Melam intellexiſſe, ſed praeter morem aliorum indicaſſe. Oppidum etiam praeter alienum a mari ſitum minus bene caſtellum dixiſſet, cum fuerit colonia.

Hadria) De adſpiratione cf. not. crit. pag. 305. Gr. Ἀδρία, et inde Ἀδριανὸς et Ἀδριάτης. (Stephanus.) Oppidum agri Piceni vocat Aurel. Victor in epit. cap. 14. Sed quod mari Hadriatico nomen dediſſe addit, repugnant ceteri, qui alteri Hadriae ad Padi oſtia in Venetis tribuunt. Vid. Berneccer. ad Iuſtin. 20, 1, 9. In Piceno recenſet etiam Plin. 3, 18. ſ. 13. Coloniam Tuſcorum fuiſſe exiſtimat Cluver. 2, 11. p. 747. ubi de hac urbe exponit. Quod ſi eſt, novos et ſuos colonos eo deduxerunt Romani, quod patet ex epitome 11. Livii. At errat Mela, qui caſtellum vocat, et inter Firmum et Truentinum ponit. Verum ſitum docet tab. Peuting. 5. B. In Antonini itin. p. 308. hac ſerie ſubſequuntur deinceps *Caſtro Truentino, Caſtro novo, Hadriae.* Cf. etiam ſequentia. Plinius a mari removet 7 M. P. H. *Atri.*

Truentinum) De forma dictum in not. crit. p. 306. *Truentum cum amne,* quod ſolum Liburnorum

in Italia reliquum erat, in Piceno, quinta regione, ponit Plin. 3, 18. f. 13. Hinc pro *Truentinorum Forum* in 8 regione ap. Plin. 3, 20. f. 15. *Druent. For.* ponit Rezzonici in disquif. Plin. T. 2. p, 38. Certe *Forodruent.* legitur in infcr. apud Gruter. p. 492. et *ad ripam Druentiae* (in Gallia) in Sponii Mifcell. erud. antiqu. p. 202. Quia Liburni antiquiffimi fuerunt eius orae incolae, ipfum Truentum perantiquum fuit. In utra vero ripa fluvii fuerit, incertum. Hodie utraque aedificiis eft confita. Vid. de eo Cluver. 2, 11. p. 732. H. *Tronto.*

Matrini) Occurrit apud Strabon. 5. p. 166. f. 241. Ptolem. 3, 1. Ille eum ab Hadria fluere eiusque navale habere fcribit, unde Cluver. 2, 11. p. 735. coniicit, nunc effe fluvium *la Piomba.* In tab. Peuting. 5. B. *Macrinum* vitiofe pro *Matrinum* fcribitur navale illud Hadriae. Ceterum de lectione huius loci prolixius dictum eft in not. crit. p. 307 fqq.

Aterni) A multis memoratur, eiusque nomen reftituit Ciceroni de divinat. 2, 27. Cluver. 2, 12. p. 752. ubi legitur *Atratus.* *Pifcaria* poft dictus videtur, certe eum exiftimat Cluverius apud Paullum Diac. de geftis Longobard. 2, 20. ubi memoratur. Cui inde accedit auctoritas, quod h. ibi eft *Pefcara.* *Habent* autem faepe valet id, quod poffident, tenent, habitant. Sic 3, 9, 1. Cf. Corte ad Salluft. Catil. c. 6. in. et Waffe, qui faepe commutari docuit, viri docti ad Virgil. Aen. 7, 131. ad Cicer. in Verrin. 3, 41. Cannegieter ad Aviani fab. 13, 3. Sic Gr. ἔχειν, v. c. Homer. Il. 1, 18. ubi Schol. explicat κατοικεῖν. Proprie tamen et vere differunt, de quo ad 1, 4, 4. Pro *fluminis* poterat dicere *fluminum.*

Bucam) Gr. Βοῦκα, ut Strabo 5. p. 167. f. 242. qui Frentanis tribuit, ut lib. 6. pag. 197. f. 285. ubi ad Garganum ponit. Porro haec urbs cum *Hiftonio* occurrit

apud Ptolem. 3, 1. et Plin. 3, 17. f. 12. Hic tamen perperam fic ponit: *Hiftonium, Buca, Ortona;* melius ille *Tifernus, Buca, Hiftonium.* Nec magis rectum ordinem tenet Nofter, quia a Frentanis ad Daunos et Apulos procedit. Tum nempe praeponendum erat *Hiftonium;* h. *Guafto d'Amone. Tifernus* amnis, qui in iisdem auctoribus reperitur, h. adpellatur *Biferno.*

Cliterniam) Vid. de ea et Larino in not. crit. p. 317 fq. Situm ipfe Cluver. indagare non potuit, fed *Campo Marino* h. effe, tantum coniicit 2, 4. p. 1208. *Larinum* a Stephano vocatur Λάρινα, πόλις Δαυνίων, ex emendatione quidem Holftenii pag. 188. licet Berkelius p. 511. fe ita correxiffe praedicet. Antea enim legebatur Λαβινίων. Inde vero ducit gentile Λαρινᾶιος. Latinis funt *Larinates* apud Iul. Caef. de B. C. 1, 23. f. Sil. Ital. 8, 4. Alia in notis criticis dedi. Ex Silio Ital. 15, 565. difcitur, maritimam urbem fuiffe, unde etiam delphinus in numis adponitur. Non igitur h. *Larina* effe poteft in comitatu Molifii, de quo vid. Mazochius ad tab. Heracl. p. 534. Cf. de fitu etiam Ruperti ad Sil. Ital. 8, 402. *Municipium* vocat Cicero pro Cluent. cap. 5.

Teanum) Vid. not. crit. p. 519 fq. Vocatur cognomine *Apulum,* de quo Strabo 6. p. 197. f. 285. ut discernatur ab alio *Sidicino,* quod eft in obpofito Campaniae litore. At in mediterraneis ponit idem cum Ptolemaeo 3, 1. f. et in Apulis Daunis, a quibus in eo disfentit Mela, quod maritimam urbem facere videtur. Urbs intercidit, rudera vero eius 10 M. P. ab oftio Frentonis hodie confpici arbitratur Cluver. in Ital. ant. 4, 12. p. 1213.

Garganus) Mons Apuliae, qui in mare Hadriaticum verfus infulas Diomedeas excurrebat. (Lucan. 5, 379.) Hinc promontorium Gargani commemoratur a Strabone 6. p. 196. f. 284. et Plin. 3, 16. f. 11. *Quer-*

ceta Gargani memorantur ab Horat. 2. od. 9, 7. Hodie *S. Angelo*, (Cluver. 4, 11. p. 1212.) ab adparitione angeli S. Michaelis in ſpecu eius aliquo. (Swinburne Reiſen durch Sicilien interpr. Forſtero Vol. 1. p. 179. ubi de eo plura leges.)

§. 7. *Urias)* Sine dubio nomen traxit ab *Uria* oppido vicino, cuius meminere Strabo 6. p. 194. ſ. 282. et Plin. 3, 16. ſ. 11. qui iuxta commemorat Cerbalum fl. ſine dubio influentem. *Sipontum*, Gr. Σιποῦς, ut Κερασοῦς, Ὑδροῦς — quam formam poſteriorem praetulit etiam Lucan. 5, 377. A Strabone 6. p. 196. ſ. 284. vocatur Σηπιοῦς, Ptolemaeo 3, 1. Σηποῦς, Stephano Σιποῦς, a Conſtantino Porphyrog. de adminiſtr. imp. cap. 27. ἡ Σιπενδὸς, ubi Bandurius mavult Siponti. Diomedis opus putat Strabo, et a ſepiis nomen derivat, quae ibi fluctibus eiiciuntur. Idem commemorat etiam cognominem fluvium. H. *Siponto.*

aſper) Prout fere totum hoc litus Italiae ad mare Hadriaticum erat prorſus *importuoſum*, ut diſerte notavit Polyb. 10, 1. adeo ut praeter Brunduſium nullus illic eſſet adpulſus ſecurior. Unde recte auctor, licet ſinum hic eſſe teſtetur, tamen hic addat eius proprietatem prorſus convenienter Polybio. I. GRONOVIVS *MS.*

Canuſium) Gr. Κανύσιον, (Appian. de B. Civ. 1, 84. et alibi, Strabo 6. p. 195. ſ. 282. Polyb. 3, 107, 3. Stephanus h. v. alii.) ſ. Κανούσιον. (Procop. de B. Goth. 3, 18.) Incola Κανυσίτης. (Stephanus, Strabo 6. p. 195. ſ. 283.) *Canuſinus* Horat. Serm. 1, 10, 30. Item *Canuſinatus* Seneca de vita beata cap. 25. Martialis 9, 23. Sueton. in Ner. cap. 30. In Italiotidum i. e. Graecarum Italiae urbium maximis olim ponit Strabo c. l. et Graeciſmi ſuperſtitis veſtigia ſuo tempore voce *bilinguis* notat Horat. c. l. Vid. Mazochius ad tab. Heracl. p. 36. Dio-

medis opus facit Strabo c. l. cui adſentitur Servius ad Virgil. Aen. 11, 246. quia ibi Diomedes venari ſolitus fuerit, quaſi *Cynegeticon.* Horatii locum, qui exſtat Sermon. 1, 5, 92. de eodem conditore, recte ſpurium cenſent viri eruditi. Quod quidam Canuſium et Cannas eundem locum putant, optime ex Livio 22, 50. refutantur, qui utrumque aperte diſtinguit. In mediis Apulis ponit Procop. c. l. prope Aufidum Strabo c. l. minus tamen recte ad ſiniſtrum ſ. ſeptemtrionale eius latus d'Anville, ut docet Swinburne Vol. 1. p. 205. c. l. Emporium ibi memorat Strabo c. l. Aquae penuriae, qua laborabat, (cf. Horat. Serm. 1, 5, 91.) ſubvenit Herodes Sophiſta, ut narrat Philoſtratus in eius vita de vitis Sophiſtar. 2, 5. H. *Canoſa.* Plura de h. urbe v. apud Cluver. 4, 12. p. 1221. Mirum vero, quod Cannas omiſit, niſi invidioſum putavit.

Aufidum) Gr. ὁ Αὔφιδος, (Polyb. 3, 110.) vel, ut Strabo 6. p. 195. ſ. 283. ποταμὸς Αὐφίδιος. Fontes habet inter Apenninum et mare Etruſcum et in Hadriaticum exit. (Polyb. c. l.) Cf. Swinburne V. 1. p. 196 ſq. c. l. Olim nobilitatus fuit pugna Cannenſi ad eum commiſſa. (Polyb. 3, 110. 4, 1, 2. Livius 22, 44, 3.) *Acrem* vocat Horat. Sermon. 1, 1, 58. Hodie *Oſanto* vel *Loſanto.*

Barium) Sic et Graece, unde *Barini* in numo apud Haymium pag. 119. Apuliae oppidum maritimum, (Ptolem. 3, 1.) quod hinc *piſcoſum* vocat Horat. Serm. 1, 5, 97. Hodierna urbs *Bari* ruderibus veteris impoſita eſt. Vid. Swinburne Vol. 1. p. 230. et ſqq. de antiquitatibus repertis, in quibus fere ſunt numi, et p. 238. de hiſtoria urbis eiusque fatis; item Marſchlins Reiſen durch Neapel T. 1. p. 49.

Gnatia) Aliis eſt Egnatia, de quo disputatur in notis criticis p. 522 ſq. Inter Barium et Rudias ponit

Plin. 3, 16. f. 11. *iratis Nymphis* f. *lymphis exſtructa* fec. Horat. Sermon. 1, 5, 97. quia, monente Scholiaſte, ad radices montis ſita decurrentibus aquis ſaepe devaſtabatur. H. *Torre d'Agnazzo* non procul a Monopoli, cuius rudera murorum non procul a litore ſe vidiſſe narrat Cluver. 4, 11. pag. 1210. In iis maxime eſt vallum f. agger iuxta mare. Vid. Swinburne Vol. 1. p. 249. c. l. qui penuriam aquae ibi notat pag. 250 ſq. uſu cognitam, unde alio loci Horatiani ſenſus vertatur.

Rudiae) Varie effertur. Ptolem. 3, 1. f. Ῥουδία, Stephanus Ῥοδαὶ, Plinius 3, 16. f. 11. *Rudiae* et ſic plurali numero Sil. Ital. 12, 396. et alii. Incolae Ῥωδαῖοι, (Strabo 6. p. 194. f. 282.) Ῥοδαιᾶται. (Stephanus.) Latinis *Rudii*, *Rudini*, ut Lexica docent. In ſitu perinde variant. Plinius c. l. in Pediculorum agro ponit poſt Brunduſium, ut Noſter adverſo litore procedens; Ptolemaeus in Sallentinis et quidem in mediterraneis oppidis, ut Strabo c. l. qui in itinere Brunduſio Tarentum interponit Rudias. D'Anville inter Valetium et Lupias ad mare poſuit, eumque ſecutus Mentelle. At facile in primis ex Strabone refutantur. Accedit, quod hic compendiariam viam dicit, ſi quis Brunduſio Tarentum profectus Rudias petat. Sic Antonin. in itin. pag. 119. habet: *a Bario per compendium Tarentum M. P.* 60. Mature vero intercidit, quia in Antonino, Geographo Ravennate et tabula Peuting. non reperitur. Stephani epitomator priſca tempora repetit. Variant in hodierno nomine, quia adferunt, e. g. *Carovinga*, (Harduin. ad Plin.) *Ruia* f. *Muſciagna* in *Terra d'Otranto.* (Ruperti ad Sil. Ital. 12, 396.) Melius Mentelle nullum adpoſuit.

Ennio) Alii aliter. Ovid. de A. A. 3, 409. Hieronymus in Euſebii Chron. 1. Tarenti natum fuiſſe dicit, et poſt oſſa eius Rudiam ex Ianiculo translata a quibusdam adfirmari adiicit, cum via Appia in Scipionis monu-

mento ſepultus ſit. Plerique tamen Rudium faciunt, ut Cicero pro Archia cap. 10. in. ubi cf. Urſinus, Sil. Ital. 12, 393 ſqq. Strabo 6. p. 194. ſ. 281. alii.

Brunduſium) Aliis etiam *Brundiſium*, de quo dixi in not. crit. p. 323 ſq. Gr. plerumque Βρεντέσιον, Ptolemaeo 3, 1. Βρενδέσιον, at lib. 8. in Europae tab. 6. Βρεντέσιον, quidam etiam Βρεντήσιον et Βρεντίσιον, quod ex pronuntiandi modo intelligitur. Pompeius Feſtus ſ. v. Brundiſium tradit, poetas quosdam brevitatis cauſa *Brendam* dixiſſe. Incolae Gr. Βρεντησῖνοι, (Stephanus) vel Βρεντεσινοί. (Polybius, Strabo.) Lat. *Brunduſini.* Nomen derivant vel a Brento, Herculis filio, vel a forma capitis cervini, quam portus praeferat. (Strabo 6. p. 195. ſ. 282. Stephanus.) Βρέντιον enim Meſſapiis eſt caput cervi, ut Heſychius et Etymol. M. βρένδον de cervo vel etiam capite cervino interpretantur. Cf. Mazochius ad tab. Heracl. pag. 39. A Cretenſibus duce Theſeo occupatum, quibus poſt cum Iapyge Siculi acceſſerint, narrat Strabo 6. p. 194. ſ. 282. Hinc Lucan. 5, 406. dixit *curvi Minoia tecta Brundiſii.* Contra Aetolos, Diomede duce, conditores producunt Iuſtin. 12, 2, 7. et Iſidor. Orig. 14, 4. Portus habuit commodos uno aditu clauſos, (Strabo c. l.) unde Zonaras 8, 7. etiam εὐλίμενον vocat. Cf. etiam Plin. 3, 16. ſ. 11. et qui portus deſcriptionem exhibet Iul. Caeſ. de B. C. 1, 25. Celeberrimus inde erat in Graeciam traiectus, a multis commemoratus, longior quidem quam ab Hydrunte, ut monet Plinius, attamen certior. Coloniam Romanorum vocant plures, in iis Cicero ad Att. 4, 1. Livii epit. 19. Torquato Semproniоque CSS. a. u. 509. deductam tradit Vellei. 1, 14, 8. Ceterum cf. de hac urbe Cluver. 4, 13. p. 1245. Portus hodie obductus eſt, quod adfirmat Swinburne in Reiſen T. 1. p. 300. H. *Brindiſi.*

Valetium) De varia urbis ſcriptura cf. not. crit. pag. 324 ſq. In tabula Peutinger. 6. B. Balentium ad

Paſtium fl. ponitur, quem Pactium eſſe putat Cluverius 4, 13. p. 1244. ubi de hac urbe egit, ex Plinio 3, 16. ſ. 11. H. ibi cernitur *S. Marco*, quod ex tabula conligit Cluverius.

Lupiae) De ſcripturae forma exponunt not. crit. p. 526. Conditorem Malennium, Sallentinorum regem, memorat Capitolin. in Antonino philoſ. cap. 1. Cf. Mazochius ad tab. Heracl. pag. 526. Mediterraneis urbibus accenſet Strabo 6. p. 194. ſ. 282. at cum Mela Plin. 3, 16. ſ. 11. et Ptolemaeus 3, 1. ad mare ponunt, quibus adſentitur Cluver. pag. 1244. c. l. *Sybarim* olim dictam fuiſſe urbem tradit Pauſanias 6, 19, 6. quem tamen erroris quidam incuſant in nomine et in locorum ſitu, ut Lupiam poſuerit pro Copia, niſi rem aliis intactam tradiderit, qualis difficultas obiicitur apud Liv. 10, 2. qui Thurias urbem in Sallentinis memorat. Ita ſtatuit Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 143. Cf. etiam Weſſeling. ad Antonini itin. p. 118. Hodie inter Hydruntum et Brunduſium quaeritur, ubi eſt *Torre di S. Cataldo;* alii *Lecce* ſ. *Lezze* putant, in quibus Mentelle, etſi ad *Aletium* id potius refert Cluverius c. l. disſentiente tamen Mazochio c. l.

Sallentini campi) Tamquam iſti homines, quum gloriari magnis urbibus non poſſent, iactaverint ſe vel re pecuaria, vel lana. Certe Livius 25, 1. in. dicit *Sallentinorum ignobiles urbes.* I. GRONOVIVS *MS.* In litoribus notandum *promontorium Sallentinum,* (Salluſt. apud Servium ad Virgil. Aen. 3, 400.) ἄκρα Σαλεντίνη Ptolemaeo 3, 1. quod etiam illo et Plinio 3, 16. ſ. 11. teſtibus ἄκραν Ἰαπυγίαν vocarunt, ut Strabo 2. p. 84. ſ. 123. et alibi. Pro promontorio portum habet tabula Peuting. 6. C. Longiſſime inde in maria Italiam excurrere notat Plinius, qui a Tarento removet 32 M. P. Strabo 6. pag. 194. ſ. 281. inter illud et Lacinium ad

Ceraunios montes ponit 700 ſtadia. H. *Capo di S. Maria di Leuca*, quod ex diſtantia a Plinio notata cognoſcitur. Cf. de eo Swinburne Reiſen ex interpretatione Forſteri Vol. 1. p. 256 ſq.

Hydrus mons) Gr. Ὑδροῦς; Latinis etiam, ut in aliis ſolent, *Hydruntum*. Poſt etiam in itinerariis, v. c. Hieroſolymit. pag. 609. in Aethici coſmogr. p. 714. ed. A. Gron. *Odrontum* ſ. *Odruntum* vocatur, etſi de oppido cognomini, quod et veteres norunt. Sic Strabo 6. pag. 194. ſ. 281. memorat Ὑδροῦντα πολίχνην, *Hydruntum* oppidum Plin. 3, 16. ſ. 11. et alii. Poſtea incrementis auctum indicat ſignum in tabula Peuting. 6. B. adpoſitum. Portum hoc nomine memorat Scylax pag. 5. Hudſ. et ex eo in Graeciam traiectum factum, diſcitur ex Plinio 3, 16. ſ. 11. et aliis.

Callipolis) Quod quidam ab initio per *G* ſcribunt, de eo cf. not. crit. p. 328 ſq. Graecam originem teſtatur ipſum nomen praeter Melae diſertum indicium, quod tamen ideo etiam adpoſitum fuiſſe putat Mazochius ad tab. Heracl. p. 34. not. 50. ut innueretur, ſolam hanc ſervaſſe Graeciſmum, ceteras ſive nunquam Ἑλληνίδας fuiſſe, ſive tunc a Graecitate defeciſſe. *Auxam* Plinii aetate mutato nomine dictam, ipſe adfirmat 3, 16. ſ. 11. de quo cf. Cluver. 4, 13. p. 1239. ubi plura de hac urbe. De hodierna urbe, quae *Gallipoli* nominatur, cf. Marſchlins Reiſen durch Neapel Vol. 1. p. 138 ſqq. ubi portum notat etiam, ſed ita periculoſum, ut quotannis aliquot naves pereant. Alia *Callipolis* fuit in vicina Sicilia a multis memorata.

§. 8. *ſinus)* Plinius 3, 15. ſ. 10. ſic: *A Locris Italiae frons incipit, Magna Graecia adpellata, in tres ſinus recedens Auſonii maris; quoniam Auſones tenuere primi.* Etiam hodie in Calabriae multis pagis

Graeci habitant, qui ſua lingua ex Graecis vocabulis miſta utuntur, v. c. *hi gi* i. e. terra, etſi originem non ex Graecis illis colonis ducunt, ſed maiores habent Epirotas Scanderbegio duce advenas. V. Bartels Briefe über Kalabrien T. 1. p. 245.

Lacinium) Gr. Λακίνιον, quod Strabo 6. p. 180. ſ. 261. poſt tria Iapygum promontoria ponit, quae Cluverius 4, 15. pag. 1306. hodie eſſe putat *Capi delle Caſtelle*, *Rizzuto* et *della Nave*, unde conligit, Lacinium nunc eſſe *Capo delle Colonne*, ea etiam ex cauſa, quod ſec. Strabonem 6. p. 181. ſ. 262. Croto inde 150 ſtadiis diſtat, de quo paullo poſt. Conſentit Swinburne Vol. 1. p. 400. c. l. Hinc et Lacinium Crotonis mons dicitur a Stephano et Suida. Ab inſula Dioſcororum adiacente idem etiam dicitur *Dioſcurias* a Diodoro Sic. 13, 3. Celebre ibi fuit Iunonis templum, quod commemorant Strabo, Diodorus c. c. l. l. Livius 24, 3, 3. qui a Crotone removet 6 M. P. aliique, unde ipſa Iuno Lacinia nominatur. Templi eius adhuc una columna conſpicitur, cum altera ante 50 annos corruerit, quae falſo a Riedeſelio ad Crotonem longius hinc diſtantem refertur. Vid. Swinburne Vol. 1. p. 401. c. l. At ſi intervallum hoc comparaveris cum Strabone, alteruter erravit, aut vitiatus eſt, ut monuit ad Livium Gronovius. Videtur tamen vitium haerere in Livio ex ſupra notatis. Eius porro marmoreae tegulae paſſim praedicantur, quas non ſine gravi poena in aedem Fortunae Equeſtris transtuliſſe Q. Fulvium Flaccum narrat Valer. Max. 1, 1, 20. Columnam in illo auream commemorat Cicero de divin. 1, 24. et ſic alii alia, quae eius magnificentiam teſtantur. Vid. Cluver. p. 1310. c. l. De ſinu Tarentino cf. deinceps *Tarentus*, de *Sallentinis* ſupra ad §. 2.

Tarentus) *Tarentum* multis, Gr. Τάρας, qua forma Graeca paſſim etiam utuntur Latini, ut Lucanus 5, 356. *Tarentus* feminino genere ponit Sidonius Apolli-

nar. 5. v. 436. Incolae *Tarentini* etiam in numis. Urbis origo varia traditur. Multi Neptuni filium *Taranta* conditorem faciunt, de quo vid. Paufan. 10, 10, 4. et Mazoch. ad tab. Heracl. p. 91 fq. alii *Heraclidas*, unde *Herculeum* vocat Virgil. Aen. 3, 551. ubi cf. Servius et in primis Heyne in excurfu, praeter Hadr. Iunium in animadv. 1, 9. plerique Lacedaemoniorum Parthenias, Phalantho duce, ita tamen, ut non tam κτισταὶ, quam οἰκισταὶ, prifcis incolis eiectis, fuerint. Partheniae autem paucis poft bellum Meffeniacum l. annis ibi adpulerunt, Olymp. 18, 2. uti vult Hieronymus ex Eufebio a. C. N. 707. De duce Phalantho et migratione cf. Strabo 6. pag. 192. f. 278 fqq. Scymnus v. 330 fqq. Paufan. 10, 10, 3. — Hinc vero *Lacedaemonium* vocant Horat. 3. od. 5, 56. Ovid. Metam. 15, 50. *Phalantheum* Sil. Ital. 11, 16. Cf. Schrader. ad Avien. v. 524. Hinc Laco apud Platon. de legibus lib. 1. p. 30. Bip. et ex eo apud Athenaeum 4. p. m. 156. dicit ἐν Τάραντι παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἀποίκοις. Cluverius tamen 4, 13. nomen urbi impofitum fuiffe putat a cognomini fluvio, cui vero ipfi a Tarante nomen impofitum narrant. Praeter fitum commodum portu etiam innotuit. Vid. in primis Strabo 6. p. 192. f. 278. qui et finus facit mentionem, quem tamen maiore fui parte importuofum effe adfirmat. Notandus porro coloffus. (Strabo c. l.) Olim potentiffima urbs, poft luxu debilitata, quod in bello Tarentino fub adventu Pyrrhi adparuit, ut narrant auctores, in iis Plutarch. in Pyrrho cap. 16. Hinc paffim in poetis Tarentum vocatur *molle, imbelle, petulans, madidum, unctum,* quo et adludit Cicero ad div. 7, 12. Notae funt veftes pellucidae marium aliaque luxuriae et mollitiae alimenta. Laudantur ob lanae bonitatem oves Tarentinae, de quo multa congeffit Kempherus ad Calpurn. eclog. 2, 68. ubi et alia de Tarento adferuntur. In hiftoria celebratur bellum Tarentinum. Tandem facta eft colonia Romanorum a. u. 629. (Vellei. 1, 15, 4. Strabo c. l.) Municipium tamen poft

factum eſſe, multis adſtruere nititur Mazochius ad tab. Heracl. p. 98. Sed et poſtea floruiſſe, patet ex itinerariis et ex tabula, in qua primariae urbis ſignum adpoſitum habet. H. *Taranto* et ſic *Golfo di Taranto.* Hodie ad magnam tenuitatem depreſſa urbs iacet. Vid. Swinburne Reiſen Vol. 1. p. m. 285 ſq. Rara ſunt veteris urbis et fere nulla veſtigia. (Idem pag. 291.) De antiquitatibus Tarentinorum ſcripſit Ioh. Iuvenis in Graevii theſ. Ital. T. 9. P. 5. De vetere urbe v. Cluver. 4, 13. p. 1229 ſqq. et Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 217 ſqq.

Metapontum) Gr. Μεταπόντιον, ut Strabo 6. p. 182. ſ. 264 ſq. et alii; Syncellus p. 169. ſ. 212. Μεταπόντις; Latini cum Noſtro *Metapontum*, ut Liv. 1, 18. Plin. 3, 15. ſ. 10. — Incolae Μεταποντῖνοι etiam in numis, vel, ut Stephanus monet, Μεταπόντιοι. Nomen nacta eſt urbs a Metaponto, Siſyphi filio, barbaris Metabo, ut tradit Stephanus et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 368. Hinc olim etiam *Metabum* dictam eſſe refert Strabo 6. pag. 183. ſ. 265. ex Antiocho. Cf. Salmaſ. ad Solin. p. m. 46. Conditores idem narravit Achaeos cum Scymno v. 327. quod tamen ad ſeriora tempora ſpectat. Alii Pylios commemorant, ut Strabo c. l. Martian. Cap. lib. 6. pag. 206. alii alia adferunt. Cf. Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 206 ſq. qui putat, primum a Pyliis, deinde ab Achaeis coloniam deductam fuiſſe, cum Samnites eam devaſtaſſent. Quod Stephanus adfirmat, *Sirim* olim fuiſſe vocatam, et ex eo Euſtathius c. l. refutat Mazoch. ad tab. Heracl. T. 1. p. 109. Pythagoras ibi aetatem egit, eiusque domus in aedem Cereris tranſiit. Liv. c. l. Diogen. Laert. 8, 1, 15. H. ibi eſſe *Torre di Mare*, ſpeculam, ex ſitu coniicit Cluver. 4, 14. p. 1277. Columnae nunc aliquae ibi ſuperſunt, ipſa regio triſtis eſt et gravis. Swinburne Reiſen Vol. 1. p. 337. 342.

Heraclea) Vel *Heraclia*, ut apud Plin. 3, 15. ſ. 10. quod perinde eſt ex Gr. Ἡράκλεια. Inde gentilia re-

censet Stephanus Ἡρακλεύς, Ἡρακλειώτης et Ἡρακλεώτης. In numis occurrunt Ηρακληιων plerumque, Ηρακλειων, Ηρακλεων et Ηρακλεωτων. Cf. Eckhel in doctr. num. Vol. 1. P. 1. p. 153. Secundum Plinium 3, 15. f. 10. olim *Siris* eſt adpellata, quod quomodo intelligendum ſit, explicat Strabo 6. p. 182. f. 264. Nempe cum Heraclea a Tarentinis condita eſſet, *Siris*, priſcis incolis alio traductis, in navale Heracleenſium transiit. Cf. etiam Diodor. 12, 36. Alii Troianis eam obtinentibus Πολίειον dictam tradunt, poſt a Tarentinis poſſeſſam *Heracleam*. Vid. Ariſtoteles de Mirab. auſcult. cap. 114. ubi Πλεῖον vitioſum eſt, ut ap. Strabonem Πολίϊον. Πολίειον habet Stephanus f. v. Σίρις, cum Tzetze ad Lycophr. v. 978. qui tamen, dum ita primum, deinde Heracleum, denique Sirim urbem dictam tradit, miſcet. Nec accurate de variis nominibus exponit Cluver. 4, 14. pag. 1273. ubi et ſqq. de hac urbe egit, de qua cf. etiam Mazoch. ad tab. Heracl. T. 1. p. 109. et in primis Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 233 ſq. ubi etiam inſtituta et leges perſequitur. Per prolepſin Livius 1, 18. Servii Tullii tempore Heracleam in ultima Italiae ora commemorat, forte quia Sirim eandem putaret. Floruit per multos annos, cum et ibi conventus Magnae Graeciae haberentur. (Strabo 6. p. 193. f. 280.) Primum ab Alexandro Moloſſo in ditionem redacta a. u. 414—423. (Liv. 8, 24. Iuſtin. 12, 2.) poſt ſui iuris facta; numos enim cudit. An municipium factum ſit, disputatur; adfirmat Mazochius, negat Heyne. Hodie eius rudera adparent iuxta flumen Agri non procul a mari. (Swinburne Vol. 1. p. 345.)

Croto) Gr. Κρότων. In Latinis occurrunt *Croto*, *Croton* et *Crotona*, de quibus formis cf. not. crit. p. 331. et Cluver. 4, 15. p. 1310. Incolae Κροτωνιάτης et Κρότωνιος, illud reperitur ſaepius in numis, praeterea ex Latinis in Livio 24, 3, 9. et Cicerone de invent. 2, 1. alias frequentatur *Crotonienſis*, etſi etiam paſſim codd.

adferunt *Crotonenſis*, ut in Frontino 3, 6, 4. cuiusmodi forma eſt in *Carthaginenſis*. Conditorem urbis ferunt *Myſcelum* ſ. *Myſcellum* quarto anno Numa imperante a. u. Varron. 41. (Strabo 8. p. 267. ſ. 387. Dionyſ. Halic. 2, 59. Euſtath. ad Dionyſ. v. 369. Schol. Ariſtoph. ad equ. v. 1089.) pro quo tamen Cluver. pag. 1311. ex Ovidii Metam. 15, 20. vult *Micyllus*, perperam, ut ibi docent ea, quae disputavit Heinſius et alii a Burmanno laudati. Schol. tamen Theocriti ad 4, 32. a Crotone, Aeaci filio, conditam dicit, etſi Siciliae urbem male vocat. Satis tamen ex his antiquitas urbis intelligitur. De nomine cf. Diodor. Sic. 4, 25. In notando ſitu ordinem turbat Mela, quia Thurium praemittendum erat; melius Ptolemaeus 3, 1. et Plin. 3, 15. ſ. 10. diverſa quidem progreſſione. Mediam urbem interfluebat *Aeſarus* h. *Eſaro*. (Dionyſ. v. 370. Liv. 24, 3. in.) Magno urbs fuit ambitu, quippe quae teſte Livio 24, 3, 1. in circuitu 12 M. P. habuit ante Pyrrhi quidem adventum; poſt in bello vaſtitas ea conſecuta eſt, ut vix pars dimidia habitaretur. (Idem.) Sita erat in ora maritima portu inſtructa, moenibus valida, (Liv. 24, 2.) unde eam etiam εὐτειχεστάτην καὶ εὐανδροτάτην vocat Scymnus v. 322. uti pro εὐτυχεστάτη legit Heyne in opuſc. acad. V. 2. p. 183. quia nemo eius felicitatem praedicarit. Cf. tamen Schol. Theocriti ad 4, 33. Celebratur eius ſalubritas, unde proverbium natum Κρότωνος ὑγιέστερος vel ὑγιεινότερος, quod cum paroemiographis multi adferunt, nec peſtis ibi unquam fuiſſe dicitur, (Plin. 2, 98. ſ. 96.) etſi per aeſtatem hodie id ſecus habere ex aliorum narrationibus adfirmat Swinburne V. 1. p. 391. Vitam in ea maxime egit Pythagoras. (Dionyſ. Hal. 2, 59. Diog. Laert. 8, 1, 3. alii.) Poſt eo colonia deducta eſt octavo anno poſt bellum Hannibalicum i. e. a. u. 559. (Liv. 34, 45, 4.) et ſuo tempore coloniam factam Cothorniam nominatam adfirmat Dionyſ. Halic. 1, 26. Cf. de h. urbe etiam Petron. cap. 116. et qui plura con-

legerunt Cluver. 4, 15. p. 1310. Mazoch. ad tab. Heracl. passim, et Heyne in opusc. academ. Vol. 2. p. 178 sqq.

Thurium) In Graecis Θούριοι, ut incolae, et quod Stephanus notat, Θουρία et Θούριον. Prima forma usus est Strabo lib. 6. p. 175. s. 254. ultima Ptolemaeus 3, 1. aliique, media Scylax p. 3. Hudf. Thucyd. 6, 61. 7, 33. et numus, quem ex Magnano laudat Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag. 164. Ita variant etiam Latini, *Thurii*, (Cicero ad Attic. 9, 19. plures) *Thuriae*, (Liv. 10, 2.) *Thurium*, ut hic Mela. Terra Θουριάτις γῆ vel Θουριὰς γῆ, ut multi codd. in Thucyd. 7, 35. *Thurinus ager* in Livio 34, 53. in. Iul. Caes. de B. C. 3, 22, 2. Ipsa olim dicta est *Sybaris*, (Strabo 6. p. 182. s. 263. alii) post *Copiae*. (Strabo c. l. Stephanus.) Cf. Cluver. 4, 14. p. 1263. Sybaris Achaeorum opus fuit conditore Iseliceo, (Strabo c. l.) etsi Troezenios iactat Solinus cap. 8. s. 2. primo potens, post luxu fracta et a Crotoniatis deleta. Novi incolae, qui post redierant, ab Atheniensibus et aliis Graecis oppressi sunt, et urbis sedes in vicinum locum translata et a fonte eiusdem nominis vocata. (Strabo c. l. Diodor. 12, 10. Plutarch. in Nicia cap. 5. ubi Chalcum coloniae auctorem narrat, Schol. Theocriti ad 5, 1. et quae habet Taylor in vita Lysiae ad Olymp. 84, 1.) Thurios fontem etiam dicunt Diodor. c. l. Schol. Aristoph. ad nub. v. 331. ubi tamen pro Κωπίαι male legitur Ἀπίαι, amnem Schol. Theocriti. De colonia post eo deducta v. Liv. c. l. municipium tamen vocat Caesar de B. C. c. l. Nomen *Copiae*, quod Strabo commemorat, impositum videtur colonis Romanorum eo deductis, etsi *Turi* in tab. Peuting. 6. B. priori nomine notatur. Hodiernum nomen Cluverio 4, 14. p. 1270. videtur esse *il Cupo*. Quod enim quidam *Terra nuova* putant, falluntur, quia hoc oppidum in edito colle situm 12 M. P. a litore distat, Sybaris ad ipsum cognominis fluvii ostium nec procul

inde poſt Thurium conditum inter Sybarim et Crathin. Cf. Swinburne Vol. 1. p. 366. Ceterum de Thuriorum rebus vid. Heyne in opuſc. academ. Vol. 2. p. 239 ſq.

Scylaceus) De eo paullo poſt. *Zephyrium*, Gr. Ζεφύριον et περιφραστικῶς apud Dionyſ. v. 364. Ζεφύρου ἄκρη. Strabo 6. p. 179. ſ. 259. Locrenſis agri promontorium dicit inde adpellatum, quod portus eius ventis heſperiis ſit expoſitus. Cum Leucopetra confundit Martian. Cap. 6. p. 205. H. *Capo Burſano* ſec. Cluver. 4, 15. p. 1300. Aliis eſt *Spartivento*, quod tamen Cluverius Herculis promontorium fuiſſe exiſtimat.

Petelia) De ſcriptura in not. crit. pag. 332 ſq. Oppidani *Petelini* in auctoribus et numis. Varie nunc locatur, et a Cluverio, ubi *Belicaſtro* in edito colle 6 M. P. a mari et 30 a promontorio Crimiſa disſitum, quocum veteres conſentire putat. Nempe Virgil. Aen. 3, 402. *parva ſubnixa Petelia muro* dicit, ubi quosdam *ſubnixa* explicare notat Servius *impoſita*. Natura loci munitam adfirmat Strabo 6. pag. 175. ſ. 254. Idem cum Virgilio Philoctetae originem tribuit. Sed quod Lucanorum primariam urbem habitam addit, quod remoti illi fuerunt a Bruttiis, et ipſe poſt diſtinxit, non tam erraſſe, quam antiquiora tempora reſpexiſſe videtur. Cluver. p. 1316. ex Apollodoro forte deſumtum id putat. Ptolemaeus 3, 1. ſ. in magna Graecia ponit 9 M. P. fere a mari. Noſter tamen in maritimis numerat. Quod monet Swinburne in Reiſen durch Sicilien Vol. 1. p. 389. *Strongoli* urbem in aſpero monte ſitam quidam putant. Mentelle ad devaſtatas urbes reiicit. De *Carcino* vid. disputata in not. crit. p. 333 ſqq.

Scylaceum) De duplici *l* cf. not. crit. pag. 332. Antea Σκυλλήτιον dictum fuiſſe, refert Strabo 6. p. 180. ſ. 261. et coloniam Athenienſium vocat auctore Me-

nestheo, quod et adfert Servius ad Virgil. Aen. 3, 553. praeter alia minus probabilia. Consentit in utroque nomine et Atheniensibus conditoribus Plin. 3, 15. s. 10. *Scylletium* autem commemorant etiam alii, in iis Stephanus, etsi in Sicilia male ponit. Cur Virgilius c. l. *navifragum* adpellet, se adsequi posse negat Swinburne V. 1. p. 414. cum nulla ex saxis et cautibus causa adsit, nisi cum Scylla commiscuerit. Forte alii melius referunt ad origionem loci ex fractis Ulyssis navibus. Hinc vero vocatur *Scylaceus sinus* idemque *Scylleticus* Aristoteli de rep. 7, 10. Straboni c. l. h. *Golfo di Squillacci.* Efficit ille cum sinu *Hipponiate*, auctore Strabone, isthmum. Cluver. 4, 15. p. 1279. Hipponaten etiam Terinaeum et Vibonensem vocari existimat, quos male distinguat Plinius 3, 10. s. 5. De urbe idem exponit p. 1305.

Mystiae) Vid. not. crit. pag. 336. Cluver. c. l. nunc *Monte Arachi* esse putat.

Consentiam) Gr. Κωνσεντία, sine ν etiam in prima, de quo monuerunt notae crit. pag. 338. Oppidani *Consentini* apud Ciceron. de fin. B. 1, 3. et *Consentinus ager* apud Varron. de R. R. 1, 7, 6. An recte hic Mela commemoraverit, cum Bruttiorum metropolim adpellet Strabo 6. p. 176. s. 256. de eo vid. not. crit. pag. 338. *Intus* ponit Plin. 3, 10. s. 5. H. *Consenza.*

Caulonia) Gr. Καυλωνία, Latinis etiam *Caulon*, ut Virgilio Aen. 3, 553. Livio 27, 15, 8. Ovid. Met. 15, 705. Plinio 3, 15. s. 10. Incolae *Cauloniatae* sec. Stephanum in auctoribus (Polyb. 2, 39, 6.) et numis. Antea a convalle (αὐλὼν) praeiacente dicta est Αὐλωνία, (Strabo 6. p. 180. s. 261.) et sic Hecataeus adpellavit teste Stephano. Inde *Aulon* forte, quo nomine producit Stephanus, remansit in Horatio 2. od. 6, 18. Martiale 13, 125. quamvis Cluver. in Ital. ant. 4, 15. p. 1304.

dubitat et ad Tarentini agri montem (cf. Servius ad Virg. c. l.) refert, alii ad convallem ante urbem. Mazochius vero ad tab. Heracl. p. 527. damnat eam formam et ex numis unice probat per *Caulon*, a voce Hebr. *Kol*, ſic ut Phoenices fuerint conditores, refutatus ab Eckhelio in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 168 ſq. A Crotoniatis conditam tradunt Scymnus v. 318. Etym. M. ſ. v. Αὐλωνία et Stephanus ſ. v. Αὐλών. Achaeorum tamen coloniam facit Strabo 6. c. l. cum Pauſania 6, 3, 5. quem disſenſum ita tollit Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 203. ut Crotoniatas Achaeorum ſocios fuiſſe dicat. Cf. et Cluver. c. l. Locris vero originem tribuit Servius ad Virgil. c. l. Ad Achaeorum exemplum Iovi Homorio aedem exſtruxerant. (Polyb. 2, 39, 6.) Urbe poſt a Dionyſio expugnata et vaſtata, ager Locris datus eſt. (Diodor. 14, 106.) Quod Strabo c. l. narrat, eiectos incolas aliam Cauloniam in Sicilia condidiſſe, alio id tempore factum eſſe putat Heyne c. l. urbe antea inſtaurata. In bellis cum Pyrrho iterum deleta (Pauſan. c. l.) et tertio reſtituta eſt, ut adparet ex Livio 27, 12. et 15. Idem accidit in bello Hannibalico, quia Strabonis et Plinii tempore diruta iacebat. Situs fuit ad Sagram fl. (Strabo, Plinius.) Vid. de ea urbe Heyne c. l. et Gorius in ſymbolis literar. Vol. 7. p. 12 ſqq.

Locri) Qui dicti ſunt *Epizephyrii*, vel, ut eſt in Pindari Olymp. 10, 17. *Zephyrii.* Nempe tria fuerunt Locrorum (ſic enim et populi) genera, *Epizephyrii* in Italia, *Ozolae* iuxta Aetoliam et *Epicnemidii* iuxta Euboeam. Vid. Schol. Pindari ad Olymp. 11, 13. Urbs Locri Zephyrii iuxta Zephyrium promontorium ſtetit, ut refert Strabo 6. p. 179. ſ. 259. qui coloniam facit Locrenſium, qui Criſſaeum ſinum accolebant, i. e. Ozolarum, duce Evanthe paullo poſt Crotonem et Syracuſas conditas. Epicnemidiorum tamen potius coloniam fuiſſe, contendit Mazoch. ad tab. Heracl. pag. 30. Cf. quae disputat de

origine Euſtath. ad Dionyſ. v. 564. A *Naryciis* derivat Solinus c. 8. ſ. 2. unde *Narycii Locri* hic paſſim memorantur. Vid. Virgil. Aen. 3, 399. Cic. ad Att. 3, 2. et qui *Naryciam* habet Ovid. Metam. 15, 705. Iidem ſunt Locri Opuntii, quibus *Narycion* dat Plin. 4, 12. ſ. 7. Conditam vero dicit Hieronymus in Euſebii Chron. Olymp. 24. 2. Oppidani item *Locri Epizephyrii* et *Locrenſes*. Liv. 29, 6. et 8. duas arces et fanum Proſerpinae ibi commemorat, et Plinius 2, 98. ſ. 96. nunquam vel peſtem vel terrae motum fuiſſe notat. Cf. plura de ea apud Cluver. 4, 15. p. 1301 ſqq. et quae dedit de Locrorum originibus et republica Heyne in opuſc. academ. Vol. 2. p. 46 ſq.

Columna Rhegia) Strabo 6. p. 177. ſ. 257. ἡ Ῥηγίνων στηλὶς, Plinius 3, 10. ſ. 5. ut Noſter 3, 10. ſ. 5. De adſpiratione, quam alii omittunt, vid. not. crit. p. 339 ſq. Appian. de B. Civ. 5, 85. 103. 112. per υ, ut quidam in Strabone, ſimpliciter Στυλίδα vocat. Diſtabat ab ipſo Rhegio 100 ſtadiis. (Strabo) Limitem illam fuiſſe poſitam, ut alias columnas, putat Strabo 3. p. 118. ſ. 171. unde ſcriptura per η probatur, disſentiente tamen Cluverio 4, 15. p. 1295. qui potius credit, fuiſſe ibi notos traiectus ex Italia in Siciliam, quod ex Antonini itiner. p. 106. eluceat. In antiquo lapide apud Cluver. *ſtatua* ſimpliciter vocatur, ex quo patet, fuiſſe prope promontorium *Coenyn*. Cf. Strabo c. l. Eius veſtigium hodie non exſtat. Cf. Cluver. c. l. Quod idem malit *columna Rhegina*, de eo vid. Weſſeling. ad Antonin. c. l.

Rhegium) Gr. Ῥήγιον. De adſpiratione, quam alii probant, alii reiiciunt, dictum in not. crit. p. 340 ſq. ubi addi poteſt ex prioribus Burmann. ad d'Orville Sicula p. 561. Incolae *Rhegini* vel *Regini*, unde etiam *columna Rhegina* tuetur Cluver. 4, 15. p. 1296. ubi de hac urbe

disſerit, pro *Regio*, quod ſit ab urbe *Regium Lepidi* in Gallia Cisalpina. Fuit urbs Graeca, unde quidam Graecam formam a ῥαγῆναι iactant, alii a ſplendore regio, quaſi βασίλειον. De utroque disputat Strabo 6. p. 178. ſ. 258. Ab heroe indigena dictum refert Heraclides Ponticus h. v. Conditorem faciunt Iocaſtum, Aeoli filium, Tzetzes ad Lycophr. v. 738. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 476. ubi tamen Acaſtus prave legitur. At haec ad fabulas potius de Aeolo referenda ſunt. Chalcidenſes igitur melius alii adſumtis Meſſeniis faciunt conditores, Strabo 6. p. 178. ſ. 257. Scymnus v. 310. Heraclides Ponticus h. v. Solin. c. 8. ſ. 2. Cf. Moriſanus in inſcrr. Reginis. Nec repugnat Antigonus in hiſt. mirab. c. l. cum Delphis ſ. Apolline auſpice coloniam huc deductam narrat, ut ex Strabone optime intelligitur. Factum igitur id eſt eodem tempore, quo conditum eſt Tarentum. Deſtinata erat a Caeſare colonia, poſt iterum exemta. (Appian. de B. Civ. 4, 1. 86.) Denuo tamen colonia facta videtur, quia *Rhegium Iulium* dicitur a Ptolemaeo 3, 1. etſi id mirum putat Cluver. p. 1298. Male autem Noſter Rhegium inter columnam et Scyllam ponit, quum fuerit inter Scyllam et Rhegium columna, ut ex Strabone diſcitur. Vid. etiam Cluver. p. 1296. et quae de Rhegio disſeruit Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 270 ſq. H. *Reggio*.

Scylla) De hac urbe disputatum eſt in not. crit. pag. 542 ſq. Uſitatiori nomine urbs dicitur *Scyllaeum*, a Scylla, quod hinc vitioſe apud Ptolemaeum 3, 1. ſimplici *l* ſcribitur. Alii *Scyllaei* ſaxi tantum mentionem faciunt, ut Strabo 1. p. 15. ſ. 20. et 6. p. 177. ſ. 256. Urbs h. *Sciglio*.

Taurianum) Vid. de hac urbe not. crit. p. 543 ſq. Locum olim non obſcurum fuiſſe, ex eo adparet, quod non ſolum multi eum memorant, ſed et epiſcopi ſedem

habuerunt. Vid. Holſten. ad Cluver. Ital. ant. pag. 299. Ipſe Cluverius 4, 15. p. 1293. ex his unum fuiſſe putat *Seminara*, *S. Elia*, *Palma*. In primo loco conſentit Bartel.

Metaurum) Occurrit etiam apud Solin. c. 8. ſ. 2. qui a Zanclenſibus dicit conditum. Notior eſt *Metaurus* fl. a multis memoratus hic in Bruttiis h. *Marro*, alter Haſdrubalis clade nobilitatus (Horat. 4. od. 4, 38.) in Umbria h. *Metaro*. Urbis veſtigia hodie nulla ſuperſunt.

§. 9. *Medama)* Varie effertur vel etiam corrumpitur. Strabo 6. p. 177. ſ. 256. Μέδαμα, Hecataeus apud Stephan. h. v. Μέδμη, qui tamen ex Apollodoro poſt eandem adpellare videtur Μέσμα. Μέδνα eſt apud Scymn. v. 307. *Medma* apud Plin. 3, 10. ſ. 5. Μέσα ap. Scylacem p. 4. Hudſ. A Syriaca voce, i. e. copia rerum, nomen derivat Mazoch. ad tab. Heracl. pag. 42. Cluverius 4, 15. p. 1292. ſuſpicatur, ibi h. eſſe *Roſarno*.

Hippo) Gr. Ἱππώνιον. (Strabo 6. p. 177. ſ. 256. Stephanus.) Condiderant Locrenſes, Bruttiis ademtum Romani *Vibonam Valentiam* adpellarunt. (Strabo, Stephanus, Plin. 3, 10. ſ. 5.) Et ſic Ptolem. 3, 1. adpellat. Incolae ex varia urbis adpellatione *Hipponiatae*, *Vibonenſes*, *Valentini*. Prius Graeci frequentant. In numis Ιππονιεων et Ιπωνιεων, vel etiam Ειπονιεων. Cf. Eckhel in doctr. num. V. 1. P. 1. p. 173. *Vibonienſis* legitur in Caſtelli inſcrr. Siciliae p. 63. ut in Carthaginienſis variatur. A Syriaca voce *Ubbo* i. e. ſinus derivat et Phoenices conditores iactat Mazoch. ad tab. Heracl. p. 515. unde *Ubbo*, *Vibo* Latinis, Graecis *Hippo*, ut in Africae urbibus accidit, vocatur; Locrenſes poſt tantum occupaſſe; quae arbitraria ſunt. Colonia facta eſt Romanorum a. u. 561. (Liv. 35, 40, 5. Vellei. 1, 14, 8. etſi hic annis 51 differt) et *Vibo Valentia* dicta. Cf. Salmaſ. in Solin.

p. m. 49. et 59. Ciceronis tempore fuit municipium, qui ſic adpellat in Verr. 5, 16. Situs ex Antonini itin. pag. 111. diſcitur, qui a Columna removet 56 M. P. et ex lapide miliario Gruteri p. 150, 6. qui inde ad Locros numerat 45 M. P. Cf. etiam tabula Peutinger. 6. E. Cluverius 4, 15. p. 1291. inde coniicit, male quibusdam hodie videri *Bivona*, cum potius ſit *M. Leone*. Conſentit in hoc Bartel in Briefen über Kalabrien p. 333. qui tamen nulla ibi h. exſtare rudera adfirmat; agros tamen floribus repletos vidit, quorum conligendorum cauſa Proſerpinam olim ex Sicilia huc veniſſe, quidam retulerant ſec. Strabon. c. l.

Temeſa) Plinius 3, 10. ſ. 5. *Temſa, a Graecis Temeſe dictum.* Nempe Gr. Τεμέση, ut Homer. Odyſſ. 1, 184. — Strabo tamen 6. pag. 176. ſ. 255. Τεμέση, Τέμψαν οἱ νῦν καλοῦσιν, quod habet Ptolemaeus 3, 1. Latini *Temſa* ſcribunt, ut Plin. c. l. tabula Peuting. 6. E. vel *Tempſa* ex Graeca ratione, ut Liv. 34, 45, 4. Geogr. Ravenn. 4, 32. quod ita praefert Cluver. 4, 15. p. 1285. Lycophron v. 1067. metri cauſa dixit Τέμεσσα, neque tamen, quod monet Tzetzes, repudiat alia forma Τάμασσα; certe Ταμάσιον κρητῆρα vocat v. 854. et Ταμέση ſ. v. Ταμάσεος notatur etiam a Stephano, qui et Τεμεσία ex Polybio addit. Hinc occurrunt *Temeſaeus*, *Tempſanus*, et ex etymo ſimilia. Quod refert Strabo c. l. condiderunt eam Auſones, deinde, Thoante duce, Aetoli, quos expulerunt Bruttii, Bruttios adtriverunt Hannibal et Romani. Phoeniciam tamen originem primam illi adferere nititur Mazochius ad tab. Heracl. pag. 42. a *temas*, mergi, quod Auſones procella iactati hic poſtremo emerſerint. Ita quidem omnino conſentit cum Bocharto in Chanaan 1, 33. ubi de Phoenicum colonis in Italia expoſuit, at in eo discrepat, quod hic a *themes*, liquefactio, derivat. Celebrantur enim in eius vicinia officinae aerariae, de quibus Strabo c. l. unde etiam Homericam

Temefam huc referunt. *Temefaea arva* commemorat Ovid. Metam. 7, 204. At iam Strabonis aetate conquierant, nec hodie revixerunt. (Fortis Briefe p. 119. vid. Teutfcher Merkur an. 1787. p. 119.) Coloniam eo a. u. 558. deductam effe a Romanis, narrat Livius 34, 45, 4. Cluverius 4, 15. p. 1288. nunc *Torre Loppa* effe coniicit, Fortis *Malvita.*

Clampetia) Commemoratur a Plinio 3, 10. f. 5. Livio 29, 38. in. 30, 19, 10. In tabula Peuting. 6. E. ut fitus docet, vitiofe fcribitur *Clampeia.* Eandem in Polybio 13, 10, 2. *Lampetiam* (ει) effe putant, quam adfert ex eo Stephanus, et Λαμπέτην in Lycophrone v. 1068. etfi promontorium iuxta Temeffam explicat Tzetzes. Voffius tamen hic in Lycophrone Λαμπέτις legit, et de noftra urbe intelligit. Tum Cluverium refutat, qui Lametum et Clampetiam eandem exiftimaverat. Sita autem erat, fi eadem eft Lycophronis, in loco arduo et quafi in extimo finus Hipponiatae cornu. Signum maioris oppidi, in tabula additum, priftinam opulentiam declarat. Cluver. 4, 15. p. 1285. fufpicatur h. effe *Amantea*, in quo adfentientem hic habet Voffium. De *Blanda* dictum eft in not. crit. p. 348. Situs ex tabula Peut. 6. E. adparet, circa Laum amnem in Lucanorum finibus, unde Cluverius Plinium 3, 10. f. 5. erraffe putat, qui adfcribit Bruttiis; fed et hic, ubi contermini funt Lucanis. Fluvius autem vicinus in tabula vocatur *Grater.* Cum Mela hic litora non accurate diftinguat, nihil ex eo certi definiri poteft. In utroque tamen Buxentum vicinum eft. H. forfan *Maratea,* ut iudicat Cluver. 4, 14. p. 1263.

Buxentum) Gr. Πυξοῦς, ut diferte monet Plin. 3, 10. f. 5. Latino nomine protulit Ptolemaeus 3, 1. Coloniam eo deduxerat Micythus, Meffanae in Sicilia princeps. (Strabo 6. p. 174. f. 253. Diodor. Sic. 11, 59.) Cf. Vindingii Hellen p. 398. (in Gronov. thef. Vol. 11.)

et de Micytho Holſten. ad Stephan. p. 267. In Stephano ſ. v. Πυξοῦς vitioſe adpellatur Μίανθος, ut alibi aliis corruptionibus adſperſis. Factum id eſt Olymp. 77, 2. ſec. Diodorum. Poſt Romanorum colonia fuit a. u. 558. (Liv. 32, 45, 2. Vellei. 1, 15, 3.) Prope Veliam ponit Ptolemaeus, iuxta Palinurum Strabo. Cluverius 4, 14. p. 1261. nunc putat eſſe *Policaſtro*, ubi veteris oppidi veſtigia viſuntur.

Velia) Herodoto 1, 167. Ὑέλη, vel, ut putat Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 202. not. Ὑέλη, inde Ἐλέα, Velia, Οὐελία. Quod diſerte monet Plin. 3, 10. ſ. 5. *Helia* poſt *Velia* dicta eſt. Sec. Stephanum olim Ἐλέα, poſt Βελέα; ſec. Strabon. lib. 6. in. olim Ὑέλη, ſuo tempore Ἐλέα. Antea, ut ex Herodoto 1, 167. apparet, *Cyrus* fuit nominata. Latini adſpirationem Graeco addiderunt. Quod Βύλη etiam dictam ſcribit Stephanus, vitiatum cenſetur. In numis inde de incolis legitur Ὑελητων ſ. Ὑελητεων. Cf. Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 165. Alias Ἐλεάται. De cauſa nominis disquirit Strabo. Conditores fuerunt Phocaeenſes ex Corſica et Maſſilia eiecti, (Strabo, Herodot. 1, 167. de cuius loco eiusque veritate disſerit Mazochius ad tab. Heracl. pag. 516.) Iuxta Eleetem fl. conlocat Strabo, quem Haletem vocat Cicero ad Attic. 16, 7. nunc *Halente*, et a Paeſto 200 ſtadiis removet Strabo. Contra erant inſulae Pontia et Iſcia, (Plin. 3, 13. ſ. 7.) ex quo coniicit Cluver. p. 1260. hodie eſſe *Piſciotta*. Patria fuit Parmenidis et Zenonis, Pythagoreorum, (Strabo c. l.) unde uterque Ἐλεάτης dicitur. (Diog. Laert. 9, 3, 1. et 5, 1.) Nota inde *ſchola Eleatica*. Ceterum praeter Cluverium multa de hac urbe congeſſit Ioſ. Antoninus in Lucania, diſcorſo 4. pag. 11.

Palinurus) Promontorium hoc nomine commemorant Strabo lib. 6. in. Plin. 3, 10. ſ. 5. alii. Oroſius

4, 9. a Lucanis montibus in altum excurrere dicit. Portum etiam hoc nomine novit Dionyſ. Hal. 1, 53. Cauſam nominis eandem, quam Noſter, adferunt Dionyſius c. l. Virgil. Aen. 6, 381. qualia notantur alias de Canobo, Peloro, Miſeno. Neque tamen hic promontorium intelligam cum Cluverio 4, 14. tum quia aliis urbibus interpoſitum eſt ſine notatione, ut ſolet, quando id facit, tum quia loci nomen (ut Virgilius) eſſe addit. Oppidum igitur etiam fuiſſe videtur, quale etiam nunc ibi reperitur vulgari nomine *Palinuro.*

Paeſtum) Gr. Ποσειδωνία, ut diſerte monent Strabo lib. 5. extr. Plin. 3, 10. ſ. 5 In Strabone tamen Latina voce adpellatur Παῖστος. Latinum nomen e Graeco corruptum putat Salmaſ. ad Solin. cap. 8. ſ. 2. p. m. 47. At Graeco abolito potius Paeſtum, mutato nomine, dictum fuiſſe cenſet Mazochius ad tab. Heracl. p. 499. etſi idem pag. 501. et 515. ut alia peregrina urbium nomina (cf. ante *Hippo)* e Graecis detortum putat. Cf. etiam de utroque nomine Paoli diſſertatt. Paeſtanae diſſ. 2, 1 ſq. Numi tamen docent, ab eo tempore, quo colonia eo deducta eſt, an. u. 480. (Vellei. 1, 14.) Latinos Paeſti nomen praeferre. Vid. Eckhel in num. veterr. anecd. P. 1. p. 39. in doctr. numor. P. 1. Vol. 1. pag. 158. Ποσειδωνιάδα tamen vocat Scymnus v. 244. A Dorienſibus conſtitutum, tradit Solin. cap. 8. ſ. 2. a Sybaritis Strabo, quem confirmat Scymnus v. 245. ut ibi pro συμβρίτας cum Salmaſio leg. eſt, qui fuerunt Achaeorum coloni. Cf. Heyne in opuſc. acad. Vol. 2. p. 263. Poſt in Lucanorum ceſſit poteſtatem, quibus eripuerunt Romani. (Strabo.) Contra Mazochius ad tab. Heracl. p. 499. ad Phoenices ex Dora oppido maritimo delabitur ſuo fere more. Sic Paſſerius de numis Etruſcis Paeſtanorum forte etiam Paeſtum ab Apolline dictum putat ſua coniectura. Vid. Gorii ſymbol. liter. Vol. 2. p. 20. In medio ſinu ponit Strabo, qui inde *Paeſtanus* ſ. *Poſidoniates* ſinus vocatur. Morbis

obnoxium deſcribit Strabo, idque tribuit Silari amnis ſtagnis; Heerkens in notabilium lib. 3. p. 115. muſcis, quae infeſtarint Silari finitima loca, ex Virgilio Georg. 3, 147 ſqq. Inſalubritatem agri ex nebulis et aëre foetido etiamnunc teſtatur Bartel in Briefen über Kalabrien pag. 187. Olim maxime roſis inclaruit, quas celebrant multi, laudati a Cerda ad Virgil. Georg. 4, 119. et Paolo pag. 8. c. l. unde *Paeſtana roſaria* pro Paeſtum dixit Martian. Cap. 6. p. 205. Sed hodie ſpinae ibi et urticae occurſant. Vid. Marſchlins Reiſe durch Neapel Vol. 1. p. 226. Merulae tempore moenia veteris Paeſti et aliqua aedificia ſupererant, quod quidem ſe accepiſſe ſcribit in Coſmogr. P. 2. lib. 4. cap. 26. Sed et hodie rudera exſtant, quae multi deſcripſerunt, ut Heerkens c. l. Winkelmannus, Paolus, Miller voyages pittoresques de Naples. De urbe ipſa vid. praeter Cluverium Heyne c. l. et Paolum in diſſert. Paeſtanis. H. *Peſti* ſ. *Pieſti*; et ſinus Paeſtanus h. *Golfo di Salerno*.

Silerus) Plerique *Silarus*, ut Graeci, v. c. Strabo 5. extr. cui tamen lib. 6. in. eſt Σιλαρίς. Sed cf. not. crit. p. 349. et quae alia dant Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 600. et Oberlin. ad Vibium p. 194. Remos aliaque in illum iniecta in lapidem induruiſſe tradunt Silius Ital. 8, 581. et alii, de quo quaerentem Cluverium (v. 4, 14. pag. 1255.) riſerunt accolae. Ab illo ager Lucanus et Bruttius incipiebat olim. (Plin. 3, 10. ſ. 5.)

Picentia) Gr. Πικεντία Strabo lib. 5. extr. qui Picentum caput adpellat, ſuo tempore, cum Hannibali adhaeſiſſent, ex urbe eiectorum et per pagos habitantium. Mela Lucaniae tribuit et maritimam urbem facit. At Plinius 3, 9. ſ. 5. *intus* ponit, cui adſentiri videtur tabula Peuting. 6. D. ubi vitioſe ſcribitur *Icentie*. Cluverius (v. 4, 6. p. 1190.) ſitum inveſtigáre ex incolis non potuit, ſed edoctus poſtea ab Everhardo Voſſio rudera

antiqui oppidi putat, quae vocant *Vicenza* f. *Bicenza.* Confuli hic etiam poteft Holften. ad Cluver. pag. 263. Ruinas tamen eius ponit Bartel p. 189. c. l. prope *Evoli.*

Petrae —) Gr. Σειρηνοῦσαι νῆσοι Ptolem. 3, 1. Strabo 1. p. 15. f. 22. lib. 6. in. alii. *Sirenianos montes* vocat Frontinus de colon. pag. 125. Σειρηνίδα πέτρην Dionyf. v. 360. *Sirenum faxa* Solin. cap. 8. f. 2. Vid. Salmaf. p. m. 45. *Sirenides* Hyginus fab. 141. qui *locum* vocat. Plerique ad Siciliam earum fedem conftituunt, at Homerus Odyff. 12, 44. inter Circaeum montem et Scyllam fretumque Siculum. Notavit etiam fedis diverfitatem ad Pelorum in Sirenufis Strabo lib. 1. c. l. De Sirenibus ipfis confulendi fabularum enarratores.

Minervae pr.) Gr. Ἀθήναιον, ut Strabo 5. p. 171. f. 247. qui prope Surrentum ponit, dictum etiam Σειρηνουσῶν ἀκρωτήριον, uti nunc legitur pro Πρηνουσσόν. Plinius 3, 9. f. 5. diferte Sirenum quondam fedem ibi ftatuit. In fummo fuit Minervae templum ab Ulyffe conditum. (Strabo c. l.) Sirenum ibi templum commemorat Ariftoteles in mirabil. aufcult. cap. 110. Idem *Surrentinum promontorium* etiam adpellatum fuiffe, coniicit Cluver. 4, 3. p. 1163. ubi de eo disferit ex Statii Silv. 5, 3, 165. et Taciti Annal. 4, 67. Ceterum Melam reprehendit Camillus Peregrinus in differtatt. de Campania Felice diff. 1. p. 58. in Graevii thef. Ital. T. 9. P. 2. quod Minervae promontorium Lucaniae adfignaverit, cum is fuerit Silerus, omninoque diff. 2. p. 77. quod ex tribus Campaniis unam fecerit. H. *Capo della Minerva.*

Surrentum) Gr. Σύῤῥεντον Strabo 1. p. 15. f. 22. ex quo loco pro Σύραιον ita repofuit Siebenkeefius lib. 5. p. 171. f. 247. addicentibus MSStis meis. Idem tamen antea p. 164. f. 243. Συρεντῖνος οἶνος dixit, uti folet

in his variari. Priorem tamen formam praeferunt etiam Diodor. Sic. 5, 8. Dio lib. 52. extr. Simplici ρ legitur in Ptolemaeo 3, 1. Sed de eo dixi in not. crit. p. 350. ubi de duplici *r* ex infcrr. addi poteft Sponius in mifcellan. eruditae antiqu. p. 197. Nomen a Sirenibus impofitum putant Cluver. 4, 3. pag. 161. et Swinburne (Reifen) Vol. 1. p. 100. etfi hoc non fine magna mutatione verfum eft. Coloniam Romanorum fuiffe adparet ex Frontino de colon. p. 125. *Salubrem* ibi *Zephyrum* laudat Sil. Ital. 5, 466. et nunc Swinburne c. l. coeli falubritatem et loci amoenitatem. H. *Sorrento.* De *Puteolano finu* paullo poft.

Herculaneum) De fcriptura dictum eft in not. crit. p. 351. In Strabone 5. p. 170. f. 246. eft Ἡράκλειον, in Dione 66, 23. Ἡρκουλάνεον, in qua fcriptura plerique confentiunt, ut hic Mela, Vellei. 2, 16, 2. Flor. 1, 16. Seneca Nat. Qu. 6, 1. 26. cum lapidibus; Marcus Antonin. de rebus fuis 4, 48. vocat Ἡράκλανον; Ovidius Metam. 15, 711. *Herculeam urbem,* et ib. v. 8. *Herculei hofpitis urbem.* Vid. quae conlegit Münter in parergis — pag. 8. Incolae *Herculanenfes,* et fic infcr. in Gorii fymbolis literar. Vol. 1. pag. 86. *Herculem* conditorem facit Dionyf. Hal. 1, 44. cum Martiano Cap. 6. p. 216. quae licet ad fabulas reiici debeant, antiquitatem oppidi tamen indicant. Situm fuit inter Neapolim et Pompeios ad mare, fub Vefuvii montis radicibus. Vid. Dionyf. Hal. c. l. Strabo c. l. Plin. 3, 9. f. 5. tab. Peuting. 6. D. et ex locorum ferie Florus c. l. unde patet turbatum effe ordinem a Mela. Strabo vocat φρούριον, quod non eft Italorum fenfu *caftello,* cum et de aliis urbibus haud ignobilibus ponatur, de quo vid. Heerkens in rer. notabil. lib. 3. p. 96. Eius falubritatem praedicat Strabo. A Vefuvii montis eruptionibus cum Pompeiis obrutam fuiffe anno 2. Imperatoris Titi, a. u. 832. et a. N. Chr. 80. tradit Dio Caff. 66, 23. Alii tamen aliud tempus iudicant,

de quo cf. notata ad Dion. c. l. Cf. et Intelligenz-Blatt der allg. Liter. Zeitung a. 1801. n. 221. pag. 1788. et an. 1802. n. 69. p. 563. Hodie multi quaerunt, ubi *Torre del Greco*, alii, ubi *Portici* et *Resina*. De ipsa urbe, in primis de antiquitatibus recentiori aetate erutis plures scripserunt, quos hic enumerare longum est.

Vesuvii) Varie scribitur in auctoribus adeo iisdem, ut in Strabone 1. p. 9. s. 21. dicit Βεσούβιος, et 5. pag. 170. s. 247. Οὐεσσούϊος. Potiora omnino haec: Οὐεσούϊος Diodor. Sic. 4, 21. (vulgo Οὐεσούσιος) Galenus de methodo medendi lib. 5. p. 92. Opp. P. 4. Basil. 1538. adfirmat veteres Romanos, et qui accuratius sua aetate locuti sint, adpellasse Βεσούβιον, celebre autem et recens nomen esse Βέσβιον; et sic adpellant utique plures, ut Dio Cass. 66, 22. in. 76, 2. in. Appian. de B. civil. 1, 116. Zonaras 11, 18. Syncellus in Chron. pag. 273. (Venet.) — Ita etiam variant Latini, ut *Vesbius*, (Statius Silvar. 4, 4, 79. Sil. Ital. 17, 594. Columella 10, 133. qui tamen 2, 3, 10. dicit *Vesuvius*) *Vesvius*. (Martial. 4, 44. in. Frontin. 1, 5, 21. ubi vid. de hac forma Oudendorp.) Inde *Vesvina iuga* Sil. Ital. 12, 152. qui tamen 8, 654. dixit *Vesbius* ex variatione, de qua cf. Carr. ad Valer. Flacc. 3, 209. et 4, 507. Porro *Vesevus*, ut Lucret. 6, 747. Virgil. Georg. 2, 224. Sueton. in Tito cap. 8. et alii. Item *Bebius* et Graece et Latine posteriores maxime, in iis Procop. de B. Goth. 2, 4. Boccatius et Vibius. Usitatior forma tamen est *Vesuvius*, qua utuntur Plin. 3, 9. s. 5. alter epistolar. 6, 16. Tacit. Annal. 4, 67. Liv. 8, 8. extr. alii. Sed plura dabunt Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 470. Cluver. in Ital. ant. 4, 5. p. 1157. Hofmannus ad oracula Sibyll. lib. 4. p. 524. Oberlin. ad Vib. p. 301. Reimar. ad Dion. 66, 22. Verticem eius planum, totum sterilem fuisse notat Strabo lib. 5. c. l. infra cultum, in quo et alii adsentiuntur, ubi *Phlegraeos* fuisse *campos* narrat Diodor. 4, 21. Uterque veteris

incendii veſtigia notant. Illorum igitur tempore non arſit, nec quidquam de eius incendiis Mela et Plinius adferunt. Neronis aetate arſiſſe adfirmat Boccatius de montibus h. v. Veſpaſiani alii, ex quo Plinius maior periit. Vid. Plinii epiſt. 6, 16. De tempore ipſo Dio 66, 22. et Reimarus ad 66, 24. Praeceſſiſſe videtur terrae motus, quo pleraque loca vicina corruerunt. Vid. Seneca in Nat. Qu. 6, 2. Quam vero atrociter ſaevierit, adeo ut cinerem in Africam, Syriam et Aegyptum eructatus ſit Romamque et ſolem obſcurarit, tradunt varie et ample poetae in primis. Vid. Cellarius c. l. Drakenborch. ad Sil. Ital. 8, 654. Heinſius ad Valer. Flacc. 4, 507. et quae adtulerunt. Poſt illam vero eruptionem crebra incendia eius narrantur in auctoribus, quorum loca conlegerunt Cluver. 4, 3. p. 1159. et Banier des embraſemens du mont Veſuve p. 16 ſq. (in hiſt. de l'academie de Paris T. 8.) De vetuſtate incendiorum eius cf. Ordinaire in hiſt. des Volcans n. 31. Inde vero ab ea eruptione, qua Plinius periit, et Herculaneum aliaeque urbes everſae ſunt, ad an. 1794. numerantur 29. Vid. Bericht von dem letzten Ausbruche des Veſuvs — Dresd. 1795. 4. Tunc vero mons ille decrevit 200 paſſibus et conica eius forma evanuit. Omnino conſulendi de eo in primis Sauſſure, Thomſon, Spallanzani, de la Torre, quibus praeter alios nuper acceſſit Breislak. H. vulgo, notante Cluverio, *Monte di Somma* ab oppidulo ad radices poſito; notius nomen *Veſuvio.*

adſpectus) Plin. 3, 9. ſ. 5. *haud procul adſpectante monte Veſuvio.*

Pompeii) Gr. Πομπήϊοι (Dio Caſſ. 66, 23.) ſ. Πομπαία (Strabo 5. p. 171. ſ. 247.) ſ. Πομπηΐα. (Dionyſ. Hal. 1, 44.) Latini, ut Plinius 3, 9. ſ. 5. *Pompeii.* Oppidani *Pompeiani*, et hinc *Pompeianum* de Ciceronis villa vicina, cuius ſaepe facit ille mentionem. Praeterfluebat urbem Sarnus fl. h. *Sarno* vel inferiori ſui parte ab oppido

adpoſito *Scafati* ſ. *Scafato*. Inde *Pompeianus Sarnus* vocatur a Statio Silvar. 1, 2, 265. Celebrem urbem vocat Seneca Nat. Qu. 6, 1. et *municipium* Plin. 2, 52. ſ. 51. Terrae motu deſediſſe notat Seneca c. l. eodem quidem tempore, quo Herculaneum obrutum eſt. (Dio Caſſ. 66, 22.) Vid. de ea urbe Cluver. 4, 5. p. 1155. Noſtra aetate detectam et erutam eſſe, notum. Cf. Martini auflebendes Pompeii, et, qui egeſtas eius partes ex ipſo viſu deſcripſit, Hirt in libro Italien und Deutſchland P. 3. p. 47 ſq.

Neapolis) Gr. Νεάπολις. Nomen antiquum fuit Φάληρον, quod tradit Stephanus h. v. et innuit Lycophron v. 717. ubi Tzetzes cauſam petit a Phalero, Siciliae tyranno, qui Neapolim condidit. Poſt dicta eſt *Parthenope*, a Parthenope, quae una fuit Sirenum, ibi excepta, ut narrant Strabo 5. p. 170. ſ. 246. Stephanus, Paraphraſtes ad Dionyſ. v. 359. aliique. Vid. Cluver. 4, 5. p. 1146. ubi de hac urbe exponit, et Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 466. Plinius tamen 3, 9. ſ. 5. cum Solino c. 8. ſ. 2. Martiano Cap. 6. p. 206. a tumulo eius nomen ducit; et ſic Euſtath. ad Dionyſ. v. 359. *Neapolim* poſtea dictam ab Auguſto tradit Solinus c. l. Sed diu ante eum hoc nomen geſſiſſe, adparet ex Polybio 3, 91, 4. Strabo c. l. nomen a novis incolis ortum narrat. Incolae Νεαπολῖται, (Strabo 5. p. 171. ſ. 248. alii) pro quo in numis legitur Νεοπολιτων. Vid. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag. 112. Strabo 5. p. 170. ſ. 246. Cumanorum facit coloniam, quibus poſt acceſſerint Chalcidenſes, et qui Pithecuſis et Aenaria egreſſi erant. Ita nempe pro Ἀθηναίων emendat Urſinus ad Liv. 8, 22, 6. V. Obſervatt. miſc. 6. p. 47. ubi de iis disquiritur. Athenienſes tamen ſatis vindicat Timaeus apud Tzetz. ad Lycophron. v. 732. Inter Cumanos et Chalcidenſes fluctuant tamen auctores, quamvis plerique Cumanos habent, quibuscum Chalcidenſes optime conciliantur, quippe qui Cumis conſederant. Vid. Velleius 1, 4, 1. et 2. Plin. 3,

9. f. 5. Livius 8, 22, 6. (de Palaepoli haud longe inde disfita.) Longius alii dissident, et Scymnus Chius v. 246. adfert Phocaeenses et Massilienses, Stephanus Rhodios. Nempe hoc pertinet ad repetita diversis temporibus primordia. Parthenopen Rhodios condidiſſe diserte scribit Strabo 14. p. 450. f. 654. Idem lib. 6. p. 170. f. 246. Cumanis, quibus post alii antea commemorati accesserunt, tribuit, dissidiisque ortis Campanos receptos fuiſſe addit. Alii omnino Graeci generis conditores faciunt, ut Philostrat. Icon. lib. i. in. et hinc Tacit. Annal. 15, 33. *Graecam urbem* adpellat. Strabo etiam c. l. in argumentis narrationis subiicit magistratuum initio nomina Graeca, Graecos Campanis permistos, Graecorum institutorum vestigia, ut gymnasia, epheborum coetus, phratrias et alia. Altius descendit Tzetzes ad Lycophr. v. 717. qui ipse a Phalero, Siciliae tyranno, ex Diodoro Siculo et Oppiano Cyneg. 2, 149. ab Hercule urbis originem repetit. Livius 8, 22. olim *Palaepolim* in vicinia memorat sitam, unde non solum nomen Neapolis intelligitur, sed et colonorum diversa migratio. Muncipium Romanorum olim fuit e lege Iulia (Cicero ad diverf. 13, 30. Agrar. 2, 31. pro Corn. Balbo 24.) tandem colonia facta Augusta, nec tamen citius, quam sub Antoninis, quod quidem contendit Heyne in opusc. acad. Vol. 2. p. 263. sed sine auctoritate, etsi coloniam nunquam fuiſſe adversus eruditiſſimos viros operose evincere studuit Martorellius de regia theca calamaria P. 2. lib. 2. cap. 5. p. 427 fqq. At coloniam extremis tamen demum Commodorum temporibus factam accurate demonstravit Ignarra de palaestra Neapolit. p. 220. Olim foederata fuit urbs Romanorum. (Liv. 8, 22. et 35, 16.) Otii causa multi Romanorum eo concedebant, (Strabo 5. c. l. et alii) unde epitheta adponuntur *in otia nata, otiosa, docta.* Notandum porro ibi Virgilii monumentum, quo spectant versus, quos moriens ille dictaſſe fertur: *Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope; cecini pascua, rura, duces.* Vid.

Cluver. p. 1153. Neapolim inluſtratam exhibuit Marc. Anton. Surgentis in docta diſſertatione, quae inſerta eſt Graevii theſ. Ital. T. 9. P. 3.

Puteoli) Graecis veteribus, ut Straboni 5. p. 169. ſ. 245. — dicitur Δικαιαρχία, vel, ut Stephano h. v. Δικαιάρχεια, Latinis *Puteoli* et *Putioli*, illud frequentius, hoc paſſim in monumentis, v. c. in Sponii Miſcell. erud. antiqu. p. 182, 4. (etſi n. 1. 5. etiam per *e*) Grutero p. 1105, 3. Reineſii ſyntagm. inſcrr. 10, 5. et ſic Graeci poſteriores maxime ſub imperatoribus Ποτέολοι ſ. Πουτίολοι. Ποτίολοι adfertur a Stephano h. v. et exſtat in marmor. Oxon. 3. Incolae *Puteolani*, Gr. Ποτιολεῖς, (Stephanus h. v.) a Graeco nomine Δικαιαρχεῖς et Δικαιαρχεῖται (Stephanus) ſ. Δικαρχῖται. (Polyb. 3, 91, 4.) Nominis Latini cauſa adſertur a Stephano, διὰ τὸ δυσώδη φρέατα ἔχειν. Conf. etiam Feſtus h. v. vel a puteis multis in vicinia. (Varro de L. L. lib. 4. p. m. 8. et Strabo c. l.) Antiquitus fuit navale Cumanorum, (Strabo c. l.) ſed a Samiis videtur traxiſſe originem (Stephanus ſ. v. Ποτίολοι) et quidem ſec. Hieronymum in Euſebii Chron. lib. 2. Olympiade 64, 3. i. e. Tarquinio Superbo regnante a. u. 232. Forte dux colonorum fuit Dicaearchus, unde Statius paſſim adpellat *moenia Dicaearchi*, *tecta*, *terra Dicaearchaea*. Feſtus quidem h. v. ad grammaticam rationem refert: *quod ea civitas quondam iuſtiſſime regebatur.* Romanos cepiſſe (a. u. 558.) et praeſidium impoſuiſſe, narrat Livius 24, 12, 4. et 13, 6. Idem vero etiam 34, 45. in. a. u. 558. coloniam eo deductam memorat, ut Vellei. 1, 15, 3. quod poſtea ab Auguſto repetitum fuiſſe, docet Frontinus de colon. p. 87. Hinc et colonia vocatur a Plinio 3, 9. ſ. 5. in Reineſii Syntagm. inſcrr. 6, 22. Donii inſcrr. p. 151, 8. Quod Tacitus Annal. 14, 27. ius coloniae et cognomentum a Nerone accepiſſe tradit, de eo v. disputata ab interpretibus. Forte de nova colonia intelligi debet. Nam et

poſt primam deductionem in municipium urbs transiit, et ſic vocatur a Cicerone pro Coelio cap. 2. Feſtus inter praefecturas numerat p. m. 374. quae variam certe urbis ſortem vario tempore declarant. Vid. Turnebus ad Cicer. de lege agrar. 31. f. et in primis pro Coelio cap. 2. ubi prolixe et docte de vario ſtatu urbis disputat, docetque nomen alius municipii a Cicerone ibi poſitum, locum pravum eſſe. De Puteolorum libertate egit etiam Ignarra de palaeſtra Neapolit. p. 169 ſqq. Notandus eſt maxime portus in auctoribus celebratus annona et mercibus Alexandrinis eo convectis, de quo Strabo c. l. 17. p. 545. ſ. 793. aliique, quorum loca indicavit Cluver. 4, 2. p. 1138. ubi de hac urbe dixit. Memoratur porro pons, quem in eo portu inſano conatu ſtruxerat Caligula usque ad Miſenum (Ioſeph. antiquit. 19, 1.) vel ad Baias, (Sueton. in vita cap. 19.) vel ad Baulos. (Dio 59, 17.) Cf. Iul. Caeſ. Capaccius in antiquit. Campaniae in theſ. Ital. T. 9. P. 3. p. 215 ſq. Innotuit porro *ſinus Puteolanus* ab illa urbe cognominatus, cuius et Noſter antea meminit, ut plures alii, ipſamque urbem complexus. Nec praetereundum *Puteolanum*, Ciceronis villa, iuxta poſitum, quam poſt academiam etiam adpellavit. Cf. Plin. 31, 2. Ipſe ager plenus erat cavernis ſulphureos ignes et calidas aquas eiaculantibus. (Strabo 5. c. l.) Plura praeter Cluverium de hac urbe eiusque ſitu et antiquitatibus dabit Mazzella in Graevii theſ. Ital. T. 9. P. 4.

lacus Lucrinus) Strabo 5. pag. 169. ſ. 245. Λουκρῖνος κόλπος; Martialis 3, 20. Sidon. Apollinar. carm. 18, 7. *Lucrinum ſtagnum;* Plinius 3, 9. ſ. 5. *lacus Lucrinus*, ut Noſter; *Lucrinum* abſolute vocat Virgil. Georg. 2, 161. Fuit iuxta Baias, quod ex Mela et Plinio 3, 9. ſ. 5. inverſo ordine elucet, quibus addi debet in primis Strabo. Evanuit fere totus an. 1538. d. 3. Kal. Octobr. quo gravi terrae motu inde mons erupit altiſſimus, qui late proxima litora occupat. H. *monte nuovo*

f. *di cenere.* Vid. Cluver. in Ital. ant. 4, 2. p. 1122. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 9. 456. Erat altus et piscibus maxime ostreisque abundabat. (Cf. Horat. epod. 2, 49. Petron. Satyr. 119, 34.) Cf. Schol. ad Horat. et Servius ad Virgil. c. c. l. l. Savaro ad Sidon. p. 165. In vicinia templum habuit Venus, unde *Lucrina Venus* vocatur a Statio silvar. 3, 1, 150. Plura de ambitu invenientur apud Cluver. c. l.

Avernus) Strabo 5. p. 168. f. 244. Ἄορνος κόλπος; Aristotel. de mirab. auscult. cap. 108. Diodor. Sic. 4, 22. Ἄορνος λίμνη, ut Lycophron v. 704. ubi Tzetzes etiam adfert Ἄορνις; Antigon. in hist. mirab. cap. 167. Ἀορνεῖτιν λίμνην vocat; Ἀουερνίδα θάλασσαν Dio 48, 50. Latini fere *Avernus lacus*, ut Plin. 3, 9. f. 5. Passim tamen alia forma indicatur, ut *Averna*, (Virgil. Aen. 3, 442. 5, 732.) *Averni lacus* adiective, (Cic. Qu. Tusc. 1, 16.) *Averni lacus* substantive, (Liv. 24, 12, 4. et 20, 14.) et similia in Gesneri thesauro adposita. Inter Misenum et Puteolos ponit Diodorus c. l. et incredibili profunditate fuisse dicit et aqua limpidissima. Aristoteles c. l. addit, folium ex vicinis arboribus immissum nunquam innatare, quod de Aethiopiae lacu narrat Noster 3, 9, 2. Profunditatem eius testatur et nunc Cluverius, qui de eo exposuit 4, 2. pag. 1126 sqq. Fabula secundum Strabonem c. l. aliosque ferebat, supervolantes aves pestiferis exhalationibus deiici. Conferri possunt hic descriptiones Virgilii Aen. 6, 237 sqq. et Lucretii 6, 819 sqq. Salubrem et amoenum postea reddidit excisis silvis Agrippa, (Strabo c. l.) vel Augustus. (Servius ad Virgil. c. l.) Alii tamen pestiferam eam vim Averni antro adscribunt, ut Virgil. c. l. Inde vero *pestiferum Avernum* vocat Claudian. de raptu Proserp. 2, 348. V. de eo plura apud Cluver. p. 1128 sq. II. *il lago d'Averno* et nonnunquam eodem teste p. 1126. *il lago di Tregerpole.* Cf. de eo Tozetti Reisen T. 1. *Aornum* urbem Italiae solus novit Stephanus.

Baiae) Gr. Βαΐαι, ut paſſim Strabo. Inde *Baianus.* Nomen tulit a Baio, Ulyſſis ſocio, vel etiam gubernatore. (Strabo 1. p. 18. ſ. 26. 5. p. 169. ſ. 245. Lycophron 694. et ibi Tzetzes. Sil. Ital. 12, 114. Servius paſſim ad Virgilium et interpretes Silii ad 8, 539.) Cluverius quidem in Ital. ant. 4, 2. p. 1119. (ubi plura de Baiis) non oppidum, ſed portum ab eo dictum putat. Maritimam urbem fuiſſe, indicat *portus Baianus* et auctores, e quibus Strabo 5. p. 168. ſ. 243. diſerte in litore ponit. Hunc vero portum nobilibus adnumerat Florus 1. 16. Auguſtus eum ampliſſimum fecit immiſſo in Lucrinum et Avernum lacum mari et *portum Iulium* apud Baias nominari iuſſit. (Sueton. cap. 16.) Cluverii tempore ea erat conditione, ut vix triremium capax eſſet, quia magnam litoris partem mare abſumſerat. Olim, ut et nunc, inclaruerat maxime *fontibus calidis*, unde locum illum amoeniſſimum et laudabant et celebrabant Romani et villis conſperſerant. Cf. Cluver. c. l. Hinc Horat. 1. epiſt. 1, 583. *Nullus in orbe ſinus Baiis praelucet amoenis.* Male vere Ovidius Metam. 15, 713. calidos illos fontes inter Cumas et Liternum ponit. Olim dictas etiam eſſe *Cumanas aquas*, exiſtimat Cluverius. Occurrunt autem apud Livium 41, 20, 3. Lucret. 6, 748. H. ibi *Caſtel di Baia.*

Miſenum) Gr. Μισηνόν. Oppidum fuit et promontorium itemque portus, quorum ſaepe fit mentio. Inde *Miſenenſes* (Tacitus hiſt. 2, 9. et alibi) etiam in inſcriptionibus, (vid. Gruter. p. 521, 5. p. 564, 4. Gorius P. 3. p. 80.) poſt et *Miſenates.* (Vegetius 5, 1. et alii.) In cauſa nominis conſentiunt cum Noſtro et alii. Strabo 1. p. 18. ſ. 26. 5. p. 169. ſ. 245. Plerique *Phrygium tubicinem* faciunt, ut Virgil. Aen. 6, 165. (ubi Hectoris eſt comes in pugnis) Propert. 1, 18. in. —

Cumae) Ptolemaeus 3, 1. Κοῦμαι, Latina forma, Strabo 5. p. 168. ſ. 243. Stephanus, alii Κύμη, et hinc

Cyme apud Sil. Ital. 8, 531. ubi vid. Heinſius et Drakenborch. Statius 4. Silv. 3, 65. Oppidani Κυμαῖοι, Lat. *Cumani*, ſed et forma Graeca *Cymaeum antrum* dixit Sil. Ital. 13, 498. Stephanus Italicae huius urbis gentile ſolum notat Κυμεύς. Numi tamen etiam probant Κυμαιων. Originem traxerunt ab Chalcide Euboica. (Liv. 8, 22, 5.) Chalcidenſibus adſcribunt Thucyd. 6, 5. Scymnus v. 237. Strabo 5. p. 168. ſ. 243. Plin. 3, 9. ſ. 5. Vellei. 1, 4, 1. Euboeenſes memorat Solinus c. 8. ſ. 2. Nempe Chalcis fuit urbs Euboeae. Eretrienſes addit Dionyſ. Hal. 7, 3. in. quod ad idem redit. Cf. Ariſtoteles de miris auſcult. cap. 97. Hinc Virgilius Aen. 6, 2. *Euboica Cumarum ora* dixit, ubi cf. Servius et Heyne. Poſt Aeolenſes acceſſiſſe tradit Scymnus v. 238. unde Κυμαίους Αἰολεῖς dicit Tzetzes ad Heſiod. p. m. 2. Omnino Strabo c. l. Cumas antiquiſſimam omnium Sicularum et Italicarum a Graecis deductarum coloniarum dicit. Nomen a κῦμα derivat Strabo, quod vicinum litus velut ſcopuloſum dorſum mari ſit obiectum, in qua etymologia conſentiunt Schol. Iuvenal. 3, 2. et Servius ad Virgil. Aen. 3, 441. qui tamen cum Schol. Lucani ad 5, 183. addit etiam ab ἐγκύω. Poſt a Graecis captam urbem tenuerunt Campani (Strabo c. l. Liv. 4, 44. f.) i. e. a. u. 335. in quo tempore tamen disſentit Diod. Sic. 12, 76. Sita erat urbs in edito colle ipſa etiam munita. (Agathias hiſt. lib. 1. p. 14. Ven. ubi vere et breviter de hoc exponit.) Opulentam praedicant auctores, ut Dionyſius, Livius c. c. l. l. poſt luxu infamem. (Athen. 12. p. 528.) Civitas Cumanis data, primo tamen ſine ſuffragio, (Liv. 8, 14. f. a. u. 416.) poſt municipes facti. (Liv. 23, 31, 10. a. u. 539.) Coloniam tandem eo deductam fuiſſe, Frontinus innuit. Sub Tiberio terrae motu concuſſa eſt. (Syncellus p. 254. ſ. 319.) Inde *Cumanus ſinus* dicitur, h. *il Gólfo di Napoli.* Urbs hodie in ruinis iacet; locus nomen ſervat *Cuma.* Cf. de ea Heyne in opuſc. academ. Vol. 2. p. 267. et qui plura congeſſit Cluver. 4, 2. p. 1104.

Liternum) De fcriptura monui in not. crit. p. 552. De eius fitu diligentius disquirit Cluver. 4, 2. p. 1098. ubi docet, Strabonem 5. p. 168. f. 243. male citra Vulturnum, (vid. Liv. 23, 35, 5.) et Ptolemaeum 3, 1. ultra Cumas pofuiffe. Cf. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 9, 449. Coloniam eo deduxiffe Romanos a. u. 558. narrat Livius 34, 45. in. poftea Auguftum Frontinus. Feftus f. v. *Praefectura* inter praefecturas ponit. Innotuit voluntario Scipionis Africani exfilio, de quo Liv. 38, 52, 1. Strabo 5. pag. 168. f. 243. Orofius 4, 20. Sepulcrum etiam eius ibi notat Strabo c. l. cui infcribi iuffit verba *Ingrata patria, ne offa quidem mea habes*, ut adfirmat Valer. Max. 5, 3, 2. Plura de exfilii loco conlegit Staveren. ad Nepot. Caton. 2, 2. Villam ibi habuiffe adparet ex Valerio 2, 10, 2. et Seneca epift. 87. Fuit et fluvius cognominis, qui urbem adluebat, (Strabo c. l.) dictus idem *Glanis* f. *Clanius*, de quo vid. Cellar. c. l. Funditus urbs periit fita, ubi h. vel iuxta eft *La torre di Patria.*

Volturnus) Aliis eft *Vulturnus*, de qua varietate disferitur in not. crit. p. 352 fq. Cluverius 4, 2. p. 1094. ex corruptis quidem aliquorum locis olim dictum cenfet *Althurnus*, poft a Romanis *Volturnus*, denique *Vulturnus*. Ad oftium fluvii cognominis urbs fuit, quae hodie putatur effe *Caftello a mar di Volturno* vel *Caftel di Volturno*, ut fluvius *Volturno* f. *Voltorno*. Ad eius oftium urbem ponit Livius 25, 20, 2. et *caftellum* vocat *munitum*. Idem coloniam (a. 558.) eo deductam narrat 34, 45, 1. Inter praefecturas recenfet Feftus c. l. *Vadofus* vocatur amnis a Virgilio Aen. 7, 729. ab aliis varie, ut *rapax*, *celer*, *fonorus*, pro locorum alveique diverfitate. Vadofus eft ad mare.

amoena) De Campaniae amoenitate, fertilitate et falubritate res eft nota. Cf. Liv. 7, 38, 7. et quae adferunt interpretes ad Flor. 1, 16, 3.

Sinueſſa) De ſcripturae varietate exponunt notae crit. p. 353 ſq. Nomen antiquius, ut quidam dixerunt, fuit *Sinope*, antequam fieret colonia Romana. (Plin. 3, 9. ſ. 5. Liv. 10, 21, 8.) Incolae apud Stephanum Σινοεσσαῖοι et Σινοεσσηνοὶ, qui Polybio 3, 91, 4. ſunt Σενουεσσανοί; Plinius 2, 95. ſ. 93. habet *Sinueſſani*. Strabo 5. p. 161. ſ. 234. nomen a Setino ſinu, in quo ſita erat, derivat. A Minturnis diſtabat 9 M. P. (ſic et tab. Peut. 5. E.) a Capua 26, ut patet ex Antonini itiner. p. 108. Extremam in adiecto Latio urbem dicit Plin. 3, 9. ſ. 5. unde Campania felix incipiat, ex quo intelligitur, cur 31, 4. ſ. 2. *Sinueſſanas aquas* Campaniae tribuat. Coloniam eo deductam ſcribit Liv c. l. a. u. 458. in quo conſentit Vellei. 1, 14, 6. Notae ſunt aquae *Sinueſſanae*, quae ſterilitatem feminarum et virorum inſaniam abolere credebantur. V. Strabo c. l. et in primis Plin. 31. 4, ſ. 2. ubi alios indicat Harduinus et Ruperti ad Sil. Ital. 8, 527. Hinc *tepentem* vocat Sinueſſam Sil. Ital. c. l. ubi alia dabit Ruperti. *Vinum* laudant Horat. 1. epiſt. 5, 5. Martial. 13, 111. alii. H. quidam rudera ſupereſſe putant iuxta caſtellum *Rocca di Mondragone*. Cluver. 3, 1. p. 1079. ubi de hac urbe disſerit, vult, ubi nunc *Bagni* ſ. *torre di Bagni*.

Liris) Gr. Λεῖρις, ut Strabo 5. p. 164. ſ. 237. ſ. Λίρις, ut Appian. de B. Civ. 1, 39. ubi tamen id nomen corruptum putat Cluver. 2, 10. p. 707. pro *Telonius*, qui erat in Marſis, audacter ſatis, ut ipſe fatetur. Tum potius *Tolenus* ſcribendum ſit, ut in Oroſio 5, 18. editur et ab aliis vocatur. Quod enim de Liri narrat Appian. de B. Civ. 1, 43. ad Tolenum refert Oroſius c. l. Ante dictus eſt *Clanis* ſ. *Glanis*, (nam utrumque obiicitur) ut tradunt Strabo 5. p. 161. ſ. 233. Plin. 3, 9. ſ. 5. Quod eundem *Liternum* etiam dictum putat Appian. c. l. in eo fallitur, ut docet Schweighaeuſer. Quietum illi lapſum

tribuunt veteres, in iis Horat. 1. od. 31, 7. Sil. Ital. 4, 550. H. *Garigliano.*

Minturnae) Gr. Μιντοῦρναι apud Strabon. 5. pag. 161. f. 233. Ptolem. 3, 1. Plutarch. in Mario c. 38. Appian. de B. C. 1, 61. Alii tamen aliter etiam effingunt nomen. Sic Μιντούρνα Dionyf. Hal. 1, 9. etfi Μέντυρνα ex eius libro 16. deperdito adfert Stephanus h. v. Μιντούρνη Procop. de B. Goth. 3, 26. Oppidani *Minturnenfes*, Graece Μιντουρναῖοι, (Appianus de B. Civ. 4, 28.) Stephanus Μεντυρναῖοι, Plutarch. in Mario cap. 39. Μιντουρνήσιοι. In mediterraneis ponit Ptolemaeus, fed in maritimis Strabo, quod ita conciliari poteft, ut haud procul a litore fuerit disfita. Perfluebat eam Liris. (Strabo et Plinius 3, 9. f. 5.) Vetuftiffima autem fuit urbs, quippe quae a Livio 8, 11. a. u. 414. commemoratur, ut colonia eo deducta 10, 21, 8. a. u. 458. in quo confentit Vellei. 1, 14, 6. Hinc *Colonia Minturnae* apud Plinium, Dionyf. Halic. 1, 9. Ptolem. 3, 1. Novam autem poftea a C. Caefare deductam, docet Frontinus de coloniis. De ipfa urbe confulendus Cluver. 3, 10. p. 1014. Notandae funt infra Minturnas circa oftia Liris *paludes Minturnenfes*, in quibus Marius latitans Sullam effugit, quod plures tradunt. Vellei. 2, 19, 2. *paludem* vocat *Maricae.* Alii templum et nemus Maricae nymphae memorant infra Minturnas, ut Strabo c. l. Hodie fuperfunt praeter ruinas alias in primis aquae ductus et theatri veftigia, ex quibus de urbis amplitudine priftina iudicari poteft. Vid. Heerkens notabilia lib. 3. p. 30.

Forminae) Gr. Φορμίαι, Ptolem. 3, 1. Φῶρμαι, ubi cod. Palat. rectius dat Φορμίαι; Stephanus Φωρμαιοί. Incolae *Formiani.* Strabo 5. p. 161. f. 233. Laconum opus vocat, cuius nomen primum fuerit Ὁρμίαι διὰ τὸ εὔορμον, confentientibus Fefto h. v. et Plinio 3, 9. f. 5. quod factum effe circa belli Troiani tempora putat Cluver. in Ital. ant. 3, 10. p. 1063. ex Servii nota ad

Virgil. Aen. 10, 564. de Caftore et Polluce, quos comitatos in Italiam Lacones dicit. Certe haec urbis antiquitatem oftendunt. Plures *Laeftrygonum* fedem hic antiquitus pofuerunt, de quo vid. Cic. ad Attic. 2, 13. Plin. c. l. Solin. cap. 8. f. 2. alii. Cf. Cluver. p. 1072. ubi etiam docere nititur, Lami urbem et Antiphatae domum in Homero effe Formias. Formianis civitatem fine fuffragio datam narrat Liv. 8, 14. quod acceffit poft bellum Punicum 2. (Liv. 38, 36.) Feftus f. v. Praefectura inter praefecturas numerat. In maritimis urbibus ponit Strabo c. l. et litoris amoenitatem laudat Martialis 10, 30. H. *Mola*, ut iudicat Cluverius ex fpatio a Fundis ad Molam ex antiquis itinerariis Antonini p. 108. 121. et Hierofolymit. p. 611.

Tarracina) Pro quo pofteriores et paffim libri *Terracina*, ut cod. Britann. unus apud Cicer. pro Corn. Balbo cap. 11. Sed de eo dixi in not. crit. p. 354 fq. Stephanus eam producit fub forma Ταῤῥακήνη et Ταῤῥαχίνη. Olim dicta eft Τραχινὴ ab ipfa re, afperitate loci in colle. (Strabo 5. p. 161. f. 233.) Ovid. Metam. 15, 717. *Trachas* in cafu recto adpellat, ubi eodem, quo Nofter ordine, oppida recenfet. Reperitur etiam fimplici ῥ, ut in Strabone c. l. Diodoro 14, 16. extr. Quidam plurali numero efferunt, ut Ptolem. 3, 1. Appian. de B. Civ. 5, 12. Plin. 3, 9. f. 5. Incolae *Tarracinenfes*, Ταῤῥακινῖται, (Polyb. 3, 22, 11.) Ταῤῥαχῖνοι. (Stephanus pofteriori forma.) De priori nomine ante dictum ex Strabone. Incolae tamen ipfi Volfci Anxur, Ἄγξωρ, vocarunt, ut adfirmant Diodor. c. l. Plin. c. l. Liv. 4, 59. Feftus h. v. Porphyrio in Horat. Serm. 1, 5, 26. vid. Drakenb. ad Liv. c. l. Poetae Latini hoc nomine utuntur, ut Horat. c. l. In maritimis recenfet Strabo c. l. infulam olim adeo fuiffe, poft continenti adnexam, tradit Solin. cap. 8. f. 2. Coloniam Romanorum fuiffe, adparet ex Livio 36, 3, 8.

Circeii) Graeci paſſim Κιρκαία, (Dionyſ. Halic. 4, 63.) ut Πομπαία. *Circeii* etiam Cicero ad Att. 15, 10. Oppidani Κιρκαῖοι (Dionyſ. Hal. 8, 14. in.) ſ. Κιρκαιῖται. (Polyb. 3, 22, 11.) Latine *Circeienſes.* (Cicero de N. D. 3, 19. Liv. 6, 12, 6.) In origine nominis conſentiunt cum Mela Dionyſ. Halic. 4, 63. et Apollon. Rhod. 3, 311. Sita erat urbs in *Circaeo monte,* ſ. *promontorio* a multis memorato; Κιρκαῖον eſt apud Strabon. 5. p. 160. ſ. 233. ὄρος Κιρκαῖον apud Schol. Apoll. c. l. et *Circaeum iugum* vocat Virgil. 7, 799. Quidam inſulam Circeios etiam faciunt, ut Plin. 2, 87. ſ. 85. 3, 9. ſ. 5. et inde Solin. cap. 8. ſ. 2. et Martian. Cap. 6. p. 206. in quo praeire videtur Homer. Odyſſ. 10, 194. quod ita explicat Strabo c. l. ut Circaeus mons νησιάζων fuerit θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι. Fuiſſe autem hic, vel in vicinia Circes ſedem, ex eo diſcitur, quod Ulyſſis errores plerique in inferno mari ponunt. Alii quidem Circes inſulam *Aeaeam* putant, ut Euſtath. ad Homer. c. l. Hygin. fab. 125. et 127. At hic non ſolum fluctuat, ſed et alii cum Mela Calypſus inſulam eam dicunt. Vid. plura apud Cluver. 3, 7. p. 995. ubi de Circeiis narrat. Ceterum oppidum, Strabonis tempore (vid. lib. 5. c. l.) πολίχνιον, antiquum fuit, quo Tarquinius Superbus colonos miſit, (Liv. 1, 56, 3. Dionyſ. Halic. 4, 63.) quos poſtea Coriolanus expulit, liberamque urbem Volſcis tradidit, (Liv. 2, 39, 2. Dionyſ. Hal. 8, 14.) quod factum eſt a. u. 266. Fanum ibi Circes fuiſſe, Strabo narrat. Cf. de Circeiis praeter Cluverium etiam Heyne in excurſu ad Virgil. Aen. 7. Veſtigia urbis hodie, ubi cernitur *la città vecchia.* Non procul inde *palus* eſt *Pomptina,* etiam nunc celebris, de qua Plin. 3, 9. ſ. 5. alii.

Antium) Gr. Ἄντιον. Poſteriores in primis variant, ut Ἀντία Dionyſ. Hal. 5, 36. ubi tamen corruptum eſſe videtur, cum alias, v. c. 8, 1. uſitata forma dicat Ἄντιον; Ἄνθιον Philoſtratus de vita Apoll. 8, 8. Procop. de

B. Goth. 1, 26. Varia forma Ἄνθεια, Ἄντεια, Ἄνθιον et Ἄντιον urbem memorat Stephanus, de quo Berkel. p. 135. Incolae Ἀντιᾶται, uti a Dionyſio Hal. ſaepe nominantur, Lat. *Antiatae*, ut in Livio ſaepe. Occurrunt tamen etiam aliae formae, ut in Valerio Max. 1, 8, 2. *Antienſe templum*, in Suetonii Calig. c. 57. *Antiantinae ſortes*. Nomen ab Antia, Circes et Ulyſſis filio, derivant Dionyſ. Hal. 1, 72. et Stephanus, unde antiquitas eius certe adparet. Solinus tamen c. 8. ſ. 2. ab Aſcanio originem ducit. Coloniam fuiſſe docet Plinius 3, 9. ſ. 5. Volſcos olim tenuiſſe Dionyſ. Halic. 10, 20. Celebre ibi fuiſſe Fortunae templum Horat. 1. od. 35. in. aliique. Plura praeter Cluverium de hac urbe contulit Phil. a Turre in monumentis veteris Antii in Graevii theſ. Italiae T. 8. P. 4. Urbs poſtea intercidit, eiusque rudera quaerenda, ubi nunc *Capo d'Anzo* et *Torre d'Anzo*.

Aphrodiſium) Veneris templum. Vocem tamen Graecam retinet etiam Plin. 3, 9. ſ. 5. qui cum Strabone 5. p. 160. ſ. 232. prope Ardeam conlocat. Plinii quidem aetate non amplius exſtabat, ut declarat adpoſita vox *quondam*.

Ardea) Sic et Graece. Oppidani Ἀρδεᾶται, *Ardeates*. Praeterea *Ardeatinus*, ut praedium apud Nepot. in Attico cap. 14, 3. Cf. Seneca epiſt. 105. Condidit Danae, Perſei mater, Plin. 3, 9. ſ. 5. Solin. cap. 8. ſ. 2. Martian. Capella lib. 6. pag. 206. Virgil. Aen. 7, 411. Servius ad v. 372. et qui eum exſcripſit Lactant. ad Statii Theb. 2, 220. Sed ex iis, quae narrant Apollodor. 2, 4. et Hygin. fab. 63. nunquam ea in Italiam venit. Alii aliter. Xenagoras apud Dionyſ. Halic. 1, 72. ab Ardea, una e tribus Circes filiis, conditam dicit. Cf. etiam Stephanus h. v. qui praeterea *Troiam* antea adpellatam fuiſſe ex Charace refert. Quae quidem antiquitatem teſtantur. Syncellus p. 154. ſ. 193. ex Xenagora idem narrat, ſed

Ἀρδίαν habet. Secundum Strabonem 5. p. 160. f. 232. Rutulorum olim fuit colonia. Poſt Romanos colonos a. u. 313. eo deduxiſſe, tradit Liv. 4, 11, 5. et hinc paſſim *colonia* vocatur. Ipſa vero etiam colonos Saguntum in Hiſpania miſit. (Liv. 21, 7, 2.) In mediterraneis ponit Ptolem. 3, 1. et Strabo c. l. 70 ſtadiis a mari removet, et inter Antium et Lavinium ſtatuit, itemque antea paluſtrem et morboſum Ardeatem agrum deſcribit, quo et reſpicit Seneca epiſt. 105. in. Plura invenies de hac urbe apud Cluver. 3, 5. pag. 974 ſqq. Hodie vicus eiusdem nominis.

Laurentum) Gr. Λαύρεντον. (Strabo 5. p. 161. f. 232. —) Paſſim etiam reperitur Λωρεντὸν, ut apud Dionyſ. Halic. 1, 45. 53. — Incolae Λαυρεντῖνοι, (Polyb. 3, 22, 11. —) ut Latini, vel etiam *Laurentes*, ut *populi* Virgil. Aen. 6, 891. et ſimilia. Strabo 5. p. 158. f. 229. inter Oſtiam et Antium locat cum Lavinio, prope Oſtiam etiam Plinius 3, 9. f. 5. cum tabula Peutinger. 5. E et itiner. Antonini p. 301. ubi numerantur 16 M. P. haud procul a Tiberis oſtiis Dionyſ. Halic. 1, 45. Stetiſſe eam urbem ſub Aeneae adventu, tradunt Strabo c. l. Virgil. Aen. 7, 171. ubi eſt *Pici regia.* Poſt etiam urbs dicta eſt *Laurolavinium*, (Servius ad Virgil. Aen. 7, 770.) de quo cf. Cluver. in It. ant. 3, 3. pag. 882. ubi et ſqq. de hac urbe. *Lavinium* prius nomen fuiſſe, tradit Servius ad Aen. 1. in. ubi et de cauſa nominum disſerit. Quidam h. putant eſſe *San Lorenzo*, quod Cluver. negat p. 883. et *Paterno* aptiori ſitu iudicat. Commemorantur a veteribus *Laurentinae paludes*, (Virgil. Aen. 12, 745.) *ſilva.* (Aen. 4, 381 ſq.)

Oſtia) Gr. Ὠστία. Incolae Ὠστιανοὶ et Ὠστιᾶται, Ὤστιοι. (Stephanus.) Latine *Oſtienſes*. (Plin. epiſt. 2, 17. Liv. 27, 38, 4. —) Conditor fuit Ancus Marcius, ut adfirmant Liv. 1, 33, 9. Polyb. 6, 2, 9. Dionyſ.

Hal. 3, 44. f. alii. Situs ambiguus non eſt, ad oſtia Tiberis, unde etiam ab initio urbs dicta videtur Ὤστια Τιβερῖνα, quia ſaepe hoc numero maxime apud Graecos occurrit. V. Valeſius ad Ammian. 19, 10. Alii promiſcue ponunt, ut Polybius notante Stephano et Salluſtius ſec. Chariſium in Grammat. inſtit. 2. p. 76. (Putſch.) cum Feſtus h. v. femininum tantum agnoſcat. *Coloniam* adpellant multi, et Plin. 3. 9. f. 5. a Romano rege deductam narrat, munitam ab eo Dionyſ. Halic. 3, 45. Ex quo inſtaurator eius tantum fuiſſe videtur. Portum, quem meditatus erat Iulius Caeſar, (Plutarch. in vita cap. 58.) perfecit Claudius. (Sueton. c. 20. Plin. 16, 76. f. 40. et alibi.) Hic *portus* poſtea ſimpliciter dictus eſt *portus Romanorum* et *Auguſti.* (Antonini itiner. p. 493.) Scholiaſtae Auguſti nomen ad Octavianum falſo referunt, ut ad Horat. de arte poet. v. 64. Reparavit Traianus interiusque alium tutioremque ſui nominis fecit, ut docent inſcriptiones et numi. Cf. Raſche Lex. num. P. 2. pag. 223. et Schol. Iuvenal. ad 12, 75. Idem poſtero tempore adpellatus eſt *Phari portus*, de quo vid. prolixius Cluver. 3, 3. pag. 874 ſqq. ut antea de urbe, de qua etiam nuper multa congeſſit Fea in relazione di un viaggio ad Oſtia — Romae 1802. 8. ubi inprimis recenſet monumenta recentiori etiam aetate ibi eruta. Situm tamen hodiernum diverſum a veteri eſſe et ad oſtium ſiniſtri brachii Tiberis docet.

Tiberim) Gr. Τίβερις, (Strabo 5. p. 151. f. 218. alii) ut fere Latini; Syncellus p. 147. f. 185. Τιβέρος pro Τίβερις, quia p. 155. f. 194. in genitivo dicit Τιβέριος, ut Polyb. 31, 20, 11. — Sed idem etiam 6, 55, 1. ut Strabo c. l. facit Τιβέριδος, et 35, 2, 4. Τιβέρεως. Θούβηρις, poſt Τίβερις Chron. Paſchale pag. 29. Ven. Paſſim etiam vocatur Θύμβρις, uti monet Stephanus et praefert Dionyſ. v. 352 ſq. cum Herodiano 1, 11, 10. et aliis quibusdam. Pro eo Θύβρις omnes codices Zonarae 6, 5. etſi Τίβερις ibi editur. Porro *Tybris* occurrit vel

Thybris et *Tibris*, quod Grammatici, v. c. Isidor. orig. 13, 21. in versu dici volunt, ut in quotidiano sermone *Tiberis*. Prius frequentat Virgilius; Plinius 3, 9. s. 5. *Tiberis*, inquit, *antea Tybris*. De nominis causa multi multa adtulerunt, quae non moror, et Servius ad Virgil. Aen. 8, 330. longa narratione complexus est. Antiquum eius nomen fuit *Albula*, ut docent Virgil. Aen. 8, 332. Liv. 1, 3. Plin. 3, 9. s. 5. alii, quod nomen a colore nactum esse tradit Servius ad Virgil. Aen. 8, 332. etsi, quod ibi Cerda notavit, alii alia adferunt. In Graecis dicitur Ἄλβας, (Stephanus s. v. Ἄλβα) Ἀλβούλας, (Dionys. Hal. 1, 71.) Ἄλβουλος. (Eustath. ad Dionys. v. 350.) Vid. Cluver. 2, 10. p. 695. Porro cognomen gessit *Rumon*, a ruminando ripas; in sacris etiam *Serra* dicebatur; tum in aliqua urbis parte *Terentum*, quod ripas tereret, ut tradit Serv. ad Virgil. Aen. 8, 64. Oritur vero ex Apenninis montibus, multis inde augetur fluminibus, per partem aliquam Etruriae fertur, a qua secernit Umbriam, Sabinos et Latinos, denique iuxta Ostiam in Tuscum mare erumpit. Cf. Strabo 5. p. 151. s. 218. Dionys. Halic. 3, 44. Plin. 3, 9. s. 5. alii, qui memorantur a Cluverio 2, 10. pag. 694 sqq. H. quod notissimum, *Tiber*.

Pyrgi) Gr. Πῦργοι, (Strabo 5. p. 156. s. 225.) forte ex corruptione Πυργήσσα in Stephano. Oppidani *Pyrgenses*. *Pyrgens* ex Lucilio adfert Servius ad Virgil. Aen. 10, 184. In situ consentiunt cum Mela auctores alii et itineraria prope Graviscas et Castrum novum, et a Graviscis removet Strabo 180 stadiis, a Castro novo Antonini itiner. p. 290. et 391. VIII M. P. Castellum fuit olim nobilissimum, ut tradit Servius ad Virgil. Aen. 10, 184. eo tempore, quo Tusci piraticam exercuerunt, et metropolis, postea expugnatum a Dionysio tyranno Siciliae, quod confirmat Diodor. Sic. 15, 14. qui fanum vocat in Etruscae urbis Argyllae navali. Fuit autem

fanum Lucinae (Εἰληθείας) ſec. Strabonem c. l. uti apud Ariſtotelem etiam pro Leucotheae vult Cluver. 2, 2. pag. 496. Coloniam fuiſſe, diſcitur ex Livio 36, 3, 8. Veſtigia eius habet in vicinia *Santa Severa.*

Minio) Vid. not. crit. p. 358. *Caſtrum novum,* quod ſequitur, ad *caſtra Inui* refert Servius ad Virgil. Aen. 6, 775. male quidem, ut monui in not. crit. p. 359. At *Caſtrum* in hoc ſitu cum Pyrgis coniungit etiam Rutil. In itin. 1, 227. et addito cognomine *novum* cum Graviſcis. Coſa Ptolem. 3, 1. Plin. 3, 8. ſ. 5. et a Pyrgis removet 8 M. P. Antonin. in itiner. pag. 291. et 301. Coloniam Romanorum factum a. u. 561. docet Liv. 36, 3, 8. Vid. de eo Cluver. 2, 2. p. 468 ſq.

Graviſcae) Gr. Γραΰίσκαι, (Ptolem. 3, 1.) pro quo Γρασυίσκιον et Γραουίσκοι habet Strabo 5. p. 156. ſ. 225 ſq. corrupte forte, uti et videtur Cluverio 2, 2. p. 483. *Graviſca* eſt in Velleio 1, 15, 2. tab. Peut. 4. E. et Geogr. Ravenn. 4, 32. Incolae *Graviſcani* in Donii inſcrr. p. 161, 8. Aeneae aetate iam ſtetiſſe, adparet ex Virgil. Aen. 10, 184. ubi cf. Heyne, et hinc *veteres* vocat Sil. Ital. 8, 473. etſi poetica haec fide iactantur. Certius eſt, quod narrant Livius 40, 21, 1. et Vellei. 1, 15, 2. a. u. 571. coloniam Romanorum eo fuiſſe deductam. A Pyrgis diſtabant ſtadiis 180. (Strabo.) Nomen ab aeris gravitate nactas putat Cluver. pag. 485. Inde nempe *intempeſtas* vocat Virgil. Aen. 10, 184. ubi et cf. Servius et praeter Cluverium Holſten. ad Cluver. p. 34. *Graviſcana vina* laudat Plin. 14, 8. ſ. 6. H. ne veſtigia quidem oſtendi poſſunt. Nec enim *Monte Alto,* nec *Corneto* propter ſitus indicia in auctoribus et itinerariis.

Coſa) Vel, ut quidam malunt, *Coſſa,* ut in Graecis Κόσσα, (Strabo 5. p. 153. ſ. 222.) vel Κόσσαι (idem 5. p. 156. ſ. 225. cum Ptolemaeo 3, 1.) et Κοσσων

in numis. Vid. Eckhel. doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 90. Sed cf. de duplici hac ſcriptura not. crit. p. 360. Plurali etiam effert praeter laudatos auctores Virgil. Aen. 10, 168. etſi Servius ibi monet uſurpative in plurali dici, cum ſecundum Salluſtium ſit ſingulare; nempe, quia adiecit Virgilius urbem. At ſic urbem Athenas et ſimilia occurrunt. Vid. ad c. l. Pierius et Burmannus. Parum a mari disſitam, ſitam in ſublimi colle, qui in ſinu iacet, narrat Strabo 5. p. 156. ſ. 225. et hinc *litus Coſae* memoratur a Rutilio in itin. 1, 207. et *Coſanus portus* a Livio 30, 39, 1. Aeneae rebus in Italia geſtis immiſcet Virgilius c. l. unde antiquitas eius probetur. Coloniam fuiſſe a. u. 480. deductam ex Livii epit. 14. et Velleio 1, 14, 7. intelligitur. Poſtea inſtaurata videtur ex numo quidem Triſtani, in quo *Col. Iul. Coſſa* legitur. Vid. Holſten. ad Cluver. p. 31. H. S. *Anſedonia* ſec. Cluverium c. l.

Telamon) Gr. Τελαμὼν, et inde Τελαμώνιος apud Stephanum, qui Etruriae dicit oppidum. Portum hoc nomine commemorant Plin. 3, 8. ſ. 5. Antonin. in itiner. p. 500. promontorium Ptolemaeus 3, 1. Portus nomen ab Argonautarum uno ducit Diodor. 4, 56. quod valet ad eius antiquitatem. Cluver. 2, 2. p. 477. oppidum a Pelaſgis Tyrrhenis cum reliquis Etruriae conditum putat.

Populonia) Gr. Ποπλώνιον, ut Strabo 5. p. 154. ſ. 223. Ariſtoteles in mirab. auſc. c. 95. Stephanus h. v. In Plinio 3, 8. ſ. 5. *Populonium.* Rarius vel nusquam reperias *Poplonia*, quod edidit pro corrupto quidem *colonia* Oudendorp. in Frontino 1, 2, 7. Unus Livius 30, 39, 2. praeterea plurali numero dixit *Populonii.* *Populonia* tamen habent cum Noſtro Virgil. Aen. 10, 172. et Rutilius in itiner. 1, 401. In numis vocatur *Puplana* ſ. frequentius *Pupluna*, ut docet Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag. 93. Gentile Ποπλώνιος,

(Stephanus) Lat. *Populonienſis.* (Liv. 28, 45, 15.) Vetuſtam urbem vocat Strabo c. l. ex Corſica inſula advenas alii, alii Volaterranos condidiſſe tradiderunt, ut refert Servius ad Virgil. c. l. Situm eius in promontorio ſublimi deſcribit Strabo, cuius aetate, cum Sullano tempore multum obſidione urbs perpeſſa eſſet, devaſtata iacebat, ita ut tantum templa, aliquae domus et navale ſupereſſent, quod et de ſua teſtatur Rutil. c. l. Eius rudera conſpiciuntur prope urbem *Plumbino*, uti vult Cluver. 2, 2. pag. 469. ſed Swinburne in Reiſe durch Sicilien Vol. 1. pag. 44. habet *Piombino.* Navale vetus nunc eſt *Porto Baratto*, promontorium h. *Capo di Campana.* Vid. de hac urbe Cluver. c. l. Salmaſ. ad Solin. p. m. 574. Cerda ad Virgil. c. l. et quos laudat Beckmann. ad Ariſtotel. p. 195. c. l.

Cecina) *Cecinnam* fluvium commemorat Plin. 3, 8. ſ. 5. cui adſentitur Cluver. c. l. ſic ut Melam erraſſe putet, ſi oppidum, quod videtur, credidit; non enim poſſe propter vicinitatem Vadorum tam prope aliam urbem ibi ad oſtium Cecinae fuiſſe.

Piſae) Sic fere Latini auctores; rarius *Piſa*, cum contra Graeci frequentent Πίσα, etſi quidam etiam Πίσσα. Utroque numero protulit Polyb. 2, 16, 2. 27, 1. Inde *Piſani* dicuntur. Originem urbis ducunt plerique a Piſaeis Peloponneſi, qui cum Neſtore ad Troiam profecti in reditu eiecti erant. (Strabo 5. p. 154. ſ. 222. Plin. 3, 8. ſ. 5. qui Pelopem addit, quem ſolum memorat Solin. cap. 8. ſ. 2. Virgil. Aen. 10, 179. Rutil. itiner. 1, 573.) unde *Alpheam originem* urbi dat Virgil. c. l. cum Rutilio in itin. 1, 565. et *Alpheas Piſas* vocat Claudian. de B. Gildon. v. 483. *Teutanos* alii conditores faciunt, ut Plin. 3, 8. ſ. 5. quam lectionem confirmat Servius ad Virgil. c. l. ubi plures in hanc rem opiniones recenſentur, et *Teuta* prius etiam nomen fertur, a Lydis

poſt in Piſas transmutatum. Pelaſgos olim cum Aboriginibus habitaſſe et poſtea a Tuſcis expulſos fuiſſe tradit Dionyſ. Hal. 1, 20. extr. Tum colonia facta eſt Romanorum a. u. 572. (Liv. 40, 43. in.) unde colonia paſſim vocatur, v. c. a Ptolemaeo 3, 1. Sed et novam poſtea a Iul. Caeſare, vel ab Auguſto miſſam eo eſſe, docet Holſtenius ad Cluver. p. 28. ex antiquo lapide Piſis reperto, in quo legitur *Iul. Piſana*. Sic *Colonia Obſequens Iulia Piſana* notatur a Reineſio in ſyntagm. inſcr. 7, 12. et in cenotaphio Piſano, tantum hic *Opſequens*, ut in Gorii inſcrr. T. 2. p. 10. Cf. Noriſ. in cenotaph. Piſan. diſſ. 1. p. 21. Transiit deinde in municipium, uti cum aliis ponit Feſtus ſ. v. municipium. Sita urbs erat inter Arnum et Anſerem fl. qui ibi concurrebant. (Strabo c. l. qui Aeſarem vocat, Plinius c. l. Rutil. in itiner. 1, 566.) *Calidas aquas* commemorat Plin. 2, 106. ſ. 103. *ſinum, portum* plures. Vid. Cluver. 2, 2. pag. 462 ſqq. de hac urbe, quae antiquum nomen obtinuit.

Luna) Gr. Λοῦνα, unde *Lunenſes*. Mela Liguribus adſignat, ut Frontin. 3, 2. Plinius 3, 8. ſ. 5. *primum Etruriae oppidum* vocat, cum quo conſentit Ptolem. 3, 1. miſto nempe, ut eſt apud Plin. 11, 97. ſ. 42. Etruriae atque Liguriae confinio. Melam probat Cluverius, contra Holſten. in Cluver. pag. 25. male eum urbem et portum confudiſſe cenſet, hunc recte Liguriae, illam Etruriae tribuī, intercedente Macra, quem utriusque terminum multi ſtatuebant. (Strabo 5. pag. 154. ſ. 222.) Urbem non magnam, at egregium et maximum portum fuiſſe, narrat Strabo c. l. et a Graecis Σελήνης λιμένα vocatum fuiſſe addit, ipſam urbem Σελήνην, quod confirmat Stephanus, ut Σελήνης ἄκρον dixit Ptolemaeus 3, 1. De portu accedit Sil. Ital. 8, 581. Colonos eo deductos a. u. 575. narrat Liv. 41, 17, 4. Lunenſem *caſeum* laudat Plin. 11, 97. ſ. 42. tamquam magnitudine conſpicuum, quem lunae imagine ſignatum fuiſſe

adfirmat Martial. 13, 30. plures *marmor* laudant, ut Strabo c. l. Nepos fragm. 10, 7. aliique, quos producit Ruperti ad Sil. Ital. c. l. H. fecundum Cluverium p. 453. *Lerici*, disfentiente tamen ad eum p. 25. Holftenio; qui agrum h. *Lunegiano* in Etrufca ripa urbis a Normannis deletae rudera exhibere adfirmat. Portus h. *Golfo di Spetia*, promontorium *Capo Corvo*. (Holften. p. 26. c. l.)

Tigulia) Ptolemaeo 3, 1. Τιγουλλία, duplici *l*, quod praefert Rezzonici in disquif. Plin. T. 2. p. 18. ex tabula etiam Traiana, quam exhibet, et in Plinio 3, 7. f. 5. reftituit. Idem plura de fitu disferit. Nempe Ptolemaeus 3, 1. ponit iuxta mare, Plinius 3, 7. f. 5. *intus*, cui ita fidem habet Holften. ad Cluver. p. 10. ut cenfeat h. effe *Tegolata*, cui adfentitur Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 54. At falfam receptam effe ab Harduino diftinctionem et *intus* ad *Segefta* referendum, docet Rezzonici c. l. quare *Seftri* nunc ibi ftare contendit, ubi et rudera confpiciuntur.

Genua) Gr. Γένουα, (Strabo 4. p. 139. f. 201. et alibi, Ptolem. 3, 1. Procop. de B. G. 2, 12.) vel Γενόα. (Stephanus.) Incolae Γενοάται, (Stephanus) Genuates. (infcr. apud Gruter. p. 204.) Quod Stephanus *Staliam* etiam dictam notat, incertum eft, et locus ipfe depravationem declarat, in quo Artemidorus ad Stephani aetatem refertur; quare Cluver. 1, 9. p. 71. mutatis verbis legit *Ianua*, quod nomen barbari faeculi homines urbi dederunt. Vid. Procop. de B. Goth. 3, 10. D. Gregor. 12. epift. 7. Cf. Rezzonici disquif. Plin. T. 2. pag. 18. Antiquiffima urbs fuit, quam in Punico bello memorat Livius 21, 32, 5. et alibi. Dirutam a Magone Poeno exaedificavit a. u. 549. Lucretius. (Idem 30, 1, 10.) Strabonis tempore Ligurum emporium fuit. (4. pag. 139. f. 201. 5. p. 146. f. 211.) Municipium factum effe docet infcriptio, in qua legitur *Decur.*

Genuae. Vid. Cluver. c. l. Extremam Etruriae urbem facit Procop. de B. Goth. 2, 12. antiquiores dant Liguriae. H. *Genua.*

Sabatia) Varie adpellatur. Strabo 4. pag. 139. f. 201. Σάββατα Οὔαδα vel, ut poſtea, ſimpliciter Σάββατα; Ptolem. 3, 1. Σάβατα; Plin. 3, 7. f. 5. *portus Vadum Sabatium,* quod in caſu obliquo ſumunt; Antonini itiner. pag. 295. Iulius Capitolinus in Pertinace cap. 9. 13. *Vada Sabbata;* Cicero ad diverſ. 11, 10. *Vada* ſimpliciter. An *Savo* eadem urbs ſit in Livio 28, 46, 10. ut quidam putant, dubium, vel certe ambiguum cenſèt Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 52. at utramque discrepare, ſatis aperte docuit Weſſeling. ad Anton. itin. c. l. *Vada* adeo *Sabatorum* et *Sabata* an eadem ſint, dubitat Holſten. ad Cluver. pag. 8 ſq. et ex diſtantia a Genua in bonis itinerariis probare nititur. Certe *Sabata* in mediterraneis ponit Ptolemaeus, cum tamen portum commemoret Plinius. Strabo 4. p. 159. f. 202. inter Sabbata et Genuam 260 ſtadia interponit, et a priori urbe Alpes incipere addit. Ita diſſentiunt in hodierno nomine. Cluver. 1, 9. p. 68. contendit eſſe *Savona,* alii, in iis Weſſeling. c. l. *Vadi* ſ. *Vai.*

Albingaunum) Inde *Albingaunenſes.* De ſcriptura exponunt notae crit. pag. 565. Nomen traxit ab Alpibus, quippe qui et *Albii montes* dicebantur. Cf. Strabo 4. p. 159. f. 202. Seculo 9. *Albeganum* vocatum eſt, ut docet Weſſeling. ad Antonini itiner. pag. 295. Incolae ſuerunt *Ingauni,* unde contractum fuit nomen, ut Strabo narrat, qui πόλισμα vocat. Vid. Cluver. 1, 9. pag. 67.

Paulo) Forte a ſolo Mela commemoratur. Hodie *Paglione, Paillon.* Oritur prope pagum h. *Eſcarona* et prope Nicaeam emittitur in mare. Cf. Cluver. 1, 9. p. 62.

et Menard in hiſt. de l'academie — de Paris T. 27. p. 154. De *Varo*, Gr. ut Straboni 4. pag. 127. ſ. 184. Οὔαρος, multi auctores loquuntur. Oritur in monte *Cema* ſ. *Acema* in Alpibus maritimis prope arcem St. Stephani et rapide ſaepe intumeſcit et inundat. Vid. Papon hiſt. de Provence T. 1. p. 34. Fluebat inter Antipolim et Nicaeam. (Strabo 4. p. 127. ſ. 184.) Quod plurimi tradunt, discernebat Italiam et Galliam Narbonenſem, ut olim Rubico, quod ex Iulii Caeſaris rebus geſtis notum eſt. Cf. Appian. de B. Civ. 3, 61. — et Savaro ad Sidon. Apollin. 1. epiſt. 5.

§. 10. *Alpes)* Gr. Ἄλπεις, ex periphraſi τὰ Ἄλπεινα ὄρη, ut apud Polyb. 2, 14, 8. Paſſim, in poetis maxime, ſingulari etiam numero occurrit Ἄλπις, quod probant Dionyſ. v. 295. ex Latinis Priſcianus lib. 7. p. 757. Putſch. et Oudendorp. ad Lucan. 1, 481. Iidem montes dicti etiam Ἄλπια et Ἄλβια, ut docent Strabo 4. pag. 139. ſ. 202. Euſtath. ad Dionyſ. c. l. et Homer. Odyſſ. 4, 89. p. m. 153. Olim etiam ſic vocarunt Rhipaeos montes et inde Iſtrum oriri ſcripſerunt aliqui, de quo cf. Athen. 6, 4. Euſtath. ad Homer. c. l. aliique, quos commemorat Cluver. in Germ. ant. 1, 1. pag. 9. et Pelloutier hiſt. des Celtes lib. 1. p. 5. Nempe Celtas, quos unice ad Oceanum usque ſeptemtrionalem Alpes olim incolere ſcirent, eosdem etiam Hyperboreos eſſe putarunt, ut patet ex Protarcho apud Stephan. ſ. v. Ὑπερβόρεοι, Plutarcho in Camillo cap. 15. conſ. 22. Poſt tamen etiam Alpes de montibus altis poſitum reperitur. Sic Sidon. Apollinar. carm. 9, 45. 2, 511. Atho a Xerxe perfoſſum Alpem vocat; Alpes in Pyrenaeis commemorat Procop. de B. Goth. 1, 12. in. et incolas ita τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον vocare addit; *Alpes Baſiarnicae* in tab. Peuting. 7. ponuntur, ubi in Ptolem. 3, 1. eſt mons *Carpatus*. Nomen ducunt e lingua Celtica, in qua alti montes Alpes vocantur, ut eſt apud

Servium ad Virgil. Georg. 3, 474. et Aen. 10, 13. Ab *alpo* i. e. *albo* ob nives petit, ut Libani nomen, Relandus in Palaeſtina 1, 48. p. 312. Incipiunt autem noſtrae iuxta Genuam, (Strabo 4. p. 139. ſ. 202.) a Maſſilia, (Polyb. 2, 14, 6.) pertinentque usque ad ultimum Hadriatici ſinus receſſum. (Polyb. c. l.) De earum altitudine ex Polybio refert Strabo lib. 4. extr. qui cum ſummis montibus comparavit, et 4 tranſitus tantum indicavit. Hodie emenſi ſunt Sauſſure aliique, qui ſummum faſtigium eſſe putant montem S. Bernhardi et 7530 pedes Pariſienſes fere numerant.

populis) A quibus varie Alpes cognominatae ſunt, ut Noricae, Venetae, Pannonicae, Carnicae, de quibus omnibus fuſius expoſuit Cluver. 1, 32. p. 335 ſqq. De adtactu Germaniae vid. Strabo 7. p. 201. ſ. 290. et quae ibi notavit Caſaubonus.

CAP. V.

GALLIA NARBONENSIS.

§. 1. *Gallia)* Graeci auctores Γαλατίαν vocant, ut Diodorus, Dio Caſſius, Ioſephus, alii, vel Κελτικὴν, ut Strabo; modo utrumque adhibent, ut Polybius, Plutarchus. Quod Agathemerus 2, 4. adfirmat, prius Γαλατία adpellata, poſt Γαλλία, quo nomine utitur etiam Marcianus pag. 46. Hudſ. in diviſione, cui omnino praemittit Κελτογαλατία. Populorum antiquum nomen fuit Κελτοὶ, quod ipſi ſibi imponebant, in cuius locum poſtea ſubſtituit uſus Γαλάται, teſte Pauſania 1, 3. f. quem auctoritate ſua ſuffulcit Caeſar de B. G. 1, 1. Quidam tamen auctores, ut Plutarchus in Iulii Caeſaris vita, utroque utuntur; interpres Iulii Caeſaris Graecus modo Κελτοὺς vocat, modo Γάλλους,

ipſam regionem Γαλατίαν. De Celtis cf. etiam infra ad 3. 2, 4. Lat. *Galli*, unde *Gallicus*, *Gallicanus*, ut *Gallicanae legiones* apud Cicer. in Catil. 2, 3. in. quae ſunt in Gallia in hibernis diſpoſitae, ut ſimilia. Unde Galliae nomen ortum ſit, de eo variae exſtant et veterum et recentiorum opiniones, quas recenſere nimis eſt longum et alienum. Cf. tamen Tennulius ad Agathemer. 2, 4. Briet in Geogr. parall. Tom. 1. p. 321 ſqu. Aubin antiquités de la monarchie Fr. p. 234. et Martin in hiſt. des Gaules T. 1. p. 40 ſq. et alibi, qui tamen ubique Celtas invenit. Ceterum totum hoc caput cum interpretatione Franco-Gallica adiectaque docta explicatione exhibet Aſtruc in Memoires pour l'hiſt. naturelle de Languedoc P. 1. p. 27 ſqq. cum quo cf. Menard deſcription de la Province Narbonnoiſe T. 25. p. 65 ſqq. et Tom. 27. p. 114 ſqq.

Lemanno) Vid. de ſcripturae varietate not. crit. pag. 367. ubi addi poteſt Dio Caſſ. 39, 5. qui Λέβανον vocat. Eius plures mentionem fecerunt. Schloetzer voces *Leman*, *Liman*, *Limen* ex Iapetarum lingua derivat, probante Müllero ad Guthrie — Allg. Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. pag. 12. Iul. Caeſ. de B. G. 1, 8. Rhodanum in eum influere dicit, et hinc Rhodanum ex illo ducit, eiusque *genitorem* vocat Auſon. de claris urbibus 127. ſ. v. 115. Cf. etiam de hoc Strabo 4. p. 129. ſ. 186. ubi vulgo nomen depravatum legitur, Plin. 3, 5. ſ. 4. *Cavum* adpellat Lucan. 1, 392. ubi ſimul eius deſcriptionem exhibet. Poſteriores vocant *Lauſonium*, ut Antonin. itiner. p. 348. *Loſanenſis* in tabula Peutinger. 2. B. itemque *lacus Loſonne* ab urbe, quae in Geogr. Ravenn. 4, 27. *Lauſonna* vocatur, unde urbis antiquitas adparet. Avienus in ora v. 673. vocat *Accion;* Annales Bertiniani an. 859. *mare Rhodani.* H. *Genfer See*, et pars eius verſus orientem *Lauſanner See.* Cf. de eo Oberlin ad Vibium pag. 258. et quos

deinceps ſimpliciter indicabo, Valeſius in notitia Galliarum p. 265. et d'Anville in notice de la Gaule p. 405. ſ. qui etiam adpellativum nomen putat derivatum a λίμνα ſ. λίμνη Graecorum. Vid. infra ad §. 5. Errat autem egregie Iunckerus in introduct. in Geogr. medii aevi pag. 155. qui nomen *Lemanus* ſoli medio aevo notum fuiſſe putat, et Cellarium, qui in tabula addiderit, reprehendit.

Cebennicis) De ſcriptura per *C* et *G* cf. not. crit. pag. 368. ex quibus etiam uſus numeri duplicis diſcitur. Secundum Strabonem lib. 4. in. a Pyrenaeo protendebatur per mediam Galliam ad Lugdunum usque; Iulii Caeſaris tempore (v. de B. G. 7, 8.) Helvios ſeparabat ab Arvernis, qui ſe tamquam muro iis munitos credebant. Menard p. 69. c. l. nomen ipſum reſpondere putat Gallico verbo *Keven* ſ. *Keben* i. e. mons altus, cacumen montis. Inde vero *Cimenicen regionem* et *Cemenicum agrum* commemorat Avien. in ora 615. et 666. H. *les Cevennes*, cuius tamen partes ſingulae nomina ſua etiam habent. Vid. Valeſius p. 141. Aſtruc p. 56. Ceterum in conſtituendis Galliae Narbonenſis terminis Gebennam nominat et Iuram cum Martiano Cap. 6. pag. 203. Iuram quidem inter Sequanos et Helvetios (Caeſ. de B. G. 1, 2.) pro Lemanno lacu.

in duo latera) Id eſt ad mare Tuſcum ſ. mediterraneum et ad mare Oceanum. CIACCONIVS. In orientalem et occidentalem, inaequali tamen menſura. Vid. d'Anville p. 219.

Tuſcum) Plin. 3, 5. ſ. 4. *interno mari adluitur*, quod ex eo repetit Martian. c. l. Termini vero notati ſpectant Iulii Caeſaris tempora, de quibus cf. etiam Strabo 4. p. 123. ſ. 178. Sueton. in Caeſ. c. 25. Eutrop. 6, 17. ſ. 14. De Pyrenaeo vid. ad 2, 6. in. de Rheno ad 3, 2, 8.

Bracata) Sic Plin. 3, 5. f. 4. *Narbonenfis provincia — Bracata ante dicta.* Cf. et Martian. Cap. c. l. Ita vero dicta eft a bracis f. feminalibus lineis, quibus operiebant carnem turpitudinis fuae ab renibus usque femina f. femora, cum ad facrificium accedebant, uti notat Alcuinus de divinis officiis cap. 38. qui addit, hunc habitum in fuis regionibus ita notum effe, ut ex eo Gallia bracata cognominata fuerit. De origine ipfius vocis disceptatur. Latinam falfo innuunt Ifidor. Orig. 19, 22. et Euftath. ad Homer. Il. 2, 262. cum barbarum tegmen effe teftetur Tacitus hift. 2, 20. Apertius tamen docteque propugnat pro illa origine Cafaubon. ad Suetonii Aug. cap. 82. refragante Weffelingio ad Diodor. 5, 30. in. Ipfe Diodorus Celticum facit vocabulum et per Gr. ἀναξυρίδες explicat, ut Hefychius h. v. cui funt αἴγειοι διφθέραι. Adfentitur Cluver. in Germ. ant. 1, 8. p. 56. et *brucchas* alia dialecto dictas addit. Idem 1, 16. pag. 114. docet, male a quibusdam, qui ἀναξυρίδας explicant, ut Hefychius, de caligis feu pedum tegumentis intelligi. Gallicam tunicam fuiffe putat ex Suetonii Caef. cap. 80. Aldus Manutius in quaefitis per epiftolas 1, 2. Vocis veftigia reperiuntur in veteri Gallorum fermone itemque Germanorum, qualia oftendit Cluver. in Germ. ant. 1, 16. p. 114 fq. in vocibus *bruch*, *brook*, *brunk*, ut apud Britannos *brithes* f. *briches*, apud Scotos montanos *braccan* de veftibus fuperioribus. Quidam ad Perficam linguam decurrunt, cum *Perficam bracam* dicat Ovid. Trift. 5, 10, 35. Cf. Hyde veteris linguae Perficae λείψανα pag. 73 fq. Certe Herodotus 7, 67. ἀναξυρίδας circa femora Perfis tribuit. Attamen olim plures *bracis* f. femoralibus ufos effe, Gefnerus docet in thef. L. L. h. v. ubi etiam addi poteft Burmann. ad Propert. 3, 3, 17. De Perfis vidimus. De Sarmatis, Getis, Beffis confuli poteft Ovid. Trift. 5, 10, 19. 5, 7, 49. et alii, de Armeniis Iuvenal. 2, 169. Poft Auguftum paullatim etiam Romanos fumfiffe, plurima loca declarant, quae exhibuit Cafaubonus

ad Sueton. c. l. Ipſa autem haec Galliae pars ſimpliciter etiam dicitur *Provincia* paſſim a Iul. Caeſare, ut de B. G. 1, 10. quia antea a Romanis expugnata et in provinciae formam redacta erat, praeter Nemauſum, de quo infra. Poſt *Narbonenſis* eſt dicta, quod et Noſter addit, factumque ſub Auguſto eſſe putat d'Anville pag. 3. Graecis, ut Dioni 37, 47. 46, 55. — ἡ Γαλατία ἡ περὶ Νάρβωνα ſ. ἡ Γαλατία ἡ Ναρβωνησία, Straboni 4. p. 123. ſ. 178. Ναρβωνῖτις. Parallelogrammi figuram idem illi tribuit, longitudinem 270 M. P. latitudinem 248 M. P. Agrippa teſte Plinio 3, 5. ſ. 4. quod etiam excepit Martian. Cap. 6. pag. 203. Igitur olim latius patuit, quam h. *Provence*, quae eius pars fuit. Cf. Menard p. 115 ſqq. c. l.

magis culta) Hoc ita Plinius 3, 5. ſ. 7. eloquitur: *agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum poſtferenda, breviterque Italia verius, quam provincia.* Hoc procul dubio primum effectum eſt per Maſſilienſes, a quibus hanc Galliam expolitam fuiſſe dicit Iuſtin. 43, 4, 1. Eleganter autem hanc patriae ſuae laetam ubertatem deſcripſit Salvianus lib. 7. p. 249. Cf. etiam Papon hiſt. de Provence T. 1. P. 2. p. 132 ſqq. ubi de climate, plantis, frugibus — expoſuit.

§. 2. *opulentiſſimae)* Et certe Gallia olim ſemper abundavit divitiis, quod non melius aliunde patet, quam ex tributo, quod Iulius Caeſar illi impoſuit, et memoratur a Suetonio c. 25. quod immenſum eſt, ut adeo, dum has civitates vocat *opulentiſſimas*, oporteat hoc intelligere de tempore earum libertatis ante I. Caeſarem. I. GRONOVIVS *MS.* Cum hic ſua potius tempora reſpectet Mela, *opulentiſſimae* dixiſſe videtur ratione aliarum urbium, ut ſolet, in primis 3, 10, 6. ubi: *urbium ut inter parvas opulentiſſimae*, et tunc maiorem praeſtantiam et eminentiam indicat.

Vasio) Ptolem. 2, 10. Οὐασιῶν, qui, ut Mela, ſolam hanc Vocontiorum memoravit, cum Plinius 3, 5. ſ. 4. addiderit *Lucum Auguſti*, quam municipium vocat Tacit. hiſt. 1, 66. *Oppidum Vaſionenſe* vocat Sidon. Apollinar. 5. epiſt. 6. 7, 4. *civitatem Vaſienſium* notitiae provinciarum et civitatum Galliae, ex quibus gentile ſimul diſcitur. Reperitur tamen etiam *Vaſenſis*, cuius exempla dant Valeſius p. 587. et Savaro ad Sidon. 7, 4. *Vaſienſis* eſt in Sponii Miſcell. erud. ant. pag. 201. et in poſterioribus. An ſit *forum Vocuntium* apud Ciceron. ad diverſ. 10, 17. quod putat Ortelius in theſ. ſ. v. Vaſſionenſis, recte dubitari poteſt, quamvis ibi hodie legitur *Voconii*, alterum 10, 54. Nam Plinius 3, 5. ſ. 4. utrumque habet et diſtinguit, ubi vid. Harduinus de hoc foro, Weſſeling. ad Antonini itin. pag. 298. et in primis Bouche hiſt. de Prov. 3, 4. p. 150. Dignitatem eius indicat inſcriptio apud d'Anville p. 679. in qua Marti dicatur. H. quod idem docet, eſt *Vaiſon*, ita tamen, ut veteris urbis veſtigia ſint, ubi nunc eſt templum ad dextram ripam fluvioli Ouvèſe, cum recentior urbs Vaiſon ſit ad ſiniſtram; priorem autem opulentiam ex ruinis cognoſci. Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 95. ponit in extrema parte ſeptemtrionali comitatus Venaiſſin, et eius rudera quaerit in vaſto campo, qui h. vocatur *la Villaſſe*. Cf. etiam de ea urbe Menard in hiſt. de l'academie — de Paris T. 29. p. 246 ſq. TZSCHVCKE. Notanda eſt ſingularis ratio appellandi urbes adiecto nomine gentis, non regionis, quod paſſim fit in aliis populis, ut fortaſſe Vocontii, Allobroges et reliqui non habuerint peculiare nomen, quo regionem ſuam denotarent. I. GRONOVIVS *MS.*

Vocontiorum) De ſcriptura ſecundae ſyllabae per *o* et *u* vid. not. crit. p. 370 ſq. De finibus et agro eorum Strabo 4. p. 140. ſ. 203. ubi in convallibus montium profundis et munitis prope Salyas ab una parte, ab altera prope Siconios ponit. In Ptolemaeo 2, 10. ab

utraque parte funt Sentii et Cavares. Uterque ad occafum vicinos Vocontiis habet Allobroges, quod et Tacitus hift. 1, 66. confirmat. Commemorat eos Livius 21, 31, 9. in itinere Hannibalis ad Alpes. *Rura Vocontia* illorum agrum vocat Sil. Ital. 3, 466. ipfum autem populum fui iuris fuiffe narrat Strabo c. l. foederatum Romanis Plin. 3, 5. f. 4. et praeter Vafionem et Lucum Augufti 19 oppida ignobiliora iis tribuit. Habitarunt, ubi h. *Vaifon*, *Die* et ex parte aliqua *Gap*, ut putat d'Anville pag. 715. Ex hoc populo fuiffe Trogi Pompeii maiores notavit Iuftinus 43. f.

Vienna Allobrogum) Sic et Plin. 3, 5. f. 4. et Strabo 4. p. 128. f. 185. Οὐίεννα τῶν Ἀλλοβρόγων, qui fimul metropolim vocat. *Vienn.* legitur in Sponii mifcell. erud. ant. pag. 203. Ptolemaeus 2, 10. in mediterraneis ponit. Prima eius mentio occurrit in Iul. Caef. de B. G. 7, 9. Celebritatem eius et opulentiam declarat oratio Claudii imper. pro Gallis, quae in tabula aenea exhibetur. Vid. Lipfius in excurfu ad Taciti annal. 11, 24. Vocatur enim *ornatiffima colonia valentiffimaque Viennenfium.* Hinc Aufonius de claris urbibus 7, 3. *Alpinis opulenta Vienna colonis.* Cf. Martialis 7, 83. Ius ibi reddidit pro tribunali Vitellius fec. Sueton. in vita cap. 9. A Lugduno removet Strabo 200 ftadiis i. e. 25 M. P. quod nimium eft, unde etiam vel fcribendi vitium, vel locorum mutationem fufpicatur Penzel Vol. 1. p. 633. in interpretatione Germanica. Seneca enim in apocoloc. Lugduni natum Claudium dicit ad 16. lapidem a Vienna, cum quo confentiunt tab. Peuting. 2. A. et Antonini itiner. p. 358. per compendium quidem, quod ibi additur, cum ufitata via diftare fcribat 23 M. P. Nomen antiquum h. retinet. Plura de ea dabit Valef. p. 603 fqq.

Allobrogum) Gr. Ἀλλόβρογες. (Strabo 4. p. 128. f. 186. alii.) Multi tamen etiam per ι pro ο, ut Polybius, Dio Caffius, Appianus, Plutarchus paffim, de quo cf.

Berkelius ad Stephan. pag. 102. et Schweighaeuſer ad Appian. Vol. 3. p. 174. Quidam tamen etiam efferunt per υ, in quibus Ptolem. 2, 10. et Stephanus. Conſtantius Latini ſcribunt *Allobroges*, et *Allobrox* legitur in Horatio, Epod. 16, 6. Poſteriori aevo mutata terminatione dicti etiam ſunt *Allobrogae*, v. c. a Schol. Iuvenal. ad 8, 233. Inter ipſorum et Helvetiorum fines fluebat Rhodanus, ſec. Iul. Caeſ. de B. G. 1, 6. unde alia eius loca optime intelliguntur, ut 1, 11. de quo disquirit d'Anville p. 53. Livius 21, 31, 5. ponit prope inſulam, quam Arar et Rhodanus in unum confluentes faciunt, quamvis in Arari Livium erraſſe viri docti contendunt. Vid. Martin hiſt. des Gaules T. 1. p. 231. not. m. Menard c. l. Tom. 27. p. 129. ſedem illis adſignat inter Iſeram et Rhodanum, Lemannum lacum et Alpium partem, ubi Dauphiné, Savoie, in quo conſentiunt Valeſius p. 608. et Müller ad Guthrie Allg. Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. p. 24. Quod d'Anville p. 704. adfirmat, unum eorum oppidum fuiſſe Viennam, reliqua pagos, in quibus diſperſi egerint, non patitur Iul. Caeſ. 1, 6. ubi, *extremum*, inquit, *oppidum Allobrogum proximumque Helvetiorum ſinibus Geneva.* Inde vero diſcitur, eorum tractum patuiſſe a Vienna ad Genevam ad Rhodani ripas, et de Sabaudia diiudicari ſuperiora poſſunt. *Male pacatam civitatem* vocat Cicero in Catil. 3, 9. gentemque unam reſtare dicit, quae P. R. bellum facere et poſſe et non nolle videatur, vereque ortum bellum a Pontinio fractum docet in orat. de Provinc. conſular. cap. 13. Nec, cum Iulius Caeſar Galliam regeret, bono animo in Romanos fuiſſe, notum eſt ex eo de B. G. 1, 6. et 7, 64. Hinc Seneca de benef. 5, 16. in. *vetera et ingenita odia* illis tribuit, et *belli ſtudium* Salluſtius de B. Catil. cap. 41. in. et Horatius epod. 16, 6. *novis rebus infidelem Allobrogem* dicit. Cf. etiam Cicero pro Fonteio paſſim et Corte ad Salluſt. c. 40. qui aliqua loca conlegit. Olim iam Hannibalis tempore potens hic populus fuit (Liv. 21, 31. Strabo c. l.) et Hannibalem

etiam Alpes confcendentem infeftavit. (Polyb. 3, 50 fq.) Victoriam de iis reportavit Fabius, unde *Allobrogicus* cognominatus eft. (Vellei. 2, 10, 2. alii.)

Avenio) Gr. Αὐενιὼν, (Strabo 4. p. 128. f. 185. Ptolemaeus 2, 10. Stephanus) et inde Αὐενιωνήσιος, Αὐενίτης. (Stephanus.) Duplici *n* fcribitur in tab. Peutinger. 2. D. *Avennione* et in Geogr. Ravenn. 4, 26. *Abinnione.* Cf. Valefius p. 54. Inde apud Sidon. Apollinar. 6. ep. 12. *Avennicus,* et in notitia provinciar. Galliae *civitas Avennicorum;* in Sidonio tamen Savaro ex cod. dedit *Aveniocus,* ubi plura de gentili adferuntur. Stephanus ponit prope Rhodanum, in medio quidem campo, ubi *Sulgas* (Sorgue) illi mifcetur. (Strabo et tab. Peuting.) In oppidis Latinis numerat Plin. 3, 5. f. 4. et πόλιν Μασσαλίας vocat Stephanus, unde forfitan κολωνίαν vocat Ptolemaeus, ubi male vertitur: *Aveniorum colonia.* Vineas et oliveta agri praedicat Gregorius 4, 32. H. *Avignon.* Plura dabit Valefius c. l.

Cavarum) *Cavares* dicuntur et *Cavari;* hoc a Strabone 4. p. 129. f. 186. (Καούαροι) et Ptolemaeo 2, 10. illud, nifi quis ex contractione ortum velit, a Mela et Plinio 3, 5. f. 4. Eorum regio fuit trans Druentiam inde a Maffilia, unde progreditur, usque ad influxum Ifarae in Rhodanum et ad Cebennicos montes, ubi adtingunt Rhodanum. (Strabo 4. p. 128. f. 185.) Ita vero hoc nomen latiffime fumfit, ut et alios populos, Tricaftinos et Segalaunos, complectatur, ad quam opinionem ipfe ducit poftea p. 129. f. 186. Supra Cavares enim ab altera parte (verfus Italiam et Alpes) vicinos ponit Vocontios, Tricorios, Iconios, (Siconios) Medulos, uti nunc pro Pedylos editur. Atque ita vindicat d'Anville p. 219. Strabonem contra reprehenfionem Valefii pag. 35. qui erroris illum infimulaverat. Plinius praeter Avenionem in ipforum agro commemorat etiam urbem Valentiam;

Ptolemaeus Acusionem, Arausionem et Cebellionem. Valentiam quidem Cavaribus eripit d'Anville p. 670. et cum Ptolemaeo 2, 10. Segalaunis vindicat, mutata apud Plinium interpunctione. At hoc fit praeter usitatum Plinii morem, quem erraſſe potius crediderim, aut latiori ſenſu Cavares dixiſſe, quod fieri et ipſe alibi notaverat. Omnino autem eorum fines parum definita lege reguntur, et ipſe Mela, dum §. 5. inter Cavares et Volcas Rhodanum emittit, ad mare usque eos profert, ita ut Anatilios complexi ſint, quod et Hannibalis tempore de Volcis dicitur. Vid. poſt *Arecomici.* Habitarunt igitur, ubi h. eſt *Orange*, *Avignon*, *Cavaillon* et *Carpentras*, uti vult d'Anville p. 219. certe in illis tractibus et vicinia, in quo adſentientem etiam habet Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 150. Cf. et Menard T. 27. p. 128. c. l.

Arecomicorum) Graeci Ἀρικομισκοὶ vel Ἀρεκ. (Strabo 4. p. 129. ſ. 186.) Ἀρικόμιοι, (Ptolem. 2, 10.) Ἀρεκομικοί. (interpres Graecus Caeſaris de B. G. 7, 7. pro quo vitioſe dat 7, 64. Ἀρέμικοι.) In Latinis auctoribus, Iulio Caeſare paſſim, Plinio 3, 5. ſ. 4. vocantur *Arecomici.* In inſcriptione tamen apud Gudium pag. 40, 2. ſi recte habet, *Aricom. Nemauſ.* legitur. Tum alii ſimpliciter ponunt, alii praemittunt *Volcas*, et diſerte Strabo 4. p. 129. ſ. 186. Οὐωλκαὶ, οὓς Ἀρικομισκοὺς προσαγορεύουσι, et Iul. Caeſ. de B. G. 7, 64. *Volcas Arecomicos* dicit, ex quibus videntur Volcarum populus fuiſſe, ſub quibus Hannibalis tempore complectitur etiam Livius 21, 26, 6. ubi narrat Volcas circa utramque Rhodani ripam colere, etſi d'Anville p. 716. parum probabiliter de Arecomicis id tantum intelligi velit. Sic Anatilios Mela Cavaribus includit. Nam cis Rhodanum incoluiſſe verſus orientem ſuadent Plinius 3, 5. ſ. 4. et Ptolemaeus 2, 10. De finibus autem utriusque populi haec fere narrantur. Strabo Arecomicis finitimos facit Salyes et Cavares eorumque caput Nemauſum, antea tamen Narbonem iis navale et

emporium adſignat. Sed coercet altera ripa Rhodani et ultra ad Cebennicos montes et promontoria verſus Pyrenaeos extendit Tectoſages. Ex quo adparet, relicta citeriori ripa Rhodani Strabonis aetate conſediſſe ad ulteriorem. Nec aliter infert Iul. Caeſ. de B. G. 7, 7. Et ſic Noſter infra Volcarum nomine Arecomicos et Tectoſages complexus inter ipſos et Cavares oſtium Rhodani ponit. Tectoſagibus oppida tribuuntur a Ptolemaeo Iliberis, Ruſcino, Toloſa, Ceſſero, (ſic et Plin. 3, 5. ſ. 4.) Carcaſo, Betirae, Narbo, unde Strabonis termini ad Pyrenaeos usque permiſſi confirmantur; Arecomicis dat Vindomagum et Nemauſum. A Rhodano igitur ad Narbonem Arecomici pertinuiſſe et inde ad Pyrenaeos videntur Tectoſages ita tamen, ut Strabo et Ptolemaeus Atacinos et Sardones iis contineant, quippe quos neuter adtingit. In Narbone tempus mutationem adtuliſſe iudicat d'Anville p. 717. et, cum antea Arecomicis tribueretur, poſtea a Volcis exemtum ſuum agrum habuiſſe et ditionem, ſed, quia populi nomine non discerneretur, datum fuiſſe a Ptolemaeo Tectoſagibus. Temerarium autem putat, utriusque populi limites in tabula conſtituere.

Nemauſus) Sic et Graeci. Paſſim etiam *Nemauſum* legitur, ut in Plinio 3, 5. ſ. 4. Arecomicorum metropolim dicit Strabo 4. pag. 129. ſ. 186. Idem poſt a Rhodano removet 100 ſtadiis contra Taraſconem in ripa obpoſita, quamvis ſecundum Ptolemaeum 2, 10. ubi Solicum eſt Taraſcon, non ſatis accurate vel proprie, ſi καθὸ ſic intellexit Strabo; a Narbone 720. hac quidem urbe qua mercaturam et celebritatem inferior, alias ſuperior, iure Latii praedita, et cui adtributa erant 24 oppida, quod et Plinius notat. In tab. Peuting. 1. F. vitioſe legitur *Nemiſo*, ut ex ſitu in Antonini itin. p. 388. intelligitur. Intervallum inter Narbonem et Nemauſum idem fere adfert Antoninus, ſed paullum auget tabula; cum hodierna dimenſione comparat d'Anville p. 478. Inde vero

Νεμαύσιος et Νεμαυσῖνος ducit Stephanus; *Nemaufienfes* dixit Plinius. A Nemaufo, Heraclidarum uno, originem ducit Stephanus. Coloniam vocat Ptolem. 2, 10. et recte, confentientibus numis multis, in quibus *Col. Nem.* cum Augufti et Agrippae capitibus adparet. Vid. Rafche in Lex. num. T. 3. P. 1. pag. 1176. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 69. Nomen *Augufia* habuiffe putat d'Anville p. 476. quod videtur probare infcriptio apud Gudium pag. 40, 2. fi bene et ordine procedit fic: *Col. Aricom. Nemauf. Volca. Aug. Nept.* de qua vid. Weffel. ad Antonin. c. l. et de colonia deducta Sueton. in Tiber. cap. 4. Urbis hiftoriam multi inluftrarunt, in primis numos Guiranus, cuius tamen duo praecipua opera nondum edita fervantur in bibliotheca Vindobonenfi; de antiquitatibus omnino de Yron et alii de aliis, quos indicat Rafche, ubi tamen addi poffunt Groffer, cuius diff. de antiquitatibus Nemaufenfibus inferta eft Sallengre thef. ant. Roman. T. 1. p. 1065 fqq. et Menard hift. de Nifmes, uti urbs nunc vocatur.

Tolofa) Ptolem. 2, 10. Τολῶσα, Strabo 4. p. 130. f. 188. Τολῶσσα. Per σ fimplex tamen praeferendum effe, docui in notis criticis p. 371. Male vero quidam initio adfpirant, ut Gellius 3, 9. infcr. apud Gruter. adeo p. 413, 5. Varia inde ducuntur adiectiva, ut *Tolofates*, (Iul. Caef. de B. G. 1, 10. in. alii) *Tolofanus*, (Plin. 3, 5. f. 4. Gruter. p. 592, 4.) *Tolofenfis*. (Gruter. p. 939, 3.) Urbem fuiffe antiquiffimam adparet ex iis, quae de templo narrat Strabo 4. p. 130. f. 188. quippe in quo vis maxima auri repofita dicebatur correpta olim a Tectofagibus ex aede Delphica, quod cum poftea Caepio adtrectaffet, mifere punitus eft, ut tradunt multi alii, quos laudat Kappius ad Valer. Max. 4, 7, 3. quamvis hic, fi conferas 6, 9, 13. fibi non conftat. Hinc *auri Tolofani quaeftio* apud Cicer. de nat. Deor. 3, 30. quod aurum inde in proverbium abiiffe monet Gellius 3, 9. Discedit vero

a reliquis Iuſtin. 32, 3. qui illud non in templum, ſed in lacum Toloſenſem demerſum fuiſſe refert; quocum conſentit Poſidonius, ipſo Strabone non refragante, qui etiam poſt illam de templi Delphici ſpoliatione hiſtoriam impugnat, et aurum ex fodinis ſuis in lacus demerſiſſe contendit, etſi ipſius templi dignitatem et ſanctitatem praedicat. Ex priori tamen disputatione Strabonis probare nititur Martin de la religion des Gaulois Tom. 1. p. 115 ſq. olim et ne Iulii Caeſaris quidem tempore Gallos templa habuiſſe, ſed poſtea demum a Romanis victos. Ipſam urbem Strabo ſitam fuiſſe narrat, ubi artiſſimus eſt iſthmus, qui a Narbonenſi mari Oceanum ſeparat. Iul. Caeſar. de B. G. 1, 10. *Toloſatium* fines non longe a Santonibus ſtatuit, et Plinius 3, 5. ſ. 4. Toloſanos Aquitaniae finitimos facit. Eius dignitatem laudavit Auſonius de claris urb. 11. *Coloniam* ſolus adpellat Ptolem. 2, 10. *Palladiam* Martialis 9, 101. Sidon. Apollin. carm. 7, 437. et alii, quod ad literas ibi cultas optime refertur. Cf. d'Anville p. 647. et qui diligentius de hac urbe expoſuerunt Valeſius p. 620. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 2, 97. H. *Toulouſe.*

Tectoſagum) Stephanus adfert Τεκτόσαγες et Τεκτοσάγαι, a Τεκτόσαξ et Τεκτοσάγης. Prius dant Strabo 4. p. 129. ſ. 187. Ptolem. 2, 10. Iul. Caeſ. de B. G. 6, 24. poſterius Appian. de reb. Syr. 32. et 42. Libri tamen in Livio 38, 16, 11. adferunt *Tectoſages* et *Tectoſagi*, quae poſterior terminatio etiam reperitur in Iuſtino 32, 3, 9. Floro 2, 11, 5. Volcarum fuiſſe populum, iam antea monui. Celebratur autem paſſim expeditione et excurſione Brenno duce in Graeciam et ulterius facta, de qua cf. praeter alios Iuſtinus et Florus c. c. l. l. Iulius Caeſar etiam c. l. ad Hercyniam ſilvam Volcas Tectoſages refert, etſi de eo disputant interpretes. Notari tamen poteſt, quod ex Hieronymi praef. in epiſt. ad Galatas adtulit d'Anville p. 718. qui Ancyrae nar-

rat eadem lingua uſos fuiſſe, quam ipſe Treveris audierit.

Secundanorum) Sc. militum ſecundae legionis, qui ibi ſedes ſortiti erant. Nempe, quod I. GRONOVIVS in notis mſcr. monuerat, ex hoc loco egregie patet, laudandum eſſe Velleium, dum 1, 14. disſerit de ratione coloniarum deducendarum ab Romanis ſcribens, eam fuiſſe duplicem, vel quae fieret ab Senatu, vel per milites, unde vocat *militares colonias*, dum nempe veterani exauctorabantur, et, ne milites mutilati corporibus in penuria ſenectutem agerent, collocabantur in agris, et a numero legionis, in qua meruerant, vocabantur, ut hic adparet. Haec I. GRONOVIVS *MS.* Auctores earum primi fuerunt Sulla et Iul. Caeſar. V. de iis coloniis Sigon. 3, 4. de antiquo iure Italiae. Proprie urbs erat Cavarum. (Ptolem. 2, 10.)

Arauſio) Strabo 4. p. 128. ſ. 185. Ptolem. 2, 10. Ἀραυσίων. Inde *Aurauſionenſis*, (Sidon. Apollin. 6, 12.) vel *Arauſienſis*, quod adfert Spon. in miſcell. erud. antiqu. p. 156. et *Arauſicus* in notit. provinc. Gall. In Cavaribus ponunt Strabo et Ptolemaeus cum Avenione et Aeria, in regione campeſtri ille, ubi Sulgas in Rhodanum fertur. Prope Avenionem ſitam fuiſſe, ex itiner. Hieroſol. p. 555. adparet, a qua 15 M. P. removet tabula Peuting. 2. etſi ibi legitur *Aruſione*, ut in Geogr. Ravenn. 4, 26. qui in Burgundia ponit et Avenionem ſubiungit. In notitia Gall. *civitas Arauſicorum.* Numus Neronis apud Goltzium quidem in theſ. rei antiqu. p. 148. habet: *Col. Arauſio Secundanor.* — et ſic Secundanis adſignat etiam Plin. 3, 5. ſ. 4. Plura de urbe dabunt Valeſius p. 35. d'Anville p. 87. et Papon hiſt. de Provence T. 1. p. 75.

Arelate) Vid. de ſcriptura in not. crit. pag. 372. Poſterioris aevi auctores aliter paſſim efferunt, ut Ἀρελᾶτον Ptolem. 2, 10. *Arelato* tab. Peuting. 1. F. et ſic in

Caſſiodori varr. lectt. 8, 10. inter *Arelate* et *Arelatum* codices ambigunt; *Arelaton* Geogr. Ravenn. 4, 28. Ἀρέλατος, ἡ, Zoſimus 5, 31, 5. Avien. in ora v. 679. Antiqua forma Arelate ἄκλιτος fuit, quod exempla declarant. Sic Iul. Caeſar de B. C. 1, 36. *naves Arelate facere inſtituit;* Eumen. in panegyr. in Conſtantin. cap. 18. *Arelate properare.* Cf. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 97. quamvis in Iulio Caeſare poſſit etiam duci ab *Arelas*, quam formam praeferunt poetae, ut Auſonius epiſt. 24. v. 81. Prudent. in periſteph. 4, 35. ex proſaicis etiam Oroſius 1, 2. et Sidon. Apollin. 1. epiſt. 11. ubi: *Venio Arelatem.* Inde *Arelatenſis*, ut Sidon. Apollin. 7. ep. 12. inſcriptio in Sponii miſcell. erud. antiqu. p. 165. — Primam eius mentionem fecit Iul. Caeſar c. l. ἐμπόριον οὐ μικρὸν vocat Strabo 4. p. 125. ſ. 181. et Noſter in praecipuis urbibus ponit. *Coloniam* multi adpellant, non ſolum auctores, ut Plin. 3, 5. ſ. 4. Ptolem. 2, 10. Sueton. in Tiber. cap. 4. qui a Tiberii patre deductam tradit, ſed et monumenta inſcriptionum. Sic in Sponii miſcell. p. 165. legitur: *Col. Iul. Paterna Arelate.* Cf. et d'Anville p. 91. et Papon T. 1. pag. 48 ſq. Ex priori ſimul adparet *Iuliam Paternam* nominatam fuiſſe, et olim etiam *Mamillariam*, quamvis renitente Sponio aliterque legente. Cf. etiam de hoc Papon p. 52. c. l. et in primis Reineſius Var. lect. 3, 16. p. 609. ex quibus diſcitur, male illius opinionis praeſidium peti ex Avieni ora v. 680. ubi *Theline* antiquum Graecorum nomen adfertur, quod a θηλὴ, *mamma*, ducunt. Sed poſteriori tempore cum loci amoenitate invitatus ibi ſedem imperii fixiſſet Conſtantinus, dicta eſt *Conſtantina urbs*, de quo vid. d'Anville c. l. et in primis Scaliger in lectt. Auſon. 1, 24. ubi etiam de *Septimania* in Geogr. Ravennate ſaepe obvia. *Gallulam Romam* hinc vocat Auſon. de claris urb. 7, 2. Cf. Savaro ad Sidon. Apollinar. 1. epiſt. 11. pag. 82. Ad Salices urbem refert Ptolem. 2, 10. qui ſunt ſine dubio *Salyes* Strabonis 4. pag. 128. ſ. 185. et alibi, *Salluvii*

Plinii 3, 5. f. 4. Melius tamen Anatiliis adſcribi potuiſſe cenſet Papon c. l. Conſtituta erat ſupra undas Rhodani, et in orientis proſpectum tabulatum pontem per illius fluminis dorſa transmittebat, ut ait Caſſiodorus c. l. *Duplicem* vocat Auſon. de claris urbibus 12. in. in epiſt. 24, 81. et in Moſel. v. 480. quia in dextra ripa Conſtantinus Max. Aug. e regione veteris novam exſtruxerat, et cum vetere ponte coniunxerat. H. *Arles.* Plura de hac urbe congeſſerunt Valeſius p. 38 ſqq. d'Anville c. l. Annibert Memoire ſur l'ancienneté d'Arles, Strauchius de regno Arelatenſi in Strauchianis p. 76 ſqq.

Septimanorum) Apud poſterioris aevi ſcriptores, ut Geogr. Ravenn. 4, 28. paſſim reperitur *Septimania,* alia tamen de cauſa, contra ac vult Harduinus ad Plin. 3, 5. f. 4. etſi discrepant doctorum virorum ſententiae, quas qui cognoſcere cupit, adeat Scaligerum in lectt. Auſon. 1, 24. Valeſium p. 514 ſq. P. de Marca in Marca Hiſpan. 1, 16, 5 ſq. et d'Anville p. 25 ſq. et 136. Eius primam mentionem fecit Sidon. Apollin. 3. ep. 1.

Baeterrae) De ſcriptura vid. not. crit. p. 373 ſq. Septimanorum coloniam vocat etiam Plinius 3, 5. f. 4. Prope Narbonem autem ponunt itiner. Antonini p. 389. et Peuting. tab. 1. E. quamquam menſurae modo inter ſe non conveniunt, et Strabo 4. pag. 126. f. 182. qui et ἀσφαλῆ πόλιν vocat. Antoninum uſu cognitum probat d'Anville, quo intervallum ad 16 M. P. revocatur. In notitia provinc. Gall. vocatur *civitas Beterrenſium* et Narbonenſi primae tribuitur. Stephanus inde ducit Βαιταῤῥίτης, etſi propter numorum maiorem fidem dubitat Berkelius. *Biterrenſis* legitur in Sidonio Apoll. 8. ep. 4. Sed de his dictum.

Atacinorum) Unde nobilis poeta apud Romanos fuit Varro, *Atacinus* dictus, [cf. Horat. Satyr. 1, 10, 46.

i. e. Narbonenſis, ut explicat Porphyrio] ut non tantum Atax fl. illic fuerit notiſſimus apud omnes Geographos, ſed et aliquando oppidum, quod per inſtaurationem Narbonis Martii exhauſtum ſuis incolis ſic evanuit, ut nulla eius exſtet mentio apud quemquam auctorem. I. GRONOVIVS *MS.* De accolis alii explicant, ut d'Anville p. 107. Incerta res eſt in auctorum ſilentio, etſi de urbe potius intellexerim. Menard c. l. *Eleſyces* eos vocari apud Avien. in ora v. 584. et eosdem *Bebryces* eſſe putat p. 80. apud Sil. Ital. 3, 423. et Scymnum v. 200. Ita vero Narbonenſes dictos fuiſſe ex Dione refert Tzetzes ad Lycophr. v. 516. conl. Zonara 8, 21. et eodem Tzetze ad v. 1305. Plura dabit Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 92.

nunc et nomen —) Sic fere Tacitus in Germ. cap. 6. *quod primo numerus fuit, iam nomen et honor eſt.*

Narbo) Gr. Ναρβὼν, (ἡ) et inde Ναρβωνίτης, (Stephanus) Ναρβωνῖτις, (Strabo 4. pag. 131. ſ. 189.) Ναρβωνήσιος. (Dio apud Tzetz. ad Lycophr. v. 516.) Latini *Narbonenſis.* An eadem Ναρβωνησία etiam fuerit dicta, quod adfirmant Stephanus et Suidas h. v. ille auctore Marciano, in dubium merito vocatur a Berkelio p. 581. et Holſtenio p. 218. Nam ſic Marcianus p. 46. Hudſ. quartam Galliae partem, non urbem, vocat. Suboritur alia quaeſtio, an et *Narbona* dicatur Latinis auctoribus. Nam in iis paſſim libri adferunt per obliquos etiam flexum, ut in Iul. Caeſ. de B. G. 3, 20. 7, 7. 8, 46. et alibi, Sueton. in Tiber. cap. 4. aliis, ut docti viri docent ad c. c. l. l. et ſimilibus declarant, v. c. *Ancona, Crotona, Salamina, Eleuſina.* — Cf. Oudendorp. ad Frontin. 3, 7, 4. et 6, 4. 2, 36. idem ad Obſequ. c. 74. Salmaſ. ad Trebellii Pollionis Diocletianos cap. 8. Gronov. ad Liv. 1, 18. Muncker. ad Hygini poet. aſtron. 2, 13. Lactantii Placidi narrat. fab. 1, 12. et in primis in diſſ. de Hygino, Staveren. et Heuſinger. ad Nepot. Them. c. 2. f. Miſcell.

obferv. Vol. 8. p. 90. — Nam etfi funt, qui propugnent, ut Davif. ad Cicer. Qu. Tufc. 1, 46. aliique, quos nominat Gron. ad Liv. c. l. minus tamen recte eam formam bonis auctoribus obtrudunt, quae pofteriori aetati largienda eft, ut docent numi Wifigothis auctoribus cufi. Vid. Rafche Lex. num. T. 3. P. 1. p. 1083. Urbis antiquitas intelligitur inde, quod Strabone tefte 4. pag. 131. f. 195. Pytheas illam cum Maffilia et Corbilone, iam tunc nobiliffimis Galliae civitatibus, novit, ut ipfe Strabo 4. p. 129. f. 186. confirmat. Narbonem autem emporium maximum vocat 4. p. 125. f. 181. fupra Atacis oftia et lacum Narbonenfem fitum. Et fic ex aliis urbis dignitas et praeftantia cognofcitur. Cicero pro Fonteio in. vocat *coloniam civium Romanorum, speculam populi Romani et propugnaculum iftis ipfis nationibus obpofitum et obiectum;* ubi vid. Graevius. Luculentiffimo praeconio effert Sidon. Apoll. carm. 23. et Aufonius de claris urb. 12. A mari, tefte Plinio 3, 5. f. 4. diftabat 12 M. P. quod, fi de portu intelligatur, recte habere adfirmat d'Anville p. 474. Quod Mela dicit, *unde olim auxilium his terris fuit*, I. Gronovius MS. 1. fic explicat: „innuit illam urbem illic a Romanis conditam tamquam armamentarium et caftellum contra impetus barbarorum Gallorum." Quod probat locus Ciceronis antea adpofitus. Colonia adpellatur a multis, quam deductam M. Porcio et Q. Marcio CSS. a. u. 636. a. Chr. 118. tradunt Vellei. 1, 15, 15. 2, 8. in. et Eutrop. 4, 23. f. 10. Videtur igitur fcribendum *Marcius Narbo*, uti *Marcium* CS. fcribunt fafti magiftratuum, etfi codices in auctoribus variant, de quo cf. Drakenb. ad Livii epit. 62. Secus tamen fentiunt viri eruditi multi, ut Valefius p. 369. Sirmondus ad Sidon. Apoll. epiftolam adnexam carm. 21. Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 98. et qui eum in his plerumque refert d'Anville pag. 474. et *Martius* praeferunt vel a *Marte* propter feroces incolas (cf. Wernsdorf ad Aufon. de urbib. nobilib. 12.) vel a *legione Martia*, ut Burmann. ad

Vellei. 2, 8. adiuti numo apud Goltzium p. 241. in quo *Col. Narbo Mart. Decumanor.* legitur et inſcriptione apud Gruter. pag. 229. et Sirmondum c. l. De Martia tamen legione impugnat Savaro ad Sidon. P. 2. p. 168. quia ab Auguſto demum fuerit inſtituta et in ſuperiori Germania conlocata, quod quidem ex Dione et Tacito docuerit Onufrius Panvinius in Imperio Rom. p. 170. et a Marcio cognomen ducit, ut Menard p. 79. c. l. Savaroni plane adſentitur Aſtruc pag. 31. c. l. qui promiſcue per *c* et *t* conſulem etiam ſcriptum adfirmat, quia gens illa ab Anco Marcio rege originem repetebat; tum idem ab hiſtoria probari monet et more poſteriori, quo *Iulia Paterna* dicta urbs fuerit. Literas *c* et *t*, in inſcriptionibus etiam, maxime ante *i* ex pronuntiatione promiſcua variare, hoc ipſo vocabulo docet Malvaſia in marmoribus Felſin. 7, 12. p. 451. 8, 11. p. 519. De Martia legione, a qua multi ducunt nomen, haec expedienda videtur quaeſtio, quid ad eam valeant decumani. Videtur decima legio ante bellum civile dicta fuiſſe Martia, uti putant Valeſius p. 369. Kappius in indice Melae h. v. ob ſingularem virtutem, quam ita praedicant auctores, ut adeo praetoriam eam ſibi elegerit Caeſar. Vid. hic de B. G. 1, 40. f. Frontin. 4, 5, 11. Dio 38, 46. Quare ob virtutem illud nomen Martiae impoſitum referunt Cicero in Philipp. 3, 3. 4, 2. Appian. de B. Civ. 4, 115. At obſtant alia, quo minus id probari poſſit. Legio enim decima *veterana*, qualem vocat Plancus in Ciceron. epiſt. 10, 11. eodem tempore (a. u. 710.) apud Plancum fuit in Gallia ulteriori, quo Martia ex Macedonia redux in Italiam cum aliis Antonio advenerat, (Appian. de B. C. 3, 43. in. Cicero ad diverſ. 12, 23.) ſed ab illo ad Caeſaris partes cum quarta legione transierat. V. Appian. de B. C. 3, 45. Cicero in Philipp. 4, 2. Vellei. 2, 61, 2. Diſerte autem Appianus 3, 46. et 47. duas illas Caeſaris legiones a Planci exercitu diſtinguit. Quintam adeo eam legionem fuiſſe ex Cicerone in Philippicis et Trebellio Pollione in Claudio

cap. 14. exiſtimare videtur Stewechius in Veget. 1, 20. At nihil eiusmodi a Cicerone infertur, qui potius ad diverſ. 10, 33. narrat in proelio Mutinenſi Martiam interiiſſe, quartam a quinta (in Antonii partibus) conciſam eſſe. Trebellius ad noſtram aetatem non valet, nec a Dione 55, 23. Martia Auguſti aetate de decima dicitur, ſed *Gemina* haec vocatur. Si propius inquiras, coloniam olim eo deduxit *Marcius*, unde Marcius ſcribi debebat et forte olim ſcriptum eſt. Novam poſt eo deduxiſſe Caeſarem duce Tiberio adparet ex Suetonii Tiberio cap. 4. ſumtis a decima legione colonis, unde *Decumanorum colonia* hic et in Plinio vocatur, et tunc forte *Martius* ſcribi coeptum eſt, quod bellicoſi eſſent incolae, urbs Martium propugnaculum. Cf. Wernsdorf. ad Auſonium de nobil. urb. 12, 1. qui hinc *Martie Narbo* dicit a Martius, cum alias *Marci* deberet. Acceſſit ſimul aliud nomen, *Iulia Paterna*, quod docet inſcr. apud Gruterum p. 266, 7. et ad Auguſtum minus recte refert d'Anville. Inde vero Narbonenſem Galliam dici notum.

§. 3. *auſtro —)* Qui duplex ventus huc incumbens ab ipſis incolis una voce dicitur *Circius* ab effectu, ſc. quia vehementiſſimo impetu aliqua involvens quaſi per verticem circumagebat ex ſede ſua expellens, de quo agit Gellius 2, 22. I. GRONOVIVS *MS.* Alia loca de hoc vento indicarunt Torrent. ad Sueton. in Claud. c. 17. et Geſnerus in theſ. h. v. *Melamborium* a Strabone 4. p. 126. ſ. 182. dici, notavit Voſſius, ſimulque refutat Salmaſium, qui Favorini apud Gellium 2, 22. explicationem impugnaverat. Expertus eſt Claudius Imperator ab Oſtia profectus prope Liguriam iuxtaque Stoechadas inſulas, ut bis paene demergeretur, (Sueton. in vita cap. 17.) ex quo adparet, ab occaſu impetum cepiſſe, quod et confirmat Plin. 2, 46. ſ. 47. *Oſtiam*, inquiens, *plerumque recta Liguſtico mari perferens.* Strabo c. l. tam ſaevum in hac ora deſcribit, ut lapides volvat, homines de vehi-

culis excutiat, armisque et veſtibus denudet. Quod Voſſius hic ex periculis navium Belgicarum probat, id ita ſe ſenſiſſe ad Strabonem narrat Caſaubonus, ut in equo ſtare vix potuerit. Discrepat tamen Strabo in tractu eius et progreſſione a Mela, quippe cui flat ab occaſu et meridie. Quodſi vero tamen Viennam non adtingit, ut teſtatur Plinius c. l. et recentiori aetate Chorier in hiſt. du Dauphiné et Aſtruc in hiſt. natur. de Languedoc 2, 8. accuratiora tradidit Mela. Cum Strabone in ipſa deſcriptione ſaevi illius venti conſentiunt Diodor. 5, 26. et Aſtruc c. l. Habent autem regiones plures ſuos ventos, ut Atabulum Apulia, Olympian Euboea, (Plin. 17, 37. ſ. 24.) Cenchrona, auſtrinum ventum, Colchis ad Phaſin, (Hippocrates de aere cap. 38.) Gallia Celtica Corum, (Iul. Caeſ. de B. G. 5, 7, 5.)

Nicaea) Gr. Νίκαια, unde deſcendit Νικαιεὺς, paſſim etiam Νικαεύς. (Stephanus.) Latinis *Nicaeenſis*, in inſcriptionibus etiam, quas dederunt Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 10. et Sponius in miſcellan. erud. ant. p. 193. Ptolemaeus 3, 1. addit Μασσαλιωτῶν, indicans conditores, quod confirmant Strabo 4. p. 127. ſ. 184. (qui ad munimenta revocat) Plin. 3, 7. ſ. 5. Livii epit. 47. Stephanus. Cum proprie ſita eſſet in Italia contermina, tamen, quod manſerat ſub Maſſilienſibus, (Strabo c. l.) Galliae adſcribunt Noſter, Stephanus et Ammian. 15, 11. etſi Noſter Varum conſtituit Italiae terminum cap. 4. §. 9. qui inter eam et Antipolim fluebat. (Strabo c. l.) Situs eius erat in loco montano et ad munimentum apto. (Idem.) Nomen a victoria aliqua contra Salyas accepiſſe, praeeuntibus Cluverio in Ital. ant. 1, 9. p. 61. et Valeſio p. 374. ſuſpicatur d'Anville p. 484. qui propter Alpes, Italiae terminos et Galliae, hac rectius contineri cenſet. Plura iidem de hac urbe ſubminiſtrabunt, item Petrus Iofredus in Graevii theſ. Ital. T. 9. P. 6. in Nicaea

illuſtrata, aliqua etiam Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 8 ſqq. H. *Nizza.*

Deciatum) Praeter Melam ſolus Stephanus Δεκίητον in Italia commemorat, minus hoc accurate, et inde adfert gentile Δεκιῆται, auctore Artemidoro. At hi ſaepius occurrunt, ut docent notae crit. p. 377. etſi variata ſcriptura, et a Polybio apud Strabon. 4. p. 139. ſ. 202. in Liguribus recenſentur, itemque a Plinio 3, 7. ſ. 5. Haud procul a Varo, Italiae termino, in Gallia Narbonenſi ponit etiam Ptolemaeus 2, 10. Verum tamen eorum ſitum propter multarum gentium in exiguo ſpatio vicinitatem propius definiri non poſſe, iudicat d'Anville pag. 265. Latius extendit Ptolemaeus, qui Antipolim, praetermiſſo Deciato, ipſis adſcribit, etſi Antipolim a Varo nimis removet. Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 117. ſitum illi dari forte putat, ubi h. *Villeneuve;* Valeſius pag. 23. ubi *Villeneuve* vel *Biot;* Menard T. 27. p. 133. c. l. ubi pars dioeceſeos *Graſſé.*

Antipolis) Gr. Ἀντίπολις, hinc *civitas Antipolitana* in notitia prov. Gall. Nomen petitur ab obpoſito Nicaeae ſitu. Cf. Papon hiſt. de Provence T. 1. p. 11. Conditores Maſſilienſes facit Strabo 4. pag. 124. ſ. 180. attamen ib. pag. 128. ſ. 184. ab ipſorum iurisdictione liberatam et Italicis urbibus adſcriptam eſſe narrat. Hinc etiam Plinius 3, 5. ſ. 4. *oppidum Latinum* vocat, quod nempe Latii iure donatum erat; Tacitus tamen hiſt. 2, 15. ſ. *Narbonenſis Galliae municipium.* Ptolemaeus 2, 10. tribuit Deciatibus, et Strabo 4. p. 127. ſ. 184. Varum inter Antipolim et Nicaeam fluere dicit ita, ut ab una diſtet 20, ab altera 60 paene ſtadiis; pro 60 ſtadiis Antonini itiner. pag. 297. et tab. Peuting. 2. E. habent 10 M. P. quae conciliavit Weſſeling. ad Anton. c. l. D'Anville p. 69. in lingua populari nomen ſervaſſe ſcribit *Antiboul,* licet uſus velit *Antibe.* Hiſtoriam urbis praeter

laudatos contexuit Papon in hist. de Provence T. 1. p. 11 sqq.

Forum Iulii) Strabo 4. p. 127. s. 184. Ptolem. 2, 10. Φόρον Ἰούλιον vocant, ut in Latinis Tacit. Annal. 2, 63. Hinc *Foroiulianus* dicitur a Paullo Diac. de gestis Longobardor. 5, 7. et post, vel *Foroiulienses* apud Tacit. hist. 3, 43. in Agricola cap. 1. Strabo ναύσταθμον Caesaris Augusti fuisse tradit, et portum eius commemorant praeter Strabonem Tacitus hist. 3, 43. qui *claustra maris* adpellat, et Antonin. it. maritim. p. 505. Hodie, quod testatur d'Anville p. 323. arenis obductus a mari recessit. Ptolemaeus aliique *coloniam* vocant, et Tacitus in Agricola cap. 1. cum augmento *veterem et inlustrem Foroiuliensium coloniam*, unde ille ortus erat. Cf. Annal. 2, 63. f. Ut Noster, Plinius 3, 5. s. 4. *Octavanorum coloniam* facit, quae et *Pacensis* adpellata fuerit et *Classica.* Confirmant lapides et numi. Sic apud Goltzium in opp. p. 240. et in thes. rei antiquariae p. 150. *Col. Iul. Octavianorum*, it. *Col. Pacens. Class.* In inscriptione, quam exhibuit de Poldo de l'antiquité — de Nismes p. 165. legitur: *Militum leg.* VIII. *Aug. Civitas Foroiuliensium, quae postrema.* Cf. et Papon hist. de Provence T. 1. p. 15. qui hinc conficit, Augustum ex 8. legione colonos eo misisse. Iulius enim passim etiam ad Augustum pertinet, ut *portus Iulius*, quem fecit, apud Sueton. in Aug. c. 16. quod et docuit d'Anville p. 322. At obstat facta eius mentio a Planco in epist. Cicer. ad divers. 10, 17. Inde vero adparet vera cognominis *Octavanorum* causa, nec erat, quod Cellarius 2, 2, 111. ad Octavii Caesaris nomen vel honoris causa vel errore adlusum putaret. *Pacensis* vocata a pace, ut aliae, v. c. Deultum in Thracia et *Pax Iulia* vel *Colonia Pacensis* in Hispania. *Classicam* dictam putat Harduinus ad Plinium c. l. a militibus forte classiariis eo deductis; Valesius p. 199. d'Anville p. 323. et Martin in hist. des Gaules T. 1. p. 306. ab Augusti classe, cuius navale fuerat

fec. Strabonem. Sed a longo tempore mare inde receffit. A Maffilia removet Strabo c. l. circiter 600 ftadiis, a quo discrepat aliquantum Antonini itin. p. 297. ubi conficiuntur 100 M. P. Vid. ibi Weffeling. Nunc *Freius* prope fluvium *Argens*, qui Plinio c. l. *Argenteus*. Cf. Philippi a Turre differt. de colonia Foroiulienfi in Graevii thef. Ital. T. 6. P. 4. Fuerunt autem fora, auctore Fefto, negotiationis loca, nomen ab iis deducentia, qui Forum condiderant. Diverfis tamen ex caufis vocitata etiam a populis effe, declarant *Forum Druentinorum*, *Gallorum* et al. de quibus Rezzonici disquifit. Plin. T. 2. p. 38. qui hinc pag. 703. in Plinio 3, 20. f. 15. pro Popilii tuetur Populi f. Romani.

Athenopolis) Agnofcit et Plin. 3, 5. f. 4. in ora prope Forum Iulii et *Maffilienfium* fuiffe addit. Inde *Athenopolitae* dicuntur apud Varron. de L. L. 7, 18. etfi ibi vulgo *Athenaeopolitae* ab Athenae. Harduinus ad Plin. *Telonem Martium* putat, quod Cellario iudice in Geogr. ant. 2, 2, 110. non abludit ab loco et ordine Melae. Equidem dubito, an tot urbes maritimas fpatium inter Telonem Martium (Toulon) et Maffiliam interiectum ceperit, quot hic Mela recenfet. Tum nec Telo Martius prifcis Romanis ignotus fuiffe videtur, ut evicerunt Oudendorp. ad Lucan. 3, 592. et Weffeling. ad Antonini itin. pag. 506. Sic et Voffius de Telone opinionem impugnat. Situm nunc ignotum, certe dubium effe, quidam putant. Alii in diverfis locis quaerunt, ut Menard T. 27. p. 131. c. l. ubi h. eft caftellum *Napoule;* Bouche in Chorogr. de Provence 3, 6. Valefius p. 146. Büfching in Geogr. p. m. 569. ubi h. *Grimaut;* d'Anville p. 109. quod illa urbs non fit in ora, ubi nunc *Agay*. De urbe Grimaut quidem Büfchingius contendit, olim propius ad mare fuiffe fitam. Quodfi vero mare non receffèrit et Grimaut aeque femper a mari abfuerit, *Toulon* effe malit Martin in hift. des Gaules T. 1. p. 306.

Olbia) Sic et Graece. Strabo 4. p. 124. s. 180. cum Tauroente, Antipoli et Nicaea a Massiliensibus contra Salyes et Ligures Inalpinos statutam narrat, et post pag. 127. s. 184. Forum Iulii inter Antipolim et Olbiam situm fuisse dicit, in quo cum Nostro consentit. Prope Antipolim ponit Scymnus v. 215. Ptolemaeus 2, 10. omnino paullo diversum tenet ordinem: *Tauroentium, Citharistes promontorium, Olbia, Argentius fl. Forum Iulium.* Stephanus Liguriae urbem vocat, quod ex priori Strabonis loco intelligitur, et inde ducit Ὀλβιοπολίτης et Ὀλβιανός; in vicinia idem ponit montem Olbianum. Vulgo putatur esse h. *Yeres* s. *Hieres;* contra d'Anville p. 502. nominis vestigia reperit in portu *Eoube* inter promontorium *Combe* et *Breganson* contra insulam *Mese;* cui adsentitur Papon in hist. de Provence T. 1. p. 89. monetque commercii etiam Massiliensium causa ad litora quaerendam esse.

Tauroin) Varie effertur. Strabo 4. p. 124. s. 180. habet Ταυρέντιον, post p. 127. s. 184. Ταυροέντιον, quod posterius praefert Casaubonus ex Ptolemaeo 2, 10. Alii scribunt Ταυρόεις, ut Scymnus v. 24. et Stephanus. Ex Latinis memorant Iul. Caesar de B. C. 2, 4. m. ubi: *Tauroenta perveniunt;* igitur a *Taurois* duxit, etsi edd. veteres *Taurenta*, *Tauercenta*, *Taurescenta* adferunt; porro Antonini itiner. p. 506. in quo exstat *Taurento.* Alia dabunt notae criticae p. 581. de forma vocis. *Castellum Massiliensium* vocat Caesar, et post Massiliam ponit Scymnus, eamque sequi dicit Olbiam. Nomen secundum Apollodorum apud Stephanum accepit ab insigni navis, tauro, quae primos conditores vexit a Phocaeensium classe huc deiectos. Bouche in chorogr. de Provence 3, 5. p. 159. fluctuatur de hodierno nomine inter portum *le bras de S. George* et *l'Evescat,* quod tamen admitti non posse putat d'Anville p. 637. propter intervallum a Telone Martio 12 M. P. quod indicat Antoninus, ex quo simul

recte cum Valesio p. 546. refutat eos, qui Telonem Martium esse voluerunt. Ipse ad dextram in introitu portus *la Ciotat* ponit; ipsam urbem *Ciotat* fuisse putant Holsten. ad Stephan. p. 516. et Martin hist. des Gaules T. 1. p. 505. Cf. deinceps Papon. At prope *Ciotat* Tauroin sitam fuisse inscriptione confirmavit Marin in Journal des Savans 1782. T. 1. p. 549 sq.

Citharisten) Gr. Κιθαριστής. Promontorium vocat Ptolem. 2, 10. portum Antonin. c. l. ubi est *Citharista*, uti apud Plin. 3, 5. s. 4. Promontorium Harduinus ad Plinium h. esse putat *Cap Sisiat* s. *de Cerchiech* prope Telonem, portum h. *le port S. Georges* s. *le port de Toulon.* D'Anville p. 227. agnosci nunc eius nomen dicit in portu *Ceireste*, qui est *Cisarista* in bulla Pontificis Gregorii VII. an. 1084. Sed cum *Ceireste* a mari paulum sit remotum, et itinerarium a Telone Martio seiungat 42 M. P. ad *la Ciotat* referendum existimat. At recens oppidum hoc est ne anno quidem 1200 conditum, de quo cf. Bouche c. l. et Papon in hist. de Provence T. 1. p. 20. Antiquius est *Ceireste*, ubi etiam vestigia aedificiorum Rom. conspiciuntur. Tum parum distant invicem, et ad eundem sunt sinum. Vid. quae prolixius disserit Papon in hist. de Languedoc T. 1. p. 20 sq. ubi *Ciotat* minime differre dicit a Tauroento, cuius portus fuit Citharista vel prope Ciotat promontorium sec. Ptolem. 2, 10. Menard T. 27. p. 130. c. l. hodie *Sisiat* s. *Circie* esse putat. Valesius p. 146. nihil de portu statuit.

Lacydon) Consentit Eustathius ad Dionys. v. 75. ubi: ἀγαθὸς τοῖς Μασσαλιώταις λιμὴν ὁ Λακύδων. Ita etiam scribitur in numo, quem exhibet Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag. 68. Unde natum hoc nomen, ignotum. Eius saepe omnino et sine singulari nomine mentionem faciunt auctores, ut Scylax pag. 2. Huds. Iul. Caes. de B. C. 2, 22. et Strabo 4. p. 124. s. 179. subiectum fuisse dicit θεατροειδεῖ πέτρᾳ βλεπούσῃ πρὸς τὸν

νότον et praeclare exſtructum. Maxime illum etiam laudant recentiores, veluti de Ruffi in hiſt. de Marſeille (ed. 2.) T. 1. p. 4 ſq. ubi et deſcripſit, Geſnay in Maſſilia pag. 4. qui veterum teſtimonia diligentius congeſſit, et h. *Haren* a ſalinis dici adfirmat, Burnet in Reiſe p. 572. qui tamen nimis anguſtum haberi ſcribit, Büſching p. m. 563. TZSCHVCKE. Olim ille Maſſilienſium portus non fuit, qui nunc eſt. Sane Strabo illum auſtro obverſum fuiſſe prodit. At vero qui nunc eſt, is plane Zephyro eſt obiectus. Duo vero ſunt portus ad promontorium Crucettae, qui utrique meridiem adſpiciunt, unus paulo remotior, qui in itinerario maritimo [Antonini pag. 506.] appellatur portus *Aemines* vel *Mines*, quique etiam hodie nomen fere ſervat; vocatur enim *Pormion* vel *Pormino;* alter vero portus promuntorio et veteri Maſſiliae propior, longe ſatis litus excavat, figura θεατροειδής, et ipſis quoque navibus commodam praebens ſtationem. Hunc poſtremum puto fuiſſe, qui olim Λακύδων diceretur, quoque priſci Maſſilienſes uſi ſunt, antequam alterum excavaſſent, quo nunc utuntur. Atque hoc quidem pacto verum erit id, quod Caeſar dicit lib. 2. [cap. 22.] de bello civili, Maſſiliam a tribus partibus mari allui, quod de hodierna accipi non poteſt. VOSSIVS. Quod Voſſius hic contendit de veteris Maſſiliae ſitu, firmavit et de Ruffi c. l. his verbis: *le port de Midi eſt appelié l'ancien.* TZSCHVCKE. Habuit hic portus proprium nomen et ſeparatum ab ipſa urbe, quoniam fuit extra Maſſiliam, cum frequenter portus recipiantur in ipſas urbes, prout hodierna Maſſilia circumcingit aedibus ſuis portum praeſentem. Sed ut *Pyraeeus* fuit dictus portus Athenarum, quia erat extra urbem, ita quoque hic Lacydon. Ceterum praecedentia verba concepit auctor in accuſativo caſu, ut patet ex ipſo teſtimonio Voſſi de codd. antiquis. I. GRONOVIVS *MS.*

Maſſilia) Graecis Μασσαλία etiam in inſcr. apud Sponium in Miſcell. erud. ant. pag. 349. ſimplici σ pro-

fertur in Ptolemaeo 2, 10. Μασσιλία tamen vulgo in Apoſtolii proverb. 7, 71. Latini conſtanter ſcribunt *Maſſilia*, etſi Schottus libros quosdam *Maſſalia* habere in Antonini itin. p. 299. adfirmat, ut Oudendorp. in Lucano 3, 308. Gentilia inde facit Stephanus Μασσαλιώτης, Μασσαλιεὺς, numi etiam habent Μασσαλιητων. Vid. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 67 ſqq. Latini *Maſſilienſis*. Timaeus apud Stephanum nomen derivat a μᾶσσαι ligare et ἁλιέως, quod nauclerus adnavigans conſpecto piſcatore funem nauticum iuſſerit ligare. Idem Euſtath. ad Dionyſ. v. 75. Recentiores quidam alia adferunt, ſed vana opera. Cf. Berkelius ad Stephan. p. 539. de Ruffi in hiſt. de Marſeille T. 1. p. 6 ſq. Hendreich in Maſſilia ſect. 1. A Phocaeis conditam eſſe plurimi referunt, Phocaea Ioniae urbe, non ex Phocide oriundis, quamquam et hic Φωκαεῖς vel Φωκαιεῖς et Φωκεῖς commutantur, ut apud Euſtath. in Dionyſ. v. 75. aliosque. Sed cf. Berkelius ad Stephanum c. l. Holſten. ad eundem pag. 350. Berneccer. et Gronov. ad Iuſtin. 43, 3. viri docti ad Lucan. 3, 340. Scaliger in animadverſ. ad Euſebii Chron. p. 81. Salmaſ. ad Solin. p. m. 66. Gronov. ad Gellium 19, 16. Duker. ad Thucyd. 1, 13. f. Glareanus et Drakenb. ad Liv. 5, 34. 8. ubi alios invenies, et quae notavi ad 1, 17. extr. Quidam adeo Phocida hic nominant, ut Gellius 10, 16. Seneca in conſol. ad Helviam cap. 8. in. At Phocaeam tuetur ex antiquiſſimis Herodotus 1, 165. de incolarum migratione, ex aliis Strabo 4. 124. f. 179. Scymnus v. 202. Plin. 3, 5. f. 4. Athen. 13. p. m. 576. Livius 5, 34, 8. 34, 9. in. — Inde alii omnino ad Graecos originem referunt, unde Ἑλληνὶς Μασσαλία Scylax p. 2. Hudſ. Avien. v. 113. *Maſſiliam gens Graia colit.* Antiquitas urbis igitur ultra Scylacis tempora deſcendit, et eius cauſa ipſi a Caeſare conſervabantur. (vid. de B. C. 2, 22. f.) Tarquinio Superbo regnante memorantur adveniſſe apud Livium 5, 34, 8. et Iuſtin. 43, 3, 4. qui oſtia Tiberis egreſſos et

inde in Galliam profectos narrat. Id refpexiffe Silium Ital. 4, 45. docere ibi ftudet Drakenborchius. In eo quidem tempore plerique confentiunt, cum diverfae fententiae ferantur adeo, ut 17 conlegerit de Ruffi in hift. de la ville de Marfeille T. 1. p. 2. Conditam a Phocaeenfibus 120 annis ante pugnam Salaminiam ex Timaeo refert Scymnus v. 212. De ipfa migratione Strabo c. l. fufius exponit, additque imperii laudes, fertilitatem terrae, colonias alio miffas (de quibus vid. Papon in hift. de Provence T. 1. p. 517.) et alia. In bello civili cum Pompeio adhaefiffet, (Iul. Caef. de B. C. 1, 34 fqq.) aliquantum de priftina opulentia defciviffe adfirmat. De moribus et literarum ftudiis deinceps. Urbis ipfius fitum defcribit Iul. Caef. de B. C. 2, 1. in. fic: *Maffilia fere ex tribus oppidi partibus mari adluitur, reliqua quarta eft, quae aditum habet a terra.* Ex quo d'Anville p. 440. indicat, hodiernam urbem, quam vocari Marfeille omnes norunt, latius patere. Cf. fupra Voffius. Defcripfit etiam Eumenius in panegyr. ad Conftant. Aug. cap. 19. his verbis: *Maffilia, ut audio, in profundum mare prominens et munitiffimo adcincta portu, in quem angufto aditu mediterraneus refluit finus, folis* 1500 *paffibus terrae cohaeret, qua firmiffimus et turribus frequentiffimus murus obponitur.* Paffus vero ex ipfa fitus cognitione vulgares, non geometricos habendos cenfet d'Anville p. 440. igitur geometricos paffus 700 vel 800. Plura de hac urbe congefferunt Valefius p. 318 fqq. de Ruffi, Gefnay, Hendreich fupra laudati aliique paffim. Antiquitates defcripfit Groffon. Scholiaftes Thucydidis ad 1, 13. peffime Maffiliam Africae urbem facit, deceptus forte Maffylorum nomine, uti monet ad Thucydidem c. l. Gottleberus.

inter afperas) Seneca in confol. ad Helv. c. 8. in. *In caufa* (migrationis Phocaeenfium) *non fuiffe feritatem accolarum, eo adparet, quod maxime tunc trucibus et inconditis Galliae populis fe interpofuerunt.*

et adhuc) Ut in peregrino ſolo occupaverit habitationem, nec tamen a patriis ritibus et priſco morum nitore degeneraverit adſuefacta iis, inter quos vivebant. Fere omnes ſcriptores hoc in Maſſilienſibus admirantur, et ſic eos excipiebant a proverbio, quo dicebant: *Barbarus eris vel ſies, ſi vixeris inter barbaros.* I. GRONOVIVS *MS.* 1. Quum ita diſtincte adnotet et miretur auctor hoc ipſum de Maſſilienſibus, videtur hunc locum ante oculos habuiſſe Sil. Ital. 15, 168 ſqq. *moenia Graiis Condita, Maſſiliae populis haec cincta ſuperbis, Barbarus immani quum territet accola ritu, Antiquae morem patriae cultumque habitumque Phocais armiferas inter tenet hoſpita gentes.* I. GRONOVIVS *MS.* 2. Sic diſerte Valer. Max. 2, 6, 7. *Maſſilienſes,* inquit, *ad hoc tempus uſurpant diſciplinae gravitatem, priſci moris obſervantiam* — quod poſt exemplis probat. *Morem* autem Tacitus in Agric. c. 4. optime ſic inluſtrat, dum vocat locum *Graeca comitate ac provinciali parſimonia miſtum ac bene compoſitum.* Immo literas coluit et Gallos ad earum amorem duxit, quod diſerte tradit Strabo 4. pag. 125. ſ. 181. Et hinc poſſunt intelligi, quae apud Iul. Caeſ. 1, 29. 6, 14. Tacit. de Germ. c. 3. de Graecarum literarum uſu in Gallia et Germania narrantur, quamquam Lipſius ad Taciti c. l. ultra characteres et formas literarum proferenda ea eſſe negat, quem etiam adiuvare monumenta reperta videntur. Cf. ad 5, 2, 3. Multos tamen poſtea eo ſtudiorum cauſa ex Romanis conceſſiſſe non ſolum adfirmat Strabo c. l. ſed etiam exemplo Agricolae probatur. (Tacit. c. l.) Et hinc Eumenius c. l. memorat Graecos Italosque olim convenas, qui artibus ingenioque pollerent. Huc etiam referunt certamen Graecae Latinaeque facundiae, quod Lugduni inſtituit Caligula. Vid. Sueton. in Calig. cap. 20. Manlius tamen apud Liv. 38, 17, 12. adfirmat, Maſſiliam, inter Gallos ſitam, aliquantum ab accolis animorum traxiſſe. De moribus Maſſilientium eorumque religione vid. de Ruffi in hiſt. de la ville

de Marſeille T. 1. liv. 1. ch. 3. Hendreich in Maſſilia, ſect. 2. Papon in hiſt. générale de Prov. T. 1. p. 497 ſqq. ubi etiam de origine, legibus, — exponitur. Ex veteribus maxime huc pertinent Cicero pro Flacco cap. 26. Strabo c. l. Valer. Max. 2, 6. 7. et 9.

§. 4. *Maritima)* A Ptolemaeo 2, 10. vocatur Μαριτίμα κολώνια et Anatilis tribuitur; Plinius 3, 5. ſ. 4. ut Noſter, *oppidum Maritima Avaticorum.* In ſitu uterque conſentit, ex quo plerique iudicant, h. eſſe *Marteques.* Quas dubitationes movit Hon. Bouche in Chorogr. de Provence 3, 6. p. 172. quia urbs illa recens condita fuerit, et potius ad *Berre* ſ. *Marignane*, adſtipulantibus Harduino ad Plinium, et Rezzonico in disquiſit. Plin. T. 2. p. 13. retulit, eas disiecit d'Anville p. 435. Cf. etiam Menard T. 27. p. 127. c. l. Ptolemaeus enim μετὰ τὸν Ῥοδανὸν ἐπὶ θαλάσσῃ ponit, quod melius ad *Marteques* revocatur et propter Melae narrationem etiam debet. Nec obſtat, quod recentioris ſit originis, cum idem in aliis idem auctor admittat, nec niſi ſitus hic quaeratur. Ipſi autem Avatici ex Mela tantum et Plinio innotuerunt, et hinc *Anatili* apud Ptolemaeum emendari debent, cum reliqua conſent, et Plinius *Avaticos* et *Anatilios* ſeparatim poſitos commemoret, etſi, praeterquam quod finitimi fuerunt, certo definiri non poſſunt. Vid. d'Anville pag. 64 ſq. Latius horum regionem patuiſſe, putat Harduinus ad Plinium, ſed, quae de inſcriptione, ex qua Anatilii etiam urbem Heracleam habuiſſe narrantur, adfert, dubiam illam cenſet d'Anville, uti etiam idoneis argumentis evicerunt auctores hiſtoire de Languedoc T. 1. p. 643. Plinius quidem urbem *Heracleam* in oſtio Rhodani habet, at *fuiſſe* addit. Inſurrexit poſtea contra *Marteques* Papon in hiſt. de Provence T. 1. p. 86. quia ibi nulla exſtent rudera, nec, quod alias mirum ſit, ulla eo Romana via notetur. Quaerit igitur, ubi h. eſt *Berre* et rudera exſtant, influuntque in ſtagnum, Maſtramelam

olim, fluvii Arc et Durancole, qui locus vocetur h. *cap d'oeil.* De *Rhodano* infra.

ſtagno) Nomen eius apud Plinium 3, 5. ſ. 4. eſt *Maſtramela*, apud Stephanum Μαστραμέλλη. Idem commemoratur ab Avieno in Ora v. 691. ut hic ad Melam emendat Voſſius et recepit Wernsdorf. cum oppido eius priſco, quod etiam indicavit Stephanus, unde Voſſius iudicat, et lacus et urbis idem fuiſſe nomen, et idem oppidum alio nomine adpellatum Maritimam. Strabo 4. p. 127. ſ. 184. hoc ſitu λιμνοθάλατταν eſſe narrat, quod adpellent στομαλίμνην, quod et nomine turris *Bouc* ſ. *Boca* in aditu oris probat d'Anville p. 618. H. *Etang de Marteques.*

Foſſa Mariana) Celebrata quidem paſſim, ſed cuius generis fuerit, et quomodo valida adverſus tantos impetus aquarum, docuit egregie tabula Peutingeriana, [2. D. ex ed. de Scheyb.] quae oſtendit exſtructa illic Mariani laboris opera, ut ſic foſſa dicatur tantum illic aperte, quoniam illic aliquid effoſſum eſt, ſed praeterea ſunt aggeres iacti et muri impoſiti, quod idem propterea de *foſſa Corbulonis* et de *foſſa Druſi* cogitari debet. I. GRONOVIVS *MS.* Nomen traxit a Mario, celeberrimo illo homine, eius auctore, quod optime Plutarchus adiectis operis inſtituti cauſis narrat in eius vita cap. 15. quocum conſentit Strabo 4. p. 127. ſ. 183. Nempe cum oſtia Rhodani limo obducta periculoſum navibus aditum praeberent, detortam magnam fluvii partem ad obportunum litus deduxit. Cf. etiam Plin. 3, 5. ſ. 4. Solin. cap. 8. ſ. 2. Noſter numero ſingulari effert, plurali alii, ut Plinius, (etſi ſingularem ibi revocat Rezzonicus in disquiſit. Plin. T. 2. p. 12.) Solinus, Ptolemaeus 2, 10. Antonin. in itin. p. 290. et 507. Bello Cimbrico factam dicit Solinus. Ad ſiniſtram ripam ponit Noſter, cui cum tabula ſuffragetur cum Plinio, nec minus Antonini itine-

rarium p. 507. quod inde ad Rhodanum hac parte progreditur, erravit aperte Ptolemaeus, qui fecus ponit, vel potius tertium aliquod fluvii oftium hoc nomine impertivit, quod alias *Hifpanienfe oftium* adpellatur. At magis confentit idem, etfi non nomine, re tamen ipfa, fi *Caenum* fl. de his foffis intelligamus, quod fecit d'Anville p. 332. Ut enim iam Baudrand ad Ferrarii Lex. p. 144. h. v. monuit, nullus in hoc tractu fluvius eft, qui memorari hoc nomine recte poffit, erroremque fufpicatus eft. Quod vero Harduinus Plinii *Cenicenfes* 3, 5. f. 4. huc refert, eiusque accolas putat, nulla auctoritate nititur. Attamen nec fic quidem erroris immunis eft Ptolemaeus, quia inter Caenum et Rhodanum Maritimam non habet. Inde vero eum fecuti in fimilem errorem deducti funt, ut Olearius ad Melam aliique, quos nominat Bouche in Chorogr. de Provence 3, 5. p. 161 fq. fi exemeris Mercurialem ad Ptolemaeum, qui eas foffas putarunt effe canalem Rhodani, qui in Occitaniam (Languedoc) tendat ad urbem *Aigues mortes*. Ipfe Bouche Rhodani alveum exiftimat, qui tranfit tractum *Crau*, ut ad Melam Voffius, usque ad pagum *Foz*, in cuius litore fuperfint adhuc veftigia. Cf. pag. 161 fqq. ubi prolixius de his foffis differit, et, qui confentiunt, Papon in hift. de Provence T. 1. p. 530. et Menard T. 27. p. 125 fq. c. l. Intervallum enim ab Antonino p. 507. notatum ab Incaro h. *Carri* (uti etiam putat Bouche 3, 5. p. 160. etfi renitente Weffelingio ad Antoninum) convenire, et per ftagnum *Calejon* adtingere vicum *Foz;* hodie vero mare receffiffe. Et fic non amplius adtingit hodie, ut olim, vicum Foz, obftructo canali, cui nomen *le Bras mort* remanfit. Vid. d'Anville p. 333 fq. et infra *Rhodanus*, cum quo cf. etiam Papon c. l. Melae fuffragatur Aftruc in hift. natur. de Languedoc p. 33. et nomen *Foz* fidem fententiae adftruere iudicat; item Rezzonici disquifit. Plin. Tom. 1. p. 13. pluribus.

lapideum) Memorant multi. Strabo 4. p. 126. f. 182. *πεδίον τῆς θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους — λιθῶδες· μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν* — quem locum ante oculos Melam habuiſſe putat Aſtruc pag. 33. c. l. etiam propter piſces infra commemoratos. Euſtath. ad Dionyſ. v. 76. *λίθινον πέδον.* Plin. 3, 5. f. 4. *campi lapidei Herculis proeliorum memoria.* Solin. cap. 8. f. 2. *lapidarii campi, quod ibi Hercule dimicante creduntur pluviſſe ſaxa.* Sic Martianus. Sed hic in Liguria ponit, ut Aeſchylus in Prometheo ſoluto, quod adparet ex Strabone c. l. Dionyſio Hal. 1, 41. f. et Hygino in poet. aſtron. 2, 6. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 42. Solinum ſequitur et hic Martian. Cap. 6. p. 204. Ad Liguriam etiam *μεταξὺ Μασσαλίας* et Ῥηγέννης (Ῥοδανοῦ vult Valeſ. p. 123.) revocat Euſtath. ad Dionyſ. v. 76. Neque tamen illi pugnant in loco proelii initi, quia tunc Ligures habitabant in ipſo Alpium tranſitu, et Herculem ab aditu Italiae prohibere tentabant. Vid. Dionyſ. c. l. H. *la Crau*, quod nomen ex Celtica lingua derivant et idem, quod Latinum, ſignificare volunt viri eruditi. Vid. Martin hiſt. des Gaules T. 1. p. 127. et quos laudat. Sic et d'Anville p. 597. ubi idem confirmatur his verbis an. 1226. ſcriptis: *totum aſſare meum, quod habeo in Cravo, ſive in agro lapidoſo.* Cf. etiam de eo campo Valeſ. c. l. Tractus ille prope Arles (Arelatem) per 7 fere horarum iter extenditur.

Herculem) In Galliam ex Hiſpania profectum eſſe praeter Melam alii etiam tradunt, neque ſolum illi, qui, dum proelii huius mentionem faciunt, eius nomen adiiciunt, ut Plinius c. l. et Noſter. Sic Diodor. Sic. 5, 24. tradit, Herculem per Galliam iter facientem puellam in matrimonium duxiſſe, ex qua cum filium Galaten ſuſcepiſſet, qui paternum regnum adeptus eſt, Celtae ſeu Galli nomen acceperint, quo adludere etiam videntur Parthen. in Eroticis c. 30. et Ammian. Marcellin. 15, 9.

quos ad Diodor. laudat Wesselingius. Monumenta etiam commorationis recenset Ammian. 15, 10. Notandum vero ex iis maxime in Gallia repertum, quod cum aliis Diis etiam Herculem sistit, clava insignem, et aere expressum cernitur in Martin la religion des Gaulois T. 2. p. 4. item numus Herculis imagine pag. 23. et omnino T. 2. liv. 3. ch. 7. ubi alios Hercules exhibet, v. c. *Magusanum*, quos Celticos proprie putat ex monumentis aere incisis. Cf. in primis Luciani *Hercules.*

tela defecissent) Eustath. ad Dionys. v. 76. ὡς ἐπέλιπε τὸν Ἡρακλέα πᾶν ἀμυντήριον βέλος.

Albiona) Solus Mela hoc habet, qui simul declarat eorum genus. I. GRONOVIVS *MS.* Unde petierit, non inveni. Derivantur autem haec nomina ex lingua Celtica, et ad montes referuntur *Berg*, et *Alp* s. *Alb*, unde Alpes, Gallis omnino montes alti, ut tradunt Servius ad Virgil. Georg. 3, 474. et Aen. 10, 13. Isidor. Orig. 14, 8. Cf. ad 2, 4, 9. Cluver. in Germ. ant. 1, 8. p. 57. Vossius de Theol. gentili 1, 35. pag. 156. Alii, ut hic I. Gronovius MS. scintillas nominum antiquorum Britanniae residere putant, quae olim erant *Albion* et *Hibernia.* Certe Hibernia dicta est Ἰουερνία, Ἰβερνία, Ἱέρνη et Βερνία, si recte de postremo tradit Eustath. ad Dionys. v. 566. et quamquam Berkelius ad Stephanum p. 420. pro ultimo malit Ἰβερνία, praecedit tamen in Eustathio Οὐερνία, quod, cum eodem redeat, idem etiam probare videtur. Contra Schoening in Allg. Welt-Gesch. Neuerer Zeiten T. 13. p. 94. cum in septemtrione insula *Bergos* a Plinio 4, 30. s. 16. commemoretur, putat *Bergion* piratam inde fuisse, ut *Albiona* ex Britannia. Alii tamen in hostibus variant. Contra *Tauriscum* enim illius terrae regem pugnasse tradit Ammian. 15, 9. 10. Tauriscum autem Celticum nomen putat i. e. montagnard Martin in hist. des Gaules T. 1. p. 161. Contra *Ligurem*, unde Ligures

dicti, qui Herculem in Geryonis boves proficiſcentem impedierit, Euſtath. in Dionyſ. v. 76. *Ligures* omnino hoſtes facit Aeſchylus c. l. Lapidum autem copia de coelo delapſa a Iove adiutum fuiſſe iidem narrant. Cf. etiam Martin T. 1. p. 127. c. l. et in diſſert. hiſtor. pour ſervir à l'introduction à l'hiſt. de l'Eſpagne (quae adnexa eſt) p. 606. ubi refutantur Freret et Menard, qui de populis potius explicandum cenſuerunt. Neque tamen ibi Melam ſatis diligenter reddidit.

imbre lapidum) Locutio eſt indicans penuriam L. L. Neque enim hic *imber* dici poteſt. Sic tamen fecit quoque Livius 5, 10, 6. ubi dicitur *imber carnis.* I. GRONOVIVS *MS. Imber, nimbus, procella, grando telorum* — ſic ſaepe occurrunt, ut et *pluere* de iis, quae denſa imbris inſtar vel nimbi immittuntur deſuper. Vid. Drakenborch. ad Sil. Ital. 12, 53. et quos laudat, item ad Liv. c. l. Cellar. ad Sext. Ruf. cap. 27. Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 23, 347. Tennul. ad Frontin. 2, 2, 7. viri docti ad Hebr. 12, 1. *Imber* tamen hic apte, quia ex coelo lapides decidebant, ut apud Iuven. 13, 67. *ſollicitus, tamquam lapides effuderit imber.* Ita vero alii hoc oſtentum variant. Aeſchylus c. l. dicit νεφέλην νιφάδι στρογγύλων πέτρων; Euſtath. c. l. et inde Eudocia pag. 214. Ζεὺς νεφέλην ἀναγαγὼν λίθους ἄνωθεν ὗσεν, fere ut Dionyſ. Hal. 10, 2. m. νιφετὸς ἐξ οὐρανῶν κατέσκηψεν εἰς γῆν πολὺς, οὐ χιόνα καταφέρων, ἀλλὰ σαρκῶν θραύσματα, quem *imbrem* vocat Livius c. l. ſimulque *carnem pluere* dicit. Similes miras pluvias piſcium, murium narrat Euſtath. ad Homer. Il. 1, 39. p. m. 26. Alii, reiectis fabuloſis illis nugis, cauſas aliunde et ex natura petunt. Ariſtoteles apud Strabon. c. l. Meteorol. 2, 8. de mundo cap. 4, 28. terrae illi motui tribuit, qui vocatur βράστης, et ex Apuleio de mundo p. 15. aliiſque ad Strabonem Vol. 1. p. 631. a Penzelio docte inluſtratur. Poſidonius teſte Strabone c. l. ex lacu eius loci arefacto,

unde lapides poſtea adparuerint, derivat. Ipſe Strabo utrumque probabiliter dici exiſtimat, et fragmenta magnorum ſaxorum credit. Sic nuper Fiſch (Briefe über Frankreich) ex mutato Druentiae fl. alveo petiit. Simile aliquid Penzelius c. l. de melonibus lapideis in Palaeſtinae campo adfert, cuius teſtis producitur Arvieux. (Reiſen T. 2. pag. 295.) Multa alia exempla eiusmodi lapidum memorantur in Ariſtotelis ſpurio libello de mineralibus, quem nuper typis repetendum curavit Beckmannus. Sed recenti memoria haerent, quae de eiusmodi lapidibus in Franco-Gallia non ſemel delapſis narrantur, multorumque operam et ſtudia exercuerunt in indagandis et eruendis oſtenti cauſis, in quorum numero ſunt Izarn, von Ende, de Freygang, Deiimann, Dirof. Ceterum quod Noſter addit: *paſſim et late iacent*, etiam hodie ita habere confirmant auctores. Cf. Martin in hiſt. des Gaules c. l. Ceterum totum hunc Melae locum paucis immutatis reddidit Boccatius de Genealog. Deor. 10, 12. et 13, 1.

§. 5. *Rhodanus)* Sic et Graece vocatur. Plinius 3, 5. ſ. 4. nomen ducit a Rhoda urbe. Alii a voce Gr. ῥοδανὸς, quā utitur Homerus Il. 18, 576. ad fluminis rapiditatem notandam, in qua licet olim diſſenſerint teſte Euſtathio et pluribus, notante Heynio, Grammatici, omnes tamen hodie libri conſpirant. Cf. etiam Oberlin ad Vibium p. 182. Alii, ut Pithoeus in veteri explicatione Gallicarum vocum, cuius fragmentum exſtat in eius itinerario Burdegalenſi et ad Antonini itiner. p. 617. ex ed. Weſſel. ab *Rho* nimium et *Dan* iudex, quae futilia cenſet Weſſelingius. A *Rhoda* i. e. rodere ſ. *rodar* verbo Italico Bouche in Chorogr. de Provence, 1, 5. p. 24. Bochart in Phaleg 3, 6. ab accolis *Rhodanis* repetit. Alii aliter. Sed cf. quae de etymologia conlegit Menard in hiſt. de l'académie de Paris T. 27. p. 120. qui ipſe Plinio adſentitur. Plinius 3, 5. ſ. 4. ab Alpibus deducit cum Strabone 4. p. 129. ſ. 186. quod de Adula

h. S. Gotthard intelligit Menard p. 121. Impetum eius cum Mela teſtantur plures, ut Strabo, Plinius, Sil. Ital. 3, 447 ſqq. et ab Auſonio de claris urbibus 7, 4. vocatur *praeceps*, a Claudiano in Rufin. 2, 112. *velox*, a Tibullo 1, 7, 11. *celer* et Strabo c. l. σφοδρὸν vocat et antea p. 127. ſ. 183. illi λαβρότητα tribuit. Solinus c. 8. ſ. 2. *ſaevire* eum dicit. Eius curſum deſcribunt Strabo c. l. et eo fere, quo Mela modo, Plinius 3, 5. ſ. 4. luculenter praeterea Ammian. 15, 11. Maximum eum Europae fluviorum fecit Varro, teſte Gellio 10, 7. et ſic Solinus c. l. *inter tres maximos Europae ſluvios et hunc computant*, cuius cauſam quaerit d'Anville p. 549. in maturiori cognitione huius fluvii propter excurſum in mare internum. Graecis paſſim vocatur *Eridanus*, quod etſi in Oppiani Halievt. 3, 625. feliciter in *Rhodanus* emendatur, an eodem tamen modo in Apollonio 4, 627. fieri poſſit, dubitem. Hic Rhodanum in Eridanum ducit et inde diviſum in Oceanum, Ionium et Sardoum mare. Videtur potius *Roden* ſ. *Rotten* adpellativum eſſe nomen cuiusvis fluvii in lingua illa vernacula. Cf. Valeſius p. 476. et in primis Müller ad Guthrie allg. Welt-Geſch. Vol. 17. T. 1. p. 13. Sed de eo alibi. Melius tamen hic eum Mela ponit in Gallia, quam infra 3, 3, 3. in Germania.

integer) Id eſt, ut non miſceat aquam cum Lemanno lacu, quod optime explicant Plin. 2, 106. ſ. 103. et Ammianus c. l. Strabo c. l. ſic: φανερὸν δείκνυσι τὸ ῥεῖθρον ἐπὶ πολλοὺς σταδίους. Ammian. 15, 11. *Lemannum paludem intermeans, nusquam aquis miſcetur externis, ſed altrinſecus ſummitates undae praeterlabens ſegnioris, quaeritans exitus viam ſibi veloci impetu molitur.* At id longe ſecus eſſe, docet experientia oculorum uſu comprobata. In Lemannum enim, cum nivalibus aquis maxime conligatur, turbidus influit, et depoſito mox limo limpidus exit. Cf. Büſching p. m. 327. et

quos laudat; item Bouret Schilderungen ſeiner Reiſe nach den Savoyiſchen Eisgebürgen p. 41. Faujas de St. Fonds in hiſt. natur. de Dauphiné T. 1. p. 220. ubi omnino multa de Rhodano reperiuntur. Nec magis ſub terra delabitur, ut quidam tradiderunt. Vid. Götting. Anzeig. an. 1779. p. 1088.

dirimit) I. e. dividit, perlabitur. Strabo 4. in. διὰ χώρας διέξεισι τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ἐκεῖ. Urbes praeterea adluit Lugdunum, Avenionem et Arelatem. Quodſi reliquas Galliarum partes, ut videtur, intellexit, accuratius ſupra Cebennicos montes terminos ſtatuit.

aliorum) Quales ſunt Araris, Dubis, Iſara, Druentia. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 2, 16.

emittitur) Pertinet hoc ad eius oſtia, quae tria fere memorantur, (Plin. 3, 5. ſ. 4.) et clare in tabula Peuting. 2. D. repraeſentantur. Alii omnino in mare internum deducunt, ut Strabo c. l. *Gallicum mare* hic vocat Ammianus c. l. Quod Vibius mari eum Tyrrheno miſceri ait, latius ille id extendit, de quo vid. ad nomen *Atax.* Secundum Apollonium Rh. 4, 628. in Eridanum exit, de quo vid. Cluver. in Ital. ant. 1, 34. Noſter exitum populorum ſedibus deſignat. Alii oſtia recenſent, ſic tamen, ut varient. Timaeus enim numeravit 5, (Polyb. 34, 10, 5.) ut Diodor. 5, 25. Avien. in ora v. 680. Polybius c. l. numerat 2, Artemidorus teſte Strabone 4. p. 127. ſ. 183. duo olim fuiſſe putavit, quibus acceſſerit tertium foſſa Mariana, uti etiam videtur innuere Ptolemaeus 2, 10. qui poſt foſſas Marianas adfert occidentale et orientale. Praeter foſſas autem Marianas 3 ponunt alii, in quibus Plinius 3, 5. ſ. 4. et inde Martian. Cap. 6. p. 204. *Lybica duo ora modica* commemorat, ex quibus alterum *Hiſpanienſe*, alterum *Metapinum* (Martian. *Alpinum)* nominat, quibus addit tertium idemque am-

plissimum *Massalioticum*; hoc orientale videtur esse Ptolemaei, Hispaniense occidentale. Cur vero *Libyca* illa fuerint dicta, obscurum est. Supra tamen ad nomen *fossa Mariana* notavit Vossius, male Plinium a fossis Marianis Massalioticum ostium distinguere, et pro *Libyca* legendum videri *Ligyca*, quia Ligurum nomen, etsi Rhodanus verus Ligurum terminus vel ipsorum olim iudicio fuisse videatur, usque ad Iberum flumen et ultra olim extensum fuerit, quod coniicit ex Avieni ora v. 684 sq. Certe Scylax p. 2. Hudf. Ligures ad Rhodanum promovet. D'Anville tamen p. 553. a vento λὶψ nomen derivat, quippe versus quem ostia illa vergant. Difficile autem perinde est, hodie singulorum nomina propter eorum mutationes constituere. Ita Bouche in Chorogr. de Provence 1, 5. p. 25. alveum *Passon* satis amplum paullo ante defecisse notat; post qui in eius locum successerit vel aquas eius simul exceperit, *Bras de fer*, deflexisse ad *canal des Losnes*. Cf. etiam d'Anville c. l. qui prolixius de illis differit. Büsching p. m. 328. tria quidem hodie recenset, *le Gras de Sauze*, *St. Anne*, et *le grand Gras*, neque tamen inde magis vetera ostia agnoscuntur. De Plinii tribus ostiis ita exponit Menard T. 27. p. 122. c. l. 1) *Hispaniense* vocatur ob Hispaniae viciniam, h. *Grau d'orgon*. (*Grau* i. e. *gradus*.) Inde aliud h. derivatur s. canalis versus Fourques *Grau neuf*. 2) *Metapinum*, forte *Metinum* ab insula *Metina*, (Plinius 3, 11. s. 5.) s. *Metanium*, nunc ante ostia insulae *Tines*, vel notae sub nomine *Ianatan* et *St. Anne*, unde hoc ostium nunc in tria dividitur, *Grau du midi*, s. *le grand Grau*, *le Grau St. Anne* et *le Grau de Sauzete*. 3) *Massalioticum*, a vicinia, in quod fossa Mariana desinebat. Optime ex veteribus sibi cavit Livius 21, 26, 4. dum pluribus ostiis divisum amnem in mare decurrere scribit. At si eadem eorum olim fuit mutatio, qui 3 amplius commemorant, inique accusant quidam, ut Casaubonus ad Strabon. c. l. et Astruc in hist. nat. de Languedoc 1, 2. Hoc vero

ſententiarum divortium a diverſa fluvii diviſione et alveorum mutatione vere oriri, docet Bouche c. l. ubi omnino et antea de illo fluvio expoſuit, quamquam non niſi conſultis auctoribus probari poteſt.

Volcas) Variat ſcriptura librorum. Sic *Volgae* plurimi habent in Iul. Caeſare 6, 24. 7, 64. *Volcae* optimi in Livio 21, 26, 6. In Strabone 4. pag. 129. ſ. 186. Οὐωλκαὶ ſcribuntur, Βόλκαι in Caeſaris Metaphraſte Graeco, in Cicerone pro Fonteio 8. *Vulcae*, ubi alii legunt *Belgae*. Cf. ibi Garatonius. Eſt autem *Volcae* ſ. *Bolcae* vox Celtica, hodie etiam in uſu, ut notat Aſtruc in Mémoir. de Languedoc p. 456. et ſignificat *agiſſant, remuant*. In duos ipſi diviſi erant populos, Arecomicos et Tectoſagas, quorum illi hic intelligi debent, ut diſerte adfirmat Strabo c. l. Cf. ſupra.

§. 6. *ſtagna Volcarum)* Quae patet ſic dicta eſſe, quoniam vehementer intrarent mediterraneum tractum, ut ultra ea poſiti Volcae in mediterraneis tamen haberent ea ſtagna vicina, et ab Volcis etiam appellarentur, cum haec ſtagna fuiſſe multiplicia ſatis pateat ex Plinio 3, 5. ſ. 4. ubi dicit, illa ſtagna facere, ut rara ſint oppida. I. GRONOVIVS *MS.* Praetenduntur enim illi orae marique mediterraneo, et tenui radice ab ora ſeparantur, niſi qua Setius mons erigitur. Pro locorum diverſitate diverſa etiam habent nomina: *les étangs de Tau, Frontignan, Maguelone, Perols, Maugrio.* Vid. d'Anville p. 615. et Aſtruc p. 33. c. l. qui adfirmat, non amplius eſſe tam lata et in dies decreſcere.

Ledum) Aliis uſitate *Ledus*, ut monent notae criticae p. 394. H. *Lez.* Cf. Menard deſcr. de la province Narbonnoiſe in hiſt. de l'academie — de Paris Tom. 25. p. 80. et Tom. 27. p. 118. Si Harduino credatur, Plinio 3, 5. ſ. 4. eſt *Liria.* Contra Aſtruc hiſt. nat. de

Languedoc p. 46. putat alveum unum fl. *Lers;* quod ſi ſit, Plinium erraſſe dicit d'Anville p. 405. qui fluvium hic ad oram deducat, qui tamen in Garumnam exoneretur.

Latera) Situs ultra Ledum fl. ex ſerie locorum in Noſtro intelligitur. Sequiori tempore dictum eſt, ut monet d'Anville p. 403. *caſtrum de Latis* et *caſtrum de Palude.* Cf. etiam Valeſius p. 263. Plinius 9, 9. ſ. 8. habet in Nemauſienſi agro ſtagnum Latera, ubi vid. Harduinus. Pertinet ad ſtagna Volcarum, quorum unum id eſt. Cf. d'Anville p. 616. H. *le chateau de Latte, la tour de Latte*, prope exitum fl. Lez in ſtagnum, quod nunc *de Maguelone* ſ. *Perols*, haud procul a Monte Peſſulano h. Montpellier. Cf. Menard p. 117. c. l. ubi Aſtruc refutatur, qui p. 34. c. l. negat, h. eſſe *Lates*, quia novum hoc ſit caſtellum, antea ſtagnum, quale an. 1121. ibi occurrat, poſt an. 1139. *Manſum de Latis* ſ. *de Palude* adpellari, deinde an. 1141. turrim ibi commemorari. Porro, inquit, Mela adtingit tantum loca a Roma in Hiſpaniam, et progreſſio poſtulat, ut a fl. Lez verſus occidentem potius fuerit Latera, non ad orientem. Ipſe igitur iudicat, eſſe intra Montem Peſſulanum, (Montpellier), quia haec urbs ex duobus caſtris orta fuerit, nomen h. ignorari.

Meſua) Collis is eſt, qui vulgo *Sette*, olim *Setius* vel *Segius* (Strabo 3. p. 125. ſ. 181. Ptolem. 2, 10.) mons appellabatur, nempe tota illa peninſula, quae Volcarum litori usque ad Agatham et Blaſionem inſulam praetenditur. Setium vero promuntorium eſt id, quod hodie *Cap d'Agde* dicitur praeiacente Blaſione inſula vulgo *Breſcou* dicta. Hodie *Sette* non totam peninſulam, ſed collem, niſi fallor, unicum eumque arce munitum, appellant. VOSSIVS. Voſſium reprehendunt Aſtruc p. 36. c. l. Menard p. 116. c. l. d'Anville p. 459. quia nimis altus

ſit mons Sette, ponuntque, ubi h. *Meſe* ad marginem ſtagni *de Tour;* nec mare amplius collem eum incingere; collem autem eum ſitum eſſe inter duas valles profundas. Cf. de nomine Valeſius p. 337.

incinctus) Prout in Thracia ſitus fuit Athos, quem notavit cap. 2. I. GRONOVIVS *MS.*

Arauris) De eius nomine dictum iam eſt in notis crit. p. 395 ſq. A Vibio p. 6. dici videtur *Cyrta.* Nam, *Cyrta*, inquit, *Maſſilienſium ſecundùm Agatham urbem*, quod nomen derivat Valeſius p. 35. a ſinuoſo et flexuoſo curſu, et a Maſſilienſibus inditum putat, a Celtis in Aurarim mutatum. Medio aevo dictus eſt hic fluvius *Araur*, quod ex diplomate Ludov. Pii an. 837. cognoſcitur. Vid. hiſt. de Languedoc T. 1. preuves col. 1. unde id probat d'Anville p. 87. et Oberlin ad Vibium p. 97. H. *Eraut.* Vid. etiam Petrus de Marca in Marca Hiſp. 1, 7, 4.

Agatham) Gr. Ἀγάϑη, ut monui in notis crit. p. 396. A Phocaeis conditam tradit Scymnus v. 206. a Maſſilienſibus Strabo 4. p. 124. ſ. 180. p. 126. ſ. 182. quod ex ſuperioribus in Maſſilia componi poteſt. Ἀγαϑὴν τύχην adpellatam eſſe a Timoſthene notat Stephanus h. v. qui ipſe Λιγύων vel Κελτῶν πόλιν facit. Nempe Ligures, ut ſupra monui, ea loca tenuerunt. Vid. Scylax p. 2. Hudſ. Adeoque Maſſilienſes ex eo adſerit Ligures dictos eſſe Martin in hiſt. des Gaules p. 221. At hic Maſſiliam in Liguria quidem ponit, ſed ſubiicit Maſſilienſium (non Ligurum) colonias quasdam, quae diſcrepant. Non enim ſic omnino Ligures et Maſſilienſes iidem ſunt. Scymnus c. l. quem hic adlegat Stephanus, Phocaeenſium urbem vocat, Plinius 3, 5. ſ. 4. quondam Maſſilienſium, quod ita explicat d'Anville p. 38. ut Iulius Caeſar eam Maſſilienſibus eripuerit. Martin c. l. *quondam* ad originem refert,

idem etiam p. 305. nomen a profpera pugna contra Gallos ducit. Nunc vocatur *Agde*, non, ut quidam volunt, *Maguelone*, quippe quae procul diffita eft ab *Arauri*, iuxta quem ftetit. Vid. Vibius p. 8. Strabo c. l. et Harduinus ad Plin. c. l.

Baeterras) Cf. de hac urbe not. crit. ad §. 2. p. 373. de nomine *Orbis* fl. ibidem p. 397. Fontem habet in finibus Rutenorum, et cum varias urbes adluit, inter Villam novam et Caftellum novum *(Caftelnau)* in mare effluit. H. *Orb.* Vid. Valefius p. 389.

Atax) De fonte Nofter recte, in quo confentiunt Plin. 3, 5, f. 4. et Vibius p. 4. Strabo contra 4. p. 126. f. 182. cum Obri et Arauri ex Cemmeno i. e. Cebenna monte derivat, quare illum reprehendit Catel in Mémoires de l'hift. de Languedoc liv. 1. p. 58. quia oriatur in montibus *de Sault*, qui ad Pyrenaeos pertineant. Cf. etiam Valefius p. 49. Savaro ad Sidon. Apollinar. 8. epift. 4. et de Marca in Marca Hifpan. 1, 2, 6. *Narbo* idem dici videtur a Polybio 3, 37, 8. et 34, 6. 5. uti vult Oberlin ad Vibium p. 68. diferte enim additur ποταμὸς, etfi in priore loco contra Ortelium in thefauro h. v. de urbe potius intelligendum effe contendit. Vid. Oberlinus c. l. Sed cf. ibi Schweighaeuferus p. 567. In Stephano f. v. Ναρβὼν dicitur Ἀτακὸς ex Salmafii emendatione et Holftenii in notis p. 218. pro Αἰακὸς, ut nexus docet et patitur mos Stephani, qui ex genitivis fic paffim fingit nominativos, etfi *Attagus* eum etiam vocat Avien. in ora v. 587. ubi cf. Wernsdorf. *Attacinus* inde cognominatus eft Varro, ut adfirmat Porphyrion ad Horat. Sermon. 1, 10, 46. H. *Aube.* De aliis deinceps.

vadusque) Sic dixerunt pro *vadofus*, i. e. ita tenui aqua, ut transiri poffit. I. GRONOVIUS *MS.* 1.

tenens — alvei) Inſolentior ſtructura notanda, prout participium eſt, vel adiectivi vicem tenet. Sic contra *patiens navigia* dixit Noſter 1, 9, 2.

Narbonem) Strabo 4. p. 125. ſ. 181. ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν de Narbone. Vibius p. 4. *Atax — circa Narbonem decurrit*, et Plinius 3, 5. ſ. 4. Narbonem Ataci ſubiungit. D'Anville tamen p. 108. narrat, Atacem ſupra Narbonem duobus alveis currere diviſum, quorum qui nunc nomen *Aude* ſervet, non eſſe Narbonenſem, qui dicatur *Robine d'Aude*. Cf. et Catel p. 58. c. l. et deinceps notata. De Marca vero 1, 7, 3. c. l. operoſe adſtruere tentat, Narbonem permeaſſe.

capiat) Adparet, eſſe imitationem poeticam, prout etiam Virgilius alicubi [7, 466.] *tumidus atque alte ſpumis exuberat amnis, Nec iam ſe capit unda.* I. GRONOVIVS *MS.*

Rubreſus) Strabo 4. pag. 125. ſ. 181. vocat λίμνην τῆς Ναρβωνίτιδος. Cum Mela conſentit Plin. 3, 5. ſ. 4. qui, *Rubrenſem*, inquit, *permeans lacum*, ubi Harduinus *étang de la Rubine* nunc vocari ait, lacum tamen Atacem permeare negat, ſed foſſae per Narbonem ductae immiſſum in mare ad 7 ab urbe miliare effundi, uti teſtetur Catel p. 58. c. l. Novus nempe canalis Narbonis cauſa factus eſt, qui exit in mare; cum vetus in Rubreſum et inde in mare emittatur. Cf. etiam Valeſius p. 49. quibus tamen repugnat d'Anville p. 661. qui contendit, Atacis alveum hunc evolvi in *étang de Sigean* 2 miliaribus a mari, Romanosque, ubi intrat, effodiſſe canalem ſtratumque magnis lapidibus ad exitum in mare usque duxiſſe. Cf. etiam Petr. de Marca in Marca Hiſpan. 1, 7, 6 et 7. Aſtruc p. 57. c. l. difficulter definiri poſſe putat, an h. ſtagnum *de Bayes*, an *Peiriac*, *Sigean*, vel *Vendres*. Ipſe ſumit *de Bayes*, quia ſit maius et notius, et Atax, vel eius pars Narbonem praeterit

et prope exit. Ceterum totum fere hunc locum reddidit Boccatius de fluminibus s. v. Atax.

tenuis aditu) Prout fuit sinus Ambracius ab auctore descriptus cap. 3. [9, 10.] *angustis faucibus grande pelagus admittens.* I. GRONOVIVS *MS.*

§. 7. *Leucata)* Valesius p. 274. cui adsentitur d'Anville p. 412. vocem Graecam putant, ut in Caria *litus Leuca* (Mela 1, 16, 3.) in Acarnania *mons Leucates.* Virgil. Aen. 3, 274.) *Candidum* videtur in hoc tractu vocare Avien. in ora v. 698. Vid. ibi Wernsdorf, et Astruc in hist. de Languedoc p. 76. Nomen *Leucata* postero etiam tempore in usu fuisse docet locus, quem indicat d'Anville p. 412. Hodie *le Cap de la Franqui:* Astruc p. 37. c. l. putat, olim tantum navium stationem fuisse.

Salsulae) Sc. *aquae*, uti etiam subplet Gesnerus in thes. L. L. h. v. ita ut sit genitivus, quo modo mons, fluvius ipsa nomina saepe habent adiuncta. At nominativus pluralis ideo esse videtur, quod Antonin. itiner. p. 389. habet *Salsulis*, ubi Narbone absuisse dicit 30. M. P. quod probat d'Anville p. 589. non item, quod mansionem *ad Stabulum* adtinet, de quo ipse consuli potest. Arcem Salsularum vulgo *Salses* putat Petr. de Marca loco post notato. In Strabone 4. p. 126. s. 182. prope Ruscinonem est λίμνη καὶ χωρίον ἔφυδρον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἁλυκίδων μεστόν. Senescentis Latinitatis diplomata vocant *Salsas*, et sic hodie vocatur *Salses.* Nempe hodie reperiri adfirmat Astruc p. 37. c. l. et Menard p. 72. c. l. adpellari dicit *la fontaine de Salses* urbem comitatus Rusillonienfis. Melam reddidit Boccatius de fontibus h. v. Descripsit illum tractum testis αὐτόπτης Petr. de Marca in Marca Hispan. 1, 2, 2. cum Barrerio apud Nonium in Hispania c. 92.

minuta) Quod indicium eſt, non conſtare ex fertili gleba, ſed talibus ſordibus, quae ſolent prope foſſas producere huiusmodi genus arundinis vel iunci. I. GRONOVIVS *MS.* Ita vere habere, adfirmat Aſtruc p. 37. c. l. Idem c. l. de piſcibus et arundine P. 3. ch. 10. p. 549 ſq. et de Melae hoc loco p. 556 ſq. multa. Arundo haec illi eſt *Chiendent à feuilles de roſeaux*, Gr. καλαμάγρωστις, (Dioſcor. 4, 31.) vel ἄγρωστις, Lat. *gramen arundinaceum*, quod uſitate vulgo in Septimania (Languedoc) adpelletur *de la Roſette;* hodie illis arundinibus marginem cingi addit.

ſuſpenſus) Innatans ſtagno ſine firmo fundo. I. GRONOVIVS *MS.* I. Fornicatus, quaſi *hohl gewölbt.*

auctoribus) In quorum numero ſunt Strabo 4. p. 126. ſ. 182. Ariſtoteles de mirab. auſcult. cap. 91. Polyb. 34, 10. in. et ex eo Athenaeus 8, 2. Sed et ex Latinis auctoribus Livius 42, 2, 5. de hac Gallici agri parte tradit in aliis prodigiis expiandis. Alii Graeci et Latini eadem de aliis ſtagnis et lacubus narrant, de quo poſt.

prudentibus) De induſtria volentibus. I. GRONOVIVS *MS.* I.

mendacii) Hinc Iuvenalis 10, 174. *Graecia mendax;* idem 14, 240. *ſi Graecia vera*, et Plin. 5, 1. *portentoſa Graeciae mendacia;* in fragmentis Catonis p. 16. b. (ed. 1511.) *Graecorum in mentiendo vanitas ſimul et levitas;* Fulgentius Mythol. lib. 1. p. 614. Staver. *mendacis Graeciae fabuloſum commentum.* Poetis in primis amplificationes ornatus cauſa tribuit Thucydides 1, 11. et 21. Cf. Corte ad Salluſt. Catil. c. 8, 2.

piſcem) Conlective. Piſcationis illius meminerunt paullo ſuperius notati auctores. Lepide de illa Seneca

Qu. Nat. 3, 17. *cum dolabra ire piſcatum* dicit. Miram vero hic ceteris poſitis non putant Petrus de Marca in Marca Hiſp. 1, 68. et Nonius in Hiſpania cap. 92. qui loca veterum de tali piſcatione in variis locis conlegit et ſimilia addit. Cf. etiam Plin. 9, 83. ſ. 57. Beckmann ad Ariſtotel. de mirab. auſcult. c. 75. et 91. Penzel. ad Strabon. Vol. 1. pag. 629 ſq. Hermannus ad Polyb. Schweighaeuſeri T. 8. P. 1. p. 118. Knoll unterhaltende Naturwunder T. 2. n. 8. p. 182 ſq. qui Melam optime omnium de ea expoſuiſſe iudicat, Nonnus de re cibaria lib. 3. cap. 40. Varie autem tales piſces adpellant auctores, ut Polybius, Ariſtoteles cap. 75. c. l. Strabo c. l. et 12. p. 387. et 563. ὀρυκτοὺς, Polybius c. l. etiam ὑπογείους, Plinius 9, 83. ſ. 57. Et ſic ipſam rem et piſcandi modum varie indicant. Athenaeus c. l. οὓς ἀνορύττοντες λαμβάνουσι, Plinius *effodi*, Livius 42, 2, 6. *ſub exſiſtentibus glebis emergunt*, Iuvenal. 13, 65. *ſub aratro piſces inventi*, Ariſtotel. c. 91. c. l. ἐξαίρειν. Ipſius rei rationem explicat Polybius apud Athenaeum ex cuniculis ſubterraneis, quibus ad petendas radices ibi natas piſces adlabantur. Ariſtoteles eiici ex lacu et poſt pulvere conlecto obrui dicit. Noſter fabulis adſcribit, recte, uti quidem res narratur. At eſſe omnino piſces, qui interdum in ſiccum exeant, et re vera ex terra effodiantur, multis recentiorum temporum teſtimoniis comprobavit Beckmann ad Ariſtotelem c. l. ubi etiam ſimilia conlegit, ſicut Aſtruc p. 558 ſq. c. l. in quibus, Geſnero et Agricola teſtibus, Miſniam nominat, cuius terra piſces occultet. Ipſe autem Aſtruc ita eſſe in illo ſtagno Galliae etiam nunc, uti Caſaubonus ad Athenaeum c. l. ſcribat.

capulantium) Voſſii notam, quae ad loci κρίσιν valet, dedi in adparatu critico p. 405 ſq. cum iis, quae contra monuit I. Gronovius. Cf. etiam quae de hac voce diſſerui in notis crit. c. l. Cuperus in obſerv. 2, 9. in hanc vocem reddidit Iſidoro Origin. 20, 16. ubi *capulum*

funus pro *capulus funis*, quamvis inepta huic loco fignificatio illa. Pro enfe, gladio videtur pofitum in Pacatii panegyr. 35, 4. *effufis hinc inde iaculorum fagittarumque nimbis res venit ad capulos.* Strabo 4. p. 126. f. 182. ubi de hac pifcatura loquitur, habet τριόδοντα, quo configantur illi pifces, eademque voce utitur etiam Plato in Sophifta p. 208. 209. Bipont. Ariftoteles de mirab. aufcult. c. 91. Ad inftrumenta autem pifcatoria pertinere docet Pollux 10, 30. p. 1314. Τρίαιναν in inftrumentis pifcatoriis recenfitis ponit Oppian. Halieut. 3, 88. Ipfam illam pifcationem τριοδοντίαν vocat Plato c. l. TZSCHVCKE. Res ipfa oftendit, hic defcribi homines, certo inftrumento utentes, ad tangendos pifces et fic capiendos, quod non potuit fuiffe tridens, ut ait Voffius, aut fufcina, qua pifcator apud Plautum in Epid. 1, 1, 20. fic extrahebat, fed aliud quid (*vidulus*) et quidem fimpliciffimum, quod his barbaris conveniret, cuius fortaffe confpectum praebet numus Goltzii in Siciliae tab. 1. num. ult. in quo Deus marinus praeter tridentem, humero finiftro impofitum, habet aliquid in humero dextro, quod perforavit pifcem. Alioquin iu pofteriori Latinitate novimus fcholas *capulatorum*, de quibus videri poteft Valefius ad Ammian. 14, 7. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 8. *Sordonum*) De fcriptura in prima fyllaba dixi in not. crit. p. 406 fq. Bis prave occurrit notatum in Plinio 3, 4. f. 3. et 3, 5. f. 4. ita ut pofteriori loco legatur *Sardonum*, priori *Surdaonum*, ubi primus Barrerius, notante Nonio in Hifpan. c. 84. emendavit *Sardonum*, MSS. tamen, tefte Harduino ad 3, 5. f. 4. habent *Sordonum*. At diverfus eft uterque populus; *Surdaones*, quod levis adfpectus docet, funt in Hifpania Tarraconenfi mediterranea; ubi h. *Campos de Cerdanta; Sordones* in Gallia Narbonenfi litorali, unde Plinius Hifpaniam ingreditur. Feftus Avienus v. 568. prope amnem, quem *Rofchinum* vocat, habet *Sordicenae glebae*

ſolum, et v. 570. *Sordicen paludem*, quam Salſulae fontem eſſe ſuſpicatur d'Anville p. 580. cuius in mare exitum adpellat v. 574. *Sordum amnem.* Supra noſter de Rubreſo: *qua mare admittit, tenuis aditu.* D'Anville ex Iuliano Toletano locum adfert, in quo *caſtellum* memoratur *Sordonium.* In Strabone Sordones non reperiuntur, nec magis in Ptolemaeo, qui adeo Illiberrim et Ruſcinonem Tectoſagibus adſignat, quos a Cemmeno ad Pyrenaeos permittit Strabo 4. p. 129. ſ. 187. numeris addicente Ptolemaeo. Exiguus igitur fuit populus, quem in ora ponit Plinius, et *intus*, quod idem addit, habitans; Conſuaranos nimis contra extendit Ptolemaeus cum Strabone. Separat autem Mela, et ſingulis ſuas urbes tribuit cum Plinio, quas ſolis dat Tectoſagibus Ptolemaeus. D'Anville p. 580. tamen minime in ora coercendos exiſtimat, ſed in interiora etiam promovet. Hodie ibi *le comté de Rouſſillon.*

Telis) Idem eſſe videtur, quem Graeci adiacentis urbis nomine, quod de Narbone ſupra notatum eſt, vocant *Ruſcinonem*, ut Strabo 4. p. 126. ſ. 182. Ptolem. 2, 10. Athenaeus 8. p. m. 332. ex Polybio (34, 10, 1.). Et hinc *amnis Roſchinus* in Avieni ora v. 567. eſt idem. Cf. d'Anville p. 638. Valeſius tamen p. 490. Marca de Marca Hiſpan. 1, 5. et Menard in deſcr. de la province Narbonnoiſe in hiſt. de l'academie — de Paris Tom. 25. p. 75. putant Plinii 3, 5. ſ. 4. eſſe *Vernodubrum.* H. *Tet.* Idem admittit etiam *Tichis*, qui urbium, quas adluit, nomine producitur. Sic in Athenaeo ex Polybio 34, 10, 1. Ἰλίβυῤῥις, vulgo Ἰλέβερνις, in Strabone c. l. Ἰλύβιῤῥις, (cod. Moſcov. Ἰλίβιρις) Ptolemaeo c. l. Ἴλλερις. A Plinio 3, 5. ſ. 4. vocatur *Tecum.* H. *Tec.*

Ruſcino) Gr. variatur. Strabo c. l. Ῥουσκίνων, Polyb. 34, 10, 1. Ῥόσκινος pro Ῥουσκίνων ſ. Ῥοσκίνων, Ptolem. 2, 10. Ῥουσκίων. A Latinis, v. c. Livio 21, 24. ſ.

Plinio 3, 5. f. 4. vocatur *Rufcino;* a pofterioribus tamen cum aliqua variatione, veluti Antonino in itin. p. 397. tabula Peuting. 1. E. *Rufcio*, a Geographo Ravenn. 4, 28. *Rufino*, ab aliis aliter, ut exemplis docuit Valefius p. 490. Saeculo 9. et 10. ut ex Carolorum Calvi et Simplicis diplomatibus adparet, *caftellum* et *caftrum Ruffilio* dicebatur. Urbem hanc et Illiberrim ad Galliam ab omnibus relatam effe probat de Marca 1, 4, 3 fq. c. l. Urbis antiquitas difcitur ex Livio c. l. qui eam in belli Hannibalici narratione commemorat. *Coloniam* vocat Nofter. Plinius c. l. *Latinorum* i. e. iuris Latini fuiffe dicit, i. e. legibus municipalibus etiam colonia facta uti potuit, ut explicat de Marca 1, 5, 3. c. l. qui poft §. 4. et fq. eius fitum defcribit. Deftructa in bello an. 828. urbe fupereft excelfa turris, quae a veteris coloniae nomine vocatur *caftellum Roffilionis*, ut antea notavi, h. *la tour de Rouffillon*. Rufcinonis vicem fubplevit oppidum h. *Perpignan*, quod ab illo caftro et veteris urbis loco diftat 2 M. P. Cf. etiam praeter Valefium et Petr. de Marca d'Anville p. 561. et Nonius in Hifpan. c. 9.

Illiberri) De fcriptura cf. not. crit. p. 408 fq. Locum tenuem fuiffe, indicat praemiffa vox *vicus*, et hinc Plinius 3, 5. f. 4. *magnae quondam urbis tenue veftigium* vocat. Petr. de Marca 1, 6, 2. c. l. hodie *Elne* (i. e. Helena) in prifci nominis locum fucceffiffe putat, in quo et alii (d'Anville p. 580. Aftruc p. 38. Menard p. 76 c. c. l. l.) confentiunt, et refutat fimul Puiadefium, qui nunc effe voluit *Colibre* f. *Colioure*, quia nec fitus loci notatus, nec fluminis abfentia, quod Illiberris ab veteribus vocatur, id patiatur. Puiadefium tamen fecuti funt Valefius p. 251. (qui de *Elena* id quidem concedit p. 186. at *Illiberrim Elenam* poftea dictam fuiffe negat) Harduinus ad Plin. c. l. et Catel 1, 7. Hannibalem ibi caftra pofuiffe, narrat Livius 21, 24, 3. quod non cadit in locum ἄνυδρον, qualis fuit *Colibre*. Nec tanta eft nominum fimilitudo, ut

eadem ſit. Ex opulentia decidiſſe, docet Plinii locus, et innuit Noſter. Conſtantini cura inſtauratam et *Helenam* vocatam ſuſpicatur de Marca 1, 6, 5. c. l. quia in Helenae memoriam in Oriente etiam oppida nominata fuerint. *Helena* autem ſic occurrit non procul ab Hiſpania in Eutropio 10, 9. ſ. 5. Zoſimo 2, 42, 9. aliisque, quos ad Eutropium notavi. Neque tamen vetus nomen intercidit, quippe quod in tabula legitur, unde quis aliorum diverſae ſententiae ſuffragari malit.

portus Veneris) Satis de eo dictum eſt in notis crit. p. 410 ſq. In Livio 34, 8, 5. dicitur *portus Pyrenaei*, ubi nexus docet, in fine ſinus Gallici poni. Intercipitur autem duobus minoribus promontoriis, quorum unum eſt *Cervaria* ad Galliam pertinens.

ſinu ſalſo) Propter aquas ſalſas in eum delapſas, vel quod copioſa in ora eius ſalis fieret concretio. Strabo 4. p. 125. ſ. 183. Livius 26, 19, 11. vocant *ſinum Gallicum*, quae adpellatio propria fuiſſe videtur. Alia dedi in not. crit. c. l.

Cervaria) Sic Mela. Strabo 3. in. Sil. Ital. 3, 415 ſqq. Pyrenaeis utramque regionem disterminant. Plinius 3, 4. ſ. 3. addit: promontoriis in diverſa maria proiectis i. e. Aphrodiſio et Oeaſone ſ. Olaſſone, de quo in not. crit. ad 3, 1. f. Aphrodiſii maioris promontorii pars *Cervaria*, vel latus, quoniam unum eius latus Hiſpaniae, alterum Galliae obverſum erat. Unum *Cap de Cervera* (Menard p. 78. c. l.) alterum *Cabo de las Portas*, cuius nomen veteres terminos indicare iudicat d'Anville p. 224. quamquam hodie ad Cataloniam refertur, ut monuit Aſtruc p. 39.

locus) Praeter exſpectatum eſt haec deſcriptio, cum omnia, quae nominavit, ſint utique loca; ſed eſt

haec uſurpatio geographica et ſtrictiſſimae ſignificationis, qua urbem, oppidum, pagum et locum pro diverſis prorſus intelligunt, prout iam ante [§. 5.] dixerat, *in litoribus eſſe aliquot cum aliquibus nominibus loca;* et prout ſaepe occurrit in Plinio. I. GRONOVIVS *MS.* Sic 2, 3, 4. *loca urbibus* obponit.

finis Galliae) Alii, ut Strabo 4. p. 123 ſ. 178. indicat, in eo loco finem ſtatuunt, ubi ſunt tropaea Pompeii, de quibus disputat de Marca 1, 11. p. 48 ſq. c. l. ubi haec in Cervaria non fuiſſe, luculenter contra Ortelium docet.

CAP. VI.

HISPANIAE ORA CITERIOR.

Hiſpania dicta eſt a Graecis Ἰβηρία, a quibus etiam id nomen exceperunt Latini, maxime poetae, ut Horat. 4. od, 14, 50. etſi proprie eſt regio a Pyrenaeo ad fretum Herculeum. Cf. Polyb. 3, 37, 10 ſq. Stephanus ſ. v. Ἰβηρίαι. Eadem tamen etiam a Graecis et Latinis paſſim vocatur Σπανία, *Spania*, ut a D. Paullo ad Roman. 15, 24. 28. Plutarcho ſpurio de flumin. ſ. v. Nilus, Stephano c. l. Conſtantino Porphyrog. de adminiſtr. c. 23. Theophane in Chronogr. p. 65. Ven. Schol. Iuvenal. ad 14, 279. Geogr. Ravenn. 4, 42. Ampelio c. 6. ubi cf. Dukerus. Ita etiam vocant gloſſaria Graeca, item Iudaei. Nec aliter effert antiquus Martiani Cap. codex, quo uſus eſt Grotius, qui conſuli poteſt ad lib. 6. p. 201. itemque ad D. Paullum ad Romanos c. 15, 24. ubi idem notat de MSStis Iuſtini et Curtii, de Athenaei antiquis libris Caſaubonus ad 8, 1. p. 361. Producuntur etiam lapides, in quibus hoc nomen legitur, a Muratorio in theſ. inſcrr. T. 2. p. 813. n. 5. et p. 861. n. 6. Quidam adeo an-

tiquius id nomen putant, quod adfert Cd. Alexandr. 1 Maccab. 8, 3. Vid. Dodwelli differt. de Agathemero §. 8. p. 144. Vol. 2. Geogr. minor. Hudf. Multa praeterea coulegit Rhodius in Lexico Scribon. h. v. Recentiores Graeci vocant, ut Latini, Ἱσπανίαν, in quibus Agathemer. 2, 7, 9. Paeanius in verfione Gr. Eutropii 4, 7. 8, 3. Quod idem in Plutarchi Catone c. 10. Strabonis lib. 3. p. 115. f. 166. Appiani Hifpan. c. 1. legitur, explicandi caufa, ut res docet, factum eft. Potiora vero nomina fuerunt 1) *Iberia*, uti legitur apud Horat. 4. od. 14, 50. et promifcue omnino Iberiam et Hifpaniam a Romanis vocari adfirmat Strabo 3. p. 115. f. 166. Primum adeo nomen id fuiffe putat Martin in differt. — fur Efpagne, quae adnexa eft eius libro hift. des Gaules T. 1. p. 533. 2) *Hefperia*, quamvis ita rarius, nec fimpliciter. Nempe additur *ultima*, ut ab Italia fecernatur. Sic Horat. 1. od. 36, 4. Cf. Ifidor. orig. 14, 4. et Servius ad Virgil. Aen. 1, 530. 3) *Celtiberia.* Quando occurrit, pars pro toto ponitur. 4) *Tharfchifch;* in fcripturis facris V. T. etiam de eius parte, ut Ief. 2, 16. — 5) *Spania;* 6) *Hifpania* ex fuperioribus nota funt, ut omnino hodiernum nomen. *Iberiae* nomen defcendit ab *Ibero* fluvio, quamvis et hic Bochartus admifcet in Phaleg. 3, 7. Phoenicum עבר. (tranfitus) Alii ab Iberis ex Afia colonis nomen ducunt, quos in Hifpaniam veniffe tradunt Varro aliique. Vid. Plinius 3, 3. f. 1. et ibi Harduinus. Pelloutier in hift. des Celtes p. 114. Iberas explicat populum trans Pyrenaeos habitantem, quod temere factum contendit Martin in hift. des Gaules T. 1 p. 167. Magis in Hifpaniae nomine difcrepant. Plerum que originem repetunt ex Phoenicum lingua a voc שפן, (faphan), quae cuniculum fignificat. Conftat auten ex ipfo Mela, ut ex aliis, Phoenices in Hifpaniam mi graffe; ipfam Hifpaniam cuniculorum voracitate e rapacitate devaftatam effe docent auctores multi. Cf quos producunt Bochartus c. l. et Oberlin. ad Vibiun

p. 597 ſq. Varro adeo teſte Plinio 8, 43. ſ. 29. auctor fuit, oppidum ibi ab eis fuiſſe ſubfoſſum. *Cuniculoſam* hinc Celtiberiam non ſolum vocat Catullus 35, 11. quamquam refragante ibi Voſſio, ſed et multi numi cuniculis impreſſis inſigniunt. Vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 338. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 8. Alii explicant quaſi *Es-Pan*, i. e. panis ob fertilitatem. Cf. Büſching Geogr. p. m. 116. Alii a *Pane* derivant, qui cum devictis a Baccho Iberis praeſes ibi relictus eſt, unde *Pania*, poſt *Spania* dicta fuerit, ut ex Soſthene lib. 15. rerum Ibericarum refert Pſeudo-Plutarchus de flum. ſ. v. Nilus. Cf. etiam Stephanus ſ. v. Ἱσπανίαι, ubi pro Παννωνία dedit Berkelius, ut in Conſtant. Porphyrog. de imp. adminiſtr. cap. 24. emendavit Bandurius. Nec alienum a re putat Nonius in Hiſpania cap. 1. cum et in aliis talia notentur, ut in *Saturnia*. Sic Arcadiam olim etiam *Paniam* dictam tradit Stephanus ſ. v. Ἀρκὰς et Heſychius *Peloponneſum* ſ. v. Πανία. Goropius in Hiſpan. lib. 1. p. 55. ducit ab *His* i. e. veſpera et *Pania*. Cluver. in Germ. ant. 1, 9. p. 62. ab *Hiſpali* urbe. Incolae Graecis Ἴβηρες, poſt etiam Ἱσπανοὶ, ut ſaepe in Paeanio; Lat. *Hiſpani*, et poſt a *Spania* etiam *Spanicus*, ut apud Geogr. Ravenn. 4. extr. De diſcrimine inter *Hiſpanus* et *Hiſpanienſis*, quod in Martiale praef. lib. 12. ſ. tenendum, vid. Lipſius et Voſſ. ad Vellei. 2, 51, 4. Item *Celtiberi*, quod nomen poetae vario modo eloquuntur, ut Sil. Ital. 3, 340. *Celtae ſociati nomen Iberis*; Lucan. 4, 9. *Celtae miſcentes nomen Iberis*, quod optime ex remota antiquitate inluſtrat Strabo 1. p. 22. ſ. 33. ubi Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες, quales cum Celtoſcythis omnes populos occiduos vocatos olim eſſe addit. Antiquiſſimos populos eo veniſſe Phocaeenſes tradit Herodotus 1, 163. qui Tarteſſi ab Arganthonio longaevo rege benevole fuerint excepti. Habitarunt igitur antea ibi Tarteſſii. Cf. Strabo 3, p. 104. ſ. 151. Appian. in Hiſpan. c. 2. omninoque de illo rege, quos laudat

Savaro ad Sidon. Apollin. carm. 2, 368. De Phocaeensibus cf. etiam Iohannes paralipom. Hisp. lib. 2. p. 42. in Beli scriptorr. rerum Hispan. Remotiora quidem de *Luso* s. *Lyso*, Bacchi aut filio aut comite, de *Pane* Hispaniae praefecto, de *Hercule* ac *Pyrene* vel *Saturno* traduntur. Sed ea ipsa fabulosa sunt, et fabulosa censentur a Plinio 3, 3. s. 1. licet multi referant. Alia de *Iubalis* adventu post diluvium anno 153. et similia explosit Mariana de reb. Hispan. 1, 2. Cui lubet, legat is Guthrie Allg. Welt-Gesch. P. 5. T. 2. p. 322 sq. ubi a Noacho derivantur, et quae de iis aliisque monuit Ritter. Taedet haec et similia eorumque fautores commemorare, in quibus adeo deprehenditur Ferreras T. 1. p. 3. cf. Beli rerum Hispanicar. scriptores T. 1. p. 11. In Herculis expeditione certior fama et veri species subesse videtur, quam servarunt non solum columnae Herculeae, sed et tauri in eius honorem nutriti et immolati Diodori aetate, quod ipse adfirmat 4, 18. nomine etiam regis Chrysaoris praemisso, cuius ille filiis superatis Iberia est potitus. Omnis autem illa in Iberiam expeditio et egressio ad ipsam regionem Tartessi pertinet. Strabo etiam 3. p. 103. s. 149. Herculis illam expeditionem et Phoenicum coniungit, quod documento est, veram putasse. Idem vero c. l. non dubitat, quin Homero Tartessus nota fuerit, adeoque illam Hispaniae partem a Phoenicibus cognoverit, unde existimat, multa in peregrinationibus ad Hispaniam pertinere. Tartessiis etiam antiquitate indigenarum adiungit Cynetas Mannert in Geogr. T. 1. p. m. 220. auctoritate Herodoti 2, 33. 4, 49. etsi de suo id tantum tempore referat, quo Cynetes omnium populorum Europae ad occasum habitantium ultimos esse, Celtisque finitimos dicit. Cf. Avienus in ora v. 201. Iustin. lib. extr. ubi Vossius pro *Curetes* emendat *Cunetes*. Prope Iberum olim *Igletas* habitasse, ex Asclepiade refert Strabo 3. p. 115. s. 166. ubi cf. Casaubonus. — Sed ne longius hic exspatier, ad certiora properandum de *Celtis*, *Iberis*, *Phoenicibus*, *Car-*

thaginienſibus et *Romanis.* Celtas Cyneſiorum vicinos novit Herodot. 2, 33. Celtas cum Iberis antiquitate praeponit Appianus in Hiſpan. c. 2. et inde *Celtiberos* dictos fuiſſe notat. De Iberis Aſiaticis, conditoribus, cf. etiam ad 3, 5. 6. Cum Carthaginienſes eam adorirentur, Phoenicum iam aderant coloniae. Cf. de parte Hiſpaniae, quam Phoenices poſſederunt, et urbibus, quas fundarunt, Aldrete antiguedades de Eſpaña lib. 2. c. 14. p. 242 ſq. Hamilcar ingreſſus Tarteſſios, Iberos et Celtas antea ſubegit. Diodor. Sic. eclog. 25, 2. in. Qui alii populi commemorantur, eos recenſet Allg. Welt-Geſch. 4. et 8. quales ſunt *Graeci, Cares, Lesbii, Aegyptii,* Euſebio maxime auctore. Magis tandem innotuit a Romanis ſubacta cum ſuis populis, etſi de eorum originibus, ſedibus, finibus, diverſa vel ſic traduntur, quod adparet etiam tunc, cum eandem urbem variis populis adſignant. Cf. Mannert in Geogr. Tom. 1. p. m. 222 ſq. — Ipſam Hiſpaniam Strabo 3. in. cum pelle comparat, quae ab oriente ad occidentem eſt extenſa. Cf. idem etiam 2. p. 87. ſ. 127. Reliqua Mela poſt adtingit, ad quorum expoſitionem uberiorem ablego. De incolarum diverſo tempore diverſis moribus multa congeſſit ex auctoribus, quibus addi poteſt Iuſtinus lib. 44, 2. Mannert p. 262 ſq. c. l. et antea Mariana de reb. Hiſpan. 1, 6. et Nonius in Hiſpania c. 6. Qui de Hiſpania expoſuerunt, notatos dabunt bibliothecae hiſtoricae.

§. 1. *Pyrenaeus)* Graecis Πυρήνη, ut Ariſtoteli in Meteorol. 1, 13. Straboni lib. 3. in. Polybio 34, 7. et alibi, Stephano h. v. ubi vitioſe effertur Πυρύνη, aliisque, quod imitati ſunt Latini, ut Sil. Ital. paſſim, Auſon. in Moſel. v. 441. Livius 26, 19, 11. in quibusdam MSStis et edd. vulgatis. In periphraſi Πυρηναῖα ὄρη (Polyb. 3, 35, 7. — Diodor. Sic. 5, 35.) Πυῤῥηναῖον ὄρος (Dionyſ. v. 288.) metri cauſa, etſi etiam ſimplici *r* producit ſyllabam Silius. Cf. de utroque numero

Euſtath. ad Dionyſ. v. 338. et de forma ad v. 695. *Pyrenaeus mons.* Noſter cum aliis omiſſa voce *mons*, quam addit Sil. Ital. 3, 415. Sic enim Livius 26, 9, 11. et alibi, de quo Drakenb. ad c. l. Eutrop. 3, 8. ſ. 4. Auſonius in epiſt. ad Paulin. 24, 69. *Pyrenaeus ſaltus* vocatur a Nepote in Hann. 3, 3. Livio 21, 23, 4. Cauſa nominis varie explicatur. Sic deducunt a Pyrene, Bebrycis regis filia, ab Hercule vitiata, et, cum metu patris aufugiſſet, in illo monte a feris discerpta, de qua fabula prolixius loquitur Silius Ital. 3, 420 ſqq. Exploſit eam Plinius 3, 3. ſ. 1. Alii a πῦρ, ut Diodor. Sic. 5, 35. qui narrat, paſtores igni ſubiecto ſaltus concremaſſe, unde rivuli auri argentique exſudarint, et in Hiſpaniam demanarint, quod ex illorum metallorum copia natum videtur. Cf. etiam Ariſtot. in mirab. auſcult. c. 88. Probant Nonius in Hiſp. c. 90. qui ſimul alias nominis cauſas recenſet, et Mariana in hiſt. de rebus Hiſpan. 1, 14. p. 23. Ad Phoenicum linguam confugit Bochart. in Chan. 1, 35. et a פארני (*purani*) i. e. ramoſum, opacum derivat, quod multis arboribus ille mons fuerit conſitus. A gente vero antiqua ante Phoenicum adventum nomen tenuiſſe, alii exiſtimant, et *Byrin* ſ. *Byren* (Celtis montem) dictum fuiſſe cenſent; de quo cf. Aſtruc in hiſt. natur. de Languedoc 3, 2. p. 445 ſqq. qui Maſſilienſes inde Graecum nomen feciſſe putat, quod initio fuerit adpellativum. Secundum Diodor. Sic. 5, 35. ab auſtrali pelago ferme ad arcticum Oceanum extenditur et non ſolum Galliam et Hiſpaniam, ſed et Celtiberiam dispeſcit porrectus 3000 ſtadia. Euſtath. ad Dionyſ. v. 338. μέγιστον ὄρος vocat, quod incipiat ab Oceano arctico et ad Heſperium pelagus extendatur. Strabo 3. p. 94. ſ. 137. ab auſtro ad boream porrigit. Noſter progreditur a *Cervaria;* id enim volunt verba *hinc in Britannicum procurrit Oceanum*, qui latiori ſenſu ponitur, cum proprie pertineat ad *Oceanum Cantabricum*, uti eſt apud Ptolemaeum 2, 6. f. Sic et Pyrenaeus latiori ſenſu ad Germaniam profertur, de quo

cf. Ortelii theſ. h. v. et Schwartz. ad Plinii panegyr. c. 14. p. 512. Sed cum a ſeptemtrione Mela terminos Europae faciat Oceanum Britannicum, (1, 3. in.) hoc etiam ſenſu recte Pyrenaeum eo permittit. Haec igitur pertinent ad diremtionem Galliae et Hiſpaniae, quod non ſolum natura locorum declarat, ſed et verbum *fronte*, quod cum *lateribus* obponatur, in hoc nexu *latitudinem*, ut illud *longitudinem* indicat. Quod Ciacconius monet, *latera* hic dici, quae 1, 3, 5. ſint *frontes*, non obſtat, cum ex varia locorum ratione mutua et nexu haec regantur. Ibi enim omnino extremitatem Hiſpaniae mari adiacentem notat, hic Pyrenaei partem obliquo curſu longius immiſſam, a curſuque totius deflexam. Cf. infra ad §. 3. Inde vero explicari debent reliqua, quae difficultates moverunt. Vult autem Mela, Pyrenaea iuga excurrere longius et per Hiſpaniam permitti. Quod vero adiicit *minori parte*, intelligitur ſic, Hiſpaniam Pyrenaei irruptione et progreſſione in duas partes ſecari, quarum altera altera eſt maior vel minor. *Dextra* igitur non definitur curſus progreſſione, quem Mela a Gallia ad Hiſpaniam perſequitur, ſed ſimul et in primis regitur ipſo Pyrenaei curſu et extenſione, et *minor pars* eſt verſus Cantabricum mare omninoque ſeptemtrionem, ubi conlocantur Artabri, Aſtures, Cantabri et Varduli. (3, 1.) Ita intellexit etiam Vadianus. At I. Gronovius MS. minorem partem explicat de Luſitania et Baetica, quae ex ſequ. diiudicari poſſunt. *Provincia* vero hic eſt tota Hiſpania ad variandam orationem; quod ita ſe habere elucet ex verbis *occidenti ſunt adverſa*, quae nihil aliud volunt. Porro conſtat, in Hiſpania plures eſſe montes, qui ad Pyrenaei iuga pertinent, eiusque ſeriem continuant, alias ſuis nominibus recenſitos, ut *Idubedam* et *Orospedam*, (Strabo 3. p. 111. ſ. 161. et in primis Büſching Geogr. p. m. 123.) unde confirmatur Melae narratio de Pyrenaei ad occidentem extenſione continua. Denique Plinius 4, 34. ſ. 20. accedit, qui Noſtrum referendo

explicavit, et contra Pintianum et Sepulvedam ab Harduino vindicatus eſt. Senſus igitur hic teneri debet: Hiſpania a Pyrenaeo diviſa amplior eſt ad meridiem, anguſtior ad ſeptemtrionem. *Trahit* autem apte indicat longam extenſionem. Sic Avien. v. 741. *Nam protenta iugum tellus trahit. Excludere* ſec. Ciacconium hic eſt dividere, terminare. Sed melius per *dividere* explicatur; ipſum autem effectum montis immiſſi eleganter deſcribit. De voce *immiſſus* vid. ad 3, 2, 1.

§. 2. *Gallias)* Ita nunc loquitur, non in ſingulari numero, ut cap. praecedenti, forte intelligens Narbonenſem Tuſco mari obpoſitam, et alteram Comatam ad Oceanum. I. GRONOVIVS *MS.* 1.

incinctus) Appian. de reb. Hiſp. in. Ἡ Ἰβηρία περίκλυστος ὅτι μὴ τῇ Πυρήνῃ μόνῃ.

anguſta) Secundum Ptolemaei gradus a Veneris fano ad Oeaſonem promontorium computatos circiter 250 M. P. et quod excedit. Martianus Capella 6. p. 203. a Tarracone ad litus Iarſonis (al. Gerſonis, melius Oeaſonis) 307 M. P. quot etiam ſtatuit Plin. 3, 4. ſ. 3. (ubi eſt Olarſonis.) Strabo 3. in. maximam latitudinem facit 5000 ſtadiorum i. e. 625 M. P. minimam alicubi multo minorem 3000 ſtadiorum i. e. 375 M. P. (cf. lib. 2. p. 73. ſ. 106.) in quo numero discrepat a Plinio, cuius variae eſſe poſſunt cauſae. Latitudinem orae occidentalis, ubi eſt maxima, non omnibus partibus expedivit Plinius. Habet enim a Gadibus ad Anam 102 M. P. ab Ana ad Sacrum 126, inde ad Tagum 160, a Tago ad Durium 200. Tum reliqua omiſſis quibusdam locorum intervallis. (Cf. 4, 35. ſ. 22.) Nec eo referri commode poteſt Luſitaniae cum Aſturia et Callaecia latitudo, quae eſt 536 M. P. Martianus Cap. lib. 6. p. 203. habet latitudinem 224 M. P. quae de tota Hiſpania intelligi non poſſunt.

Appianus de reb. Hifp. cap. 1. f. aeque latam facit ac longam, i. e. 1250 M. P. Strabo lib. 3. in. habet 6000 ftadia, i. e. 750 M. P. Plinius 3, 5. f. 4. longitudinem citerioris Hifpaniae a Pyrenaeo ad finem Caftulonis facit 607 M. P. et 3, 3, f. 2. inde ad Gades 250 M. P. unde efficitur fumma 857 M. P. cum quo confentit Martianus Capella c. l. At diffentit Strabo, qui rectam oram menfus videtur. *Omnes autem Hifpaniae*, ut refert Plin. 3, 35. f. 22. *a duobus Pyrenaei promontoriis per maria totius orae circuitu paff.* XXIX XXII *M.* *conligere exiftimantur, ab aliis* XXVI *M.*

Oceanum mare) De hac forma dixi in notis crit. p. 414. ubi addi poteft Oudendorp. ad Caef. de B. G. 1, 1, 3. Sic Iornandes de geftis Longobard. 1, 6. *Oceanum pelagus* habet.

magis — latior) Notanda hic compofitio, etfi etiam fimpliciter *magis* paffim cum comparativo occurrit. Vid. Arntzen. ad Caton. p. 258. viri docti ad Iuftin. 3, 2, 7. et quos laudat ad Fulgentii Mythol. 1, 26. Staveren.

viris) Habitantium multitudine frequentata eft apud Martian. Cap. lib. 6. p. 293. qui et cum aliis reliquarum rerum copiam et proventum praedicat. Cf. Plin. 3, 4. f. 3. Strabo 3. p. 99. f. 144. ubi haec et plura invenies, et quae contulerunt Salmaf. ad Solin. p. m. 183. et Nonius in Hifpan. c. 5. De oleo, lana, equis cf. etiam Gothofredus ad vet. orbis defcr. c. 50. Iam de fingulis.

equis) Mira fabula narratur a veteribus, equas in Lufitania circa Ulyffiponem et Tagum Favonio flanti obverfas animalem fpiritum concipere, atque inde fetum emittere. Vid. Plin. 4, 35. f. 22. et 8, 67. f. 42. ubi, quod mirum, conftare rem adeo dicit. Cf. etiam Columella 6, 273. Varro 2, 1, 19. Iuftin. 44, 3. in. Martian. Cap. 6.

p. 203. et quos memorant interpretes ad Iuſtin. et Plin. lib. 8. c. c. l. l. Fabulam ex pernicium equorum armentis ibi nutritis ortam eſſe, ex Reſendio refert Nonius in Hiſp. c. 35. quem adiuvat Iuſtin. c. l. Omnino tamen id crediſſe veteres, declarant alia auctorum loca, ut Virgil. Georg. 3, 275. et quae ibi notavit Heyne. Sic boream ad maſculae, auſtrum ad femineae ſubolis generationem efficacem eſſe ferebant, ut in avibus. Vid. Aelian. in hiſt. anim. 7,27.

plumbo) Aut *nigro*, aut *candido*, quae duo genera adfert Plin. 34, 47. ſ. 16. ſic ut *candidum* pretioſius, Graecis κασσίτερον, in Luſitania et Callaecia gigni dicat. Hinc *Caſſiterides* vocatae inſulae. De candido idem refert ex Poſidonio Strabo 3. p. 101. ſ. 147. Sed et Baetim illud devolviſſe narrat Euſtath. ad Dionyſ. v. 357. ex Scymno v. 164.

auroque) Quod cum argento memoratur etiam 1 Maccab. 8, 3. Inde *aurifera arva* ap. Sil. Ital. 16, 25. Sic in Turdetania et argentum et aurum abunde terram continere notat Strabo 3. p. 100. ſ. 145. Aurum a Tago advehi tradit Noſter infra 3, 1, 6. De argenti copia idem adfirmant Diod. Sic. 5, 35. Ariſtotel. de mirab. auſcult. c. 47. Plin. 33, 21. ſ. 4. Praeſepibus adeo argenteis et doliis uſos eſſe Turdetanos refert Strabo 3. p. 104. ſ. 151. Cf. Weſſeling ad Diodor. 5, 36. Copiam auri et argenti declarant etiam immenſae praedae triumphales, de quibus loca ex Livio congeſſit Nonius in Hiſp. c. 5. Plura dabunt Hoppenſack über den Bergbau in Spanien, (Weimar 1796. 8.) et quae ante eum contulerunt Mariana, Reitemeier et Tychſen.

effeta) Nempe ad frumentum aut alios fructus proferendos, quos in aliis omnibus partibus ſatis copioſe producit. I. GRONOVIVS *MS.* In tanta igitur fertilitatis

laude Noſter apte addit, *ſui diſſimilis.* Sola ora ſeptemtrionalis ob frigus, quo premitur, parcius molliores et teneriores fructus ferre poteſt, quam ſterilitatem tamen augebat olim etiam hominum ſegnities. Vid. Strabo 3. p. 113. ſ. 164. Penuriam aquarum idem in ſacro promontorio in primis notat 3. p. 95. ſ. 138. Sed ad ſparti proventum id non pertinet. Hinc Solin. c. 26. ſ. 23. *etiam quae arida ſunt, ac ſterilia, rudentum materiem nauticis ſubminiſtrant.*

linum) Laus propria Hiſpaniae in horum proventuum ubertate, ita ut Plin. 19, 2. ſ. 1. *ſplendorem lini praecipuum et miram eius tenuitatem* laudet. *Splendorem* vero oriri dicit inde, quod in eo poliatur natura torrentis, (*Subim* intelligit ex 3, 4. ſ. 3.) qui adluit Tarraconem. Idem vero 19, 7. ſ. 2. ſparti etiam mentionem facit prope Carthaginem novam, utriusque porro in commemoranda Hiſpaniae fertilitate Iuſtin. 44, 1. Sparti Gellius 17, 3. Strabo 3. p. 110. ſ. 160. et prope Emporias χώραν σπαρτοφόρον fuiſſe narrat, cui ἀγαθὴν obponit, σπαρτοφόρον autem vocat τῆς ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας, et inde Ἰουγγάριον πεδίον dictum fuiſſe, etſi Caſaubonus emendat εὐχρηστοτέρας καὶ λείας, probante id Petro de Marca in Marca Hiſp. 2, 19, 2. ex nexu quidem. Pro Ἰουγγάριον Cod. Moſcov. rectius ob Latinam originem Ἰουγκάριον habet, uti ex Toloſano Cd. in Ptolemaeo Ἰουγκαρία adfert P. de Marca c. l. §. 4. Caſaubonus tamen exiſtimat, Strabonem iuncum et ſpartum miſcuiſſe, quod negat Salmaſ. ad Solin. p. m. 185. quoniam utraque ſint diverſa. Diſtinctius vero poſt Strabo πεδίον habet Ἰουγκάριον, (Cd. Moſc.) inter Pyrenaeum et Tarraconem, et Σπαρτάριον ultra Saetabim. Inde ad Carthaginem novam usque pertinuiſſe elucet ex Appiano de reb. Hiſp. c. 12. ubi ea urbs σπαρταγενῆ adpellatam fuiſſe traditur. Plinius 31, 43. ſ. 8. Iſidor. Orig. 15, 1. f. Antonin. in itiner. p. 396. *Spartariam* hinc vocant. Cf. Schweighaeuſer. ad

Appian. Vol. 3. p. 218. Diſerte autem id de Carthagine adfirmat Plin. 19, 7. ſ. 2. addit vero Strabo, funibus texendis aptum fuiſſe, de quo cf. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 135. ubi addit: ἦν ἐν λόγῳ σπαρτὸς Ἰβηρικὴ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. A σπείρειν, nectere, derivat Raius hiſt. plantar. T. 2. lib. 22. c. 4. An vero Homerus c. l. huc reſpexerit, iam veteres ideo dubitarunt, quia tunc eius uſus incognitus fuerit, eiusque copia demum ex Hiſpania in Graeciam advecta. Cf. Varro apud Gell. 17, 3. Plin. 19, 6. ſ. 1. et qui prolixius de eo disſerunt Salmaſ. ad Solin. p. m. 186 ſqq. Politus ad Euſtath. in Homer. T. 1. pag. 363. viri docti ad Liv. 22, 20, 5. Gothofredus ad vet. orbis deſcr. c. 50. Spartum cum cannabi et geniſta commiſcuiſſe, probabile eſt ex iis, quae Salmaſius adtulit, nec minus hodie coniunguntur *geniſta* et *ſpartum*, in quo discrepant invicem Tournefortius et Linnaeus, et ut geniſta eſt Hiſpanica, ita etiam ſpartum. Cf. Krünitz Encyklopädie P. 17. p. 330 ſqq. ex quo etiam discitur, in locis arenoſis, ſilveſtribus et aridis provenire, ut Melam recte praemiſiſſe intelligatur, *ob penuriam aquarum*, quocum et conſentit Strabo c. l. qui πεδίον μέγα καὶ ἄνυδρον vocat, ubi creſcit. Cf. etiam Plin. 19, 7. ſ. 2. De locis montanis et aridis teſtatur idem Townſend in Reiſen Vol. 2. p. 245. prope Carthaginem; vocat *Eſparte*, et inde funes et rudentes texi adfirmat praeter ſtragulas et alia. Cf. etiam Raius in hiſtor. plantar. T. 2. lib. 22. c. 4. ubi multa, Bourgoing Reiſe durch Spanien T. 2. p. 116. Bruce Reiſen V. 1. p. 78. Minus vero perite Plinius linum addidit, uti monet Salmaſ. ad Solin. p. m. 184. quippe quod pingue et laetum ſolum, tum humidum magis, quam ſitiens amat, teſtibus non ſolum veteribus, ut Columella 2, 10. Palladio 11, 1. Plinio 18, 46. ſ. 17. ex quo loco intelligitur, quomodo idem 19, 2. ſ. 1. dixerit *ſabuloſis locis maxime ſeritur*, ſed et recentioribus. Vid. de ſparto Hiſpanico multa, quae congesſerunt Bodaeus a Stapel ad Theophr. hiſt. plant. 1, 8.

p. 20 ſq. Martinius in Lex. philol. p. 668. Geſnerus in Lex. ruſtico p. 134. et quos laudat. Hodie Hiſpania nec ſatis abunde linum colit, nec opera ſubigit. (Vid. Büſching p. m. 120.) Spartum autem (*Eſparto* Linn.) in regno Valentiae maxime provenit, et ſtragulis funibusque texendis inſervit.

§. 3. *tribus)* Olim in citeriorem et ulteriorem dividebatur. (Marcian. in periplo p. 18. Hudſ. —) Ulterior etiam dicta eſt Baetica (Plin. 3, 2. ſ. 1.) ad eamque pertinebat Luſitania, ut diſerte legitur in monumentis veteribus. (Vid. Reſendius in antiquit. Luſit. lib. 2. p. 118 ſq.) Utraque praetores ſuos habuit. (Livius 32, 28. in.) Factum autem id eſt devictis Poenis, cum antea ex foedere Iberus amnis ipſos et Romanos ſepararet, terminosque conſtitueret. (Appian. de reb. Hiſp. c. 7. vel potius Polyb. 2, 13. f.) Paullo ante Olymp. 144. στρατηγοὺς ἐτησίους eo miſerunt, (Appian. c. 38. c. l.) quos Livius 29, 13. dicit *proconſules*, poſt *praetores*, ut intelligitur ex 32, 28. in. de quo nominum promiſcuo uſu in Hiſpaniae adminiſtratione diligenter expoſuit Drakenb. ad Liv. 40, 39. in. Per Macedonicum bellum vero ex duabus illis provinciis una facta erat, quam iterum in duas dividi cenſuerunt Patres, auctore Livio 45, 16. in. Quae diviſio manſit in *citeriorem*, Romanis propiorem, et *ulteriorem*, ut ſupra dictum. Et ſic aliquoties apud Ciceronem, v. c. pro lege Manil. c. 12. Eandem diviſionem notat Strabo 3. p. 115. ſ. 166. ubi ἡ ἐκτὸς et ἡ ἐντὸς cum mutata tamen ſubinde conditione, quae nec poſtea ceſſavit, ut ex Tacito Annal. 4, 13. adparet, ubi Hiſpaniae ulterioris ſit mentio. Suo tempore Stabo alias provincias ſenatui et populo R. adſignat, alias dat Imperatori. Ex illis fuit Baetica, cum Auguſtus 10 praetorias conſtituiſſet. (Strabo lib. 17. extr.) Reliquam Hiſpaniam ſibi ſervavit, miſitque, qui regerent, duos legatos, alterum praetorium in Luſitaniam, alterum conſularem

in Tarraconenſem. Igitur diviſionem illam novit Strabo, quamvis nondum vulgata loquendo vel ſcribendo fuiſſe videtur. Et ſic Plin. 3, 4. ſ. 3. Baeticam obponit citeriori, etſi intelligit Tarraconenſem, cum Luſitaniam ſeparatim deſcripſerit. In partes vero tres diviſam fuiſſe penitus ſubactam et pacatam tradit Appian. c. 3. c. l. et cap. 102. idem videri ſibi ait, id factum eſſe, ex quo Auguſtus populos quosdam (Cantabros in primis) perdomuit; ſed in magiſtratibus a Strabone disſentit. Nempe duos a ſenatu miſſos, tertium ab Imperatore ſcribit. In quo aut erravit Appianus incertae etiam alias fidei, aut prior forma poſt mutata eſt. Vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 1, 2. Lipſius ad Taciti hiſtor. 1, 13. et qui plura congeſta exhibet, Cennius in antiquit. eccleſ. Hiſpan. Vol. 1. diſſ. 1. c. 1 ſqq. Diviſio, quae invecto R. iure et L. linguae uſu invaluit, in conventus iuridicos ex Plinio 3, 4. ſ. 3. optime diſcitur. De finibus deinceps. Pluribus autem de hoc Melae loco disſerit Pet. de Marca in Marca Hiſpan. 2, 1, 3 ſq.

Tarraconenſis) Latiores ſingularum terminos poſuit Noſter, quos alii urbibus et fluminibus diſtinctiores reddunt. Igitur tenenda haec ad accuratiorem notitiam: Tarraconenſis terminabatur prope Caſtulonem. (Strabo 3. p. 115. ſ. 166. Plin. 3, 3. ſ. 2.) In ora terminabatur Carthagine nova, quod et Mela infra §. 7. indicat, clarius Plinius 3, 4. ſ. 3. qui in 7 Tarraconenſis Hiſpaniae conventibus numerat etiam Carthaginienſem, et Hiſpaniae citerioris (i. e. Tarraconenſis, ut ſolet) portionem habet 19, 7. ſ. 2. A Martiano Cap. lib. 6. p. 202. Urci in finibus ponitur. Luſitaniam a Durio incipit Plin. 4, 35. ſ. 21. cum Strabone c. l. ab altera parte finit Ana verſus Baeticam 3, 2. ſ. 1. Interius Tarraconenſis a Baetica atque Luſitania diſtinguitur Solorio monte et Oretanis iugis Carpetanisque et Aſturum auctore eodem 3, 2. ſ. 1. Cf. etiam de finibus Strabo lib. 3. et 17. Nomina habent

Tarraconenſis ab Tarracone urbe, *Baetica* a Baeti flumine. Luſitaniae derivatio eſt incerta. Varro apud Plin. 3, 3. ſ. 1. a Luſo Liberi patris aut Lyſa cum eo bacchante nomen petit, quod non repudiat Reſendius de antiqu. Luſit. lib. 1. p. m. 2. unde vel *Luſitania* vel *Lyſitania* dicta fuerit, non apud Graecos ſolum, ut Polybium, Strabonem, Dionem, ſed et apud Latinos, cuius exempla proſtent in Pandectis et inſcriptionibus, qualem Eborae in lapide inventam adfert p. 3. Sic paſſim in codd. Cf. Vinet. ad Eutrop. 4, 16. ſ. 7. Sed qui plura et alia de nominis origine cupit, adire poteſt Bochart. in Chanaan 1, 35. et quae dedit Ritter ad Guthrie Welt-Geſch. T. 5. P. 2. p. 300. De ipſa Luſitania multa contulit Reſendius. Termini eius varie ponuntur, in quibus temporum ratio non negligi debet. Sic Strabo 3. p. 105. ſ. 153. conſtituit in Tago, Oceano, verſus orientem in Carpetanis, Vaccaeis, Vettonibus et Callaecis. Quos quidem veteres terminos fuiſſe, ipſe dicit poſt p. 115. ſ. 166. ubi notat, facta recentiori diviſione Hiſpaniarum regionem ultra Durium avulſam fuiſſe a Luſitania et peculiari nomine Callaeciam adpellatam. Quod quidem diſcrimen bene obſervandum eſſe, contra Reſendium et Nonium monuit P. de Marca 2, 2, 2. c. l. Sed nec in prioribus terminis conſenſiſſe adfirmat Strabo, quia poſteriores quidam geographi illos populos ſupra recenſitos Luſitaniae adſcripſerint, quod et poſt fecit Ptolemaeus 2, 5. in Vettonibus. Nec ſibi conſtat Plinius, qui 3, 4. ſ. 3. Vettones cum Vaccaeis Celtiberis aliisque Hiſpaniae citeriori adſcribit, ut 4, 35. ſ. 22. eos circa Tagum in Luſitania ponit, quod quidem omnino in ſedibus veterum populorum ſaepe mutatis, vel temporum ſucceſſu et aetate auctorum variata non poteſt non accidere. De Luſitaniae fertilitate ex Athenaeo cf. Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 4, 86. p. m. 152.

Illas) Nempe Luſitaniam Baeticamque, quae praeceſſere. Quia vero Anas eſt extra fretum Herculeum, ideo

dicit, Baeticam utraque maria profpicere. Nihil itaque mutandum. Sed haec melius retuliffet ad alterum caput, ubi de Hifpaniae ora ad Oceanum fita agit. Verum et quorfum Emeritam Lufitaniae urbem hic recenfet, quae inferius erat reddenda? VOSSIVS.

Anas) Ita et Graeci. In genitivo et dativo Ἄνα. (Strabo 3. p. 96. f. 139.) Latini inde in accufativo dicunt *Anam*, ut Mela 3, 1, 3. Iul. Caef. de B. C. 1, 38. in ablativo *Ana*, ut Caefar c. l. Plin. 3, 2. f. 1. — Nactus eft hoc nomen vel ab *Ana* voce Arabica i. e. ovis, propter ovium frequentia pafcua in hoc litore, vel a Punica *Hanas*, qui in terram ita fe condit, ut ex ea iterum emergat, quod etymon praefert Bochart in Chanaan 1, 35. Oritur ex Laminitano agro citerioris Hifpaniae, (Plin. 3, 3. f. 1.) qui ab urbe Laminio dictus eft, in Carpetanis, ubi ponit Ptolemaeus 2, 6. Secundum Buefchingium p. m. 127. editur in Nova Caftilia ex lacubus, qui *Lagunas de Ruidera* vocantur, non procul a vico *Offa* in vallibus, quas includunt alti montes. Curfum fic porro defcribit Plinius: *modo fe in ftagna fundens, modo in anguftias reforbens, aut in totum cuniculis condens et faepius nafci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur.* Strabo 3. p. 95. f. 139. ex Hifpaniae orientalibus regionibus ducit verfus meridiem, ut interceptam amnibus regionem circumfcribat. De cuniculis Plinii doctorum Hifpanorum teftimonio comprobat Nonius ad calcem Hifpaniae p. 474. in Schotti Hifp. illuftrata T. 4. Quod eum per Cynetas educit Avienus in ora v. 205. notatur ab Ortelio, quod Cynetae fint circa facrum promontorium, a quo multis milibus paffuum inferius fluat. *Illas* vero apud Noftrum pertinet ad Hifpaniam Baeticam et Lufitaniam, quod res ipfa docet. Plinius c. l. Melam fecutus ita reddidit: *Baeticae latere feptemtrionali praetenditur Lufitania, amne Ana discreta.* Ceterum pifces eum alere non tam fapidos, quam magnos, narrat Refendius in antiqu. Lufit. 2. p. m. 55 fq. H. *Guadiana.*

obiecta) I. e. iacet verſus, ad Oceanum. Sic ſaepe hoc verbum ponitur, de quo cf. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 5, 13, 3. Coniungitur etiam ſic cum obponere, ut apud Caeſ. de B. C. 3, 79.

fronte) Luſitaniam ab Ana usque ad Oceanum Cantabricum extendit. Voce enim lateris nunquam aliter utitur, niſi de parte mari adſita. Verum hic neque antiquiorum ſequitur diviſionem, neque Romanam. Antequam enim Hiſpania in tres provincias a Romanis eſſet partita, Luſitania a Tago demum fluvio incipiebat; verſus ſeptemtrionem vero multo longius procurrebat, ad Oceanum usque Cantabricum, Callaicos aliasque gentes comprehendens. Illa vero regio, quae inter Anam Tagumque media eſt, non alio, quam Celticorum nomine, noſcebatur. Sed poſtquam ea terrae portio Luſitaniae acceſſit, deſiit Luſitaniae nomine cenſeri totus ille tractus, qui ultra Durium eſt. Poſtea tamen ſaepe iterum mutati ſunt termini Luſitaniae pro lubitu Imperatorum. Patet hoc ex deſcriptione terrarum facta iuſſu Theodoſii. Plures tamen eosdem, quos Ptolemaeus, faciunt terminos. Qui ſi ponantur, iam Luſitaniae nulla portio cum Portugallia communis ſupererit. Et ſane miror, qui factum ſit, ut hoc tempore duo iſta vocabula pro eadem regione promiſcue ſumantur. Medii aevi ſcriptores Portugalliam paſſim a Luſitania diſtinguunt, et certe portus ille *Calle* vel *Cale*, qui Portugalliae nomen dedit, extra Luſitaniam ſitus eſt. — VOSSIVS. Cf. ſupra, Penzel ad Strabon. Vol. 1. p. 615. et quae monentur contra Voſſium ad fragm. Livii p. 60.

§. 4. *mediterraneis)* Quae procul a mari ſitae ſunt, ut Liv. 21, 31. in *mediterranea Galliae petit.* Et ſic paſſim haec vox occurrit apud Plinium, ut 3, 3. ſ. 1. 4, 20. ſ. 12. et alios. Hinc etiam Liv. 35, 26, 4.

Arcas, mediterraneus homo. Neque tamen Melae aetate in uſu fuiſſe videtur *mediterraneum mare*, pro quo ſolent dicere *interius*.

clariſſimae) Non ex temporibus antiquis, quae vel fabulas attingunt, vel illis propinqua ſunt, qualia ſolet auctor Noſter ſectari; ſed prorſus tale nihil hic eſt, quoniam antiqua Hiſpanorum terra fuit barbara, niſi ſi qua illuſtrata ſunt per commercia Phoenicum. I. GRONOVIVS *MS.* At Mela ſua tempora reſpicit, quod docet mentio Caeſarauguſtae, et quae ea proxime adtigerunt.

Palantia) De ſcriptura cf. not. crit. p. 418. Incolae Παλάντιοι, *Palantini.* In ſitu variant auctores. Nam Plin. 3, 4. ſ. 3. cum Ptolemaeo 2, 6. et Appiano de reb. Hiſp. c. 80. in Vaccaeis locat; Strabo 3. p. 112. ſ. 163. Arevacis tribuit, qui tamen populi fuerunt finitimi. Appian. c. l. cap. 55. in. virtutis fama eam inclaruiſſe adfirmat. Vid. de ea Florez in Eſpaña ſagrada T. 8. p. 1 ſqq. H. *Paleucia.*

Numantia) Gr. Νομαντία, unde Νομαντινοὶ, et *Numantini.* Ptolem. 2, 6. Νουμαντία. In Arevacis ponunt Strabo c. l. Appianus c. 46. c. l. Ptolem. 2, 6. Ex quo adparet, male in Appiano c. 76. librarios dediſſe Vaccaeos, de quo vid. Schweigh. Vol. 3. p. 302. Oroſius 5, 7. in. haud procul a Vaccaeis et Cantabris in capite Callaeciae ſitam et ultimam Celtiberorum fuiſſe narrat, quibus etiam vindicat Aldrete in antiguedades de Eſpaña lib. 1. c. 16. Motas vero ex Appiano difficultates in Numantia tollere idem ſtudet lib. 1. c. 8. p. 45 ſq. Diſtabat a Caeſarauguſta ad 800 ſtadia, (Strabo c. l.) qui numerus convenit cum ſubputatione Antonini in itiner. p. 442. ex quo ſunt 96 M. P. Πόλιν δυνατωτάτην vocat Appian. c. l. idemque cap. 76. duobus fluminibus terraeque faucibus et

ſilvis munitam fuiſſe narrat, unam item viam, quae in eam duceret, foſſis et columnis impeditam. In fluminibus autem fuiſſe *Durium*, qui moenia eius adlueret, tradit ipſe cap. 91. c. l. De ſitu Oroſius 5, 7. ſic: *Numantia in tumulo ſita haud procul a ſl. Durio 3 M. P. ambitu muri amplexabatur, quamvis aliqui adſerant, eam et parvo ſitu et ſine muro fuiſſe.* Videtur innuere Florum 2, 18. in. qui quidem in tumulo et Durio conſentit, ſed ſine muro et turribus fuiſſe adfirmat. Τεῖχος vero habet etiam Strabo c. l. Celebratur maxime eius virtus, cum 4000 Celtiberorum (Flor. c. l.) per 14 annos ſuſtinuerit. Strabo habet 20 annos ita, ut Celtiberorum bellum complecti videatur illud, quod cum Viriatho eſt geſtum. Inde vero vulgatum eſt Numantinum bellum, de quo Flor. 2, 18. et alii, quorum nomina adferunt Camers et Freinshem. ad c. l. ex quorum narratione conſtat, urbem a Scipione Africano fuiſſe expugnatam et deletam. Olivarius h. eſſe dicit *Soria*, ubi etiam vel in confinio rudera veteris urbis quaerenda eſſe poſt longam disputationem contendit Aldrete 1, 6. c. l. poſtquam 1, 4. p. 33. Saragoſſam minime habendam eſſe docuerat. Alios, qui *Zamorra* crediderant, refutavit Nonius in Hiſp. c. 78. quia Numantiam Plinius 4, 34 ſ. 20. haud procul ab origine ad Durium ponat. Omnino de Numantia prolixe diſſerit Aldrete 1, 4. p. 32 ſqq.

Caeſarauguſta) Nempe Melae aetate erat clariſſima. Gr. Καισαραύγουστα, ut apud Strabon. 3. p. 104. ſ. 151. vel Καισάρεια Αὐγούστα, ut in Ptolem. 2, 6. et lib. 8. in Europae tab. 2. de qua diverſitate dictum eſt in not. crit. p. 418 ſq. Inde vero *Caeſarauguſtanus* apud Plin. 3, 4. ſ. 3. qui et optime de ea haec tradit: *Caeſarauguſta colonia immunis amne Ibero adfuſa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Edetaniae.* Adſcribit etiam mediterraneis Edetanorum urbibus Ptolem. 2, 6. Strabo c. l. in Celtiberis ponit, quod rurſus vicinia popu-

lorum effecit. Ad Iberum vero locat idem 3. p. 111. f. 161. De ipfa urbis origine multa hic fabulantur Hifpanorum aliqui, de quo v. Nonius in Hifp. c. 82. Melius Ifidor. orig. 15, 1. a Caefare Augufto et fitam et nominatam dicit, ubi fimul loci amoenitatem et delicias laudat. Nonius tamen bene coniicit, ante Augufti tempora ignobile fuiffe oppidum, poft colonia deducta clarius factum, quia in Augufti numo adpareat vexillum erectum, hafta in bafi adfixa, fignum coloniae. *Eft* igitur in Mela non nominis mutationem declarat, fed dignitatis translationem, ut recte docet contra epifcopum Gerundenfem (Margarinum) Nonius c. 78. c. l. Nunc *Saragoffa.*

Emerita) Pleno nomine *Augufta Emerita*, ut apud Plin. 4, 35. f. 22. et Αὐγούστα Ἠμερίτα apud Dionem 53, 26. in. et alios. Simpliciter tamen *Emerita* etiam ab aliis dicitur, ut Antonino in itin. faepius. Auguftae cognomen explicat Dio. Nempe Auguftus finito Cantabrico bello emeritos milites dimifit, et hanc urbem in Lufitania condere permifit. Sic et Strabo 3. p. 104. f. 151. fuo tempore conditam fuiffe narrat. Inde *Emeritenfis* in Mufeo Veronenfi p. 426, 5. Erat Anae fluvio adpofita. (Plin. c. l.) In numis frequens eius obiicitur mentio, ordine tamen variato, ut modo *Augufta Emerita* vocetur, modo contra. Vid. Rafche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 602 fqq. unde fimul elucet, multos numos praeponere *Col* omiffa etiam voce *Augufta*; alios fimpliciter oftendere *Emerita.* Cf. et Beger. in thef. T. 2. p. 545. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 12. In infcriptionibus, quas exhibet Refendius in antiqu. Lufitan. lib. 4. p. 240. legitur *Col. Emeritenfis.* Cf. Gruter. in thef. p. 13. n. 16. Poftea iuris Italici factam effe adparet ex leg. 8. Digeftor. de Cenfibus. Eius laudes celebrant paffim auctores, in primis Prudentius Perifteph. 3. in. et v. 186. ubi *Vettoniae claram coloniam* vocat, et quam Anas praetereat.

In quo quidem discrepat a Strabone, qui 3. p. 104. f. 151. in Turdulis ponit, et Ptolemaeo 2, 5. qui omnino in Lufitanis. Cf. de Prudentio Scaliger in lectt. Aufon. 2, 30. H. *Merida*, apud Abulfedam *Marida* f. *Maredah*. Brevem eius defcriptionem dat Nonius in Hifp. c. 31.

Aftigi) In Ptol. 2, 4. Ἄστυγις. Inde *Aftigitanus*, de quo dixi in not. crit. p. 419. Conlocatur a Plinio 3, 3. f. 1. ad fl. Baetin, et ab Antonino in itin. p. 414. Obucula removetur 15 M. P. longius paullo ex computatione Ptolemaei. *Auguftam Firmam* cognominatam non folum ex Plinio difcitur, fed et ex infcriptionibus, quas ibi adfert Harduinus. Cf. Gruter. p. 101. Nonius in Hifp. c. 18. ubi in una *Aftigitanus*, in altera *Col. Aug. Fir.* legitur. Abulfeda eam vocat *Eftigah* f. *Aftigah*, Hifpani nunc *Ecija*. Cf. Büfching p. 244. et Florez in Efpaña Sagrada T. 10. pag. 72. qui ex infcriptionibus etiam ibi repertis probat. Confentit in eo etiam Voffius, fed tria fimul eiusdem nominis oppida fuiffe autumat, nempe hanc noftram, tum Celticam ad Lufitaniam, quam recenfet Antoninus in itinerario a Corduba ad Emeritam p. 416. ubi quidem eft Artigis nomine eadem, fitu diverfa apud Ptolem. 2, 4. ita ut *Aftigi* apud Plin. 3, 3. f. 1. vel potius *Artigi* effe videatur, uti etiam iudicat Florez p. 74. c. l. et habent aliae editiones. Cf. idem T. 12. p. 97. Voffius contra vult effe Plinii *Laftigiu*, quem refutat numus in Cari antiqu. Hifp. 3, 61. ubi *Laftigi* legitur. Vid. Weffeling. ad Antonin. c. l. Tertiae fitum, inquit Voffius, Ptolemaeus 2, 4. oftendit, in quo refpicitur Ἄστυγις, υ pro ι; Plinio c. l. eft *Aftigi vetus*, nunc *Alameda*, ut infcriptiones ibi repertae docent. Cf. Florez p. 74. c. l. Denique Voffius addit, a viris doctis male eas urbes confundi, utroque autem modo fcribi *Artigis*, vel *Aftigis* vel etiam *Aftigi*, e quibus poftremum fit ufitatius. Quae quidem omnia facilius dicuntur, quam probantur, utpote ambigua et obfcura.

Hiſpal) *Hiſpalis* etiam, de quo cf. not. crit. p. 419 ſq. ut de adſpiratione. Inde *Hiſpalenſis*, v. c. *conventus* Plin. 3, 3. ſ. 1. De nominis cauſa Iſidor. Origin. 15, 1. ſc. a ſitu in loco paluſtri ſuffixis palis munito. Alii alias adferunt, de quibus cf. Nonius in Hiſp. c. 26. Quod eam a Iulio Caeſare conditam ſcribit Iſidorus c. l. niſi ad coloniam retuleris, vanum eſt, quia Caeſar poſt Mundenſe proelium eam recuperavit. (Cf. auctor de B. Hiſp. c. 36.) Optime eam deſcripſit Strabo 3. p. 97. ſ. 141. qui Romanam coloniam vocat, mercatura inſignem. De colonia conſentit Plin. 3, 3. ſ. 1. qui cognomine *Romulenſem* dictam addit, pro quo Iſidorus c. l. habet *Iuliam Romulam*. *Coloniam* vocant etiam inſcriptiones, v. c. apud Gruter. p. 201, 6. et p. 257. legitur: *Qui Iuliae Romuleae negotiantes*, unde ſimul Strabo de emporio confirmatur. In numis exſtat: *Col. Rom.* Cf. Eckhel de doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 28. Cf. Vaillant in numiſm. aereis Imper. — in coloniis — P. 1. p. 62. Florez Eſpaña ſagrada T. 9. pag. 88 ſqq. Inſignem fuiſſe urbem teſtatur Auſon. de claris urb. 8. in. Ad Baetim fuiſſe ſitam declarat idem et Sil. Ital. 3, 392. Plura de eius celebritate conlegit Roder. Carus in antiqu. Hiſp. lib. 1. et 2. de urbis ſitu alios adlegat Weſſeling. ad Antonini itin. pag. 410. H. *Sevilla*, Arabibus *Iſchbilijah*. Mutatae adpellationis ſeriem exponere tentavit Penzel ad Strabon. Vol. 1. pag. 432. Vid. de hac urbe Florez Eſpaña Sagrada T. 9. p. 78 ſqq.

Corduba) Straboni 3. pag. 97. ſ. 141. Κόρδυβα, Ptolemaeo 2, 4. Appiano de reb. Hiſp. c. 65. f. et de B. C. 2, 104. in. et c. 105. in. Κορδύβη. Inde *Cordubenſis*, v. c. *conventus* apud Plin. 3, 3. ſ. 1. qui et paullo inferius *Coloniam Patriciae cognomine* vocat, unde primum navigabilis eſſe Baetis incipiat. Strabo c. l. non ſolum Marcelli opus, ſed et coloniarum Roma in Hiſpa-

niam deductarum antiquiſſimam dicit, cum antea aliunde Carteia proferri poſſit, ut ex Livio 43, 3. in. intelligitur. Idem Strabo eius amplitudinem, agri fertilitatem praedicat. Cognomen *Patriciae* confirmant numi, in quibus vel *Colonia Patricia* vocatur, vel *Col. Corduba Patricia.* Vid. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 918 ſq. et Eckhel in doctr. num. P. 1. V. 1. p. 18 ſq. Cognomen vero *Patriciae* non originis vocem putat de Roa de Cordubae in Hiſpania Baeticae principatu cap. 3. p. 8. ſed dignitatis, non coloniae titulum, ſed principatus inter alias urbes. Nonius tamen c. 19. c. l. ex Strabone a delectu colonorum petit. Quod vero Marcelli opus dicit Strabo, dubitatur, an intelligendus ſit conſul, qui a. u. 501. Hiſpaniae praefuit, an praetor, qui Hiſpaniam a. u. 585. obtinuit, ad quem referendum putant Lipſius in vita Senecae c. 1. cum prior fuerit in Hiſpania citeriori, Corduba autem ſita ſit in ulteriori, et Ambroſius Moralis de Corduba p. 856. in Schotti Hiſp. illuſtr. T. 2. Nonius in Hiſpania c. 19. cum Vaſaeo c. 20. eum intelligit, qui tempore civilis belli inter Caeſarem et Pompeium res in Hiſpania geſſit. Sic Mannert in Geogr. T. 1. p. m. 305. Opiniones contulit Florez p. 132 ſq. c. l. Tum idem Lipſius, ut Caſaubonus ad Strabonem, non de nova urbe et moenibus intelligit, ſed de colonia tantum, quia iam Sil. Ital. 3, 401. et 16, 470. Hannibalis tempore Cordubam adpellaverit, quamquam haec ratio ex poeta ducta videtur eſſe lubrica; firmiorem tamen ſubminiſtrat Polyb. 35, 2, 2. Tum commemoratur ab Appiano de reb. Hiſp. c. 65. f. in bello cum Viriatho. Ambroſius vero Moralis c. l. novam a Marcello urbem eo ſitu conſtructam putat, qui nunc vetus dicatur, et a fundamentis erectam, cum antea oppidum fuerit haud ita magnum. Inclaruiſſe eam conſtat natalibus Senecae et Lucani, an etiam pugna I. Caeſaris contra Pompeii liberos, ut tradit Appian. de B.

Civ. 2, 104. ambiguum, immo dubium eſt, cum alii ad Mundam referant. Vid. Schweighaeuſ. Vol. 3. pag. 771. Hanc tamen Mundam non recte omiſit Mela, quam praecipuam urbem in Cordubae vicinia fuiſſe ex Strabone 3. p. 97. ſ. 141. diſcitur. De eius autem vero ſitu contra Hiſpanos etiam diſputat Carter in Reiſe von Gibraltar nach Malaga pag. 191 ſqq. Situm hodiernae eundem, quem veteris, putat Ambroſius Moralis p. 856. quod et probant Caeſaris bella. H. *Cordova* etiam nunc celebris urbs. Plura de ea dabunt ſupra laudati auctores et Florez in Eſpaña Sagrada T. 10. p. 131 ſqq.

§. 5. *Pyrenaeum)* Ut ſit promontorium quaſi Pyrenaei, perinde ut, quum Taurus mons aut finiretur, aut inciperet, ibi auctor agnovit *Tauri promontorium* 1, 15. quod naturale ſit, montium tractus in litore exorientes prominere in mare. I. GRONOVIUS *MS.* Senſus eſt: Pyrenaei rupes prominet in mare, et inde ab hac parte promontorium Pyrenaei facit. Plin. 3, 4. ſ. 3. idem innuit his verbis: *Ab eo* (fl. Tichi) *Pyrenaea Venus in latere promontorii altero*, pro quo Noſter cap. 5. extr. *Tum inter Pyrenaei promontoria portus Veneris eſt.* Rupes autem illa eſt *Aphrodiſium*, quod promontorium terminos Galliae et Hiſpaniae conſtituit, vel latus eius alterum Hiſpaniae obverſum, quod *Crucianum* adpellant, et *Pyrenes* promontorium vocat Livius 26, 29, 11.

Tichis) Utrum idem ſit, quem in Gallia c. 6. extr. memoravit Noſter, an diverſus, an aliud nomen ſubſtituendum, de eo dictum eſt in not. crit. pag. 421 ſq. Tichin hic utique eſſe, contendit P. de Marca in Marca Hiſp. 2, 18. oblimatum tamen hodie eſſe eius alveum fluviumque ex vetere alveo deductum in ſtagnum Rhodae proximum et hinc in mare ſe emittere, hodieque dici *Muga*, in veteribus actis *Sambuca.* Diverſum certe

esse utrumque Tichin, ipsa res evincit, quia, ipso Mela teste, intercedit Pyrenaei promontorium. Büsching p. m. 295. prope Rhodam (Roses) adpellat fluvium *Lobregat.* Mannert in Geogr. p. m. 402. coniicit esse h. *Fluvia.*

Rhodam) Gr. Ῥόδη, uti apud Stephan. h. v. unde Ῥοδαῖος. Urbis nomen passim corrumpi, dictum est in not. crit. p. 421. Sic Plin. 3, 5. s. 4. vel erravit, dum in Gallia recenset, vel depravatus est pro *Rhodanusia,* etsi de Gallica Rhoda, a Rhodiis condita, quod Phocaeis Massiliensibus dabat Valesius in notit. Gall. p. 473. Plinium tuetur Martin in hist. des Gaules pag. 218. Attamen Vossius sat, opinor, validis argumentis evicit, Rhodam fuisse Hispaniae urbem, quam cum Emporiis Massilienses Iberis obposuerint, ut barbaris circa Rhodanum Agatham et Rhodanusiam. Certe Rhodam in Hispania fuisse et a Rhodiis conditam veterum testimonia probant. Cf. Scymnus Chius v. 205. Strabo 3. p. 110. s. 160. 14. p. 450. s. 654. in utroque loco ex vera Casauboni emendatione. In priori loco πολίχνιον Ἐμποριτῶν vocatur, nec procul ab Emporiis absuisse praeter alios docet Livius 34, 8. s. Illud ita intelligit Mannert in Geogr. p. 402. ut Emporitanos conditores putet. H. *Roses*, quamquam de situ quidam aliter statuerunt, refutati a P. de Marca in Marca Hisp. 2, 18, 11. ubi de hac urbe disserit. Ex Livio c. l. adparet, ad mare fuisse sitam, et quidem, si Melam adhibueris, ad ostium Tichis. Hodie autem sec. Büsching p. m. 295. prope urbem Roses fl. Lobregat in mare emittitur.

Clodianum) Occurrit apud Ptolem. 2, 6. in hoc tractu. In Plinio 3, 4. s. 3. *Alba* est iudice Harduino; at sec. P. de Marca 2, 17, 6. c. l. Alba est Melae *Baetulo* et Ptolemaei 2, 6. *Sambroca.* Strabo 3. p. 110.

ſ. 160. tantummodo fluvium Emporias praeterlabi dicit, ſubpreſſo tamen nomine, qui ex Pyrenaeo oriatur, et portus loco Emporitanis in oſtio inſerviat, quod etiam ex Polyb. 3, 76. in. elucet. In ortu fluvii conſentit P. de Marca 2, 18, 7. eumque expoſuit. H. fluvius ibi vocatur *Fluvia.*

Emporias) Gr. Ἐμπόριον uſitate, Ἐμπορίαι tamen etiam in Ptolemaeo 2, 6. ut Latini plerumque, vel ſemper. Incola Ἐμποριτης apud Stephanum et ſaepius apud Strabonem, quod Latini numi reddunt *Emporit.* i. e. *Emporitani.* Stephanus vocat πόλιν Κελτικὴν contra atque alii omnes, etiam Scylax in. qui omnes Hiſpaniae adſcribunt, etſi Celtae olim iſtam regionem tenuerunt. Iudice tamen Holſtenio pag. 114. ita dixit aut ratione originis, aut quod olim Hiſpania Celticae accenſita fuit. Et ſic paſſim fieri ſolet in Maſſilienſium coloniis, ut Celticae dicantur, quamvis extra Galliam ſitae. Origo urbis vel a Rhodiis ducitur, (Strabo 3. c. l.) vel a Maſſilienſibus, (Scylax c. l. Stephan. h. v. Livius 34, 9. in. Scymnus v. 203.) vel a Phocaeenſibus, vel Graecis, Phocaeenſium ſubole, (Plin. 3, 4. ſ. 3.) unde a Silio Ital. 3, 369. *Phocaicae Emporiae* vocantur. Iacebat inter Iberum et Rhodam ita, ut utrimque diſtaret 1060 ſtadiis i. e. circiter 132 M. P. Prope Rhodam omnes ponunt, ut ſuperiora declarant. Strabo c. l. δίπολιν vocat, quae poſt coaluit in unam civitatem miſtam ex barbaricis et Graecis inſtitutis, quod optime inluſtrat Livius 34. 9. in. Strabo Indigetes nominat et Graecos; pro illis Livius commemorat Hiſpanos, qui exſtructam urbem accoluerunt, poſt cum Graecis coaluerunt. (Strabo.) Stephanus, neſcio quam vere, Indigetes ab ignota urbe *Indica* dictos ſcribit, quod probat P. de Marca 2, 18, 1. c. l. de Pinedo ad Stephan. p. 328. explicat eodem modo, quo Deos Indigetes. Agrum latius

patuisse ad Pyrenaeum fertilemque et frugum et lini iuncique fuisse, unde Ἰουγκάριον (sic Cd. Mosc.) πεδίον adpellarint, narrat Strabo. Commercium adiuvit portus, et ipsum nomen indicat. Confirmatur idem a Livio c. l. Municipium etiam praeterea faciunt numi. Cf. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag. 49. H. *Ampurias*. De partibus veteris urbis ex hodierno situ disquirit P. de Marca 2, 18, 4. c. l.

mons Iovis) Haud dubie locutione Phoenicea, prout crebras Phoenices in Hispania habuerunt navigationes, et hinc plurima suae linguae indicia illic reliquerunt, quod doctissime ostendit Bochartus [in Chanaan 1, 34. 35.]; propter altitudinem sic dictus, ut in S. S. sic omnia maxima videmus exprimi per additionem vocis Dei, cuius locum hic apud Gentiles obtinuit Iupiter. I. GRONOVIVS *MS*. Optime hunc montem describit P. de Marca 2, 17, 3. c. l. qui ex Melae notatione hodie est *Monsgrinus* s. *Mongri*. Eius radices a flumine *Tesero*, vulgo *Ter*, non longe a maris litore abluuntur. Ex planitie campi Emporitani statim ad iugum arduum erumpit cautibus horridis, scalarum in modum subinde adsurgentibus in parte occidenti obversa. Deinde continuo latere per 3 M. P. alterum cornu, *Montjcu* dictum, in quo veteris adpellationis vestigia supersunt, mari obiicit, relicta ad laevam veteri Emporiarum urbe. Cornu alterum per 2 M. P. porrectum in mare proiicit ad celsissimos scopulos, qui e profundo emissi vulgo *las Medas* vocantur. Gradus illos subinde consurgentes, prout a Mela describuntur, vidit ipse Marca, qui ex fama *Hannibalis* dictos putat, quod milites eius seu lascivia militari, seu serio conatu in montis iugum, cum in Italiam tenderent, enisi fuerint, in quo veteris castri rudera etiam nunc visantur. Consentit in his Nonius in Hisp. c. 88. Qui ad montem Iudaicum prope

muros Barcinonis transferunt, vel longius, refutat Marca.

ſcalas Hannibalis) Sunt et turres fortaſſis eaedem Hannibalis in eo litore dictae, nocturnis aliquando facibus inſignes Plinio; [2, 73. ſ. 71.] et alicubi ſpeculae Hannibalis cognominatae, terrenae turres, iugis montium impoſitae, ut lib. 35. [cap. 48. ſ. 14.] ſcribit idem auctor. VADIANVS. Ut pateat, hanc Geographiam non eſſe vetuſtiſſimam et temere additam huius ducis mentionem, quoniam in hac regione Hiſpaniae plures res geſſerit. I. GRONOVIVS *MS.* In re incerta certi aliquid addere non licet. Ex Polybii quidem et Livii narrationibus nihil erui poteſt. Male vero Puiadeſii induſtria in Cronica — de Catalauna 2, 23. in eo verſatur, ut probet, haud procul Tarracone fuiſſe illas ſcalas, quas ex iugis transfert in ima montis ad oram maritimam. Nam *occidenti pars adverſa* ſignificat latus occidentale, quod eam explicationem non admittit, ut taceam in imo monte eas non eſſe poſſe. Cf. etiam P. de Marca 2, 17, 4 et 5. c. l.

Blanda) Commemoratur ſic (Βλάνδα) etiam a Ptolemaeo 2, 6. at *Blandae* in Plinio 3, 4. ſ. 3. legitur, quae variatio etiam in cognomini Lucanorum urbe notatur, quippe quae a Noſtro 2, 4, 9. et Ptolemaeo 3. 1. vocatur *Blanda*, a Livio 24, 19, 5. *Blandae.* Illa hodie eſt *Blanes*, prope quam olim fl. Larnum memorat Plinius c. l. qui nunc eſt *Tordera.* Olim, ut narrant incolae, in parvo colle hodiernae urbi, ad mare ſitae, proximo urbs fuit, cuius rudera adhuc conſpiciuntur. Vid. P. de Marca 2, 15, 8. c. l.

Eluro) De ſcriptura cf. not. crit. p. 426. Oppidum civium R. vocat Plin. 3, 4. ſ. 3. in quo ſcribitur

Iluro. Recte autem Voſſius hic monet, non confundendam eſſe cum Ilurone ea, quae occurrit apud Antonin. in itin. p. 453. prope *Beneharnum* h. *Oleron*, quae aliquantum hinc abeſt. Noſtra h. dicitur *Mataro*, diruta olim a Mauris, deinde reſtituta in eodem loco, quod teſtantur fragmenta veterum lapidum cum inſcriptionibus et numi, qui Veſpaſiani Titique nomina praeferunt. Ex inſcriptionibus vero illis adparet, collegium in ea fuiſſe *Sevirorum Auguſtalium.* Vid. P. de Marca 2, 15, 5 ſq. c. l. ubi ſimul Puiadeſium 4, 34. c. l. refutat, qui urbem *Metara* refert ad *Baetulonem* noſtram, *Iluronem* ſ. *Eluronem* ad tenuem vicum *Locet.*

Baetulo) De ſcriptura cf. not. crit. p. 427. Oppidum civium R. adpellat Plinius 3, 4. ſ. 3. et cum Mela prope Barcinonem ponit. H. *Badalona*, vel, ut putat Nonius in Hiſp. c. 88. *Beſons* ad Barcinonem verſus orientem. Vid. antea *mons Iovis.* In inſcrr. quas dedit P. de Marca 2, 15, 2. c. l. occurrit *ordo Baetulonenſis* et magiſtratuum quorundam nomina, qui, quoniam ex lapidibus ibi inventis ducta ſunt, in ea urbe olim fuerunt. In libris paſſim cum *Baecula* confunditur, quae tamen procul hinc fuit prope Caſtulonem in Oretanis, de quo cf. Schweighaeuſer. ad Appian. Vol. 3. p. 233. et ad Polyb. 10, 38, 7.

Barcino) Gr. Βαρκινὼν, penultima conrepta, ut docet Auſon. epiſt. 24, 89. Paulino ad Auſon. epiſt. 3, 131. dicitur *Barcinus*, poſterioribus *Barcilo.* Gentile *Barcinonenſis.* Plin. 3, 4. ſ. 3. de ea ſic: *In ora colonia Barcino, cognomine Faventia.* In inſcriptione igitur apud Gruter. p. 429. *Col. F. I. A. P. Barcin.* quam explicat de Marca 2, 13, 7. c. l. *Colonia Faventia Iulia Auguſta Pia Barcino*, ut aliam, quam ſubiecit iisdem literarum ſignis. Conſentit Auguſtinus in dialogo 7. Harduinus

tamen ad Plin. c. l. vult *Flavia*, quia Gruterus c. l. etiam aliam exhibeat, ubi *Fl.* reperitur. Sed, quod monet de Marca c. l. *Flav. P.* datum eſt literis coaleſcentibus pro *F. I. A. P.* H. *Barcelona*, in Abulfeda *Barſchanunah* ſ. *Barſchainah.* Ita tamen dignitate crevit, ut parvis oppidis adnumerari nunc minime poſſit. Quod ad Herculem eius natales quidam referunt, ab ipſis Hiſpanis ad fabulas reiicitur. Vid. Nonius in Hiſp. c. 88. Melius Carthaginienſibus tribuunt, ſuadente Auſonio epiſt. 24, 68. ubi *Punica* vocatur, et hiſtoria, quae in Hiſpania multas ab iis urbes vel conditas, vel auctas tradit. Nomen ipſum videtur ducere ad Hamilcarem Barcinae gentis, (Liv. 21, 4. et alibi) quod et placuit viris quibusdam doctis, nec improbat Petr. de Marca 2, 13, 3. c. l. adſtruitque Martian. Cap. 6. pag. 203. qui conditas ubicunque urbes amico ſibi nomine praeſignaſſe adfirmat. In ora ſitam fuiſſe et olim, ex Plinio intelligitur; *amoena* vocatur a Paulino c. l. in quo conſentit Avien. in Ora v. 520. pontum oſtreis abundaſſe tradit Auſon. c. l. quarum tamen ſuo tempore nullam ibi fuiſſe capturam teſtatur P. de Marca §. 6. c. l. Inſcriptiones docent, ibi *decuriones Seviros Auguſtales* etiam fuiſſe, nec minus coloniam ab Auguſto eo deductam, quamquam hoc ad Caeſarem refert de Marca, et ornamenta eius tantum Auguſto vindicare ſtudet. Si vera adferuntur in inſcriptionibus, habuit olim templa Minervae, Veneris, Aeſculapii. Plura de ea congeſſit P. de Marca 2, 13. c. l.

Subur) Occurrit etiam apud Plin. 5, 4. ſ. 3. et Ptolem. 2, 6. cui etiam eſt Σοὐβουρ. Ille in Ilergetum regione ponit, hic Coſetanis vel Laetanis (i. e. Laletanis) adſignat. Nam libri variant. Poſterius praefert Bertius eoque ducit Cd. Palatinus, prius ex aliis libris P. de Marca in Marca Hiſp. 2, 9, 4. Idem vero, ut Plinius ſic cum Ptolemaeo conſentiat, ex illo Ilergetes tollendos

cenſet, tamquam temere intruſos, cum fuerint mediterranei, et 80 M. P. ab oſtio Rubricati diſtantes. Quod quidem remedium difficultates obiectas removet, etſi nimis violentum videtur. Quidam, ut Ambroſius Moralis, duplicem inde hoc nomine urbem fecerunt, unam in Coſetanis, alteram in Ilergetibus, Olivarius etiam in notis male ad urbem h. *Siges* ab oſtio fluvii Rubricati 55 M. P. remotam retulit, ut Puiadeſius nominis adfinitate motus ad *Segur;* leniori tamen ope ſuccurri poteſt. Vel enim, ut hic ſolet, minus accurate egit Plinius, vel propter vicinos terminos utrumque populum commiſcuit, cuius iam exempla adfuerunt in urbibus Caeſarauguſta et Palantia. Neque enim his populis, ut alibi, noſtro more et iure limites artius erant conſtituti, quare etiam auctores ambigue ſaepius loquuntur, quod tenendum videtur in disputatione a P. de Marca inſtituta. In inſcriptione vero antiqua Tarraconenſi apud Gruter. p. 414. inde dicuntur *Suburitani*. De hodierno ſitu et nomine variatur. P. de Marca c. l. ponit in limite oppidi *S. Vandilii* ſ. *San Boy*, *Tolobin* in area urbis *Martorello*. Cf. idem 2, 23, 11.

Baetulo) Curſus a Mela indicatur et ſupra ex P. de Marca in Marca Hiſp. 2, 17, 3. demonſtratum eſt, h. dici *Ter*, qui iuxta *Torruella* in mare inlabitur. In veteribus actis medii aevi dictus eſt *Tezerus*. Quod Puiadeſius in Cronica — de Catalunna 4, 34. ad moenia Emporiarum decurriſſe putat, id P. de Marca 2, 17, 5. c. l. ad canalem refert ex Baetulone ductum, Melae temporibus poſteriorem. Nec temere, quia Mela Clodianum tantum ad Emporias novit. *Rubricatum* alii, ut iam monitum eſt in not. crit. p. 428. *Rubricatus* efferunt in caſu recto quamvis incerta auctoritate. H. *Lobregat*. Cf. de eo Nonius in Hiſp. c. 87. Nomen inde traxiſſe videtur, quod eius fluctus toto anni tempore maxime rubent, quem colorem ab arenis, quas transit, mutuatur. Alias amnis eſt inglo-

rius, nulliusque ſere utilitatis, quia hibernis aquis ſummopere intumeſcit, aeſtate areſcente paene alveo iners delabitur.

Maius) De eo conſulendae notae criticae pag. 429 ſqq. quibus hic addam I. Gronovii notam MStam. Apparet auctorem praemiſiſſe ordinem horum oppidorum, ut inde commode oſtenderet, pariter eſſe ſeriem vel fluxum iſtorum fluminum, unde debuit repetere Subur et Telobin, quae oppida poſuerat extrema verſus meridiem. Inter ea ponitur flumen *Maius*, quod nomen cum ſit in omnibus MStis Codd. oportet nos credere, fuiſſe illic flumen, etiamſi ab aliis non memoretur, et certe id non minus credibile eſt, quam quum a Martiale nominatur flumen *Graius* 4, 55. H. ſi recte referunt tabulae, eſt *Tamarit*.

Tarraco) Gr. Ταῤῥακὼν, unde apud Stephanum Ταῤῥακωνήσιος et Ταῤῥακωνίτης; Lat. *Tarraconenſis*. De duplici ρ vid. not. crit. p. 433. Eius origo eſt obſcura. Nam quod quidam a Tubale, Hercule aliisque tradunt, ad fabulas ea releganda ſunt. Bochart in Chanaan 1, 35. a Syris videtur derivare, qu. *regia domus*. Plinius 3, 4. ſ. 3. cum quo conſentiunt Solinus c. 26. ſ. 23. et Martianus Capella 6. pag. 202. *Scipionum opus* vocat. At de ipſa urbis exſtructione id minime intelligi poteſt, cum ante Scipionum in Hiſpaniam adventum ſteterit, ſed vel de colonia eo deducta, vel de urbis ornamentis, ut ſupra de Corduba ſimile aliquid ex Strabone notatum eſt. Scipio autem in bello Punico 2 rerum ſuarum exordium fecit in hoc tractu, quamquam Tarraco primus locus non fuit, ubi claſſem adpulit et in Hiſpaniam egreſſus eſt, uti volunt P. de Marca 2, 10, 2. c. l. et Mannert in Geogr. p. m. 399. quia diſerte Polybius 3, 76. in. et Liv. 21, 60. in. ad Emporias referunt. Verius

tamen de eius fratre ex Liv. 22, 22. in. dicatur. Eius dignitas ex ipſo Mela diſcitur. *Coloniam* vocat Plin. c. l. eodemque nomine producit inſcriptio apud Gruter. p. 382. Sed de Scipionibus in hoc obſtat Velleii auctoritas, quippe qui negat 1, 15. Romanos in bello cum Hannibale colonias condidiſſe. Igitur ad Iulium Caeſarem id potius deferendum eſſe videtur, ſi recte explicatur inſcriptio apud Gruter. pag. 111, 3. *Genio Col. I. V. T. Tarrac.* ſic *Iuliae Victricis Togatae*, quo et numi ducunt. Vid. Harduinus ad Plin. c. l. etſi literam I. deſidero in iis numis, quos recenſuerunt Raſche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 559 ſq. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 57. Alii tamen, qui eam literam agnoſcunt, explicant inſcriptionem *Iulia Ulpia Traiana*, vel *Iulia Victrix Tyrrhenica*, ut Auguſtin. in antiqu. dialogo 7. quod probat etiam Nonius in Hiſpan. c. 85. cum et a Paulino in epiſt. ad Auſonium v. 129. *Tyrrhenica* vocetur. Urbem Hiſpaniae maxime occidentalem vocat Stephanus. Sed copioſius de eius ſitu egerunt ex veteribus Strabo 3. c. l. ex recentioribus Mariana de reb. Hiſp. 2, 15. Inter Iberi autem oſtia et Pyrenaeum ponit Strabo. Quantum ab Ibero fuerit remota, coniicere licet ex Polybio 3, 95. et Livio 22, 19. qui narrant, altero die ab Tarracone ad ſtationem 10 M. P. diſtantem ab oſtio Iberi amnis Scipionem perveniſſe. Porro eam Strabo vocat μητρόπολιν οὐ τῆς ἐντὸς Ἰβηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς, unumque ibi ex 7 conventibus illius provinciae fuiſſe narrat Plinius c. l. An portu fuerit inſtructa, mota eſt dubitatio ex Eratoſthenis et Artemidori narrationibus, quam dirimere non audet Strabo, at Pet. de Marca c. l. §. 8. ſic expedit, ut proxime fuerit locus, ubi terra hinc inde prominuerit, quae in receſſu portum quantaevis claſſis capacem habuerit. Adfirmaverat autem Eratoſthenes, ναύσταθμον habere. Equidem apud Livium 22, 22. in. haec inveni: *Portum Tarraconis ex alto tenuit; ibi milite expoſito profectus Scipio fratri ſe coniungit.* Quare de vacuis navibus cum

P. de Marca intelligi poteſt. Bueſchingius nullam portus mentionem facit; at in vicinia portus eſt *Salou*, quem ſi intellexit Livius, recte illi cenſent, at minus recte Livius narravit, rectius in ſuperiori loco de navium ſtatione. P. de Marca tamen 2, 8, 5. c. l. refert ad eum portum, qui h. Arabica dictione *Alfachs* vocatur. Ptolemaeus 2, 6. ibi ponit *Tenebrium portum.* Multa vero Nonius in Hiſp. cap. 85. antiqui portus indicia commemorat, v. c. rudera non pauca obiectae molis. Ceterum laudantur vina praeter alia eius agri commoda. Vid. Plin. 14. 8. ſ. 6. Martial. 13, 18. Et hinc *vitifera* ipſa vocatur a Silio Ital. 3, 369. Tiberio imperante conceſſum, ut ibi templum Auguſto ſtrueretur, (Tacit. Ann. 1, 78. in.) quod in nummis etiam adparet; poſt labefactatum inſtauravit Hadrianus, ſerius Severus. (Spartianus in utriusque vita, et quae notat Lipſius ad Tacit. c. l.) Inde ſacerdotes Romae et Auguſti in inſcriptionibus occurrunt apud Gruter. p. 320. 478. Conſtat enim ex Suetonio in Aug. c. 52. eum non paſſum eſſe, ut vivo ſibi templa, niſi communi ſuo Romaeque nomine in provinciis erigerentur, quamvis poſtea Romae nomen a Tarraconenſibus omiſſum eſt, et flamines dicti ſunt *Deorum* et *Auguſtorum.* Vid. P. de Marca 2, 10, 5. c. l. ubi etiam ex inſcriptionibus probat, ludos et ſpectacula, adeo Circenſia, in Deorum honorem ibi fuiſſe edita. Cf. Nonius in Hiſp. cap. 85. ubi in hanc rem duas inſcriptiones protulit.

Tulcis) Apud Plin. 3, 4. ſ. 3. adpellatur *Subi;* idem *torrens* 19, 2. ſ. 1. qui adluit Tarraconem, ſubpreſſo quidem nomine. Uter recte retulerit, ignoratur, niſi promiſcuum fuerit nomen. H. *Francoli.*

Iberus) Gr. Ἴβηρος. De eo Plinius 3, 4. ſ. 3. *Iberus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica per 450 M. P. fluens; navium per 260 M. P. a Varia oppido capax,*

quem propter univerſam Hiſpaniam Graeci adpellavere Iberiam. Cf. et Strabo 3. p. 110. ſ. 159. ubi: ῥεῖ ἀπὸ Καντάβρων ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐπὶ μεσημβρίαν διὰ πολλοῦ πεδίου παράλληλος τοῖς Πυρηναίοις ὄρεσι. Cf. idem p. 111. ſ. 161. ubi multos in eum inlabi fluvios ſcribit. In priori loco confirmat et explicat id, quod Noſter de Dertoſa tradit. Nam διάβασιν ibi fuiſſe narrat, etſi libri habent Δερκίσσα, quod recte ſic emendavit Xylander, probante Caſaubono, maxime cum paullo poſt p. 110 ſ. 160. Δερτῶσσα et ad eam πόρος Ἰβήρου occurrat. De tranſitu idem adfirmat P. de Marca 2, 8, 3. c. l. Quod de Iberiae nomine addit Plinius, Bochartus in Phaleg 3, 7. a voce עבר (eber) i. e. tranſitus ducit, Euſtathius ad Dionyſ. v. 281. ab Ibere, uno Herculis filiorum. Vid. ſupra et Oberlin. ad Vibium Sequ. p. 597.

Dertoſam) Gr. Δέρτωσα, ut Ptolem. 2, 6. Strabo ſuperiori loco Δερτῶσσα. Prius probant numi. Plinius, quod mirum, non commemoravit, at *Dertuſani* pro *Dertoſani* leguntur in civibus R. 3, 4. ſ. 3. quod inluſtrant numi apud Goltzium, ubi *Mun. Dertoſa* exſtat, in aliis *Col. Dertoſa*, ex quibus coarguitur Harduinus, qui coloniam fuiſſe conſtanter negaret, ſimulque Strabo vindicatur, qui κατοικίαν adpellat, licet et hunc falſa retuliſſe vellet Harduinus Opp. ed. 2. pag. 41. Ex alio numo, quem excitavit Surita ad Anton. itin. p. 399. cum inſcriptione *Dert. Ilergaonia*, Ilergaonum caput fuiſſe, coniicere licet, in quibus etiam ponit Ptolemaeus 2, 6. ſic, ut fruſtra diſſenſerit Vaillant Colon. T. 1. p. 77. qui Ilergaoniam a Dertoſa diſtinguit. *Ordinem* etiam ibi et *VIviratum Auguſtalium* fuiſſe, declarant inſcriptiones lapidum apud Gruter. p. 402. et 478. Plura de his dabunt P. de Marca 2, 9. c. l. Weſſeling ad Anton. itin. c. l. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 153 ſq. Quod I. Gronovius in nota mſcr. adſcripſerat, *Iberam Dertoſam* fuiſſe dictam, ubi ita, in auctoribus certe, occurrat, ignoro.

Videtur cum Martorello in historia illius urbis respicere *Iberam civitatem* apud Liv. 23, 28. f. ubi simul *opulentissimam ea tempestate regionis eius* dicit *a propinquo flumine adpellatam*, quam post Dertosam nominatam putant Duiatius ad c. l. et Silva in Poblacion de España p. 245. At id dubium esse, monuit Martinière in Lex. (Germ.) T. 11. p. 783. et evincere conatus est P. de Marca 2, 8, 4. in primis ex eo, quod Romani Iberam obpugnasse narrantur, cum Dertosa omninoque ora maritima ad ostia Iberi amnis paullo antea (Liv. 22, 19 sqq.) a Scipione devicta et subiecta fuerit. Nam reliqua, quae a Carpesiis ducuntur, ambigua sunt et valde agitata, ut docent viri docti ad Liv. 23, 26. In numis tamen *Hibera Dertosa* (*Mu. H. I. Ilergaonia* s. *Ilercavonia Dert.*) occurrit, quod inlustrarunt multi docti viri, quos laudat Rasche in Lex. num. c. l. et T. 2. P. 2. p. 570. unde forte Gronovius illud petiit. Videtur autem ita ab amne Ibero dicta esse, qui *Hiberus* etiam in numis scribitur. H. *Tortosa*, in Abulfeda *Thorthuschah.*

§. 6. *insinuat)* Trans Iberi ostia duo sinus sunt, mari nonnihil se in litora insinuante. Prior Sucronensis, sequens Illicitanus dicitur; utrumque seiungit promontorium. VADIANVS. Sic contra se fluvius mari insinuat apud Curt. 5, 3, 2.

Ferrariam) H. *El Cabo de Martin.* Strabo 3. p. 109. s. 159. promontorium, omisso tamen nomine, inter Sucronem et Carthaginem commemorat. Sed impeditus est locus, varieque exceptus. Nam tria Massiliensium oppida in eo intervallo fuisse dicit, in quibus celeberrimum *Hemeroscopium*, (ει) idque in promontorio habuisse fanum Dianae Ephesiae. Subiicitur quidem *Dianium*, sed ita, ut ex superioribus intelligi possit, ad fanum Dianae referendum esse. Dicit enim καλεῖται Διάνιον, οἷον Ἀρτεμίσιον. Mire tamen variant recentiores Geo-

graphi, quorum alii Dianium de peculiari oppido intelligunt, ut P. de Marca 2, 5, 7. c. l. alii commune Hemerofcopii nomen fuiffe volunt, in quibus Cellarius in Geogr. ant. 2, 1, 99. Büfching p. m. 286. Florez in Efpaña Sagrada T. 5. p. 36. Nonius in Hifp. cap. 67. Utrumque tamen diftinxit et in tabula feparavit d'Anville. Hemerofcopii ita meminit Avienus in Ora v. 476. ut fua aetate dirutum iacuiffe adfirmet. Sertorius eo tamquam arce et receptaculo ufus erat. Cf. Strabo c. l. Cicero in Verrin. 5, 56. et 1, 34. In utroque tamen Ciceronis loco unius Dianii fit mentio, uti apud Plin. 3, 4. f. 3. et Ptolemaeum 2, 6. qui tamen aliter ac Plinius ad Edetanos conterminos refert. Cur autem *Ferraria* illud promontorium dictum fuerit, ex Strabone difcitur, qui in vicinia eius commemorat σιδηρεῖα εὐφυῆ.

Sucronenfis) An praeter Noftrum alius producat, ignoro. Satis tamen eum urbium fitu terminavit, et flexus adeffe debuit, quo ora inde a Dianio curvaretur. Nomen nactus eft a fluvio, vel ab oppido cognomini. Utriusque meminit Strabo 3. pag. 109. f. 158. et Plin. 3, 4. f. 3. fed pofterius aetate Plinii interciderat, quod fcribit: *Sucro quondam oppidum.* In bello Sertoriano ftetiffe, proelium Sucronenfe, quod in vicinia eius commiffum eft, fatis probat. Vid. Flor. 3, 22, 7. Plutarch. in Sertorio c. 19. in Pompeio c. 19. Appian. de B. C. c. 110. in. Videtur in illo bello excifum effe, quia nec Nofter habet, nec Ptolemaeus cum pofterioribus. Vid. etiam Rezzonico in disquif. Plin. T. 2. p. 12. qui in villam fenfim abiiffe putat, uti de manfione intelligit apud Antoninum in itin. p. 400. Succeffit in urbis locum vicus, h. *Cufiera*, non longe a ruderibus antiquae urbis remotus, ut ftatuit de Marca 2, 5, 4. Tum vero Strabo, qui urbem vocat, refpexit fuperiora tempora urbisque reliquias. Fluvius a pluribus commemoratur, et Conteftaniae fines fecit, ut ex Plinio 3, 4. f. 3. adparet et Ptolemaeo 2, 6. quos confentire do-

cet de Marca c. l. quamvis, ſi Dianium ſpectes, discrepant; Plinius enim ante Sucronem in Conteſtania ponit, Ptolemaeus poſt Sucronis oſtia tribuit Edetanis. Hodie *Suvar* ſ. *Xucar* dicitur, quod poſterius magis refert antiquam formam, quia X Hebraeorum שׁ aequat, unde etiam apud Nubienſem שׁקר dicitur, Vid. Penzel ad Strabon. Vol. 1. pag. 476.

Saetabim) Alii per *e* efferunt, de quo cf. not. crit. p. 437 ſq. Inſcriptionibus addi poteſt Gudius p. 318, 18. ubi *Saetabitanus* occurrit. Urbs fuit et fluvius hoc nomine. Illius praeter alios meminit addita voce πόλις Strabo 3. p. 110. ſ. 160. poſt Dertoſam et Saguntum, et inde viam paullum a mari recedere ſcribit, quo confirmatur Ptolem. 2, 6. qui in Conteſtanorum urbibus mediterraneis recenſet. Sed in hoc disſentit a Silio Ital. 3, 372. qui Sedetanis adtribuit, cuius exemplum ſimile adfuit paullo antea in Dianio. De ſitu dubitatur. P. de Marca 2, 6, 3. et urbem et fluvium h. dici contendit *Xativa*, nec aliter Harduinus ad Plin. 3, 4. ſ. 3. et Nonius in Hiſp. c. 68. Attamen Mannert in Geogr. p. m. 394. de urbe id pernegat, fluvium vero h. dici *Guadalviar* adfirmat, Bueſchingio p. m. 280. *Guadalabiar*, qui tamen Turiae hoc nomen vindicat cum aliis. Hoc ex Mela videtur effici poſſe, ſive *Sorobim* legas cum libris veteribus, ſive *Saetabim*, non poſſe eum eſſe *Xativa*, quippe qui in Sucronem exoneratur, neque ſic ſimpliciter a ſinu Sucronenſi excipitur. Equidem putem, ſi Mela ordinem fluviorum inde ab Ibero verſus Illicitanum ſinum tenuit, quod ſine gravi cauſa negari non poteſt, *Saetabim* ſ. *Sorobim* hic eſſe fl. *Millas*, qui prope vicum h. *Villa real* in mare exit, vel etiam *Murviedro*, cuius oſtium eſt prope urbem cognominem, quod propter mentionem Saganti veri ſpeciem habet, etſi Mannert p. m. 395. de Turia intelligit. Certe alteruter debet eſſe Plinii 3, 4. ſ. 3. *Uduba*, quia propius Iberum exhibet. Poſteriorem putat

Harduinus. Qui vero *Saetabim* exiſtimant eſſe *Xativa*, ut Petr. de Marca, hic *Serabim* legunt, et a Mela Saetabim omiſſum eſſe credunt. Disſerit de noſtro fluvio etiam Florez in Eſpaña Sagrada T. 5. pag. 48. et *Mijaſes* h. eſſe vult; urbem cognominem h. *Xativa* p. 40. ubi de ea plura adfert. Inde *Setabitos Auguſtanos* vocatos eſſe, ſcribit Plinius c. l. quod confirmatur inſcriptione lapidis apud Didacum in annal. Valent. 3, 39. in qua eſt *Saetabi Auguſtanorum.* Laudatur autem in hoc tractu praeſtantia lini, de quo cf. Sil. Ital. 3, 374. Plinio 19, 2. ſ. 1. Catull. 12, 4. et quae notarunt Harduinus ad Plin. c. l. et in praefat. Petr. de Marca 2, 6, 4. et Nonius in Hiſp. cap. 68.

Turiam) De ſcriptura dictum in not. crit. pag. 439 ſqq. Sine dubio nunc eſt *Guadalabiar*, qui prope Valentiam in mare effunditur, qualem fluvium intelligendum eſſe, oratio Melae declarat. Eſſe autem eum, qui Valentiam praeterlabatur, elucet ex fragmento Salluſtiano p. 965. ed. Cort. quare *Saetabis* idem minime eſſe poteſt, ut putat Mannert p. m. 394. Et ſic proelium prope Valentiam a Pompeio proſpere pugnatum *Turienſe* vocatur. Vid. Plutarch. in Pompeio cap. 18. conl. Cicerone pro Balbo c. 2. De Turia cf. etiam Reſendius in antiqu. Luſitaniae lib. 2. p. 74.

et alias quidem, ſed) Uſitato Graecismo, quem amat Palaephatus, v. c. 6, 2. 16, 3. 27, 3. Sic alii Graeci etiam ſolent, ut Dicaearchus pag. 4. Hudſ. πόλεις ἔχουσι πλείονας, καὶ Λευκάδα. Sic ἄλλοι, ἄλλα — καὶ δὴ dicitur. Exempla dabit Valckenar. ad Herodot. 6, 137. extr. Imitati ſunt Latini. Sic Ouid. Faſtor. 4. 689. *Is mihi multa quidem, ſed et haec narrare ſolebat.* Cf. idem 5, 99. Noſter 3, 5, 7. et 7, 6. Pro eo in Gr. etiam ἐν δὲ, ubi praecedit ἄλλα πολλὰ μὲν, v. c. Herodot. 2, 172. 5, 95. Theocrit. 2, 67. — Sic ἄλλοι τε

πολλοὶ — ἔτι καὶ (Conon narrat. cap. 29.) καὶ ἄλλοι, καὶ — (Herodot. 2, 10. f.).

Valentiam) Gr. Οὐαλεντία. (Ptolem. 2, 6.) In ſitu differunt Plin. 3, 4. ſ. 3. et Ptolemaeus, qui Conteſtanis adſcribit, in eo reprehenſus a P. de Marca 2, 7, 4. qui a ratione ſua discedens Conteſtanos ſic producit ultra Sucronem, cum antea Sucronem cum Plinio illorum terminum ſtatuat, et Valentia etiam ex Ptolemaei notatione ultra Sucronem reperiatur. Sed incertorum terminorum vel diverſorum in utroque exempla ſuperius habuimus. Valentia vero a mari sec. Plinium remota fuit 3 M. P. iuxta fl. Turiam ſita. Origo eius referenda eſt ad a. u. 616. quo Iun. Brutus iis, qui ſub Viriatho militaverant, agros et oppidum dedit, quod Valentiae nomen accepit, ut diſerte commemorat epitome Livii 55. Male id Surita ad Antonini itiner. p. 400. ad aliam Valentiam iuxta Tagi ripas refert, ubi nulla ſtetit, notatus ideo a Nonio in Hiſpan. c. 69. Marca c. l. et Cellario in Geogr. ant. 2, 1, 93. Hinc in inſcriptionibus apud Nonium c. l. legitur *Valentini Vetera(ni)* et *Veteres.* In bello Sertoriano deleta eſt a Pompeio, ut ipſe ſcribit in epiſtola ad Senatum. Vid. Salluſtii fragm. ex lib. 3. hiſtor. p. 965. ed. Cort. Proelii ad eam urbem meminit etiam Plutarch. in Pompeio c. 18. ſ. de excidio urbis nihil adfert. In ruderibus delituiſſe etiam Auguſti tempore ideo putat de Marca 2, 7, 4. quod, cum poſſet, Strabo non memoravit. Mirum id etiam viſum erat Suritae ad Antonin. c. l. Igitur Melae aetate vel paullo ante inſtaurata fuiſſe videtur, et Plinius c. l. diſerte coloniam vocat, ut inſcriptiones apud Gruter. p. 274. de quibus P. de Marca c. l. At ex ipſis illis inſcriptionibus non lapidum ſolum, ſed et numorum, mota eſt de tempore controverſia. Adferunt enim illae voces *Col. Iul. Valentia* ſ. *C. I. V.* ſ. *Col. Iul. Val.* quas tamen Petr. de Marca contra Ortelium de Valentia in Gallia Narbonenſi intelligit, cui adſentiuntur Florez

in Eſpaña Sagrada T. 8. p. 136. Eckhelius in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 60. et quidam alii; de noſtra Valentia Cellarius in Geogr. 2, 1, 93. et Weſſeling. ad Antonini itin. c. l. unde inſtauratio ad Auguſtum defertur. Plura de hac urbe dabunt Florez c. l. et Mariana de reb. Hiſpan. 12, 19. Hodie *Valencia*, apud Abulfedam *Balanſijah*.

Saguntum) In caſu recto etiam *Saguntus*, uti apud Stephanum ſ. v. Ζάκυνθος, Florum 2, 6, 3. in tabula marmorea apud Gruter. p. 499, 2. Exactius ſic ſcribi contendit adeo Patinius in numism. Imper. Roman. p. 70. et probare videtur Dauſqueius in orthogr. pag. 2. b. v. Plerique tamen *Saguntum* praeferunt, et τὸ aperte praefigit Strabo 3. pag. 115. ſ. 167. Cf. de hac terminatione Drakenb. ad Sil. Ital. 17, 329. Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. cap. 42. Nempe in utramque formam plura urbium nomina exeunt. A Polybio 3, 17, 1. et alibi vocatur Ζάκανθα. Stephanus habet Ζάκανθα, Ζάκυνθος et Σάγουντος, quaſi diverſae fuerint Hiſpaniae urbes. Prioris adpellationis cauſa repetenda eſt a Zacynthiis, quos conditores ferunt, v. c. Strabo 3. p. 110. ſ. 159. Liv. 21, 7. in. Plin. 16, 79. ſ. 40. ex Boccho, Appian. de reb. Hiſp. c. 7. Sil. Ital. 1, 290. Poſt acceſſerunt Ardeates, (Livius et Sil. Ital. c. c. l. l.) unde *Auſonia Saguntus* vocatur. (Sil. Ital. 1, 332.) Quae de remotiori origine Hiſpani quidam iactant, fabuloſa ſunt. Vid. Nonius in Hiſp. cap. 70. A mari paſſus ferme mile diſtabat, (Liv. c. l.) vel, ut Polybius 3, 17. ſcribit, ὡς ἑπτὰ στάδια; Plinius 3, 4. ſ. 3. tantundem, quantum Valentia, 3 M. P. Hodie tamen a mari abeſt 2 M. P. vel quod urbs antiqua latius patuit, vel quod mare receſſit. (Nonius c. l.) Sita fuit in ima parte montis in mare procurrentis in confinio Iberiae et Celtiberiae. *Longe opulentiſſimam* civitatem vocat Livius c. l. laudatque agri bonitatem et fertilitatem, ut Polybius 17, 2. Fidelem P. R. ſociam fuiſſe,

ab Hannibale expugnatam et misere deletam, ex multorum auctorum narrationibus constat, et Noster deinceps adtingit. Exarsit inde bellum Punicum 2. Octavo anno post receperunt eam Romani, cultoribusque pristinis, quos reliquerat vis belli, restituerunt. Vid. Liv. 24, 42. conl. 28, 39. *Pocula Saguntino luto ficta* praedicat Martial. 14, 114. Vid. de ipsa urbe plura apud Nonium c. l. H. *Murviedro* ab antiquis muris, qui illic etiam nunc supersunt. Conspiciuntur praeterea hodie ingentes ruinae, in primis vestigia et fragmenta amphitheatri, quae declarant priscam eius magnitudinem. Cf. Bourgoing Reise — T. 2. p. 106 sq. *Senatus* etiam *populusque Saguntinorum* occurrit in lapide. Vid. de Marca 2, 7, 5. c. l.

illam fide) Plin. 3, 4. f. 3. *Saguntum fide nobile.* Flor. 2, 6, 3. *fidei erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.* Ceterum sic *ille* apud Nostrum ponitur 1, 18, 1. TZSCHVCKE. Mela imitatus est Sallustium, qui iisdem verbis hanc urbem descripserat p. 115. ed. Gruter. [histor. fragm. 6, 18.] I. GRONOVIVS *MS.*

Illicitanus) Sic dictus ab *Illice* urbe, uti post tradit Noster et Plin. 3, 4. f. 5. H. *Golfo d'Alicante* a vicino oppido.

Alonem) Ptolemaeo [2, 6.] Ἀλωναί. Verum nomen puto esse Ἁλῶνα vel Ἁλώνη. Fuit hoc oppidum Massiliensium colonia, ut testatur Stephanus, cui vocatur Ἁλωνὶς νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας. Graecum igitur oportet sit vocabulum. Ut ergo παρὰ τῶν ἀνέμων ἀνεμώνη et similia, sic παρὰ τῶν ἁλῶν fit ἁλώνη. Praestantissimo enim sale et olim et nunc quoque abundat. Atque hoc solo argumento convinci possunt, qui Alonam hodie putant esse *Alicante*, cum ea urbs nullas habeat salinas. Certum est, Alonam id esse oppidum, quod olim Arabes *Tudemir*, Hispani vero *Guardamar* vocant, situm

in peninſula ad os Taderis fluminis, quod vulgo *Seguram* vocant. Innumerae illic et praeſtantiſſimae ſalinae, eoque ipſo loco veteres Alonam deſcribunt. VOSSIVS. Voſſio adſtipulatur Cellarius in Geogr. 2, 1, 98. De Tadere idem ſentit P. de Marca 2, 5, 5. ſed *Alone* illi eſt 2, 6, 2. nunc *Attea* ſ. *Villa joyoſa.*

Lucentia) Λούκεντον Ptolemaei libri meliores 2, 6. [uti etiam leg. adſcripſerat Bertius] non Λουκέντοι. Livius *Lucentiam* ſimiliter vocat lib. 22. [c. 20, 6.] Male vulgo *Longunticam.* Errat vero Ptolemaeus, quod Lucentum ponat inter Carthaginem novam et Urcin, cum quam longiſſime inde abſit, nempe inter Illicin et Dianium. Non poſſum ſatis mirari ſupinitatem quorundam Hiſpanorum, qui *Lucentum* hodie appellari *Luchent* vel *Lucenam* oſtendere conati ſunt. Vici iſti non tantum immenſum quantum abſunt a veteri Lucentia, ſed et plurimum a mari recedunt, cum Lucentiam ad mare omnes unanimiter ponant. Miror itaque nulli in mentem veniſſe, id quod tamen veriſſimum eſt, oppidum id hoc tempore vocari *Alicante*, nempe famoſiſſimum illud regni Valentini emporium. Articulum praefixere Arabes; ſitus vero tam bene congruit, ut melius non poſſit. VOSSIVS. Conſentit in hodierno illo nomine Petr. de Marca 2, 6, 2. aliique.

Illicen) Plin. 3, 4. ſ. 3. *Illici*, Ptolem. 2, 6. Ἰλικιάς, qui in Conteſtanorum mediterraneis civitatibus ponit. Remotior igitur forte paullo fuit a mari, ſed dignitate ſua ſinui nomen dedit, ut putat de Marca 2, 6, 1. Hodie *Elche.* De duplici *ll* cf. not. crit. pag. 442. de ipſa urbe Mayans 1777. 4. et Florez in Eſpaña Sagrada T. 7. p. 224. ubi et docet, *Ili* Turdetanis fuiſſe, quod Celtis *Briga.* Plinius *immunem coloniam* vocat, i. e. Italico iure donatam. Vid. etiam Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 51 ſq.

§. 7. *Carthaginem)* Intelligit novam, ut ſitus docet, quam vocem rarius tantum abeſſe monet Oudendorp. ad Frontin. 3, 9, 1. Sic Strabo 3. p. 107. ſ. 156. et poſt Καρχηδὼν νέα, et Polybius 2, 13. in. καινὴν πόλιν ab aliis adpellatam etiam fuiſſe tradit, ut apud Athen. 3, 92. (Schw.) ex Strabone, quod confirmat diſerte Stephanus. Eadem tamen etiam dicitur ἡ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καρχηδὼν, (Polyb. 10, 15. f.) *Hiſpana Carthago.* (Flor. 2, 6, 39.) Per ε vitioſe effert in medio Ptolemaeus 2, 6. Incolae eodem modo, quo Afri, producuntur. Conditorem Noſter commemorat Haſdrubalem, ut alii, v. c. Strabo 3. pag. 109. ſ. 158. Polyb. 2, 13. in. Sed Sil. Ital. 15, 192. *Teucrum vetuſtum*, quem quidem huc veniſſe et loca occupaſſe tradit etiam Iuſtin. 44, 33. Situm urbis deſcripſit Polyb. 10, 10. ad ſinum maris in monte inſtar paene inſulae excurrentis, cum regia in uno tumulorum, quibus eſt cincta; ex quo ſua petiit Liv. 26, 42. f. Cf. etiam Strabo c. l. et Sil. Ital. c. l. Munimenta in primis laudat Strabo, portus, lacus, metalla, quae ib. p. 102. ſ. 147. ex Polybio ab urbe ad 20 ſtadia effodi refert, ſalſamenta et maxime mercaturam. Et ſic recte κρατίστην πολὺ τῶν πόλεων vocat, ut Gellius 6, 8. *amplam civitatem.* Σπαρταγενῆ dictam fuiſſe notat Appianus de reb. Hiſp. cap. 12. f. et ſic *Spartariam* vocant Plin. 31, 43. ſ. 8. Antonin. in itin. p. 396. Iſidor. Orig. 15, 1. Cuius cauſa peti debet ex *ſpartario campo* in vicinia, ubi ſpartum largius proveniebat, quod et hodie in Valentiae regno obſervatur. Cf. Schweigh. ad Appian. Vol. 3. pag. 218. Harduin. ad Plin. 19, 7. ſ. 2. P. de Marca 2, 5, 6. Büſching p. m. 255. *Nova* dicitur ad diſcrimen veteris in Africa, cui et Cicero obponit in agrar. c. 2. et 2. cap. 19. *Veterem* quidem in Hiſpania commemorat etiam Ptolemaeus 2, 6. et in Ilergaonum urbibus ponit; quae tamen, ſi vere fuit, ab aliis ignoratur, vel dubie ad eam trahitur. Noſtram *Coloniam* vocat Plinius cum Iſidoro c. l. eamque a Iulio Caeſare deductam

putant ob literam I. i. e. Iulia in numis adpofitam. Pofteriori aetate nomen provinciae dedit, ut narrat Ifidorus et confirmat Schonhovii libellus Provinc. R. Antea notus fuit *conventus* ibi habitus ex Plinio 3, 4. f. 3. quem etiam infcriptio apud Reinefium in fyntagm. infcrr. vett. 3, 22. memorat. Sequenti tempore a Gothis fubverfa et in defolationem redacta eft. (Ifidorus c. l.) Hinc ex ruinis excitavit Philippus II. Hifpaniae rex, ne Afri fitus obportunitate adlecti illam occuparent. H. *Cartagena.* Multa de ea dabit Florez c. l. Tom. 5. p. 53 fqq.

quorum mentio) Oportet etiam ftatuere, meritum fuiffe illas barbaras adpellationes, tum ab Graeco, tum ab R. fermone abhorrentes, recenfere, quia fatis colligere licet, illas rifui fuiffe, quousque Auguftus Cantabriam domuit, quem, quum poetae tunc voluerunt laudare, faepe iocati funt ad adpellationem, quae verfui Romano non conveniret, neque grata foret; id quod oftendit certiffimum auctor lib. 3. c. 1. extr., I. GRONOVIVS *MS.*

Urci) Sic Plin. 3, 4. f. 3. fed 3, 2. f. 1. *Urgitanus finus.* Ptolem. 2, 6. Οὔρκη pro Οὔρκι ex pronuntiatione promifcua. Sed vid. not. crit. pag. 444 fq. de fcriptura et forma. An eadem dicta olim fuerit *Murgi,* quod ftatuit Voffius, dubitat et contra eum evincere ftudet Florez T. 8. p. 214. T. 10. p. 5 fq. c. l. De hodierno nomine disceptatur, et alii alia nomina proferunt, v. c. *Almeria,* (Olivarius ad h. l.) *Murcia,* (Efcolano decal. 1. hift. Valent. lib. 6. c. 4. n. 8.) *Vera,* (Büfching in Geogr. p. 221.) *Montroy,* (Mannert T. 1. p. m. 388.) *Almacaran,* (Voffius ad h. l. Harduin. ad Plin. 3, 3. f. 1.) *Muffacra* f. *Mujacra.* (de Marca 2, 3, 2.) Florez in Efpaña Sagrada T. 8. p. 214 fqq. ubi multa de fitu disferit, in orientali litore fluvii *Almanzar,* vel cis portum *Agvilas* ponendam cenfet. Multa etiam de fitu et hodierno nomine adfert de Marca c. l. §. 4. *Almeria* effe

non poteſt, cum ex Ptolemaeo adpareat, Urcin procul disſitam fuiſſe a Carthagine nova, immo id de Abdera verius alii exiſtimant. De aliis fere ſic indicat de Marca: *Vera* eſt antiqua *Barea*, quam Baeticae ultimam et Tarraconenſi confinem ſtatuit Ptolemaeus 2, 4. Cf. Plin. 3, 4. ſ. 3. An Urci in Antonini itin. p. 404. noſtra haec urbs ſit, ex locorum proximo intervallo dubitavit Weſſelingius praeeunte P. de Marca 2, 5, 4. qui putant eſſe h. *Orce*. At ea disputatio pertinet etiam ad fines Hiſpaniae Tarraconenſis et Baeticae in hoc tractu, quos alii ad Caſtulonem ponunt, ut Strabo 3. p. 115. ſ. 166. Plin. 3, 4. ſ. 3. ſi populos ſpectes, ille in *Carpetanis* et *Oretanis* lib. 3. p. 97. ſ. 141. *Baſtulos* tamen ad initium Tarraconenſis in ora revocat Plin. 3, 4. ſ. 3. in quo disſentire videtur a Ptolemaeo 2, 4. qui Baſtulos habitare adfirmat a Menralia ad Bariam, quam et ordine et gradibus ſupra Charidemi promontorium ponit, niſi ulterius etiam promovet Baſtulos, ut alibi Vettones. Sed quia Ptolemaeus Urcin ſuperius habet, intelligitur eum fines Baeticae coercuiſſe et Tarraconenſi eam adſcripſiſſe, ſecus ac Noſter, qui Baeticae dat. Plinius autem modo a Murgi initium orae Baeticae ducit, (3, 3. ſ. 2. conl. 3, 3. ſ. 1.) modo ab Urcitano fine Tarraconenſem inchoat, (3, 2. ſ. 1.) et inde diverſa progreſſione, iisdem verbis uſus, Baeticam Martian. Cap. 6. p. 202. Ex quo adparet, *Urcin* utriusque provinciae terminum ab hac parte fuiſſe.

Abdera) Gr. τὰ Ἄβδηρα, ut dictum eſt in not. crit. p. 446. Inde Ἀβδηρίτης apud Stephanum, qui ex Artemidoro eam urbem ad Gades ponit, a quibus longiſſime abfuiſſe, monuit hic Voſſius, quem probat Ptolemaeus. Phoenicum κτίσμα vocat Strabo 3. pag. 108. ſ. 157. Unde in hoc tractu memorat Plinius 3, 3. ſ. 1. H. notante ibi Harduino, aliis eſt *Almeria*, aliis *Adra*. Prius exiſtimant P. de Marca 2, 5, 3. Nonius in Hiſpan. c. 23. ubi etiam brevem urbis hiſtoriam contexuit,

posterius Florez, qui etiam de hac urbe exponit in España Sagrada. T. 10. p. 1 sqq. ubi simul P. de Marca refutat.

Suel) Ptolem. 2, 4. Σοῦελ in hoc tractu, ubi etiam Plinius 3, 3. s. 1. habet. Antonin. in itin. p. 405. a Malaga removet 21 M. P. etsi ibi *Sivel* legitur. At si Ptolemaei numeros conferas, duplo fere longius distabat. Omnes tamen post Malagam versus Gades ponunt, uti cum superioribus etiam Geogr. Ravenn. 4, 42. f. Qua de causa acriter in Melam invectus est Carter in Reise von Gibraltar — p. 127. Sed cf. not. crit. p. 446. Hodie *Fuengirola* ibi stare putant, idque probant ex lapide reperto, in quo *municipium Suelitanum* adpellatur. Vid. Aldrete lib. 1. orig. ling. Castellan. c. 2. et Reinesii syntagma inscrr. pag. 131. Ita etiam existimat Carter c. l. At Harduinus h. *Molina* esse vult, et inscriptionem illam fictam et recentem arbitratur.

Hexi) De varia nominis scriptura consuli possunt not. crit. p. 447. Apud Strabonem 3. p. 108. s. 156. adpellatur Ἐξιτανῶν πόλις, eiusque salsamenta laudantur, unde innotuit κολίας apud Athenaeum 3, 93. (Schw.) Plin. 32, 53. s. 11. Martial. 7, 77. Hodie sec. Harduinum ad Plin. 3, 3. s. 1. est *Almunecar*, idemque Suritam, Carum aliosque falli dicit, qui *Motril* esse voluerint, quod a Calpe oram legenti prius occurrat *Hexi*, quam *Salambina* apud Plinium, quae h. est *Salobrena*. Adsentitur Harduino Florez in España Sagrada T. 12. pag. 99. Ceterum olim *Firmum cognomine Iulium* dictum esse, tradit Plin. c. l.

Maenoba) Aliis *Menoba*, de quo in not. crit. p. 448. monui. Cognominem fluvium novit Plin. 3, 3. s. 1. quem nunc *Rio Frio* dici putat Harduinus ad c. l. ipsam urbem *Torres* s. *Torror*. Contra tamen Mannert in

Geogr. T. 1. p. 293. quaerit, ubi h. *Velez Malaga* vel poſt eam, quod Strabo 3. p. 99. ſ. 143. non in litore ponat, ſed ad aeſtuarium. Qui maris aeſtus etſi propter nexum aliarum urbium, ipſo etiam monente, ad tractum inter Sacrum promontorium et columnas pertinent, unde aliquantum diſſita eſt Maenoba, tamen, vel quod ἐπὶ πολὺ addit, vel quod alibi Maenoba non occurrit, noſtra haec eſſe debet, et ſic melius, quam ab Harduino, poni videtur. *Torror* enim iacet in litore, *Velez Malaga* paullum inde diſtat. Tum vero fluvius non eſt *Rio Frio*, ſed *Velez*, in quo Florez in Eſpaña Sagrada T. 12. p. 286. conſentit. Idem vero Maenacam Strabonis ex ſitu eandem exiſtimat, de quo deinceps.

Malaca) Gr. Μάλακα, (Strabo 3. p. 108. ſ. 156. Ptolem. 2, 4.) vel Μαλάκη, (Stephan. h. v.) unde *Malacitanus* in Graecis apud Stephanum, et in Latinis, ut adparet ex Grutero pag. 647, 1. et ex inſcriptione, quam exhibet Carter in Reiſe von Gibraltar — p. 278. Et ſic *ordo*, *resp. Malac.* et *Malacit.* (Gruter. pag. 267, 6.) Bochart in Chanaan 1, 34. f. a Punica voce *Malacha* i. e. *ſalſamenta* derivat, alii ab Hebr. voce *Melech*, ut Roa. Vid. Carter p. 262. c. 1. De origine eius multa inprimis Hiſpani adferunt, quae ex coniecturis pendent. Veteres auctores omnino haec fere de ea narrant. Phoenices conditores ex eius forma fuiſſe videntur. (Strabo c. l.) Tantum diſtabat a Calpe, quantum haec a Gadibus, i. e. 750 ſtadia. (Strabo c. l. et pag. 116. ſ. 168.) Fuit *urbs foederatorum.* (Plin. 3, 3. ſ. 1.) Quod ſi ad beneficium ex auxilio Romanis dato referas, non temere mireris, cur Mela inter oppida ignobilia recenſeat. Nam dignitate eiusmodi oppida ſuperabant ſtipendiaria, quae aeque ac libera narrante Suetonio c. 3. Caligula ſine lictoribus adibat. At Geographus alia videtur deſiderare, quae ex ignobilium numero eximant. Poſtero tempore fama crevit et opibus, ut multi lapides teſtantur, in quibus

Malacit. ordo, resp. conventus, negotiantes, arae et templa memorantur; *municipium* adeo adpellatur, quae omnia diligenter conlegit Carter p. 264 sqq. qui et historiam urbis dedit. Brevius de ea exposuit Nonius in Hisp. cap. 24. copiosius Florez in España Sagrada T. 12. pag. 275 sqq. Hodie *Malaga*. Quidam olim cum *Maenaca* commiscuerunt, quos refutat Strabo 3. p. 116. s. 168. quia haec Phocaeorum urbs fuerit, ultima versus occasum et a Calpe remotior, quam Malaca. Idem ex posterioribus fecit Avien. in Ora v. 427. ubi v. notata. Vossius addit Stephanum, quippe quem pro Μαλάκη scripsisse putat Μάκη. Ipse h. ponit, ubi est *Velez Malaga.*

Salduba) Latinis et Graecis. Plin. 3, 3. s. 1. in litore ponit, ut Noster. Contra in mediterraneis Turdulorum civitatibus producit Ptolemaeus 2, 4. at idem hic notat Σαδοῦκα ποταμοῦ ἐκβολάς, ubi sine dubio, Vossio etiam hic monente, rescribendum est Σαλδούβα. Ad cognominem fluvium sitam fuisse, innuit certe Plinius c. l. ubi fluvium nunc *Rio Verde*, urbem *Marbella* dici putat Harduinus, ut Martinière h. v. Contra Carter pag. 125. ubi et sqq. de Salduba disserit, cum ad fl. *Verde* nullae conspiciantur ruinae, ponit, ubi h. exstat *las Bavedas*, et veterem urbem municipium fuisse suspicatur, quod apud Plinium inter stipendiarias non numeretur. Quod vero Melam et hic increpat, qui eam cis Malacam posuerit, ut *Suel*, in eo fallitur.

Lacippo) Urbs hoc nomine occurrit apud Plin. 3, 3. s. 1. quam eandem esse inde adparet, quod statim *Barbesula* subiungitur et aliis stipendiariis interponitur, quae fuerunt in conventu Gaditano. At discrepat Ptolemaeus 2, 4. si est eadem urbs, vel recte is retulit. Nam in mediterraneis Turdulorum urbibus eam recenset procul a Barbesulis, quod et gradus adpositi docent. Deinde inter *Sacilim* et *Illiberim* prodit. Fuit igitur urbs a nostra

plane diverſa, ut plures idem geſſerunt in Hiſpania nomen. Ptolemaeo tamen adſentitur Carter pag. 128. et hinc a litore removet. Ipſe ponit prope *Caſares* in *Sierra de Ronda*, quam urbem ex vicinis ruinis, *Alecippe* nominatis, conditam eſſe incolae retulerant. Commemorat etiam varios lapides, quos vel ipſe reperit, vel ab aliis repertos inſpexit, ſine nomine tamen veteris urbis; quare nominis ſimilitudine ambigua tantum nititur. Si recte tabulae meae ponunt urbem *Ronda*, (*Caſares* enim non oſtendunt) ne haec quidem reſpondet Ptolemaeo. Büſching p. m. 219. in vicinia ponit veterem urbem *Acinipponem*, quae tamen ex Ptolemaei indicio longius verſus ſeptemtrionem a ſiniſtra erat remota.

Barbeſula) Genere neutro, de quo v. not. crit. p. 450. In ſitu notando conveniunt auctores. Sec. Marcianum p. 39. Hudſ. diſtabat a Carteia ſtadia 100 et a Transducta 200. a quo non multum recedit Ptolemaeus 2, 4. Idem vero cum Plinio 3, 3. ſ. 1. cognominem addunt fluvium, a cuius tamen oſtio aliquantum verſus occidentem ille removet, ita ut haec urbs ſita fuerit inter Transductam et Carteiam, uti etiam facit Marcianus. Fluvius h. vocatur *Guadiare;* urbs vero ipſa plane devaſtata intercidit. De eius vero ſitu disquirit Carter p. 118 ſq. et inſcriptiones lapidum adfert, qui ſaec. 17. ibi inventi ſunt, quorum unus habet *Barbeſulani.* Cf. etiam Florez in Eſpaña Sagrada T. 9. p. 51. Dubitari tamen poteſt ex iis, quae Marcianus et Ptolemaeus de ſitu adferunt, an recte haec urbs ad orientalem ripam cognominis fluvii ponatur, et ibi hodie quaeratur. *Coloniam* olim fuiſſe docet nummus apud Ortelium in theſ. Geogr. h. v. ubi haec: *Colonia Barbeſola legio XVIII.* At Goltzius in theſ. p. 238. exhibet *Barbeſula.* Harduinus ad Plin. c. l. *Guadaiara* h. putat ad amnem cognominem, in quo tamen alios diſſentire ſuperiora declarant. Scribendum vero ab Harduino fuiſſe *Guadiaro*, monet Florez p. 50. c. l.

§. 8. *pelagus)* *Herculeum.* Silius lib. 1. [v. 199.] *Herculeo dirimente freto.* VADIANVS.

Calpe) Gr. etiam Κάλπη. Καλπία tamen legitur in Nicolai Damasc. fragment. p. 105. ed. Orell. Eustath. in Dionys. v. 64. Κάλπη καλουμένη βαρβαρικῶς, Ἀλύβη καθ' Ἕλληνας. Ita vero discrepat ab aliis, qui Κάλπη habent in Hispania, in obposita Africa Ἀβύλη, de quo dictum est ad 1, 5, 3. Occurrit quidem Ἀλύβη in vulgaribus Ptolemaei exemplaribus 4, 13. sed in Africa ponitur, et Cd. Palat. ibi habet Ἀβύλη. Ita vero dictam putat Carter p. 6. c. l. quia tamquam situla in mare a continenti promineat, unde etiam recte a Mela describatur. Etymologiam illam praeivit Salmas. ad Solin. p. m. 203. vel etiam Schol. Iuvenal. ad 14, 279. qui, *urnae*, inquit, *similis mons*, et pluribus ad nostrum locum explicavit Vossius ex Gr. κάλπη. Alii aliter comparant, et sic Strabo 3. p. 96. s. 139. νησοειδὲς ὄρος vocat, etsi στηλοειδὲς malint Vlitius ad Nemesiani Cyneg. v. 252. Vossius ad nostrum locum, quam emendationem probat etiam Florez T. 9. p. 28. c. l. Certe Ptolemaeus 2, 4. Marcianus in periplo p. 39. Hudſ. Κάλπη — ὄρος καὶ στήλη explicant. Ex periphrasi Mamertin. in genethl. Maximiani c. 16. f. *Calpetanum montem* vocat. H. *Gibel Tarif* a Maurorum duce *Tarif*, qui in eo scopulo an. 714. urbem et castellum condidit. Cf. Carter p. 9. c. l. Disputatur vero, an ibi olim urbs steterit, quod idem negat contra Harduinum ad Plin. 3, 3. f. 1. etsi hic eandem Carteiam esse statuit. In Strabone 3. p. 96. s. 140. Κάλπη πόλις ἀξιόλογος καὶ παλαιὰ commemoratur et omnino a Nicolao Damasc. c. l. Tzetze Chil. 8, 217. Antonino in itin. pag. 406. Accedit numus e thesauro Christinae Reginae, in quo caput Philippi iunioris adparet cum inscriptione: *C(olonia) I(ulia) Calpe.* Cf. Spanhem. de usu — num. p. 600. et Noris. in Cenotaph. Pisan. p. 207. quae conlecta omnem de urbe dubitandi causam removerit, quam obiecerunt Casaubon. ad Strabon. c. l. et Bochart. in Chan. 1, 34. Uter-

que enim in Strabone pro Κάλπη emendabant Καρτηΐα. Vid. Wesseling. ad Antonin. it. c. l. qui urbem adserit, renitente tamen Mannerto p. m. 291? c. l. Oberlino ad Vib. p. 311. et Penzelio ad Strabon. V. 1. p. 606. Sic nuper etiam James in the history of the Herculean Streats iudicavit, Calpen et Carteiam unam eandemque urbem fuisse, cuius inferior pars dicta fuerit *Carteia*, superior *Calpe* versus occidentem Carteiae, ad montem Calpen in flexu sinus urbis *Gibraltar*, prope fl. *Guadarangue*, ubi h. est *Roccadillo;* ex ruinis addit, Arabes circiter an. 711. condidisse urbes *Algézira* et *Gibraltar*, in diverso quidem loco et situ. Florez in España Sagrada T. 29. p. 29 sq. aut Carteiam scribendum censet, ubi Calpe tamquam urbs occurrit, aut promiscuum urbis fuisse nomen; inscriptionem superiorem aut suspectam esse, aut ad Bithyniae urbem in Stephano referendam. Cf. etiam Harduini op. sel. pag. 41. Quod Marcianus c. l. Calpen a Carteia stadiis 50 removet, de monte intelligunt, ut in Ptolemaeo, qui utraque notatione a Calpe Carteiam distare ait 41 stadiis. Strabo vero c. l. diserte inter montem Calpen et cognominem urbem intervallum statuit 40 stadiorum, eamque olim Heracleam in conditoris memoriam nominatam fuisse, ex Timosthene refert, et sic Ambrosius Moralis 12, 68. et Mariana rer. Hispan. 6, 22. *Heracleam* ad *Gibraltar* referunt, et Calpen eodem Nonius in Hisp. c. 10. Equidem duo distinguenda esse existimo, quae neglecta videntur, utrum in monte Calpe cognominis urbs steterit, an haud procul inde. Prius nego, posterius non renuo, cum id Strabo diserte confirmet, et Casauboni emendatio nimis sit violenta, et Carteia separatim a Strabone commemoretur. Calpe tamen, si de monte dicatur, h. est Gibraltar, rupes satis celebrata.

specus) Hunc locum optime explanat et inlustrat Carter pag. 20. c. l. Quod vero Noster dicit: *totus*

admodum pervius, hodie mutatum inveniri, adfirmat idem, quia immenſa ſaxa interiores meatus et receſſus occludunt et obſtruunt. H. vocatur *ſpecus S. Georgii*, cuius aditus anguſtus, interiora latius patent. Hiſpanus interpres, Gonzalez de Salas, hac interpretatione locum ſe expediiſſe putat: *caſi tanto eſpacio hueco, quanta es la abertura de la miſma cueva. Exeſa montis viſcera* commemorat etiam Silius Ital. 5, 396. in quae pelagus inrumpat.

§. 9. *Carteia)* Gr. Καρτηΐα. Stephanus tamen ſcribit Καρθαία, ut Appian. de B. C. 2, 105. alii etiam Καρπία vel Καρπηΐα, ut Pauſan. 6, 19, 3. Stephanus h. v. Eam olim Carthaginienſes occupaſſe, quippe qui maiorem eius provinciae partem imperio ſuo adiecerunt, ut auctor eſt praeter alios Iuſtinus 44, 5. a vero non abhorret. Hannibalem adiuvit in bello Punico ſecundo, quod tradit Sil. Ital. 3, 396. Sub Scipione expulſis Carthaginienſibus expugnata non ſolum eſt, ſed et in *coloniam* redacta *libertinorum*, de qua Liv. 45, 3. et ibi interpretes. In numis tamen coloniae vocabulum non additur, ut adparet ex iis, quae congeſſerunt Florez in Eſpaña Sagrada T. 10. pag. 48. Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 405 ſq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 17. Portus paſſim fit mentio, in primis apud Liv. 28, 30. ubi urbem ſic deſcribit: *Sita eſt in ora Oceani, ubi primum e faucibus anguſtis panditur mare.* Et ſic ad Oceanum etiam ponit 43, 3. unde Glareanus ad priorem locum exiſtimat, extra fretum fuiſſe ſitam ad Baetis fl. oſtia, quem veteres antea Tarteſſum adpellaſſe tradunt Strabo 3. p. 102. ſ. 148. Pauſan. 6, 19. Stephan. h. v. Alii duplicem Carteiam ſtatuunt, ut Nonius in Hiſp. c. 11. unam ad fretum, alteram in Olcadibus, ex Livio 21, 5. ubi tamen ex Polybio 3, 13, 5. melius Althaea legitur. Cf. et Stephanus h. v. Mirum tamen id eſt, quod conſtanter Livius Carteiam extra fretum ad Oceani oram

ponit, uti elucet maxime ex 28, 30, 3. Alii enim dissentiunt, et Noster in ipso freto ita ostendit, ut multae aliae urbes sequantur, antequam perveniatur ad Iunonis promontorium et Gades, quibus fretum finitur. Eundem ordinem tenent etiam Marcianus p. 39. Hudf. Ptolemaeus 2, 4. Dionysius v. 336. etsi in recensu singularum urbium discrepant, in primis Marcianus. De hodierno situ magna agitur inter Geographos quaestio, de qua cf. Wesseling. ad Anton. itin. p. 407. Sic Mariana 1, 2. c. l. putat esse *Tariffa*, Ambrosius Moralis et Nonius in Hispan. c. 11. Schottus in praef. ad Melam *Algezira*, Rod. Carus in antiquit. Hisp. 3, 74. Florez T. 4. pag. 24. 28. c. l. *Torre de Carthagena*, Wesseling. c. l. qui sequitur Conduit in philosoph. transact. an. 1719. p. 904 sq. *Roccadillo*, idque probat ex spatio, quod in comment. B. Hisp. c. 32. Cordubam et Carteiam separat, et ex ruderibus et numis ibi erutis, qui caput turritum et *Carteiam* praeferant. Idem operose egit de la Nauze in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 96. Carter, qui singulari diligentia loca ista a se explorata dicit, et historiam urbis contexuit p. 30 – 70. in ruinis iacere existimat, quae conspiciantur prope fl. Guadaranque uno stadio ab eius ostio, quod evincit ex multis ruderibus, numis maxime, in vicinia repertis, quorum ipse plurimos exhibet ad calcem itinerarii, quibus augeri potest Raschii Lex. num. T. 1. P. 2. pag. 405. Eum refutavit Mannert in Geogr. T. 1. p. m. 289. propter Marciani et Strabonis notationes, et ipse infra *Algezira* ponit, prope turrim *del Carnero*. Hoc constat, a Livio minus bene situm indicatum fuisse, forte quia Tartessum cum Carteia confunderet et eandem putaret, ut alii. Ponenda nunc videtur inter *Gibraltar* et *Algezira*, ubi Büsching p. m. 242. notat *San Roque*. Caput turritum, quod numi praeferunt, rarum est in occidente, nec praeter hanc et Romam aliam se urbem hac figura instructam vidisse, adfirmat Montfaucon in antiqu. expl. Vol. 1. liv. 1. ch. 1. p. 7.

aliquando Tarteſſos) Nomen antiquiſſimis temporibus celebratum. Quod enim ſupra vidimus, Phocaeenſes in haec loca adpulſi Tarteſſios ibi cum Arganthonio rege invenerunt. Gr. Ταρτησσὸς et inde Ταρτήσσιος, Ταρτησσὶς apud Stephanum. Latini *Tarteſſius*, *Tarteſſiacus*, ut *nutritor ſtabuli Iberi* a Martiale 8, 28, 5. vocatur Baetis, et 9, 62, 1. *Tarteſſiacae terrae.* Recte vero addit Noſter: *ut quidam putant.* Nam non omnes, quod hic adnotaverat I. Gronovius MStus, potuerunt conſentire de re tam vetuſta, prout apud Graecos certe nihil de Hiſpania notius fuit antiquitus quam *Tarteſſus*, unde id nomen continuo manſit apud poetas in deſcribendo ſolis occaſu, [Ovid. Metam. 14, 415.] ut etiam *litus Tarteſſium* occurrat apud Senecam in Herc. fur. v. 232. I. GRONOVIVS *MS.* Disputatur autem de ſitu, et duae in primis dominantur ſententiae, vel, ſi quis malit, tres adeo. Quidam enim intra duo Baetis oſtia ponunt, qui fluvius etiam olim ſecundum quosdam Tarteſſus eſt adpellatus. Vid. Strabon. 3. p. 102. ſ. 148. Pauſan. 6, 19. in. ubi Ταρτήσιος ποταμὸς, Euſtath. ad Dionyſ. v. 337. Heſychium ſ. v. Γαλῇ, ubi ponit ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν, illique urbi etiam Arganthonium regem praeficit, a quo Tarteſſiacum tractum *Arganthoninos campos* dictos fuiſſe putat Scaliger in lectt. Auſon. 2, 30. in Sidon. Apollin. carm. 2, 368. quamvis ibi Savaro ex Cdd. praefert *Agrigentini campi.* Poſt eam urbem nomen *Gadir* accepiſſe quidam volunt, quae vox in Punica lingua locum conſeptum ſignificat. Cf. Avien. in ora v. 85. 267. Heſych. ſ. v. Γάδειρα. Cum vero *Gadir* de Gadibus, inſula, frequentatum ſit, ut notat Plin. 4, 36. ſ. 22. inde factum eſt, ut de hac inſula alii Tarteſſum intelligerent, et ſic Plinius dictam etiam fuiſſe diſerte monuit. Porro cum quidam Gades nomen ad Erythiam etiam referant, (Strabo et Plin. c. c. l. l.) factum eſt inde, ut fabulam de raptis Geryonis ab Hercule bobus huc revocarent, ut ex Arriano de exped. Alex. 2, 10. coniicere licet, quod in Tarteſſo Herculi templum

ſtructum eſſe narrat. Gadibus enim hoc fuit (Strabo 3. pag. 117. ſ. 169. Mela 3, 6, 1. Iuſtin. 44, 5. in.) et Geryones a quibusdam in Hiſpania ponitur, unde *armenti dives Iberi* ille dicitur ab Ovidio epiſt. 9, 91. et hinc *Erytheidae boves* ab eodem Faſtor. 1, 543. abactae illae boves dicuntur. Cf. 5, 549. Vid. Herodot. 4, 8. Plin. 4, 36. ſ. 22. Dionyſ. Hal. 1, 39. in. Apollodor. 2, 5, 10. Iuſtin. 44, 4. f. alii. Minime tamen contra ad Iberiam id pertinere, iam olim tradidit Hecataeus notante Arriano c. l. Cf. etiam Palaephat. c. 25. Alii *Tarteſſum* poſtea *Carteiam* dictam eſſe opinantur, et hinc promiſcue utroque nomine utuntur, ut Plinius 3, 3. ſ. 1. Dubitanter, ut Noſter, Strabo 3. p. 104. ſ. 151. Quare cum ibi olim regnaſſe Arganthonius feratur, Sil. Ital. 3, 396 notationem Carteiae urbis petit. Vid. quae contra diſſeruit Suarez de Salazar in antigu. de la Isla — Cadix 1, 4. p. 31. Sed de la Nauze in Memoires — de Paris T. 30. p. 98 ſq. ubi prolixe de his locis disquiſivit, Plinio praeeunte evincere ſtudet, Graecis fuiſſe Carteiam, Latinis *Gades*, hoc quidem maxime ex Sil. Ital. 3, 396. 399. Cicerone ad Att. 7, 3. aliisque. Hinc vero varie turbantur veterum narrationes, de quibus praeterea conſuli poſſunt, qui de noſtro loco prolixius expoſuerunt, Salmaſ. ad Solin. p. m. 201 ſq. Bochart. in Chan. 1, 34. et D'Anville in Memoires — de Paris T. 30. pag. 113 ſqq. Ceterum *Tarteſſum* etiam ſua aetate Carpeſſum dictum fuiſſe, unus tradit Appianus de reb. Hiſp c. 2. f. c. 63. f. de quo, ne diutius his immorer, vid. interpretes ad c. l.

quam et transvecti) Plenius Salluſt. Iug. 18. ſ. 21. *navibus in Africam transvecti Medi.* TZSCHUCKE. Quaſi non auderet proprium nomen ponere, quod etſi aliquoties ab Latinis pronuntiatum legamus fuiſſe *Transductam*, prout etiam in ipſis numis adhuc occurrit, tamen verum nomen ex illius regionis lingua erat *Ioza*, ut hinc videatur peculiarem hanc recenſuiſſe urbem, non ut

patriam ſuam, quae demum ſequitur, etſi docti viri haec interdum miſcuerint. Certe etiam ipſe Caeſar in B. Alex. c. 56. novit hic TRAIECTVM. I. GRONOVIVS *MS.* Τραυςδούκτα eſt in Ptolem. 2, 4. Τραυςδοῦκτα tamquam neutrum pluralis numeri in Marciano p. 39. Hudſ. Adtingit etiam Geogr Ravenn. 5, 43. In numis legitur *Iul.* vel *Iulia Trad.* de quibus vid. Florez T. 10. pag. 50. c. l. Carter c. l. Tab. 1. Ennery in catalogue des medailles — n. 3279. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. pag 30. aliique producti a Raſchio in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1439 ſqq. In Strabone 3. p. 96. ſ. 140. videtur eſſe Ἰουλία Ἰόζα. Narrat enim, Romanos ex Zele Tingi vicina urbe incolas in obpoſitam regionem i. e. Hiſpaniam traduxiſſe additisque Italis novae urbi nomen *Iulia Ioza* impoſuiſſe. Poenis autem *Iozam* idem eſſe, quod Romanis *Traductam*, docet Bochart. in Chanaan 1, 34. et *traiectum* ſignificare, quamvis rectius ſcribendum ſit *Goza* a עָז traiicere. Cf. idem 1, 24. ubi prolixius explicat vocem, cuius vim ſe ignorare fatebatur Salmaſ. in Solin. p. m. 204. Cum Bocharto conſentit etiam Mazoch. ad tab. Heracl. pag. 66. *Iuliam Traductam* commemorat etiam Plinius 5. in. ſed in Mauretania ponit et Claudio deductam narrat, unde multas doctorum virorum expertus eſt caſtigationes, de quibus vid. notata ad 1, 5, 2. Vaillant in num. aereis imperator. — in coloniis P. 1. p. 67. *Tingentera* eius primum nomen fuiſſe putat, cui ſucceſſerit *Iulia Cetraria* a Iulio, poſt *Traducta* a traductis civibus Auguſti iuſſu; *Iuliam* enim ad Auguſtum pertinere non poſſe, nec alias ſic diſcrimen dari. At ita occurrunt de coloniis voces *Iul. Aug.* quia Iulius condiderat, Auguſtus inſtauraverat. Ita, ſed ex adoptione, ad Auguſtum referendum eſſe docet Noriſius in Cenot. Piſ. 1, 2. p. 89 ſq. A Mellaria remotam fuiſſe ſtadiis non amplius 115, nec minus 123, adfirmat Marcian. c. l. Antonin. in itiner. p. 407. *portum album* commemorat, qui a Mellaria diſtabat 12 M. P. quae faciunt 96 ſtadia, ut in vicinia

Traductae fuisse videatur. De la Nauze in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 102. eundem locum esse putat. De situ hodierno disputatur. Florez in España Sagrada T. 10. p. 54. uti de la Nauze p. 103 sqq. putant hodie esse *Algeziras*, de quo ideo dubitat Carter p. 25 sq. c. l. quod in numis adparent *aristae*, *uvae* — quae declarent, urbem fuisse mediterraneam, non maritimam, nec vites unquam illud solum tulerit. Ipse quidem locum propius non designat. Büsching p. m. 241. ponit, ubi nunc est *Tariffa*, cui ex Marciani notatione adsentitur Mannert p. m. 286. Ceterum Casaubonus ad Strabonem c. l. verba haec: *et quam — habitant* non ad Traductam, sed ad Carteiam refert. Offendit tamen sic particula *et*, quae adiectivo subiicitur de eadem re, non item nomini proprio, ut hic Tartessos. Melius tum videatur verba *atque unde* — superioribus adnectere, et utrumque ad eandem urbem accommodare. De *Tingentera* satis dictum est in not. crit. p. 455 sqq.

Mellaria) Sic et Graeci vocant, neque tamen omnes constanti librorum lectione. Multi enim in Strabone 3. p. 96. s. 140. praeferunt Μενραλία, uti exstat in Marciano p. 39. Huds. et Ptolemaeo 2, 4. in. quam scripturom more Graecorum fieri docet Salmas. ad Solin. p. m. 205. in Latinis minime reddendam. Plutarch. in Sertorio c. 12. in. Μελλαρία. Stephanus s. v. Βῆλος habet Μηλάρια. At in saxo apud Gruter. p. 321, 10 legitur *Ordo Mellariensis.* Sic *Mellaria* scribitur etiam in Plinio 3, 3. s. 1. *Melaria* in Geogr. Ravenn. 4, 42. At duplex fuit *Mellaria*, una prope Cordubam, altera iuxta Belonem. Illam h. esse putant *Fuente de la Ovejuna*, ubi Gruteriana inscriptio inventa est. Occurrit eadem apud Antoninum in itin. pag. 415. qui a Corduba removet 52 M. P. cum alteram distare a Belone dicat 6 M. P. p. 407. a quo tamen satis discrepat Marcianus notatus ideo a Wesselingio ad Anton. p. 407. Idem nomen a melle ducit. De situ

hodierno diverſae feruntur opiniones. Harduinus *Milareſe* putat. Carus in ant. Hiſp. 3, 58. *Beies de la miel.* Alii, ut Conduit, in *Val de Vacca* quaerunt, ita tamen, ut eius maior pars fluctibus hauſta fuerit, cui adſentitur Weſſeling. Inter *Tariffa* et *Val de Vacca* ſitum illi adſerit de la Nauze in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 107. quia alias intervalla ab Antonino p. 407. notata non conſtent. Nec disſentit omnino James c. l. qui verſus occidentem ponit a Mellaria in eodem tractu, ubi ruinae urbis in mari conſpicuae ipſi videntur fuiſſe vetus Mellaria. Mannert p. m. 285. c. l. nunc vocari dicit *Touro de la Penna.* Haud magnae dignitatis urbem fuiſſe, patet ex Plinio, qui c. l. *oppidum* quidem vocat, ſed antea in praefatione *vicum.* Salſamenta ibi condita praedicat Strabo 3. pag. 96. ſ. 140. et πορθμὸν Plutarch. c. l. ubi Sertorium in pugna navali Cottam viciſſe ſimul narrat.

Belo) Gr. Βελὼν, et ſic Plin. 3, 3. ſ. 1. *Belon.* Ptolemaeus 2, 4. ex vitio forte Βαίλων, ut Geogr. Ravenn. 3, 42. per *ae.* Sic Stephanus Βῆλος habet, quae eadem eſt urbs iudice etiam Holſtenio p. 66. ab Stephano ſuo loco uſitate ſcripta. In numis tamen legitur *Bailo.* Cf. Raſchii Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1442. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 15. Hinc *Belonenſis,* ut *civitas* apud Martian. Cap. 6. p. 215. In Antonini itiner. p. 407. additur cognomen *Claudia*, quod a Claudio imperatore impoſitum videtur, qui eam urbem vel auxit vel ornavit. A Mellaria removet Marcian. p. 39. Hudſ. ſtadiis 100 ad 140. ſimulque cum Strabone 3. p. 96. ſ. 140. et aliis memorat *Belonem fluvium*, a cuius oſtiis diſtabat 50 — 75 ſtadiis, aliquanto tamen pluribus ſec. Ptolemaeum, ubi Belonis oſtia habent 36, 10. et Belon urbs 36, 40. ita, ut recte monente Mannerto p. m. 285. in mediterraneis urbibus poni poſſit, cum tamen ipſe etiam recenſeat in maritimis, ex quo adparet, niſi valde erra·

verit Ptolemaeus, numeros eſſe corruptos. Differt vero etiam a Marciano Antoninus, qui a Mellaria diſtare ſcribit 6 M. P. qui efficiunt tantum 48 ſtadia. Quod ſi vero *Val de Vacca*, aut in vicinia locus, eſt Mellaria, uti ſupra eſt dictum, *Bolonia* nunc eſſe videtur, quae urbs, ut ex dimenſione facta adfirmat Conduit, totidem inde paſſibus diſtat. Cf. p. 921 ſq. c. l. Nomen etiam urbis illam coniecturam tueri videtur. Cf. Weſſeling. ad Antonin. c. l. Alii tamen aliter ſentiunt. Sic Carter c. l. in tabula adnexa n. 87. *Barbate* eſſe putat fluvium et urbem, ad quem fluvium Büſching p. m. 242. ponit vicum *Vegar de la Frontera*. Mannert p. m. 284. tenuem eum rivum nunc eſſe putat, qui ex lacu *de la Janda* effunditur in mare, ipſam urbem magis ad orientem ſitam in promontorio *Cabo Murinal*. James c. l. ruinas urbis partim a mari obrutas conſpici adfirmat. Strabo c. l. ἐντεῦθεν, inquit, οἱ διάπλοι μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυρουσίας, καὶ ἐμπόρια καὶ ταριχεῖαι. Spatium ipſe non definit, alii diverſis numeris. Nam Plin. 5. in. *Tingis*, inquit, *abeſt a Belone oppido Baeticae proximo traiectu* 30 M. P. pro quibus Solinus c. 24. ſ. 27. in. habet 33. ut Martianus Cap. 6. p. 215. In Antonini itin. p. 495. plerique codices conſentiunt in numero 220 ſtadiorum, quae cum tantum efficiant 27 M. P. Surita cum Caſaubono ad Strabonem, ut cum Plinio ille conveniret, maluit ſubſtituere 240 ſtadia.

Beſippo) Plinius 3, 3. ſ. 1. Ptolem. 2, 4. ſ. per diphthongum exprimunt; ut Noſter Antonin. in itin. p. 408. ex recenſione quidem Weſſelingii, cum antea *ae* praeferretur. A Belone diſtabat 12 M. P. (Anton. c. l.) Ptolemaeus ab ora removet et in interioribus Turdetanorum recenſet, ita ut alia urbs videatur, ut putat Mannert p. m. 284. c. l. forte eadem, quam ſub *Beſſiponis* nomine ſuper fretum ponit Geogr. Ravenn. 5, 43. in. Quod vero Harduinus ad Plinium c. l. putat, noſtram a Ptole-

maeo vocari Μενεσθέως λιμὴν, id locorum ſeries non patitur, nec ſitus promontorii Iunonis, ultra quod promovet illum portum, ut Marcianus pag. 41. Hudſ. quos tuetur Strabo 3. p. 96. ſ. 140. Mela autem diſerte hinc reiicit cum Plinio. Ex quo intelligitur, erraſſe etiam Carum in antiqu. Hiſp. 3, 48. qui hunc portum ad Beſipponem retulit, ubi h. eſt *Puerto di S. Maria* ad fl. *Guadalete*, quae nimium inde diſtant, et ultra *Traſalgar* (Iunonis promontorium) quaeri debent. Melius Conduit, notante Weſſelingio ad Anton. c. l. ruinas urbis h. ad *Traſalgar* adparere, et ab Hiſpanis *Agvas de Mecca* vocari adfirmavit. De la Nauze in Memoires de litterature — de Paris T. 30. p. 110. ex Antonino ad oſtium fl. *Barbate* ponit inter *Bolonia* et *cap Traſalgar*, ad cuius acumen minus recte conſtituat Conduit p. 922. c. l.

Iunonis promontorium) Ut ita diceretur, fecit Iunonis in illo templum. Sic enim Marcianus pag. 40. Hudſ. ἀκρωτήριον, ἐν ῷ πορθμὸς καὶ ὁ ναὸς τῆς Ἥρας. Ita etiam Ptolem. 2, 4. in. tantum melius ἀφ' οὗ pro ἐν ῷ. H. *Cabo di Traſalgar.* Male Olivarius *S. Maria*, quem ideo refutat Florez in Eſpaña Sagrada T. 9. p. 33 ſq.

CAP. VII.

MEDITERRANEI MARIS INSULAE.

§. 1. *Gades)* Sic, numero plurali, efferri ſolet. Quod adfirmat Cellarius 2, 1, 126. et ex eo alii quidam, ſingulari etiam dixiſſe Livium lib. 4. extr. *Gadis*, equidem non inveni, vel *Gadis*, ſi exſtat in edd. pro *Gades* poſitum eſt, uti adparet ex Iul. Caeſ. de B. C. 2, 18. Graecis eſt τὰ Γάδειρα, vel ἡ Γαδειρέων ſc. νῆσος, e. g. apud Palaephat. 32, 10. Feminino genere etiam ex Eratoſthene ἡ Γάδειρα refert Stephanus h. v.

probante Euſtathio ad Dionyſ. v. 64. et 451. Grammatici nomen derivant ἀπὸ τοῦ γῆ et δειρὰ, quaſi ταινία vel ἐξοχὴ τῆς γῆς, ut Stephanus, Euſtathius aliique, quos ad Stephan. p. 155. memorat Berkelius, ubi addi poteſt Suidas h. v. Melius alii ex Punica lingua interpretantur, in qua τὰ Γάδειρα dicuntur περιφράγματα ſec. Heſychium h. v. Confirmant id Plin. 4, 36. ſ. 22. Solin. c. 26. ſ. 23. Iſidor. Orig. 14, 6. Avien. v. 615. et in ora v. 268. qui *Gadir*, vel, ut aliis placet, *Gaddir* (cf. interprr.) a Poenis ſeptum, ſepem, conſeptum locum vocari tradunt, quod etiam *Gades* ſignificare ſcribit Iſidorus, etſi Bochartus in Chanaan 1, 34. ibi emendat *Gadir*, quod et reſtituendum eſt in Schol. Lucani 7, 187. Nihil autem illa voce Hebraeis, Syris, Arabibus eſſe notius adfirmat Bochartus, ſimulque docet, in una tribu Iudae multa inde oppida nomen traxiſſe, ut in Graecis χάραξ dicatur, in Latinis *caſtrum*, de quo expoſuit Salmaſ. ad Solin. p. m. 346. Cf. etiam Reinelius de L. Punica cap. 8, 25. et de Gadir Schrader. ad Avieni perieg. v. 100. Wernsdorf. ad eiusd. oram v. 268. et quos illi laudant. Tum vero Grammatici illi minus recte explicant. A Gadiro, Graecis Eumelo, qui primus tenuit, nomen impoſitum vult Plato in Critia pag. 50. Bip. De aliis et priſcis nominibus Avienus in perieg. v. 612. ſic: *Haec Cotinuſſa prius fuerat ſub nomine priſco, Tarteſſumque dehinc Tyrii dixere coloni; Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat; Poenus quippe locum Gaddir vocat undique ſeptum Aggere producto.* Conſentiunt, quos ibi producit Schraderus, Dionyſ. v. 455. Tzetzes Chil. 8, 688. (et ad Lycophr. v. 648.) Priſcian. in perieg. v. 463. Cotinuſſa dicta ab oleaſtri copia, Gr. κότινος. Cf. Schol. Ariſtoph. ad Plut. v. 586. Euſtath. ad Dionyſ. v. 451. et ex Timaeo Plin. 4, 36. ſ. 22. de hoc nomine, qui et in reliquis conſentit. Ritterus tamen ad Guthrie Allg. Welt-Geſch. P. 5. T. 2. p. 311. cum Graeci eo non venerint, et ſuum nomen a Punico Gadir duxerint, ſi vere Cotinuſſa

ea infula dicta fit, a prifcis Hifpanis illud nomen derivandum cenfet. Ex Germanica lingua adeo quidam petunt, quafi *Got-houfe.* Vid. Mentelle Erdbefchr. T. 7. p. 221. Quod Solinus c. 26. f. 23. addit nomen *Erythia,* de una infula cepit, quod de duabus narrat Plinius, ut docet Salmaf. ad Solin. p. m. 201. Ita tamen etiam fecit Ifidorus c. l. de Erythia. Sed et turbant hic alii. Sic binas infulas, nomine Γάδειρα, commemorat Scylax p. 1. et 51. Gades infulas Orofius 1, 2. etfi in cod. Pragenfi legi *infulam.* Nomen *Tarteffus* ad Baetin fl. veteres retuliffe et ad oppidum inter duo eius oftia tradit Strabo 3. p. 102. f. 148. additque adeo, Erythiam cum vicinis infulis Γάδειρα adpellaffe. De Tarteffo urbe idem fcribunt Paufan. 6, 19, 3. et Avien. in ora v. 284. Utrumque recte habere videtur, fi teneas, Tarteffida fuiffe infulam, in eaque urbem Tarteffum. Diferte enim Strabo 3. p. 96. f. 140. infulam ibi ponit et Tarteffida ipfam regionem, in qua urbs illa Tarteffus fuerit p. 102. f. 148. etfi Tarteffum alii, ut Tzetzes ad Lycophr. v. 643. de infula et urbe ufurpant. At a Gadibus illam in priori loco aperte diftinguit Strabo, et idem utriusque fitus comprobat. Adfunt tamen aliorum auctorum teftimonia, veluti Salluftii in fragm. hiftor. lib. 2. apud Prifcian. lib. 5. p. 648. et lib. 6. p. 698. (ed. Putfch.) ubi haec: *Tarteffum Hifpaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent,* pro quo ex eodem Salluftii loco *Gadirum* refert Donatus ad Terent. in Eun. 3, 1, 11. Confentit in eo Tarteffi nomine Punico Avien. in ora v. 85. et 267. eandemque fententiam calculo fuo tuetur Salmaf. ad Solin. p. m. 201. etfi refragante Bocharto in Chanaan 1, 34. Tarteffum autem Phoenicum κτίσμα effe, refert etiam Arrian. de exp. Alex. 2, 16. Iam vero, quod exiftimat Salmafius, accidit, ut, cum Tarteffus Gadir vocaretur, Graecique cognato verbo Γάδειρα de Erythia adhiberent, Tarteffum, Erythiam et Gades, diverfas infulas, multi commifcerent. Cf. etiam de Tarteffo ad 2, 6, 9.

Gadira adeo a *Gadibus* diverſa putat Holſten. ad Ortel. p. 84. quaſi Gades veras plane ignorarint Graeci, quod tamen in utroque nomine, Γάδειρα et Gades, comparata auctorum loca non patiuntur. De Erythia cauſam ſubgerit Plinius c. l. quippe qui narrat, prius Gadium oppidum in ea fuiſſe. Erythiam cum Gadibus ob viciniam quosdam confudiſſe, adparet ex Strabone 3. p. 117. ſ. 169. et ſic aperte fecit Apollodor. 2, 5, 10. Cf. ad Melam 3, 6, 2. et Strabo 3. p. 102. ſ. 148. Duas vero hinc Gades comminiſcuntur quidam, ut ſupra notavi, quibus adſentitur Mannert in Geogr. T. 1. p. m. 283. Accuratiores tamen, ſeu plerique diſtinguunt, ut Herodotus 4, 8. Strabo, Plinius, Stephanus ſ. v. Ἀφροδισιὰς cum Mela 3, 6, 2. etſi hic longius hinc contra Luſitaniam removet, ut alia Erythia eſſe videatur, quam et Plinius 4, 26. ſ. 32. indicat. Reſtant igitur noſtrae Gades, quarum originem Tyriis prolixa narratione adſcribit Strabo 3. p. 117. ſ. 169. Hinc *Tyriae Gades* apud Lucan. 4, 187. Idem tradunt de conditoribus Plin. 5, 17. ſ. 19. Vellei. 1, 2, 5. Curtius 4, 4, 20. Mela 3, 6. in. aliique, quos ſupra commemoravi et Burmannus producit ad Vellei. c. l. Quae Strabo de Tyriis narrat, ad Phoenices refert Diodor. Sic. 5, 20. ſine vera discrepantia. Multa etiam de origine a Phoenicibus aucta adtulit Abramius ad Cic. pro Balbo c. 14. Hinc Gaditanos vocat Carthaginienſium conſanguineos Iuſtin. 44, 5, 2. qui cauſam repetit a communi Carthaginienſium origine a Tyriis, etſi, utri prius a Phoenicibus conditi fuerint, non conſtat, certe ambigitur, ut pluribus docuit Bochartus in Chanaan, cum quo conferri meretur Aldretus in Varias antiguedades de Eſpaña, et in primis de Gadium conditoribus Suarezius in antiqu. Gadit. 1, 2. Quo tempore id factum ſit, indicat Mela 3, 6, 1. nempe ab Iliaca tempeſtate; Strabo 3. p. 104. ſ. 150. πρὸ τῆς ἡλικίας τῆς Ὁμήρου et 1. p. 33. ſ. 48. μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον; Velleius 1, 2, 5. paucis annis ante Uticam deductam, Bochartus in

Chanaan 1, 34. circa Iosuae tempora. Hinc vero Philostrat. in Apollonii vita 5, 1. ἀρχαῖα Γάδειρα vocat. Situm varie indicant veteres, quidam vage. Sic inter columnas Herculis ponunt Priscian. v. 462. Avien. v. 611. — plures ἔξω Ἡρακλείων στηλῶν, ut Herodot. 4, 8. ubi multos in notis memoratos invenies; ἐντὸς contra Diodor. Sic. 5, 20. Nempe diversae fuerunt veterum de harum etiam situ opiniones, quas recenset Strabo 3. p. 117. f. 170. Cf. ad Melam 1, 5, 3. In Africam itemque in Atlantem montem Gades intentas esse scribit Orosius 1, 2. in ultimo Hispaniae tractu, in extremo Romani orbis termino ponit Vellei. c. l. in fine Baeticae Isidorus c. l. ad Oceanum Liv. 28, 1, 2. et 38. f. κατὰ τὸ τῆς Εὐρώπης τέρμα Philostratus c. l. et Strabo 3. pag. 96. f. 140. νῆσον dicit ἐσχάτην ἱδρυμένην τῆς γῆς. Terminabant iis orbem terrarum versus occidentem, ut Bactrianis et India versus orientem. Hinc longitudinem orbis terrarum metiebantur a Gange ad Gades. Vid. Agathemer. 1, 4. in. et quae notat Fischerus ad Anacreont. 52. extr. Sed propius situm indicat Strabo 3. p. 116. f. 168. ubi dicit 750 stadiis a Calpe distare, ostiisque Baetis vicinas esse; in primis tamen 3. p. 96. f. 140. ubi narrat, alios adferre 800 stadia, a sacro autem promontorio remotas esse minus 2000 stadiis, quae dum per interiecta intervalla enumerat, efficiuntur 1840 stadia, quae complent fere miliaria Germanica 58. Intervalla variorum locorum, quibus fuerunt disiunctae, dabit etiam Agathemer. 1, 4. Idem 1, 5. earum longitudinem facit stadiorum 108, latitudinem 16. Strabo 3. p. 116. f. 169. non multo longiorem 100 stadiis insulam describit, alicubi stadio non latiorem. Hodie latam ferunt 15 M. P. Cf. Beaurain plan de la baye et ville de Cadis. Forte post accessit Erythia. Vid. de la Nanze in Memoires — de Paris T. 34. p. 175. Secundum Polybium, quod adfirmat Plinius 4, 36. f. 22. in ipso capite Baeticae sita fuit insula, ab ostio freti remota 25 M. P. longa 12 M. P. lata 3. Cf. Mela 3, 6. in.

et Strabo 3. p. 117. f. 169. Herculis in ea templum vix a freto diſtabat uno ſtadio. Cf. Avien. in perieg v. 266. Inde forte Diodor. Sic. 5, 20. χεῤῥόνησον vocat, etſi vere, olim quidem, erat inſula, quae tamen propter breve unius ſtadii intervallum cum Erythia commiſceri poterat, quod et factum eſſe notavi, et Didymae quaſi ἀντίπολις videbantur. Vid. Strabo 3. pag. 116. f. 169. Poſt aggeribus cum Erythia Gades coniunctae ſunt, quod hodie adſpectus docet; quare ex duabus olim inſulis, Erythia et Gadibus, una coaluit. H. *Leon*, in qua *Cadix* urbs ſita eſt. Ita quidem exiſtimo. De Erythia ad occaſum Gadium vid. ad 3, 6, 2. Quam vero olim haec inſula valuerit maritimis opibus, in utroque loco commemorat Strabo, claſſisque et maritimi proelii mentionem facit Macrob. Saturn. 1, 20. Tum Strabo 3. pag. 116. f. 169. adeo incolis frequentatam fuiſſe dicit, ut cenſu acto equites numerarentur 500, quod ſuo tempore tantum Patavii notatum fuiſſe addit. Locupletaverat Gades praeter commercia maritima Romanorum etiam amicitia (Strabone notante 3. p. 96. f. 140.) foedere ſancita, de quo vid. Liv. 28, 37. extr. 32, 2, 5. et in primis Cicero pro Balbo c. 14 ſq. Oppidulum initio fuit in ea inſula Gades, cui poſt aliud adſtruxit Balbus, Gadibus ortus, homo ditiſſimus, qui vixit ſub triumviris. Vid. Dio 48, 32. Vellei. 2, 51. Plin. 5, 5. f. 4. et 7, 44. f. 43. De re Strabo 3. pag. 116. f. 169. qui ex utroque Didymam coaluiſſe refert. Iulius Caeſar Gaditanis ob egregia in ipſum beneficia, quae memorat de B. C. 2, 20. 21. civitatis ius dederat. (Dio 41, 24.) Ipſam urbem olim municipium fuiſſe, teſtantur numi et lapides, de quibus vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 1. p. 1254. Gruter. in theſ. p. 357, 2. et 358, 4. et Nonii Hiſpania c. 9. Ita etiam vocat Columella 7, 2, 4. et 11, 3, 26. et idem contra Harduinum ad Plin. 4, 36. f. 22. evincit Bimardus ad Jobert ſur la ſcience des medailles T. 2. pag. 160 ſq. Secundum Plinium 4, 36. f. 22. oppidum illud civium

Romanorum adpellatum eſt *Auguſta urbs Julia Gaditana*, inluſtrioremque ſe, ut refert Avienus in Ora v. 282. credidit doctus ille Iuba iſtius urbis triumviratu, de quo cf. Wernsdorf. in excurſu ad c. l. pag. 1419 ſqq. In inſulae cornu urbem ſitam fuiſſe adfirmat Mela 3, 6, 1. ubi etiam *opulentam* vocat, Strabo 3. p. 117. ſ. 169. ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν. Inclaruit porro inſula templo Saturni, magis Herculis, de quo dicendum erit ad Melam c. l. Terminabant olim in ea navigationem verſus occidentem, uti canit Pindarus Nem. 4, 112. quod de Cerne adfirmat Scylax p. 53. Hudſ. et vulgo de Herculis columnis plurimi. Nempe, quod ſcribit Suidas h. v. διεκπλεῦσαι οὐκ ἐνῆν βραχώδη καὶ σκοτοειδῆ τυγχάνουσαν τὴν Ἀτλαντίδα θάλασσαν. Vera cauſa quaerenda in ignoratione maris ulterioris. Etſi enim, ut refert ipſe Mela 3, 9, 3. ulterius quidam provecti ſunt, raro tamen id factum eſt, nec explorata ſatis fuit illa navigatio et certa, de quo pluribus diſſerit Salmaſ. in Solin. p. m. 876 ſq. Hodie urbs vocatur *Cadix*, de qua multa dedit Nonius in Hiſp. c. 9. praeter alios; plura congeſſit Suarez in antiguedades de la isla y ciudad de Cadix, (1610) cum quo et conferri poteſt Geronimo de la Concepcion in emporio de el orbe, Cadix illuſtrada. (1690.) Nati ibi erant Columella (cf. ipſe 8, 16, 9.) et Canius poeta. De hodierna ſatis vivide expoſuit Mentelle in Geogr. comparée T. 6. p. 260 ſqq. Gentilia adfert Stephanus quatuor, quae probat Euſtathius ad Dionyſ. v. 451. Γαδειρεὺς, Γαδειρίτης, Γαδειραῖος et Γαδειρανὸς, de quibus ad Stephanum vid. Berkelius p. 255. et Holſten. p. 78. Latinis uſitatum eſt *Gaditanus*, quod et numi habent. Vid. Raſche c. l. Sic promiſcue Balbus ille vocatur Γαδειτανὸς (Strabo 3. p. 116. ſ. 169.) et Γαδειρεὺς, (Dio 48, 32.) quem Gadibus genitum dicit Plinius 5, 5. ſ. 4. Poſſeſſivum in Graecis notat Stephanus Γαδειρικὸς, unde Plato in Critia p. 50. Bip. dixit Γαδειρικὴν χώραν, Pindarus etiam, teſte Strabone 3. pag. 118. ſ. 172. πύλας Γαδειρίδας, pro

quo tamen Berkelius ad Stephanum pag. 256. malit Γαδειρικάς.

egressis) Intempestiva hic Gadium mentio videri possit, quod tamen non est. Dicit enim, illam non accensendam insulis maris mediterranei; itaque tum de ea dicturum, cum Oceani insulas describit. VOSSIVS.

initio) 1, 4. extr.

excedat) Perinde ut terram dicit *excedere*, quae in mare prominet ulterius, quam vicina. Sic 2, 1, 5. *Terra longe distenta excedens.* I. GRONOVIVS *MS.*

Paucae) Una est ditissima, nunc dicta *Tana.* Olim erat Venetorum, et dicebatur *Alopecia.* OLIVARIVS. Gr. Ἀλωπεκία, rarius Ἀλωπεκεία, quod praeter illud habet etiam Stephanus s. v. Ταυρική. Plinius 4, 26. s. 12. *Alopecen* vocat. Secundum Strabonem 11. pag. 340. s. 493. distabat 100 stadiis a Tanai urbe, et *Tanain* etiam dictam esse notat Ptolem. 3, 5. extr. Subiicit tum Strabo, quae Melam probant: ἔστι καὶ ἄλλα νησίδια πλησίον ἐν τῇ λίμνῃ.

commodissimum) Vel quod sic a septemtrione i. e. excelsiore mundi parte descendatur ad inferiora, quod maxime convenit naturae; vel etiam quoniam ita natura comparavit, ut plerumque fluvii ex uno fonte concepti dividant se in hoc et illud latus, ut praesertim patuit in Nilo et eius Delta. I. GRONOVIVS *MS.*

pabula) Coeli facit rigor, ut totus eius orae tractus minus sit fertilis. VADIANVS.

piscium) Quod hic Mela de insulis Maeoticis, Herodotus [1, 200. αὐήνουσι πρὸς ἥλιον] de familiis qui-

busdam Babyloniorum prodit; nempe illos ex piſcibus ſole arefactis et piſtis deinde panem et polentam conficere. Verum longe aliam vim in arenis Babylonicis ſol exercet, atque in inſulis Maeoticis. Vento et frigori longe maiorem exſiccandi vim ineſſe apud ſeptemtrionales, quam ſoli apud Perſas, nemo pene dubitabit, niſi qui neſciat, maximam partem borealium gentium non alio veſci pane, quam qui ex piſcibus arefactis ſit compoſitus. VOSSIVS. Gellius 10, 18. de Artemiſia: *oſſa cineremque eius* (Mauſoli) *mixta odoribus contuſaque in faciem pulveris aquae indidit.* I. GRONOVIVS *MS.* Quod hic eſt *ſole ſiccata*, illud Curtius 9, 10, 10. de Indis maritimis ſic effert: *piſcibus ſole duratis veſcuntur.* Nearchus in paraplo apud Arrian. in Indic. c. 28. extr. de Ichthyophagis: *ἀπὸ. τῶν ἰχθύων τῶν ὀπτῶν ἀληλεσμένου ἄλευρον πολὺ ἐδείκνυσαν.* Cf. idem c. 29. Sic de iisdem Agatharchides de rubro mari c. 12. pag. 29. Hudſ. *τὴν σάρκα τῶν ἰχθύων πατοῦσιν ἐκτενῶς καὶ μίξαντες τὸν καρπὸν* (al. *σπόρον*) *τοῦ παλιούρου — κολλῶσιν.* Cf. Strabo 15. p. 495. ſ. 720. et Mela 3, 8, 4.

§. 2. *Leuce)* Gr. Λευκὴ, unde hanc formam receperunt Latini. Aliis *Achillea* vel ſimul, vel ſimpliciter vocatur, de quo nomine poſt. Stephanus adeo uſitatius hoc nomen fuiſſe indicat ſub h. v. Addit enim: *ὡς ἔνιοι, Λευκή.* De nominis cauſa disſentiunt auctores. Arrianus in periplo Ponti Euxini, ubi eam pag. 21 ſq. prolixe deſcribit: *οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν;* et ſic auctor peripli Ponti Euxini in Gronovii Geogr. ant. pag. 154. Sic Avien. v. 723. *Leuce cana iugum.* Hinc *λευκὴν ἀκτὴν* vocat Euripides in Androm. v. 1263. et in Iphig. Taur. v. 435. ut *φαεννὰν νᾶσον* Pindarus Nem. 4, 80. *φαληριῶσαν σπίλον* Lycophr. v. 188. ubi Tzetzes eius cauſam repetit *ἐκ τοῦ ἀφροῦ τῶν κυμάτων.* Diſcedit Dionyſ. v. 544. et ab avibus candidis, quibus illa abundabat, nomen ducit, ut auctor

Etym. M. Ille κινώπετα λευκὰ vocat, quae Euſtathius explicat θηρία ὀρνέων i. e. ὄρνεα τυχὸν μὲν λάροι, κατὰ δέ τινας πελαργοί. Quam Dionyſii opinionem adfert etiam Tzetzes c. l. ὅτι λευκὰ πολλὰ ζῶα ταύτην κατοικεῖ, λάροι, κύκνοι καὶ πελαργοί. Ἐρωδιοὺς habet Schol. Pindari ad c. l. qui navigantibus ibi eam inſulam indicent. Sed vid. de avibus candidis etiam Philoſtrat. in Heroicis c. 19, 16. Priſcian. v. 559. Arrian. c. l. Ammian. 22, 8. qui halcyonibus ſimiles dicit. Alii omnino πολυόρνιθον αἶαν vocant, ut Euripid. in Iph. Taur. v. 435. Cf. etiam Pauſan. 3, 19. f. Thetidis precibus eam a Neptuno ex mari excitatam fuiſſe, ut ab Achille et Helena incoleretur, nautisque ſtationem, qua naves ſubducerent, praeberet, refert Philoſtrat. c. l. Cf. etiam auctor peripli Ponti Eux. c. l. Aves candidas miniſtras Achilli fuiſſe templique aedituas, narrant Philoſtratus et Arrianus c. c. l. l. Situm eius vage quidam indicant in Ponto, ut Philoſtratus, Plinius 10, 41. ſ. 29. Euripid. in Androm. v. 1263. et ibi Schol. ut Tzetzes et Schol. Pindari. Alii propius deſignant locum, veluti Pauſanias 3, 19. κατὰ τοῦ Ἴστρου τὰς ἐκβολὰς, εὐθὺς τοῦ Ἴστρου Max. Tyr. 15, 7. ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς, ſi quis Iſtrum praeternavigaverit, Conon narr. 18. μετὰ τὴν Ταυρικὴν Stephanus h. v. in Taurica Ammianus c. l. in ſinu, qui interiacet Iſtri oſtia et Κριοῦ μέτωπον, Scylax p. 30. Hudſ. Cf. etiam Arrianus et auctor peripli Ponti c. c. l. l. qui poſt p. 157. vicinam illi facit Peucen. Cum Noſtro ad vel ante Boryſthenem ponunt Plin. 4, 27. ſ. 13. conl. 4, 26. ſ. 12. Priſcian. v. 558. Avien. v. 722. Solin. c. 22. ſ. 19. — iuxta Moeſiam inferiorem in eadem Ponti regione Ptolem. 3, 10. extr. Definit propius Strabo 7. p. 211. ſ. 306. quo teſte aberat a Tyrae oſtiis traiectu 500 ſtadiorum, a Boryſthene 600. Plinius 4, 27. ſ. 13. a Boryſthene removet 140 M. P. a Tyra 120, a Peuce 50, qui tamen invicem discrepant. Idem Plinius c. l. eius ambitum facit 10 M. P. Pauſanias c. l.

20 ſtadiorum; Philoſtratus c. l. latitudinem 4 circiter ſtadiorum, longitudinem 30. Νῆσον ἐρήμην vocat Scylax c. l. et auctor peripli c. l. *ſine habitatoribus* fuiſſe dicit etiam Ammianus c. l. et ἐρημαίας βήσσας illi tribuit Dionyſius c. l. quibuscum conſentit Arrianus. Commiſcent nimirum cum δρόμῳ Ἀχιλλείῳ. Cf. Wagner ad Guthrie Allg. Welt-Geſch. T. 14. P. 1. p. 6. Idem faciunt et alii, ut Schol. Euripid. ad Androm. v. 1263. Pindari ad c. l. — a quo diſtinguit cum Noſtro recte Plin. 4, 26. ſ. 32. et ſitu et forma. Notavit eam confuſionem etiam Valeſius ad Ammian. 22, 8. quam ortam putat Berkelius ad Stephan. p. 203. ex nominis vicinitate. Vid. ad Melam 2, 1, 5. Dictam eandem etiam fuiſſe *Macaron* (μακάρων) tradit Plin. 4, 27. ſ. 13. Ἡρώων νῆσον Dionyſ. v. 542. Hinc *ſedem animorum* vocat Avien. v. 723. Cf. et Priſcian. v. 560. Certe ſacrum eius adſpectum (θέαν ἱεροπρεπῆ) commemorat auctor peripli c. l. et θεουδέα νῆσον vocat Quintus Cal. 3, 772. et ſic alii paſſim ſimilia praedicant. Ipſum Achillem ibi cerni, vel audiri, ſcribit Max. Tyr. 15, 7. nec ſine vitae discrimine illic quemquam pernoctare Ammianus. De eius cauſis prolixius disſeruit Wernsdorf. ad Avien. c. l. quas fuiſſe putat ſolitudinem et ſilentium, apta Deorum et animarum ſedibus, ad quae accedunt antra; tum quod vulgaris opinio in locis remotis et extremo orbe ſitis animas reponebat; porro ab Achille ad alios heroas translatum id eſſe; denique aves candidas eam narrationem aluiſſe. H. quidam *Fidoniſi* vocari putant, quod tamen de paene inſula *Dromo Achilleo* notat Ferrarius in Lex. Geogr. h. v. Alii aliter. Mannertus in Geogr. T. 4. p. 231. levi momento ductus, nusquam talem inſulam exſtitiſſe cenſet. Le Vaſſeur Beauplan, quem adlegat Moreri in diction. hiſt. T. 1. p. 28. ed. 11. vocat h. *Tandra*. Primus in eam, teſte Pauſania 3, 10. navigavit Leonymus Crotoniates, cum

Crotoniatae et Locri bellum invicem gererent, post belli Troiani tempora.

Achilles) Sic loquitur, quoniam Latine non poterat satisfacere fabulae. Latina haec locutio propria est de sepultura; hanc Achilles adeptus fuit in Rhoeteo. Sed fingitur anima eius huc migrasse amore Iphigeniae, quod optime edisseruit Max. Tyr. 15, 7. ubi vid. Dan. Heinsius p. 160. I. GRONOVIUS *MS.*

Achillea) Gr. Ἀχίλλεια, et hinc Ἀχίλλειος νῆσος apud Conon. in narr. 18. νῆσος Ἀχιλλέως Dion. Chrys. in orat. ad Borysth. 36. T. 2. pag. 78. Reisk. ἡ Ἀχιλλέως ἡ λευκὴ νῆσος Ptolem. 3, 10. extr. *Achillis insula* Solin. c. 22. s. 19. Sacram et dedicatam Achilli fuisse, scribunt multi, quos et supra commemoravi, et magno numero producit Drelincurtius in Homerico Achille p. 108 et 112. Tumulo eius claram fuisse adfirmat cum Mela etiam Plinius 4, 26. s. 12. et ex hoc Martianus Cap. lib. 6. pag. 214. Grot. Templum eius ibi positum adtingunt multi, ut Arrianus c. l. Pausanias c. l. (qui et addit eius simulacrum) Maximus Tyr. 15, 7. Ammian. 22, 8. (qui donaria illi consecrata novit) Plin. 10, 41. s. 29. Antigonus c. 154. Philostrat. in heroic. 19, 16. Dio Chrys. c. l. Solin. 22. s. 19. — ex quibus quidam, in iis Plinius, Antigonus, scribunt, nullam illud avem in Ponto transvolare, quod sic Solinus c. l. male intellexit, quasi nulla avis ingrediatur, notatus et hic a Salmasio p. m. 152. Immo illud ingredi et eius quasi esse aedituas supra notavi. Cf. Beckmann ad Antigon. p. 185. et quos nominat.

Aria) Hyginus fab. 30. dicit insulam Martis, et ipsas aves non dubitat vocare *Stymphalides*, quum tamen vere *Stymphalides* fuerint in Arcadia. I. GRONO-

vivs *MS.* 2. *Ariam* Graeci vocarunt teste Plinio 6, 13. s. 12. quod nomen retinuit hic Mela. *Aream* tamen etiam Latine efferri posse propter τοῦ ει in Latinis promiscuam pronuntiationem, putat Oudendorp. ad Lucan. 3, 281. ubi vid. quos laudat. Latinis verbis *insulam Martis* vocat Hyginus c. l. Ἀρητιάδα Arrianus in periplo pag. 17. Hudf. et Apollonius 2, 1032. Ἄρεως νῆσον Scymnus Chius in fragm. v. 175. *Chalceritis* praeterea est in Plinio c. l. quod nomen ducit Harduinus ab avibus, quas χαλκήρεις et σιδηροπτέρους fabulati sunt, de quibus proxime. De situ dictum est in notis crit. p. 475.

fabulis) Praecipue Argonautarum. Videndus Hyginus fab. 30. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Hyginus fab. 30. dicit *insulam Martis*, et ipsas aves non dubitat vocare *Stymphalides.* I. GRONOVIVS *MS.* 2.

aves) Ex nostro Plinius 6, 13. s. 12. sic: *in ea volucres cum advenis pugnasse dicuntur pennarum ictu.* Adtigit etiam eam fabulam Apollon. c. l. ὅς (de eiusmodi ave) ῥα τιναξάμενος πτέρυγας κατὰ νῆα θέουσαν Ἧκ' ἐπί οἱ πτερὸν ὀξύ. Et sic deinceps memorat πτερόεν βέλος et ἕλκος inde factum. Stymphalides esse male retulit Hyginus fab. 30. ut antea notavit I. Gronovius. Cf. de variis narrationibus Heyne in notis ad Apollodor. p. 366. At Apollonius c. l. v. 1053. in Arcadia diserte eas ponit, ubi Herculem adpetierunt. *Harpyias* hic adscripserat manus viri docti in ed. 1696. At illae primum Phinea Salmydessi, in Thraciae urbe, vexarunt, post exactae ad Strophadas insulas confugerunt, ubi ponit etiam Virgilius Aen. 3, 210 sqq. Vid. Apollodorus 1, 9, 21. et quae ad utrumque locum, ad Virgilianum in excursu monuit Heyne. Diversa etiam de iis narrant auctores, de pennis nihil eiusmodi. Fabulam quivis agnoscit. Legi tamen alicubi, cancros quosdam in

lacu Americano brachiorum forcipes emittere, hominesque vulnerare mordaciter; quae iisdem commentis adnumero.

Sex ſunt) Magis aggerationes arenarum, quas defert fluvius Iſter, ut inde creverint extra aquam, quam quod vere ſint inſulae. Id nempe perinde, ut Nilus, facit quoque Iſter, et hinc mira veterum opinio de Ponto Euxino, tamquam paullatim minuendo, ut probabiliter quidem disputat ipſe Polybius 4, 40 ſq. ſed quod ipſa experientia refutat. I. GRONOVIVS *MS.* 2. Quae videntur exortae ex limo, quem ab iſto fluvio huc ferri clare teſtatur Polybius 4, 41. I. GRONOVIVS *MS.* 1. Cf. quae de eo dicta ſunt ad 1, 19, 6. Multa exempla inſularum, quae ad oſtia fluminum ingentium ſenſim enatae ſunt, dabit Gottſchedius ad Belley diſſertat. de Phari inſulae a terra continente diſtantia T. 9. verſionis Germanicae Commentariorum Academiae Pariſinae literarum elegantiorum et inſerr. p. 264. Recte autem Noſter, ſuam quidem opinionem ſecutus, *ſex* inter Iſtri oſtia ponit, quippe 7 eſſe ſupra 2, 1, 8. commemoraverat, ubi vid. notata. Ceterum ſingularum nomina non leguntur in auctoribus. Plures fuiſſe quidem omnino dicit Strabo 7. p. 211. ſ. 305. *εἰσὶ καὶ ἄλλαι νῆσοι πολὺ ἐλάττους, (Πεύκης) αἱ μὲν ἀνωτέρω ταύτης, αἱ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ.* Poſt: *γίνονται μεταξὺ τῶν στομάτων νησίδες.* Plinius 4, 24. ſ. 12. ad tertium Iſtri oſtium commemorat *inſulam Sarmaticam*, et ad quartum *Conopum diabaſin*, etſi depravatus eſt ille locus. *Conen* ibi commemorat Lucanus 3, 200. prope *Peucen*, quam Plinii interpretes intelligunt.

Peuce) Gr. Πεύκη. Nomen fecit *πλῆθος, ὧν ἔχει, πευκῶν*, ſecundum auctorem peripli Ponti Euxini p. 157. (in Geogr. ant. Gronovii.) Idem ante tradiderat Eratoſthenes, teſte Schol. Apollonii ad 4, 310. *Piceas* vertit

Plinius, etſi ſibi non ſemper conſtat. Sed et *larices* habet, de quo vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 357. De ſitu ipſo Ammian. 22, 8. *cum ad alium portuoſum ambitum* (Ponti) *fuerit ventum, qui arcus figuram determinat ultimam, Peuce prominet inſula.* Apollonius Rhod. 4, 309. Ἴστρῳ ἐέργεται. Propius ad Iſtri oſtia Strabo c. l. Dionyſ. v. 301. et ex eo Priſcian. v. 290. et Avien. in deſcr. orb. v. 440. Valer. Flaccus 8, 217. Claudian. de 4 conſ. Honorii v. 630. Jornandes de reb. Goth. c. 16. In Iſtro Eratoſthenes apud Schol. Apollonii c. l. (περιβάλλει) et Stephanus h. v. μεταξὺ τ. θαλάσσης καὶ τῶν στομάτων auctor peripli p. 157. Duo στόματα, quorum unum Ἄρηκος, alterum καλὸν, memorat Schol. Apoll. 4, 311. Oſtium ipſum Iſtri *Peucen* vocat Plinius 4, 24. ſ. 12. idemque etiam *Sacrum* Ptolemaeus 3, 10. quod ad Auſtrum vergere dicit. Sic et Strabo c. l. qui inde *Peucen* inſulam removet 120 ſtadiis. Inſulae forma, uti deſcripſit Apollon. 4, 310. eſt τριγλώχιν, εὖρος μὲν ἐς αἰγιαλοὺς ἀνέχουσα, Στεινὸν δ' αὖτ' ἀγκῶνα ποτὶ ῥόον· ἀμφὶ δὲ δοιαὶ Σχίζονται προχοαί; ubi conſule explicationem Scholiaſtae. De magnitudine, quam non minorem Rhodo dicit, auctor peripli c. l. cum Eratoſthene c. l. Qui a regionibus et populis deſignant, diverſam rationem ſequuntur. Sarmatiae inſulam vocat Valer. Flaccus 8, 217. Nempe et Sarmatae in ea loca irruerunt, uti refert Strabo c. l. qui in Getarum ſolitudine ponit, quae fuit inter Pontum, Tyram et Iſtrum. Et hinc *Geticam Peucen* vocat Martialis 7, 84, 3. Myſiae inferiori dat Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 71. Incolae a Strabone vocantur Πευκινοὶ, uti a Ptolemaeo 3, 5 et 10. *Peucini* a Trebellio Pollione in Claudio c. 6. ubi tamen Salmaſius malit *Peuceni* ex Ethnicographo, in quo quidem legitur Πευκηνοὶ, quod etiam praefert Caſaubonus ad Strabonem c. l. *Peucenos* etiam habet Jornandes c. l. At τὸ ι tuetur ex typo orientalium regionum Holſtenius ad Stephanum pag. 252. Et ſic aliquoties ſcriptum occurrit in Taciti

Germ. c. 46. Commutationem utriusque literae saepe notavi. Πεῦκαι dicuntur a Zosimo 1, 42. ubi quidem Πεῦκοι vult Reitemeierus. Neque tamen dubium censet Salmasius, quin et *Peucae* et *Peuci* dicti fuerint. Certe, quod poterat addere, *Peucos* vocat Ammianus 22, 8. Fuisse illos *Bastarnas*, qui inde Peucini adpellati fuerint, refert Strabo c. l. Cf. Tacit. in Germ. c. 46. et Plin. 4, 28. s. 14. et quos ad Tacitum laudat Dithmarus. Ita autem potius, non *Basternas* scribendum, ex monumentis etiam contendunt viri docti, quos produxit Schraderus ad Avienum in descr. orbis v. 442. H. quod notat Wernsdorf. ad Priscian. v. 290. Geographis dicitur *Barillana*, aliis *Pizina*. Ita quidem refert Ferrarius in Lex. Geogr. h. v.

Thynias) Gr. Θυνιάς, uti Stephanus h. v. Ptolemaeus 5, 1. extr. Plinius 5, 44. s. 32. Scylax pag. 34. Hudſ. Secundum Stephanum eadem etiam vocatur Θύνη καὶ Θυνὶς, et Θυνηΐς. Poterat alia addere, veluti Θυνία, uti est in Strabone 12. pag. 374. s. 543. Catullo 31, 5. et Ammiano 22, 8. etsi hic regionem facit. Utrumque etiam confirmant Callisthenes in periplo, teste Schol. Apollonii ad 2, 674. (cf. ad 460.) qui vero à barbaris Θυνίαν (s. Βιθυνίαν, vid. post) vocari addit, cum ipse habeat Θυνιάδα, pro quo in Apollonio 2, 350 et 548. et Orpheo v. 712. est Θυνηΐς. Idem etiam Apollonius 2, 460. (s. al. 462.) habet Θυνὶς γαίῃ, Θυνὶς νῆσος Schol. Apoll. 2, 686. Eandem dictam etiam esse *Daphnusiam* adfirmat Ptolemaeus. Quod quidem nomen ex alio, *Apollonia*, intelligi potest et explicari. Cum enim Apollo Argonautis ibi adparuisset, monente Orpheo, ἱερὴν Ἀπόλλωνος νῆσον vocarunt, aramque illi statuerunt, uti narrat Apollon. 2, 674 sqq. ubi cf. Schol. Hinc et Plinius 6, 13. s. 12. ubi de Ponti insulis: *Apollonia Thynias;* et hoc solo nomine commemoratur in Arriani periplo Ponti p. 15. Hudſ. Monet autem Plinius

c. l. Apolloniam Thyniada dictam esse, ut distingueretur ab ea, quae est in Europa, et ab eo notatur 4, 27. s. 13. uti a Strabone 7, p. 220. s. 319. et aliis. Vid. de utriusque discrimine, quae disserit Salmasius ad Solin. p. m. 151. Neque commisceri debet cum eiusdem nominis urbe, (Thynias) de qua Plinius 4, 18. s. 11. quam et alii promontorium et paene insulam vocant. Ita commiscuit Berkelius ad Stephanum p. 404. Illa enim *Thynias* ponitur ad *Asticen* Thraciam inter Apolloniam et Salmydessum, uti docet Strabo 12. pag. 575. s. 541. quem locum ipse adlegat. Docet ibi ex illo nomine Strabo, Thynos eo migrasse, unde nostra Thynias antiquior efficitur. Sic Θυνὶς γαίῃ Apollonii 2, 460. Scholiastae est Thraciae pars, quam Phineus incoluit. Sita autem fuit ex nostro ad Mariandynorum fines, quos ponit ad Sangarium fl. Apollon. 2, 723. Sed vid. ad 1, 19. in. Adversam Bithyniae dicit Strabo 12. pag. 574. s. 543. Plinius 5, 44. s. 32. Ptolemaeus 5, 1. extr. et alii. Distabat a continente passibus M. et cingebatur tribus M. (Plinius 6, 13. s. 12.) vel 7 stadiis, uti Nymphis Heracleensis ait apud Schol. Apollonii ad 2, 674. Δολιχὴν vocat Orpheus c. l. qui ad Rhebam fl. ponit. H. *Riva* sec. Tournefort in voyage du Levant epist. 16. Tom. 3. p. 16. (Fr.) quem vide. Aliis est *Farnasia*. De ea multa Schol. Apollonii ad l. l. c. c. et Stuckius ad Arriani periplum pag. 124. Templum Apollinis in ea commemorat Schol. Apoll. 2, 686. qui sec. Herodorum Ἑῷος adpelletur Apollo.

Bithynida) Plinius 5, 44. s. 32. *quam barbari Bithyniam vocant.* Hinc in Callisthenis loco supra memorato legendum videtur: Βιθυνίαν. Sic Schol. Apollonii ad 2, 177. Βιθυνία νῆσος περὶ τ. Πόντον. Paullo post dicit: μετὰ τὸν Πόντον, ἐν ᾗ ἐστιν Ἀπόλλωνος ἱερόν.

aliquando) Nempe ante expeditionem Argonautarum, per quos id potissimum creditur deprehensum

fuiſſe, quum ipſa Argo navis hinc viderit partem contundi circa puppim, a quo tempore, ceſſantibus etiam fabulis, haec narratio finem habet. I. GRONOVIVS *MS.*

§. 3. *Cyaneae)* Ita eas deſcribit Strabo 7. p. 221. ſ. 319. Αἱ κυανέαι πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου εἰσὶ δύο νησίδια, τὸ μὲν τῇ Εὐρώπῃ προσεχὲς, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ. Sic in inſulis ponit Plinius 4, 27. ſ. 13. 6, 13. ſ. 12. et ex illo Martianus Cap. lib. 6. p. 222. Ptolemaeus 3, 11. aliique. Νησίδια etiam dicit et σκοπελοειδῆ Schol. Pindari ad Pyth. 4, 370. Alii a rupibus, ſcopulis et ſaxis deſignant, ut deinceps adparebit. Nomina in auctoribus gerunt varia, vel coniuncta, ut in Plinio 6, 13. ſ. 12. *Planctae Cyaneae, Symplegades,* vel ſeparata, de quibus aliqua dicenda ſunt. Κυανέαι ſimpliciter vocantur ab Herodoto 4, 85 et 89. Diodoro Sic. 5, 47. 11, 3. Strabone 1. p. 12. ſ. 21. et 7. p. 221. ſ. 319. Demoſth. de falſa leg. pag. 429. Reisk. Lycurg. in orat. pag. 187. Reisk. Ariſtotele de mirab. auſc. c. 112. Ovid. Triſt. 1, 10, 34. et aliis. Quidam additis variis ſubſtantivis, ut πέτραι (Orpheus 680 et 1158. Apollonius 2, 317. 4, 860. Dionyſ. v. 144. Ariſtides T. 1. p. 21. ed. Iebb.) *cautes* (Valer. Flacc. 1, 630. 7, 41.) *rupes* (id. 4, 638.) *montes* (id. 2, 382. 8, 193.) et a maris vorticibus κυανέαι δῖναι in Anthol. Gr. T. 4. p. 159. ed. Iac. Nomen hoc nactae ſunt a voce Gr. κυανὸς, quam Grammatici explicant μέλας, φαιὸς, Latini fere reddunt *coeruleus,* de quo cf. Salmaſ. ad Solin. p. m. 93. Sic διὰ τὸ χρῶμα vocari dicit cum aliis Schol. Apoll. ad 2, 317. in quo conſentit Tournefort in voyage du Levant T. 2. lettre 15. p. m. 434. A canino tamen latratu, quem ſtrepitus aquarum imitetur, ſic dictas putat Wells ad Dionyſ. v. 149. Addit Noſter aliud nomen *Symplegades,* quo nomine etiam occurrunt in Plinio 6, 13. ſ. 12. ubi, ut hic, ex nexu ſubintelliguntur *inſulae,* quam vocem addit Martian. Cap. lib. 6. p. 222. Alii tamen ſimpliciter *Symplegades*

vocant, ut Ovid. epist. 12, 121. Seneca in Med. v. 456. Claudianus in Rufin. 1, 173. Ammian. 22, 8. Κυανέας Συμπληγάδας habet Euripides in Med. v. 2. et 1263. et γῆν Κυανεᾶν Συμπληγάδων in Iphig. in Taur. v. 241. Alii addunt et hic πέτρας, ut Apollon. Rh. 2, 645. et alibi, Strabo 1. p. 12. f. 21. Apollodor. 1, 9, 22. Lycophr. v. 1285. Hygin. fab. 21. ubi cf. Muncker. et Staver. *Symplegadae* inferioris Latinitatis usu dicuntur ab Isidoro 12, 7. ut sunt talia. Vid. Muncker. ad Fulgent. Mythol. 1. pr. p. 598. ed. Stav. In singulari posuerunt Lucan. 2, 718. et Seneca in Herc. fur. v. 1211. Ita quidem adpellantur a conlidendo, Gr. συμπλήττειν. Hinc *densi symplegas limi* apud Rutil. in itin. 1, 461. Praeterea vocantur Πλαγκταὶ, veluti apud Apollon. 4, 860. 939. Plin. 6, 13. f. 12. etsi a poetis hoc nomen usurpari adfirmat Arrian. in periplo p. 25. Hudf. Habet etiam Homerus Odyff. 12, 61. etsi hic ab Argonautarum cursu ad Ulyssis errores transtulit, et ob similitudinem in mari Siculo posuit, ut Apollodor. 1, 9, 25. de quo usu vid. Strabo 3. p. 103. f. 149. Ita quidem potius adpellative nomen adhibetur; nempe quia πρότερον πλαγκτὰς Cyaneas Graeci fuisse dicebant, ut tradit Herodotus 4, 85. cum Schol. Apollon. ad 4, 786. et Eustathio ad Dionyf. v. 144. Inditum videtur esse hoc nomen ab errando, πλάζεσθαι, ὡς πλανώμεναι περὶ τὰς ἀκτὰς, ut Tzetzes ad Lycophr. v. 1285. explicat, unde et *errantes Cyaneae* apud Valer. Flacc. 4, 562. et πλαζόμεναι πέτραι apud Dionyf. v. 145. quamvis alii alias, minus tamen probabiles causas adferunt, de quibus vid. Schmidius ad Pindari Pyth. p. 208. Pintianus ad nostrum locum et Beckmann. ad Aristotel. de mirab. ausc. c. 112. p. 231. Praeterea Συνορμάδας dixit Simonides teste Schol. Euripidis ad Med. v. 2. quod et tribuit Eratostheni Tzetzes c. l. Spectat hoc nomen iactatam illorum mobilitatem et conlisionem, uti σύνδρομοι πέτραι dicuntur apud Pindar. Pyth. 4, 370. Sic Theocritus 13, 22. dixit συνδρο-

μάδες, et 22, 28. πέτραι εἰς ἓν ξυνιοῦσαι, ut Apollon. Rhod. 2, 321. Orpheus v. 684. ξυμβλῆτες. Et ſic Scholiaſtae ſimilia adferunt, ut συνέρχεσθαι, συντρέχειν, συγκρούειν, Noſter *concurrere*, quod omnino uſitatum eſt Latinis. Vid. Valer. Flacc. 1, 60, 630. et quae multa loca congeſſit Heinſ. ad Ovid. Metam. 7, 62. *Coeuntia ſaxa* vocat Germanicus in Arati phaenom. v. 347. ut alii quidam. Vid. ibi Schwartz. p. 75. Cauſam fabulae adfert Plin. 4, 27. ſ. 13. *quoniam parvo discretae intervallo ex adverſo intrantibus geminae cernebantur, paullumque deflexa acie, coeuntium ſpeciem praebebant.* Eratoſthenes apud Schol. Euripid. in Med. v. 2. διὰ τὸν πλοῦν στενὸν εἶναι καὶ σκολιὸν, φαντάζονται οἱ πλέοντες τὴν ἀπόκλεισιν τῶν πετρῶν. Et ſic alii, qui fabulam vel explicant, vel reiiciunt. Denique de nominibus Cariſtius Pergamenus, teſte Schol. Theocriti c. l. tradiderat, Cyaneas ab hominibus, a Diis ὅρκου πύλας vocatas eſſe, de qua ratione vid. ad 1, 18, 5. De illarum diſtantia Strabo 7, p. 221. ſ. 319. τὸ μὲν (νησίδιον) τῇ Εὐρώπῃ προσεχὲς, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ, πορθμῷ διειργόμενα ὅσον εἴκοσι σταδίων. Utramque inſulam ponit πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ut Schol. Apollon. ad 2, 317. *ad caput Ponti* Flaccus 4, 561. ἐπὶ ταῖς εἰσβολαῖς τοῦ Εὐξείνου Πόντου Ariſtides c. l. et ſic alii. Aſiatica adiacebat Chalcedoni, Europaea Byzantio, ut ex aliis tradit Tzetzes c. l. Cf. etiam Strabo c. l. Gyllius de Boſporo Thracio 2, 24. Aſiaticam ponit iuxta Ancyreum promontorium, iuxta Panium Europaeam. Anguſto intervallo a continenti abſunt, ut fere, niſi in vicinia, maxime Aſiatica, vix poſſint discerni. Fretum adeo, quod intereſt, exſiccatur per aeſtatem. Cf. Tournefort voyage du Levant T. 2. lettre 15. p. m. 433. Accuratius eas luſtravit deſcripſitque Gyllius c. l. qui petras potius eſſe, quam inſulas, adfirmat, ut Tournefort c. l. Et ſic *montes* vocant Lucan. 2, 717. Seneca in Med. v. 341. *Cyaneos montes* Valer. Flacc. 2, 382. 8, 193. Optime indicantur illi ſcopuli in tabula Geogr.

Graeciae antiquae, quam exhibet voyage pittoresque de la Grèce Vol. 1. In poetis Orpheo, Apollonio, aliis maxime celebratur transitus Argonautarum Minervae ope (Apollon. Rh. 2, 598.) f. Iunonis (Apollodor. 1, 9, 22.) adiutus, quo facto conftiterunt. Vid. praeter poetas illos Tzetzes c. l. Schol. Theocr. c. l. Apollodor. c. l. et quae omnino de illis contulerunt Muncker. et Staver. ad Hygini fab. 21. Heyne ad Apollodor. c. l. Beckmann ad Ariftotel. de mirab. aufcult. c. 112. et quos laudant. Dabit etiam multa Dapper in defcr. des isles de l'Archipel pag. 508 fq. Si recte retulerunt Ortelius et Ferrarius in Lex. Geogr. a nautis vocantur *le Pavonare*, ab incolis *Iarcazes.*

§. 4. *Proconnefos)* Gr. Προκόννησος, quidam etiam Προκόνησος, ut Stephanus, Suidas, Prifcian. v. 556. metri forte caufa. Sed vid. de duplici ν notae crit. p. 480. A Ptolemaeo 5, 11. extr. effertur Προικόννησος, item ab Euftathio ad Dionyf. v. 530. Hierocle in Synecdemo pag. 662. aliisque, quos ibi indicat Weffelingius. Utraque forma adfert Etymol. M. et explicat, nec minus codices apud Herodot. 6, 33. Zofimum 2, 30. 10. Sine diphthongo tamen rectius fcribi, docet etymologia, quafi προκῶν νῆσος i. e. ἐλάφων, quas fic praegnantes vel primum parturientes vocari tradunt Scholiaftae, ut ad Apollon. 2, 279. Confirmant id etiam numi, in quibus Προκον. legitur. Eadem de caufa, quod tradit Plinius 5, 44. f. 32. a quibusdam *Elaphonnefus* dicta eft, in quo confentit auctor Etym. M. fi cum Voffio ad Scylac. p. m. 84. pro Ἀδελφόννησος illud nomen reponas. Alii tamen utramque diftinguunt, ut Scylax p. 35. Hudf. quem probat Voffius, vel feparatim commemorant, ut Stephanus. Alii alterutram tantum habent, in quibus Strabo, Ptolemaeus, Nofter. Nodum tamen, quod etiam ad Plinium 5, 44. f. 32. iudicat Harduinus, folvit Strabo c. l. quippe qui geminam Proconnefum agnofcit, veterem

et novam, ponitque ἐν τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον, unde efficitur, angusto intervallo utramque fuisse discretam. Veterem simpliciter memorat, novae dat urbem et lapidis albi fodinam. Strabonem simulque Nostrum egregie adiuvat Scylax, qui, cum Proconnesum et Elaphonnesum adferat, in illa ponit etiam urbem, hanc, commodis instructam portibus, a Proconnesiis arari et coli scribit. Igitur Strabonis antiqua Proconnesus Scylacis est Elaphonnesus, et nova Strabonis tantum incolis frequentata et habitata est. Sed cum eosdem haberet possessores, nomen postea facile commistum est, aut variatum. Nomen usu simile adiecit Plinius c. l. *Neuris*, quod tribuit tamen Stephanus *Halonae* insulae, quam et Προχώνην vocatam addit. In utroque scribendum videatur Νεβρὶς et Nebris. Nempe νεβροὶ ad cervinum genus referuntur, ut docent Schol. Apollonii ad 2, 279. (explicat sic πρὸξ) Hesychius et auctor Etymol. M. qui scribit: πρὸξ ἐστὶ ζῶον ὅμοιον ἐλάφῳ, ὁ λεγόμενος νεβρὸς, etsi utrumque distinguunt scriptores, veluti Aelianus hist. an. 7, 19. aliique, in iis Hesychius et Suidas ἐλάφων γεννήματα dicunt. Νεβρὶς autem ab Hesychio et Suida h. v. ἐλάφου δορὰ vel δέρμα explicatur. Incerta tamen vel dubia est haec adpellatio, quippe quam tribuit Halonae Stephanus, a qua tamen *Nebrida* distinguit Plinius c. l. etsi eodem tractu ponit, et Diogenes Cyzicenus apud Stephanum s. v. Βέσβικος circa Cyzicum. Subiicit praeterea Schol. Apollonii ad 2, 279. aliud nomen Προχόννησος, cuius duplicem adfert caussam, ἀπὸ τῆς προχόου, ἣν ἔχουσα τοῖς Μιλησίοις (ex quo conditores discuntur, quos et Strabo lib. 13. p. 404. s. 587. innuit) ἀπήντησεν ἡ παρθένος, ὅτε τὴν ἀποικίαν ἐστέλλοντο, vel καθὸ πρότερον οὖσα νῆσος προσεχώσθη, quod sic explicat Harduinus ad Plinium c. l. ut adgesto solo alteri insulae fuerit adnexa, unde nominum variatio intelligatur. Cf. etiam, quae disputat Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 3. Incola dicitur *Proconnesius*. In libris tamen Solini 4. (1.) et

40. (37.) adfertur *Proconnenſis*, quam formam praetulit Salmaſius, quem vid. p. m. 21. et 495. Nempe poſitum putat pro *Proconneſenſis*, eodem modo quo dicitur *Peloponnenſis*. Situm indicat noſter in Propontide, ut Plinius c. l. Stephanus h. v. qui Sporadibus adeo adnumerat, quas eo usque ab illo extendi recte miratur Holſten. p. 262. Circa Cyzicum et Artacen ponit Scylax c. l. Artacen coniungit etiam Herodot. 6, 33. in traiectu a Pario ad Priapum Strabo c. l. Inclaruit haec inſula Ariſtea (έας, uti etiam pro αῖος emendant in Strabone, uti in Pauſania 5, 7. etiam ex 1, 24.) qui poſt mortem adparuit et tribus libris carmen Epicum ſcripſit de bello Arimaſparum. Vid. in primis Herodot. 4, 14. et qui ibi laudantur et in Fabricii bibl. Gr. Vol. 1. p. 10. ed. Harleſ. Magis celebratur μέταλλον, uti eſt ap. Strabon. c. l. μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον. Alii vocant πέτραν, (Memnon in hiſt. c. 26.) μάρμαρον, (Zoſimus 2, 30, 10. Vitruvius 2, 8. Plin. 36, 6. et 37, 70. ſ. 10.) *ſaxa.* (Priſcianus v. 556.) Inde exſtructum vel exsultum Mauſoleum (Plin. 36, 6.) forumque a Conſtantino in nova urbe exornatum. (Zoſimus c. l.) Marmor autem illud fuit μεσόμελαν, de quo vid. Salmaſ. ad Solin. c. 37. p. m. 495 et 497. Plerique putant hodie eſſe *Marmora*. Graecis tamen, quod monet Dapper in deſcription des isles de l'archipel pag. 489. hodie videtur dici *Proconniſi*. Grelot vero, quem ibi laudat, omnes inſulas a Callipoli ad Conſtantinopolin Marmora ſ. Marmara dictas eſſe adfirmat, atque inde illud mare nomen accepiſſe. Eſſe vero quatuor: *Marmora*, *Aveſia*, *Coutalli*, *Gadaro*, de quibus ſingulis exponit Dapper c. l. Conſentit in potioribus Kinsbergen (Beſchreibung von dem Archipelagus pag. 154 ſq.) qui habet *Marmara*, ut Belon obſerv. 1, 71. p. 686. et tantum *Coutali*, *Avezia* ſcribit ex diverſa pronuntiatione. Plures enim ibi inſulas fuiſſe, adparet ex Plinio 5, 44. ſ. 32. cum quo cf. Diogenes Cyzicenus apud Stephanum ſ. v. Βέσβικος. Quod adfirmat Lechevalier in

voyage de la Propontide, a Turcis vocatur *Mermer Adaſſi.*

Tenedos) Gr. Τένεδος, h. *Tenedo*, (Tournefort voyage p. m. 87.) Turcis *Bokhtſcha Adaſſi* (Sauveboeuf Reiſen T. 2. p. 203.) vel, ut ſcribit ex varia pronuntiatione Dapper des isles de l'Archipel pag. 489. *Bogge Adaſſi.* Incolae *Tenedii.* Antea varia geſſit nomina, e quibus celebratur *Leucophrys.* Vid. Plin. 5, 39. ſ. 31. Strabo 13. pag. 415. ſ. 604. Stephanus, Suidas h. v. Heſychius ſ. v. Λευκόφρυς, Euſtath. ad Homer. Il. 1, 38. 2, 637. et ad Dionyſ. v. 536. Conon narrat. 28. Diodor. Sic. 5, 83. alii. Ita vero omnino eam adpellavit Lycophron v. 346. Cauſam nominis ita Euſtathius c. l. explicat: διὰ τὸ λευκὰς ἔχειν ὀφρῦς, ἤγουν ἐξοχὰς (ad Homer. Il. 2, 637. ἐπαναστάσεις τραχείας) παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς, vel, quod habet Tzetzes ad Lycophr. c. l. διότι τοῖς στενοῖς μέρεσι τοῦ Ἑλλησπόντου κεῖται. Addit alia nomina Plinius c. l. quae ſunt *Phoenice*, *Lyrneſſos. Calydnam* etiam a nonnullis nominatam eſſe, adfirmant Strabo c. l. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 536. Denique, quod referunt Euſtathius ad Homer. Il. 13, 33. p. m. 884. ſ. et Schol. ad c. l. *Triodon*, quia inter tria maria iaceat, ut interpretatur Schol. Villoiſ. ad Homer. c. l. Plerique tamen primum Leucophryn, inde Tenedon vocatam ſcribunt. Impoſuit autem poſterius nomen Τέννης vel Τένης, quem Cycnus pater, a noverca incitatus, cum arca incluſum in mare proieciſſet, ad Leucophryn inſulam eiectum incolae exceperunt regemque crearunt, et poſt mortem Deum coluerunt. Ita hanc fabulam narrant Conon, Pauſanias, Heraclides de polit. Gr. p. 2826. (in Gron. theſ. Vol. 6.) Euſtath. et Schol. ad Homer. Il. 1, 38. Cicero Verrin. 2, 19. de nat. Deor. 3, 15. alii. Cf. etiam Muretus Varr. lectt. 1, 12. et quae notavi ad Strabon. lib. 8. p. 275 ſq. Rem aperte, propoſita etiam illa fabula, narrat Diodor. Sic. c. l. adſcito colonorum agmine ex Troade

egreſſum illum deſertam Leucophryn occupaſſe, praeclareque rexiſſe. Cf. ibi de Tenne Weſſelingius et Iſidor. orig. 14, 6. De ſcriptura nominis per ν et νν nolo repetere, quae ad Strabon. c. l. notavi. Eſt igitur quaſi Τέννου ἕδος, ut explicat Stephanus et Euſtath. ad Hom. Il. 24, 544. p. m. 1503. ut in Homero c. l. Μάκαρος ἕδος de Lesbo dicitur. Reiicit tamen hanc Tenediorum originem propter veterum poetarum et mythologorum ſilentium, et ſuo more ad Punicos fontes remittit Bochartus in Chanaan 1, 9. ut ſit quaſi inſula *Tin-edom* i. e. luti rubri, cuius plurimus uſus in figulinis, quae tamen ſententia parum probata eſt viris doctis. A Tene autem eiusque rebus geſtis variae locutiones vulgari uſu celebratae ſunt, veluti Τενέδιος αὐλητής de falſo indicio, πέλεκυς de rigidis ſententiis vel violenter praeciſis controverſiis, quo lepide adluſit Cicero ad Qu. fratrem 2, 11. ξυνήγορος de duris et ſeveris ſententiis, ἄνθρωπος de eo, qui adſpectu eſt terribili, κακὸν de acerbis, non evitandis. (Apoſtol. 10, 81.) Quae quidem omnia explicat Stephanus c. l. quocum cf. Heraclides c. l. De ſingulis etiam expoſuerunt Conon, Plutarchus in Qu. Gr. p. 191. Reisk. de Pythiae oraculis pag. 573. Pauſan. 10, 14. Zenob. proverb. centur. 13. p. 545. ed. Schotti, Apoſtolius proverb. centur. 10, 26. et 28. Suidas c. l. etſi in explicationibus discrepant. Vid. quae conlegit Eraſmus in proverb. 1, 9, 29. 2, 5, 99. et 4, 1, 7. et Tournefort voyage T. 2. p. m. 88 ſq. Securis memoriam ſervarunt etiam multi numi, ut docent Raſche in Lex. num. T. 5. P. 1. p. 912. et Eckhel in doctr. num. P. 1. V. 2. p. 488. ex quibus bifidam fuiſſe adparet. Primos incolas *Aſterios* dictos eſſe tradit Heſychius ſ. v. Ἀστέριοι, nempe ab Aſterio, Tenedi loco, quem commemorat Plutarchus de Pythiae oraculis c. l. Vid. Bochart. c. l. et Kuſter. ad Suidam Tom. 3. p. 447. De ſitu haec adferunt auctores. Circa Troada, (Scylax p. 35. Hudſ. Petron. 89, 2, 29. Strabo c. l. conl. Virgil. Aen. 2, 21. et ibi Cerda) adverſa Sigeo litori, (Plinius 5, 39.

ſ. 31.) ad Helleſpontum (Ptolem. 5, 2.) aberat a continenti non amplius 40 ſtadiis i. e. 5 M. P. (Strabo c. l.) a Sigeo 12 M. D. i. e. 12500 P. cum quo concinit Agathemerus 1, 4. qui habet 100 ſtadia; a Lesbo 56 M. P. (Plin. c. l.) Ambitum illi dat ſtadiorum 80 Strabo c. l. qui faciunt 10 M. P. cum habeat 18 M. P. monente Tournefortio c. l. p. m. 91. Male ſtadia notat MCC. Hyginus fab. 275. Habuit praeterea ſec. Strabonem urbem Aeolicam, duos portus et templum Apollinis Sminthei. Hinc τοῦ Ἀπόλλωνος Τένεδος vocatur in vetere orbis deſcr. c. 58, 4. Unam in ea civitatem habitari retulit etiam Herodotus 1, 151. eamque inſulae cognominem fuiſſe Ptolemaeus c. l. Templi mentionem iniicit Homer. Il. 1, 38. et ipſum Apollinem numi exhibent. Vid. Raſche et Eckhel c. c. l. l. Inſulam vocat ἱμερτὴν Dionyſ. v. 537. *celſam* Petron. 89, 2, 29. In Sporadibus poſuit Hecataeus in Helleſponto teſte Stephano c. l. in Cycladibus Iſidor. 14, 6. Ampelius cap. 6. Oroſius 1, 2. Hyginus fab. 276. In quo vel librarii miſcuerunt cum *Tenos*, vel ipſi auctores, ut ſit, peccarunt. Vid. Oudendorp. ad Iul. Obſequ. cap. 100. et Muncker. ad Hygin. c. l. Sic contra pro Τενεδία τριήρης Palmerius in exercit. in Gr. auctores p. 187. apud Plutarchum in Themiſtocle c. 15. recte emendavit Τηνία ex Herod. 8, 82. Inclaruiſſe inſulam iam Troiana tempeſtate docet Homeri locus Il. 1, 38. Cf. Virg. Aen. 2, 21. Poſt ceperunt Perſae ſub Dario, ut narrat Herodot. 6, 31. Aeolum coloniam in illam deduxit Piſander Spartanus, de qua Pindarus Nem. 11, 43. Hinc intelligitur, cur τῶν Αἰολίδων νήσων cum Lesbo faciat Dionyſ. v. 536. et urbem Aeolida, quam habuit, adferat Strabo c. l. Cf. Thucyd. 7, 57. ex quo ſimul adparet, Athenienſibus vectigalem fuiſſe. Poſt Romanis paruit. Sed plura dabit Hemmerus, qui ſcripſit de republ. Tenediorum numis inluſtrata, (Havniae 1735. 8.) etſi eum non ſatis acute veterum loca diiudicaſſe cenſent. Vid. Meuſelii bibl. hiſt. Vol. 2. P. 1. p. 95.

Brevius illa complexus eſt Tournefortius in voyage du Levant Tom. 2. lettre 9. p. m. 87 ſqq. (Lyon 1727. 8.) Subiicit, quod audierat ex mercatore Conſtantinopolitano, nulla ibi hodie antiquitatis monumenta ſupereſſe.

ordine) Sic 1, 18, 2. *oppida eodem, quo dicta ſunt ordine, adiacentia.* CIACCONIVS.

Tauri) Igitur ad Lyciam hinc usque. Vid. de Tauri promontorio ad 1, 15. in.

ſive) Eſt ſimilis dubitatio, quam propoſuit auctor 1, 18. in appellatione inſulae *Antandri,* ſc. quia in Graeco ſermone nomina propria fere poſſunt ut appellativa intelli, unde magna apud antiquos haeſitatio de his *fortunatorum* inſulis. I. GRONOVIVS *MS.*

coeli) Coniungit et alibi, uti 2, 2, 4. 2, 7, 19. Hic in primis apte, quia inde regionis pendet et iudicatur felicitas. Poterat autem et hanc cauſam, etſi altera probabilior videtur, adponere, quia alias inſulas inde Macaron dictas eſſe conſtat. Sic Creta a temperie coeli adpellatam eſſe tradit Plin. 4, 20. ſ. 12. et ex eo Solin. c. 17. ſ. 11. et Martian. Capella lib. 6. p. m. 212. Eadem cauſa etiam intelligi poteſt in ſimili nomine Macariae de Cypro. De noſtris quidem iisdem inſulis idem tradit Diodor. Sicul. 5, 82. ubi vid. Weſſeling. Neque tamen alteram cauſam praeteriit Diodorus, etſi hanc praefert.

Macar) Ὁ Μάκαρ et ὁ Μακαρεὺς utroque modo adpellatur a Mythologis. Hanc hiſtoriam fuſe narrat Diodor. Sic. 5, (81.) qui ſimiliter duplicem nominis adfert cauſam, ac has ipſas 5 inſulas commemorat, quae beatae fuerint dictae. Sed ſane multo olim plures fuerunt, ſic cognominatae. Nam, ut de inſulis Oceani taceam, quas nemo ignorat fuiſſe complures, etiam Creta, Cyprus, Leuce, multa denique in continente ſita loca inſularum

felicium nomen consecutae sunt. VOSSIVS. Promiscue Μακαρεὺς et Μάκαρ dicitur. Illud est in Diodoro, hoc in Stephano s. v. Μήθυμνα et Μυτιλήνη, quas uterque eius filias fuisse scribit, a quibus Lesbi urbibus nomina fuerunt imposita. Sed et aliam eius filiam commemorat Stephanus Issam sub h. v. a qua et haec urbs Lesbi nomen tulit. Eam etiam tamquam Macaris filiam in Issae Lesbi numo exhiberi censet Neumannus in Pop. Num. II. p. 28. 29. Contra Diodorus Siculus c. l. ipsam insulam Lesbon ante Issam, post Pelasgiam vocatam esse scribit, quem et magis probant viri docti ad Stephanum et Diodorum. Idem autem in insularum μακάρων adpellatione et numero nostrum egregie adiuvat. Narrat enim, Macarea colonos ex Lesbo misisse in Chium, Samum, Con et Rhodum, quam diserte *Macariam* dictam antea etiam fuisse tradit Plinius 5, 36. s. 31. uti et Lesbum 5, 39. s. 31. Ceterum αἱ μακάρων νῆσοι a multis commemorantur, vel simpliciter, vel notato situ, uti ab Hesiodo Opp. v. 169. Platone in Menex. haud procul ab in. Herodoto 3, 26. Strabone 3. p. 104. s. 150. Pindaro Olymp. 2, 129. Euripide in Helena v. 1693. Apollodoro 3, 10, 1. Lycophr. v. 1204. copiose a Tzetze ad Hesiod. Opp. v. 169. p. m. 50. et aliis. Herodotus regionem facit a Thebis 7 dierum itinere distantem. Poetae, qui in iis beatorum sedes et Elysium constituunt, ad Oceanum ponunt, at in situ varie discrepant. Sed vid. Eustath. ad Homer. Odyss. 4, 563. pag. 186, 30. Tzetzes ad Lycophron. c. l. et Hesiod. c. l. Barnes. ad Euripidem c. l. et in primis, quae de Elysio disseruit Heyne in opusc. academ. Vol. 1. p. 395 sqq. Cf. etiam ad 3, 10, 2. Iul. Caesarem triremi eas adiisse ibique commorari amoenitate earum captum voluisse, sed ab incolis eiectum, narrat ex auctore aliquo Tzetzes ad Hesiod. c. l.

in Troade) Notanda locutio, cum insula non possit esse in continenti. Sed tamen patet, illam quasi

nauticam fuiſſe quondam locutionem. Nam aliquoties (eadem formula) ſequitur, et apud alios etiam occurrit, ubi intelligitur, illi parti continentis appoſita eſſe. I. GRONOVIVS *MS.*

Lesbos) Gr. Λέσβος. Incolae Gr. Λέσβιοι, veluti apud Plutarch. in Alcib. c. 24. in. et, qui diſerte id tradit, Diod. Sic. 5, 81. Latinis *Lesbii*, et inde *Lesbous*, *Lesbiacus*, quod ex Geſneri theſauro diſcitur. Ibi tamen in voce *Lesbiacus* melior auctoritas accedit ex Cicer. in Qu. Tuſc. 1, 51. f. Secundum Plin. 5, 39. ſ. 31. adpellata ea eſt etiam *Himerte*, uti pro *Hemerte* dedit Harduinus, *Laſia*, *Pelasgia*, *Aegira*, *Aethiope*, *Macaria*, quibus addi poteſt ex Strabone 1. p. 41. ſ. 60. *Iſſa.* Atque ſic vocat Lycophron v. 220. notante etiam Euſtathio ad Dionyſ. v. 536. ab urbe cognomini *Iſſa*, de qua Stephanus, quem male miſcentem recte emendat Weſſeling. ad Diodor. Sic. 5, 81. in. Ipſe vero Diodorus cauſas aliquorum nominum explicavit. Primi, quod refert, incolae fuerunt Pelasgi, qui eam Xantho duce occuparunt, deſertamque, cum Iſſa antea nominaretur, Pelasgiam adpellarunt. Deucalionis aetate in diluvio illo celebri deſolatam advectus tenuit Macareus; poſt Lesbus ducta Methymna Macarei filia Lesbum nominavit. Cf. Schol. Villoiſ. ad Il. 24, 544. ubi Macarem cum Homero vocat. In Pelasgiae nomine conſentit etiam Strabo 5. p. 153. ſ. 221. et lib. 13. p. 427. ſ. 621. Pelasgos in illa inſula ante Troianam tempeſtatem conſediſſe innuit. Poſt Aeoliorum colonia in Lesbum commigravit ex Lacedaemone Oreſte quidem duce, quod ſcribit Schol. Pindari ad Nem. 13, 43. diſſentientibus tamen auctoribus magis idoneis. Secundum Strabonem enim lib. 13. p. 400. ſ. 582. Oreſtes colonorum illorum dux mortuus eſt in Arcadia, ſucceſſoremque habuit Penthilum filium, qui Lesbon cepit, ſi fides habenda eſt Pauſaniae 3, 2. At Grao eius nepoti id tribuit Strabo c. l. quem Graidem vocat Pauſanias c. l. de

qua diverſitate cf. Berkelius ad Stephanum p. 67. et in primis Facius ad Pauſaniam pag. 334. et quos laudat. Tzetzes ad Lycophron. v. 1374. Oreſtem occupaſſe inſulam hanc ſcribit, auctore uſus Hellanico Lesbio, ſed morte praeventum urbem in ea conſtituere non potuiſſe, quam poſt conſtituerit Gras (Γρᾶς, ita enim vocat) ex eius poſteris. In urbe conſentit Herodotus de vita Homeri c. 38. quippe qui narrat, Lesbum annis 130 poſt Troiae expugnationem oppidatim incoli coeptam eſſe, antea nullam urbem habuiſſe. Incidit autem Grai aetas in ea tempora, uti ex Strabone c. l. intelligitur. Hinc vero Lesbii dicti ſunt Aeolii, ut refert Stephanus ſ. v. Αἰολία, conl. Herodoto 6, 8. ipſa inſula Αἰολὶς vocatur a Scylace p. 36. Hudſ. Dionyſio v. 536. et hinc Priſciano v. 553. Ptolemaeo 5, 2. Strabo 13. pag. 424. ſ. 616. Lesbum adeo μητρόπολιν τῶν Αἰολικῶν πόλεων vocare non dubitat. Μάκαρος ἕδος vocatur ab Homero Il. 24, 544. quia ibi, notante Euſtathio, regnaverat Macar quidam; unde *Macaria* ſupra. Sic Τένου ἕδος de Tenedo. Inſulae ſitum ad Troada indicavit noſter, et diligentius deſcripſit Strabo 13. p. 424. ſ. 616. Longa fuit 900 ſtad. circuitus eius 1100 ſtadiorum, (non 1500, ut cum Cellario Geogr. ant. 3, 2, 10. ſcribit Bueſching.) in quo conſentit Agathemerus 1, 5. extr. At tantum 1000 ſtadiorum ambitum illi dat Euſtath. ad Dionyſ. v. 536. Quod Plinius refert ex Iſidoro, circuibatur 168 M. P. i. e. 1344 ſtad. pro quibus veteres habuiſſe addit 195 M. P. In maximis inſulis ſeptimo eam loco ponunt Scylax p. 56. Hudſ. Alexius Comicus teſte Conſtantino Porphyrog. de themat. 2, 10. Ariſtoteles de mundo 3, 5. quod arripuit Bochartus in Chanaan 1, 9. et nomen Lesbus ex lingua Phoenicia, mirum, duxit, quaſi *Esbuith*, contra Esbu, praefixo lamed, i. e. ad ſeptimam ſc. inſulam de urbe Lesbo. Olim Idae monti iunctam, poſt inde terrae motu avulſam quidam tradiderant teſte Strabone lib. 1. p. 41. ſ. 60. Maxime autem olim inclaruerat, quod docent

praeter epitheta disertae eius laudes. Sic *notam* vocat Horat. epist. 1, 11, 1. *clarissimam* Plin. c. l. *nobilem* et *amoenam* Tacitus Annal. 6, 3. Celebritatem maxime debet hominibus claris, quos tulit, veluti *Pittacum* ex 7 Sapientum numero, *Alcaeum* poetam, *Sappho* poetriam, *Diophanem* oratorem, *Theophanem* historicum, *Arionem* et *Terpandrum* musicos (cf. Plutarch. de Musica T. 10. p. 656. Lips.) aliosque, quos recenset Strabo 13. pag. 424. s. 617. ubi prolixam insulae cum urbibus dedit descriptionem, ut ex recentioribus Dapper pag. 229 sqq. c. l. Laudatur a veteribus, ut leviora praeteream, nobilitas vini, quod Chio addit Horat. epod. 9, 34. et prae aliis suave praedicat Alexis apud Athenaeum 1, 22. s. 51. aliique. Cf. etiam Plin. 14, 9. s. 7. et de eius signis in numis Rasche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1628. At ipsi incolae male audiunt ob morum obscenitatem, unde λεσβιάσαι αἰσχρῶς μολῦναι τὸ στόμα, de quo multis Eustath. ad Homer. Il. 9, 129. p. m. 637, 13. Lesbiaca olim scripserat Myrtilus. (Antigon. hist. mirabil. c. 5.) H. adpellatur *Mitilena*, quod illi nomen ab urbe cognomini accessit, ut patet ex Eustathio ad Dionys. c. l. et Homer. Il. c. l. et Odyss. 3, 170. p. m. 120. in. Tzetze ad Lycophr. v. 219. Et sic Geographus Ravenn. 5, 21. *Lesbos, qui et Metelini.* Suidae tempore ita alterum nomen invaluerat, ut hic Mitylenen insulam faceret h. v. etsi Lesbi etiam antiquo nomine meminit. Cf. Hieroclis Synecdem. pag. 686. Gudii inscrr. ant. pag. 94, 7. ubi diserte vocatur insula *Mitylene.*

quinque) Ita tradunt Scylax p. 36. Huds. Strabo 13. p. 424. s. 616. Ptolem. 5, 2. Tzetzes ad Lycophr. v. 1097. Hinc πεντάπολιν τὴν Λέσβον vocat Eustathius ad Dionys. c. l. et Tzetzes c. l. At in iis ille ponit simul Lesbum, ut ad Homer. Odyss. 3, 170. p. m. 120. ubi pro Eresso simul habet Issam et addita Lesbo 6 urbes conficit. Sed et sex numerat Herodot. 1, 151. quarum quin-

que dicit ab infularibus habitatas, fextam Arisbam Methymnaeos fibi fubieciffe. Plinius adeo c. l. recenfet 9 urbes, in quibus hic enarratis accedunt *Arisbe*, *Agamede*, *Hiera* et *Pyrrha*, quae poftrema fuburbium veteris mari hauftae fuit; omnes reliquas etiam periiffe narrat, fic ut fuperftites fuerint omnino *Erefos*, *Pyrrha* et *Mitylene*. Quas Nofter pofuit urbes, eas recenfet a feptemtrione ad meridiem progreffus; fed in duabus ultimis turbat ordinem.

Antiffa) Gr. Ἄντισσα. Commemoratur a pluribus, veluti Demofthene de foedere in Alexandrum pag. 213. (Reisk.) Thucydide 3, 18. et aliis. Cf. Waffius ad Thucyd. c. l. Incola *Antiffaeus* apud Stephanum h. v. et Liv. 45, 31, 13. Nomen auctore Stephano traxit ab *Antiffa*, Macaris filia, etfi hic a fe ipfe diffidens f. v. Ἴσσα, Iffam facit Macaris filiam, quae Iffae, Lesbi urbi, poft Himerae (leg. Ἱμερτῇ ex Plinio c. l.) nomen dederit. Macaris etiam filiam non Antiffam, fed Amphiffam vocat Paufan. 10, 38. Alibi etiam Stephanus f. v. Ἄμφισσα, ab ἀντὶ παραγώγως Antiffam formatam effe cenfet, et aliis exemplis inluftrat. At hoc ipfum magis probant narrationes veteres. Quod enim apud Strabonem 1. pag. 41. f. 60. Myrfilus retulit, Lesbus olim dicta eft *Iffa*, (cf. fupra) *Antiffa* dicta infula Iffae f. Lesbo obiecta, quae poft ipfi infulae Lesbo adhaefit, et eius urbs facta eft. Antiffa igitur fuerit Iffae obpofita infula. Idem adfirmant Ovid. Metam. 15, 287. et Plin. 2, 91. f. 89. Prope *Sigrium* promontorium eam urbem ponunt Strabo 13. p. 425. f. 618. et Stephanus, eundemque fitum indicat etiam Ptolemaeus 5, 2. Cum Antenorem claffis regiae praefectum in bello Romano contra Perfea portu (quem et memorat Strabo c. l.) receptum iuviffet, diruendam eam cenfuerunt Romani, incolasque Methymnam traducendos, ut refert Livius c. l. Hinc intelliguntur Plinii verba 5, 39. f. 31. *Antiffam Methymna traxit*

in se ipsam. Terpandrum musicum ibi natum, qui lyrae primus 7 chordas accommodavit, barbitonque invenit, refert Stephanus s. v. Antissa. Cf. de eo Strabo c. l. et Athenaeus 14, 9. p. 635. De eius hodierno nomine nihil constat, et urbs ruinis obruta videtur.

Pyrrha) Gr. Πύῤῥα apud Strabonem c. l. Scylacem p. 36. Huds. Ptolemaeum 5, 2. Stephanum h. v. et alios. Hinc recte Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 10. apud Thucyd. 3, 18. pro Πύρα vult Πύῤῥα, uti est 3, 35. 8, 23. Incola apud Stephanum est Πυῤῥαῖος. *Pyrrhiades puellae* apud Ovid. epistol. 15, 15. uti quidem dederunt Heinsius et Burmannus. Sita fuit in occidua insulae parte, ut notat Strabo c. l. qui illi dat portum cum Scylace c. l. Strabonis tempore urbs eversa erat, (κατέστραπται) et tantum eius προάστειον habitabatur. Strabonem explicat Plinius c. l. qui mari haustam fuisse scribit. Idem vero, dum aliam Pyrrham in Lesbi insulis subiungit, de suburbio Strabonis intelligi debet, quod in nomen et iura urbis eversae successit. Atque sic cum Mela posteriores intelligi debent, veluti Ptolemaeus, Stephanus. Antiqua urbs passim a Thucydide commemoratur, quam cum Eresso Paches in Atheniensium potestatem redegit. Vid. 3, 35.

Eresos) Gr. Ἔρεσος. At in hac scriptura variatur, quod duplici σ alii, alii simplici efferunt, de quo monui in not. crit. p. 484. Inde *Eresius* s. *Eressius*, cui Stephanus addit Ἐρεσιεύς. Nomen, eodem auctore, traxit ab *Ereso* Macaris filio. Strabo ponit in colle prope mare, inter Pyrrham et Sigrium promontorium. Ptolemaeus hoc ordine: *Sigrium* (male *Singrium*) et *Pyrrha*, *Eresos*, *Mania* promontor. (pro *Malia* s. *Malea*. Vid. ad Thucyd. 3, 4. Dukerus) *Mitylene*. Conciliari tamen posse videntur, si cogitaveris, Strabonem a Sigrio in utramque partem urbes notare. Idem Phaniam et Theophrastum,

philosophos Aristotelicos, eius cives facit, ut alii. Hodie pagus est, vel vicus *Erisso*, uti tradit Tournefort voyage du Levant Tom. 2. lettre 9. p. m. 85.

Methymna) Gr. Μήθυμνα, et hinc Μηθυμναῖος. Pro η tamen aliqui habent ε, veluti Herodot. 1, 151. Scylax pag. 36. Hudf. In numis triplex scribendi ratio obtinet, Μα, Με et Μη, de quibus sic Eckhel in numis veter. anecdotis Tom. 2. p. 236.: Numi antiquissimi Με, his posteriores Μα et inde a Traiano Μη. Attamen ita iam sub Domitiano. Vid. quos laudat Rasche in Lex. num. T. 3. P. 1. p. 626. Μη tamen sub imperatoribus maxime invaluit. Μα est ex dialecto Aeolica, qua incolae utebantur, uti monuit Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 502. De scriptura in auctoribus vid. Wasse ad Thucyd. 3, 2. Neque tamen solus per ε scribit Scylax, quod gentilis exempla docent ex Herodoto c. l. Alciphrone epist. 3, 1. et numi probant, nec mendum est in Scylace, uti putat Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 10. aut, uti Wasse c. l. in Philostrato in vita Apollonii 4, 16. etsi per η ibi 4, 13. uti et Herodot. 1, 23. Certe promiscuum utriusque literae usum valuisse ad posteriores translatum, inde discitur. Nomen cum Diodoro Siculo 5, 81. a Methymna, Macarei f. Macaris filia, ducit Stephanus, a μέθυ Eustath. ad Homer. Il. 2, 716. pag. 249. f. 329. Vid. Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 686. qui nec τὸ ε damnat. In bello Peloponnesiaco, cum ceterae ab Athieniensibus defecissent, sola in fide mansit, (Thucyd. 3, 2.) quare suum agrum retinuit postea. (Thucyd. 3, 50.) Inclaruit Arione citharoedo, quem, cum piratae in mare praecipitassent, excepit delphin et in terram devexit. Vid. Herodot. 1, 23. ex quo alii narrationem repetunt. Myrsinum historicum et Echecratidem Peripateticum claris civibus adnumerat Stephanus. Celebratur porro vinum generosum, apud Ovid. A. A. 1, 57. quod Chio praetulit Aristoteles Theophrasti causa apud Gellium 13, 5.

et ambrosiae propius esse adfirmat Archestratus apud Athenaeum 1, 22. Urbis etiamnunc rudera in promontorio *Molivo* conspiciuntur. Vid. Tournefort p. m. 84. c. l.

Mytilene) Gr. Μυτιλήνη, uti adfert literarum serie Stephanus. Et sic alii scribunt, veluti Herodotus 1, 160. Plin. 5, 39. s. 31. Plures tamen numero scribunt Μιτυλήνη, in quibus Xenophon hist. Gr. 1, 6, 16. et alibi, Scylax c. l. Strabo 13. p. 424. s. 617. Diodor. Sic. 5, 81. aliique. Ita etiam in N. T. act. apost. 20, 14. De scripturae illa varietate Vossius monuit haec: Utrumque dixere veteres. Sed prius (Mytilene) longe rectius; alterum vero inter barbarismi species refert Stephanus Grammaticus Byzantius in commentariis ad Dionysium Thracem, et Μυτιληναῖον dici iubet, addens rationem: ἀπὸ γὰρ τοῦ Μύτωνος τοῦ κτίστου Μυτιλήνη καλεῖται. Confirmant hanc scripturam numi veteres, e quibus potissimum orthographiae ratio est petenda. Haec Vossius. Quod de numis refert, recte habet, uti adparet ex iis, quae contulit Rasche in Lex. num. Tom. 3. P. 1. pag. 1018 sqq. Cf. etiam Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 503. At minus recte, uti superiora docent, idem scribit, in libris constanter legi Μιτυλήνη. Atque adeo per ι in prima syllaba occurrit apud Gruterum p. 474. n. 8. et Gudium p. 94, 7. Praeferunt tamen viri docti alteram scripturam, quam revocavit in Velleio 2, 18, 3. Ruhnken. ubi vid. quos laudat, et adde Oudendorp. ad Sueton. Caes. cap. 2. et indicem Gudii in inscrr. ant. p. 31. Perinde habet utrumque Wesseling. ad Diodor. Sic. 3, 55. Gruteri etiam inscriptionem, quia locus non additus est, in dubium vocat Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 10. Praeterea effertur in plurali apud Gruterum c. l. Livii epit. 89. Sueton. Caes. c. 2. Tiber. c. 10. Hygin. fab. 221. Plura dabit Garaton. ad Cic. de leg. agrar. 2, 16. in. et contra Rullum 2, 16. in. Plurali etiam numero

utuntur paſſim Graeci, et utroque Plutarchus in Pompeio cap. 42. et in convivio 7 Sapientum p. m. 599. (Opp. Vol. 6. Reisk.) ubi pluralis legitur. Nominis cauſas varias adfert Stephanus, nec ſibi conſtat Diodor. Sicul. 3, 55. et 5, 81. qui a Mitylene petit. Urbis celebritatem indicant Horat. 1. od. 7. in. et Martialis 10, 68. in. illum imitatus. Strabo c. l. de ea: *κατεσκεύασται τοῖς πᾶσι καλῶς.* Et ſic alii varie laudant. Cf. Muretus Varr. lect. 9, 16. *Μεγίστην πόλιν* inſulae vocat Strabo et numi *πρώτην.* Vid. Spanhem. de uſu — numism. Vol. 1. p. 646. (Londin.) et Raſche c. l. Variis fatis haec urbs exercita eſt. In bello Peloponneſiaco graviter adflicta ab Athenienſibus, a quibus ad Lacedaemonios defecerat, uti ex Thucydide diſcitur. Poſt Sullano tempore Thermus praetor expugnatam diruit, uti tradunt Livii epit. 89. et Sueton. in Caeſ. 2. Pompeius illi libertatem reſtituit, (Plutarch. in Pompeio c. 42. et Vellei. 2, 18. 3.) unde liberam eam vocat Plinius c. l. Cf. etiam de iis Cellarius in Geogr. ant. 3. 2, 10. Portus eius duo commemorant Strabo c. l. qui inter Methymnam et Maliam promontorium ponit, et Scylax pag. 36. Hudſ. In claris civibus, quos recenſet Strabo, notandi videntur Pittacus ex numero 7 ſapientum, Alcaeus poeta, Diophanes rhetor et Theophanes hiſtoricus. Ab hac urbe poſtero tempore totam inſulam nominatam fuiſſe, ſupra docui. Hodie *Caſtro* vocari tradit Tournefort c. l. p. m. 83.

In Ionia) Ut ante in Troade eodem uſu i. e. ad Ioniam. Uſitate Strabo 2. p. 85. ſ. 124. *προκείμεναι τ. Ἰωνίας.* Inde vero Chios et Samos Ioniae vel Ionides inſulae vocantur a Dionyſ. v. 535. Priſciano v. 552. Avieno in deſcr. orbis v. 712. Ioniis etiam urbibus adnumeratas fuiſſe, adparet ex Herodoto 1, 142. qui narrat Panionii participes fuiſſe. Cf. Pauſan. 7, 4. in. Sic idem Herodotus 2, 178. Chium dat Ioniae, et Stephanus h. v. eam celeberrimam Ioniae inſulam vocat. *Ἰώνων νῆσον*

Euſtath. ad Dionyſ. v. 533. et Σάμον Ἰωνικὴν vocat idem c. l. ad v. 524. et 533. Vid. *Samos.*

Chios) Gr. Χίος, incola Χῖος, Latinis *Chius.* (Cicero pro Archia c. 8. et alii.) De accentus differentia in Χίος de inſula, et Χῖος de inſulano pro Χίϊος vid. Euſtath. ad Homer. Il. 1, 7. p. m. 16. Il. 4. in. p. m. 331. Odyſſ. 3, 172. p. m. 170. et alibi, Etymol. M. h. v. Stephanus h. v. Pro Χῖος tamen etiam occurrit in Graecis Χιώτης apud Photium in Memnonis hiſt. cap. 35. ut notat ad Stephanum Holſten. p. 357. Poſſeſſivum Χιακὸς a Stephano notatur. De nominibus Plinius 5, 38. ſ. 31. *Aethaliam Metrodorus priſco nomine adpellat; Metrodorus et Cleobulus Chiam, et Macrin et Pityuſam.* De *Aethalia* conſentit fere Stephanus, qui habet Αἰθάλη ſ. h. v. Suidas ſ. v. Χίος adeo Αἴθλη. *Macris* dicta eſt a longitudine, *Pityuſa* a pinuum feracitate; Livius tamen 37, 13 et 14. *Aethaliam*, *Macrin* et *Chium* diſtinguit et diverſas inſulas facit, ubi vide, quae disputarunt viri docti. Nempe pluribus aliis inſulis eadem nomina vel cognomina fuerunt olim addita. Adiungi poteſt aliud nomen, in quo idem valet, *Ophiuſa*, adfirmante Theone ad Arati phaenomena v. 655. hac cauſa praemiſſa: διὰ τὸ πολύθηρον αὐτὴν εἶναι. De cauſa recepti olim nominis varia traduntur. Secundum Plinium enim c. l. aut a Chione Nympha dicta eſt, aut a nive. In utraque cauſa conſentit Stephanus, ſed tertiam addit, a Chio Oceani filio. Nivis memoriam ſervarunt fabulae. Ita enim tradit Pauſanias 7, 4. ſ. ex Ione tragoediarum ſcriptore, Neptunum in deſertam olim inſulam veniſſe et nympham compreſſiſſe, qua parturiente nix e coelo in terram deciderit. Aliam nominis cauſam adfert Iſidorus Orig. 14, 6. qui ſic: *Chios inſula Syra lingua adpellatur, eo quod ibi maſtix gignitur. Syri enim maſticem Chion vocant.* Dubitationes tamen iniicit Bochartus in Chanaan 1, 9. in. quod Chii nomen pro maſtiche in Oriente plane ignotum

ſit, eiusque ſcriptores Graecam vocem ſemper uſurpent. Ipſe a Syrorum *chivja* derivat ſuo more, ut ſit quaſi *ſerpentum inſula.* Eius οἰκιστὰς Pelasgos facit Euſtathius ad Dionyſ. c. l. Lelegas eam tenuiſſe, poſt ab Ionibus expulſos, narrat Strabo l. 14. in. Secundum Diodor. Sic. 5, 79. Rhadamanthus eam Oenopioni, ex Ariadna Minois genito, poſſidendam tradidit. Inde Chius ἔναλος πόλις Οἰνοπίωνος vocatur a Critia apud Athenaeum 1, 22. p. 28. De Oenopione plura dabunt Theon ad Arati Phaenom. 635. ubi rex Chii vocatur, et quos commemorat Weſſeling. ad Diodor. c. l. Sed de iis, quae inſulam ſpectant, adde in primis Pauſan. 7, 4. f. Poſt Macareus ſ. Macar, quem ſupra Lesbon tenuiſſe docui, filiorum uni coloniam eo deducendam mandavit, ut refert idem 5, 81. De ſitu inſulae prope Ioniam, a qua freto disiuncta erat, antea dictum eſt. Reſpectu finitimarum inſularum Plinius c. l. ſic: *Poſita eſt inter Samum et Lesbum ex adverſo maxime Erythrarum.* A Samo (non ab Ionia, ut putat Brunsius in Handbuch der alten Erdbeſchr. Tom. 2. p. 15.) diſtabat ſec. Plin. c. l. 93 M. P. vel ſec. Agathemerum 1, 4. unde ille probatur, 750 ſtadia. Circuitu, quod notat Plinius, 125 M. P. conligit, ut veteres tradidere; quibus Iſidorus 9 M. P. adiecit. Strabo 14. pag. 444. ſ. 645. habet 900 ſtadia, quae faciunt 112 M. P. et 500. Nec minus hodie discrepant, veluti Porcachius, Sponius — Vid. Dapper des isles de l'Archipel p. 213. A Smyrna diſtat 100 milliaribus, quia mons prominens circumnavigandus, Thevenot voyage — au Levant (1689. 8.) P. 1. pag. 515. habet 90 milles. Magnitudine nonam facit Scylax p. m. 56. Alii aliter pro magnitudinis notione et ratione. Ipſius inſulae deſcriptionem dedit Strabo c. l. Urbem cognominem (ut hodie Tavernier voyages (ed. 1724.) Tom. 1. pag. 430.) cum ampliſſimo portu ad *Pelinaeum* montem altiſſimum commemorant plures. Ab illo monte ſec. Heſychium Iupiter ibi cultus Πελιναῖος vocaba-

tur. Plura de monte, cuius nomen varie depravatur, dabunt Salmaſ. ad Solin. c. 40. ſ. 57. p. 607. Harduin. ad Plin. c. l. et Schraderus ad Avienum in deſcr. orbis v. 714. Hodiernum nomen trahit a pago adiacente *Spartonda.* Tournefort Tom. 2. lettre 9. p. m. 66. Alium inſulae portum cum templo Apollinis *Phanas* memorat etiam Strabo c. l. pro quo in Ptolemaeo 5, 3. eſt Φαναία ἄκρα et in Stephano h. v. Φάναι ἀκρωτήριον, ſic dictum ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τ. Δῆλον. Phanas Chiorum portum et promontorium agnoſcit etiam Livius 36, 43, 11. et 44, 28, 8. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 340. Laudantur in Chio multa, in quibus lapicidinae (Plin. 36, 5. ſ. 6.) marmore praecipue nobilitatae. Vid. Plin. 5, 38. ſ. 31. et Strabo 14. p. 444. ſ. 645. Celebratur porro a plurimis *vinum*, et quidem *Ariuſium* (vulgo male *Arviſium*), cuius adpellationis cauſam dat Strabo c. l. his verbis: ἡ Ἀριουσία χώρα, τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, σταδίων ὅσον τριακοσίων, οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν. Nominatim diſerteque, cum alii omnino Chium habeant, hoc laudant Virgil. eclog. 5, 71. Plin. 14, 9. ſ. 7. Silius Ital. 7, 210. Athenaeus 1, 25. p. 32. Plutarch. in Epicurum pag. 520. (Opp. Tom. 10. Lipſ.) aliique. Stephanus ſ. v. Ἀρσυσία vocat Ἀρσύσινον, quem tamen depravatum eſſe interpretes exiſtimant. An a Latinis *Arviſium* ſine corruptione librariorum vocetur, disputant docti probantque aliqui, uti Holſten. ad Stephan. p. 49. Bochartus in Chanaan 1, 9. Rectius tamen alii praeferunt *Ariuſium* ex Strabone, et ſic dedit Heinſius in Silio Italico ſequentibus Drakenborchio, Erneſtio et Ruperto, Heyne in Virgilio c. l. Plura dabunt de ſcriptura Pierius et Burmann. ad Virgil. c. l. Victorius Varr. lectt. 15, 24. Harduin. ad Plin. 14, 9. ſ. 7. Oberlinus ad Vibium p. 290. Suo more nomen ex lingua Phoenicia derivat Bochartus, quem vide, ſi tanti eſt. Dulcedinem eius laudat Athenaeus 1, 25. et *nectar* vocat Virgilius, *ambroſios ſuccos* Silius Italicus. Hodie *Meſta* illum

locum dici, ubi generoſum illud vinum proveniat, refert Tournefort c. l. Tom. 2. lettre 9. p. 64. et eius bonitatem culturamque prolixe deſcribit. Nuper tamen minime iis laudibus dignum eſſe adfirmavit Sauveboeuf Reiſen Tom. 2. p. 199. *Phanaei* etiam vini praeſtantiam indicat Virgil. Georg. 2, 98. ubi vid. interpretes. Ceterum, quod refert Athenaeus 1, 20. ex Theopompo, Chii primum nigrum vinum fecerunt, in quo conſentit Stephanus ſ. v. Χίος, Euſtath. ad Dionyſ. v. 535. et ad Homer. Odyſſ. 2, 340. p. m. 101, 11. vitemque primi ſeverunt et coluerunt edocti ab Oenopione, de quo ſupra. Ipſi numi eam inſulae bonitatem ſaepe indicant, diota, amphora uvaque notati, uti docet Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 513 ſqq. De maſtiche (Turcis *ſakes*) vid. Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 430 ſq. Thevenot voyage P. 1. p. 299 ſqq. (1689. 8.) ubi deſcribit, et Belon obſervat. 2, 8. pag. 83. qui h. ibi tantum inveniri dicit. Praeterea terebinthum optime in Chio naſci tradit Tournefort c. l. p. 71. etſi falſo Dioſcoridem 1, 91. adlegat, qui lentiſcum commemorat, nec usquam fere melius et utilius provenire lentiſcum idem narrat p. 66 ſqq. uti et nuper Sauveboeuf Reiſen Tom. 2. pag. 199. qui multa, uti omnino de inſula, ita etiam de ea eiusque ſucco narrant. Cf. et Dapper c. l. pag. 216. Proverbia de Chiis habet Euſtath. ad Odyſſ. 3, 170. pag. m. 120, 15 ſq. Chios Graecorum opulentiſſimos dicit Thucydides 8, 45. claſſemque olim habuiſſe, qua maris imperium et libertatem adfectarent, ſcribit Strabo c. l. centum naves Graecis praebuiſſe, cum a Perſis defeciſſent, Herodot. 6, 8. Tulit auctore Strabone cives claros *Ionem* tragoedum, *Theopompum* hiſtoricum et *Theocritum* Sophiſtam. Civem praeterea iactant Homerum et *Ananato* pagum hodie oſtendunt, ubi natus fuerit, vineamque Homeri in vicinia vocant. Cf. Thevenot voyage P. 1. pag. 306. (ed. 1689. 8.) argumento praeterea uſi Homeridarum, quorum ducem faciunt Cynaethum Chium, de quo vid. Schol.

Pindari ad Nem. 2. in. Propugnavit pro ea opinione ipſe Chius Leo Allatius in libro de patria Homeri. Hodie etiam incolae antiquos muros domicilii eius exſultantes oſtendunt (vid. Sauveboeuf Reiſen T. 2. p. 200.) ſcholamque, quam vocant, in qua docuerit et carmina dictitarit. Locum adſignant ad radices montis, quem *Epos* vocant, uti domicilium eius ponunt, ubi h. eſt *Voliſſo*, quem locum vocant Βολισσὸν Thucydides 8, 24. Herodotus de vita Homeri cap. 24. Stephanus h. v. ad quem vid. Holſten. p. 70. et omnino de hac Homeri patria, quae contulit Fabricius Harleſii in bibl. Gr. Vol. 1. p. 329. Nec minus numi eam Chiorum opinionem propagarunt, quod et teſtatur Pollux 9, 6. ſ. 84. Vid. Raſche in Lex. num. T. 2. P. 2. p. 549. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 565. Tournefort p. m. 78 ſq. c. l. De ſchola Homeri, quam prope Chion urbem ad oram maris ponunt, vid. Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 184. Rupem hic dicit, ubi ara quadrata in rupe exciſa cum beſtiarum quarundam figuris conſpiciatur. H. Italis *Scio*, uti et nautis Franco-Gallicis. Graeci hodierni vocant *Chio*, monente Bioernſtaehl (Briefe) T. 4. p. 340. Turci *Saques-Adas* ſ. *Sakes-Adaſi*, quaſi lentiſci inſula, quod *ſakes* ſit lentiſcus. Cf. Dapper p. 212. c. l. Thevenot p. 190. Lucas voyage dans la Grèce — T. 1. p. 293 ſq.

Samos) Gr. Σάμος. Incola *Samius* in multis. Quod Stephanus etiam Σαμαῖος addit, fallitur; quippe quod a *Same*, vel *Samo* Cephaleniae oppido ducitur, ut diſerte monet Strabo 10. p. 314. ſ. 455. aliique confirmant, veluti Schol. Thucyd. ad 2, 30. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 634. et Dionyſ. v. 533. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 281. At rectius id tradit Stephanus de Σαμιακὸς, quod et habent Heſychius, Schol. Nicandri ad Alexiph. v. 150. Euſtath. ad Il. 2, 248. p. m. 165. in. De nominibus Plinius 5, 37. ſ. 31. *Partheniam primum adpellatam, Ariſtoteles ſcribit, poſtea Dryuſam, deinde Anthemuſam. Ariſtocritus adiicit Melamphyllum, dein*

Cypariſſiam; alii Parthenoaruſam, Stephanen. A Strabone 14. pag. 438. ſ. 637. haec nomina adponuntur: Παρθενιὰς, Ἀνθεμοῦς, Μελάμφυλος, denique Σάμος, quae nomina, neglecto quidem illo ordine, habet etiam lib. 10. p. 315. ſ. 457. et praeterea Ἀνθεμὶς, de quo mox. *Partheniam* prius vocatam eſſe, quod ibi Iuno adoleverit, Iovi etiam ibi nupſerit, ex Varrone refert Lactant. 1, 17, 8. Cf. etiam Callimàchus in Del. v. 49. et quae de cauſis huius nominis adtulerunt Schol. Apollon. ad 1, 187. Nicandri c. l. aliique apud Spanhem. ad Callimach. in Del. v. 48. et in primis Holſten. ad Stephan. pag. 281. et Muncker. ad Hygin. fab. 41. *Dryuſa* ſ. *Dryuſſa* dicta eſt a δρυόεσσα et *Cypariſſia* a quercuum et cupreſſorum copia. Sunt tamen ea potius cognomina, quorum prius etiam adtingunt Heraclides in fragm. de polit. Graecor. ſ. v. Σαμίων et Stephanus. *Anthemuſa* habent etiam Stephanus (etſi vitioſe Ἀθέμουσα) et Schol. Apollon. ad 2, 874. et ſic in utroque Strabonis loco vult Spanhem. c. l. Ἀνθεμὶς tamen ſcribit etiam Euſtath. ad Dionyſ. v. 533. Utrum rectum ſit, cum utrumque eſſe poſſit, dubitat Salmaſius ad Stephanum. *Melamphyllus* legitur etiam apud Stephanum, (etſi ſimplici λ) Euſtathium c. l. Heſychium, Iamblichum de vita Pythagorae 1, 2. pro quo aliqui Μελάνθεμος adferunt, uti docent Holſten. ad Stephanum p. 281. et Salmaſius ad eundem, etſi Cuperus in obſerv. 4, 9. p. 426. Lipſ. malit Μελάμφυλος. *Phyllis* etiam diſerte memoratur ab Heſychio h. v. et Schol. Nicandri c. l. Cf. Spanhem. ad Callim. c. l. et quae ego notavi ad Strabon. 10. p. m. 94. *Parthenoaruſa* corrupta vox in Plinio eſſe videtur; *Stephane* ignoratur. An etiam *Imbraſia* ab Imbraſo fl. dicta fuerit, disquirit Cuperus c. l. De *Sami* nomine variae adferuntur cauſae. Ab Ancaeo et Samia, Maeandri fl. filia, nomen inditum fuiſſe ſcribunt Schol. Apollonii ad 1, 187. et Conſtantin. Porphyrog. de themat. 1, 16. In utroque male legitur Alcaeus, quae voces et alibi corrumpuntur,

uti discitur ex Pausania 7, 4. in. qui uxorem illi dat Samiam, parentes Neptunum et Astypaleam, in quo consentit etiam Apollon. 2, 866. et Simonides Genealogus apud Scholiasten ad c. l. Ancaeum etiam insulae conditorem facit Malchus de vita Pythagorae p. 4. ubi vid. Rittershusius. Hinc intelligitur, cur in numis Samiorum Neptunus conspiciatur. Cf. Rasche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1794. et qui plura congessit de hoc Ancaeo Burmannus in catalogo Argonautarum h. v. quem praefixit Valerio Flacco. Heroem aliquem indigenam nomini caussam, uti ex Strabone 14. pag. 438. f. 637. discitur, dedisse, quidam olim putarunt. Alii, ut idem refert, a colonis repetunt, qui ex Ithaca et Cephallenia eo deducti essent, etsi utrumque ambiguum relinquit. Cephalleniam autem, ut illud intelligatur, olim Sami etiam nomen gessisse, adfirmat lib. 10. p. 315. f. 457. Ita vero Proclus c. l. Ancaeum Sames in Cephallenia civem facit, eumque colonos conlectos in hanc insulam deduxisse et in ea urbem Samon condidisse refert. Alii tamen a σάμοι nomen duxerunt, quae vox ὕψος significet, et naturam huius et cognominum insularum adficiat. Ita Constantinus c. l. De vi vocis et usu idem monuit Strabo 8. pag. 239. f. 346. et 10. p. 315. f. 457. item Eustath. ad Dionys. v. 533. Quae cum in Graecis auctoribus ita non occurrat, Phoeniciam facit eadem significatione Bochartus in Chanaan 8, 8. In fabulis traditur, desertam olim insulam Neadas, feras, tenuisse, quarum solo barritu terra dehisceret. Cf. Heraclides c. l. Aelian. in hist. anim. 17, 28. et alii. De terrae motu id explicat Bochartus c. l. ubi plura conlegit. At qui veriora sectantur, insulae habitatae et cultae auctores faciunt *Ancaeum; Cydrolaum*, Macarei filium, (Diodor. Sic. 5, 81.) *Thymbrionem*, (Strabo 14. p. 436. f. 633.) post *Proclem*, (Strabo c. l. et Pausan. 7, 4.) Ionum ducem. Sic et postea Panionio adscripta est, ut supra dixi, et in numis Samii Ioniae

πρῶτοι dicti ſunt. Vid. Raſche in Lex. num. T. 4. P. 1. p. 1808. In Homero *Samos* de Cephallenia et Samothrace intelligi debet, quippe qui Ionicam quidem nunquam nominavit, etſi norat, de quo vid. Strabo 10. pag. 315. ſ. 457. Noſtra exiguo freto a continente, qua Mycalen ſpectat, dirimitur, (Thucydides 8, 79.) ſtadiorum 7, (Strabo 14. p. 438. ſ. 637.) conſentientibus recentioribus, adeo ut ex utraque parte loquentium voces exaudiri poſſint. Cf. Dapper c. l. pag. 190. Circuitus eſt 87 M. P. aut ſec. Iſidorum 100 M. P. (Plin. 5, 37. ſ. 31.) Strabo c. l. habet 600 ſtadia, quae efficiunt 75 M. P. Nempe ſic emendat Caſaubonus ad c. l. 700 Harduinus ad Plin. c. l. ut tacite excepit Penzelius, cum Codices habeant τριακοσίων, quos et reddidit Guarinus. Agathemerus 1, 5. extr. iis addit 30 ſtadia, unde efficiuntur fere 79 M. P. Ex recentioribus quidam etiam habent 80 miliaria Italica, etſi alii aliter. Vid. Thevenot voyage (1689.) P. 1. p. 349. Belon obſervat. 2, 19. et Dapper c. l. p. 191. Eius longitudinem facit 200 ſtadiorum Scylax pag. 56. Hudſ. idemque extr. magnitudine inſulam decimam. Promontoria eius commemorat Strabo c. l. *Poſidium* (h. *Samſou*, Tournefort T. 2. p. m. 102.) et *Ampelon* (h. *Kerki*, id. p. 105.) quod etiam notat Ptolem. 5, 2. flumen *Imbraſum*, cui addit Plinius c. l. *Cheſium* et *Ibetten*. Urbem habuit Samum cum portu clauſo, (Scylax p. 38. Hudſ. et alii) everſam a Dario. (Herodot. 3, 139. ubi omnium urbium Graecarum et barbararum principem vocat.) De Samiorum potentia Athenis noxia Thucyd. 8, 76. Ad Ampeli promontorii mentionem miratur Strabo c. l. quod vinum non ferat, cum id optime creſcat in finitimis inſulis, ceterum aliarum rerum ita fertiliſſima ſit, ut vulgo *gallinae lac* edidiſſe dixerint et ob eius fertilitatem bella orta fuerint. Contra recentiores laudant *vinum muſcatum*, quod Strabo vel non amavit, vel ignoravit, vel poſteriores coluerunt. Vid. Tournefort Tom. 2. p. m.

108. 111. Sauveboeuf Reiſen Tom. 2. p. 193. Praeter alia bis anno *ficos*, *uvas*, *omomelidas*, *mala*, *roſas* naſci ex Aëthlio Samio narrat Athenaeus 14, 19. p. 653. et ſic eadem paſſim alii. Sterilem tamen facit Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 210. *Samia* porro *vaſa* (ſimpliciter et *Samia*) in eſculentis laudabantur teſte Plinio 35, 46. ſ. 12. etſi invaleſcente luxu cariora adpetierunt Romani. Vid. Buenemann. ad Lactant. 1, 18, 21. et quos laudat. Tum Samiae placentae in fama. Vid. Athenaeus 14, 13. p. 644. Pollux 6, 11. ſect. 78. Tertullian. adv. Marcion. 3, 5. et Cael. Rhodig. lectt. antt. 9, 16. p. 472. Iunoni, quae et templum et inſignia ibi habuit (Strabo c. l. Virgilius Aen. 1, 20. et interpretes) conſecratam fuiſſe, in decantatis eſt. Hinc *Iunonia Samos* apud Ovid. Metam. 8, 220. *Saturnia* apud Avien. in deſcr. orbis v. 713. et in numis Iuno adparet. Ad eandem pertinet pavonis effigies, quod comprobantibus ipſis numis teſtatur etiam Athenaeus 14, 20. qui praeterea ex Menodoro Samio refert, pavones in Iunonis aede nutritos, omninoque in ea inſula primos editos et in alias terras propagatos eſſe. Vid. quae de hac Menodori narratione eiusque fide ex conlectis aliorum locis disſerit Buffonius in Natur-Geſch. der Vögel T. 5. p. 156. (ed. Berolin.) Hinc Iuno *Imbraſia* a fl. Sami Imbraſo apud Apollon. Rhod. 1, 187. quia ad eum nata ferebatur, (Pauſan. 7, 4.) et quia idem *Parthenius* olim dicebatur, ipſa etiam *Parthenia* apud Pindarum Olymp. 6, 150. ubi Scholiaſt. minus recte ad Parthenium Arcadiae montem refert. Ex claris civibus memoratur maxime Pythagoras, (Strabo et alii) cuius memoriam etiam ſervarunt Samiorum *numi*. Vid. Raſche in Lex. numar. T. 4. P. 1. p. 525. Aedificiorum et operum antiquorum exigua rudera conſpiciuntur, (Tournefort Tom. 2. p. m. 116 ſqq.) quae hodie arenis et terra fere obruta ſunt. (Sauveboeuf c. l.) Plura de hac inſula conlegit praeter alios Dapper c. l. a p. 190. — Hodie Graecis et finitimis adpellatur *Samos*,

Turcis *Samo*. (Dapper p. 190.) De Turcis tamen inveni etiam *Suſſam Adaſſi* vel *Suham Adaſſr.*

Cos) De ſcriptura nominis ſatis dictum eſt in not. crit. p. 485. De antiquis nominibus Plinius 5, 36. ſ. 31. haec: *ut plures exiſtimant, Merope vocata; Cea, ut Staphylus; Meropis, ut Dionyſius; dein Nymphaea.* In primo nomine conſentiunt plures, at in forma variant. Uſitate enim eam vocant Μεροπίδα, uti et monent Stephanus ſ. v. Κῶς, ubi quidem pro Μέροπο; a viris doctis emendatum, et ſ. v. Μέροψ, et Suidas ſub utraque voce. Sic abſolute Diodor. Sic. 13, 42. vocat. Plerumque dici ſolet Κῶς ἡ Μεροπὶς, uti a Strabone 15. pag. 472. ſ. 686. Thucydide 8, 41. Pauſania 6, 14, 5. Ariſtide Tom. 2. p. 425. (Iebb.) aliisque. Paſſim etiam voci Μεροπίδα addunt νῆσον, uti Antonin. Liberal. Metamorphoſ. c. 15. in. vel γῆν, ut Ariſtides Tom. 1. p. 43. Pro eo forma poetica, ut Πελοπηΐς, dicitur Μεροπηΐς νῆσος. Sic Callimachus in Delum v. 160. Μεροπηΐς autem omnino notat etiam Euſtath. ad Homer. Il. 1, 250. 2, 677. et alibi. Idem tamen etiam habet cum Plinio Μερόπη. Inde ipſi Coi dicti ſunt Μέροπες, uti notant Euſtathius c. c. l. l. Schol. Pindari ad Nem. 4, 40. Cf. Heyne ad Apollodor. 2, 7, 1. p. m. 448. Ita praeter alios ipſe Pindarus c. l. Homerus in Hymno in Apollin. v. 42. ubi, qui vertunt *mortales*, reprehenduntur ab Holſten. ad Stephanum pag. 183. a Caſaubono ad Strabon. c. l. et Spanhemio ad Callim. c. l. Cf. et ad Homer. Ilgen. p. 204. Cauſam nominis triplicem commemorat Schol. Callimachi ad c. l. vel a Merope rege, vel a Meropibus incolis, vel a Merope, quae Co filia fuit. Sed plura de eo dabunt conlecta Euſtathius c. c. l. l. Muncker. ad Antonin. Liber. c. l. Waſſius ad Thucyd. 8, 41. Iebb. ad Ariſtidem Tom. 2. pag. 593. Holſten. ad Stephan. c. l. Spanhem. ad Callimach. c. l. et Staveren. ad Hygini poet. aſtron. 2, 16. pag. 459. Ita vero uſitate dici putat Salmaſ. ad Solin. c. 7. ſ. 13.

p. m. 102. et c. 52. f. 55. p. m. 697. ad diftinctionem Atticae infulae, quae pro Κέως per contractionem etiam dicatur Κῶς, etfi ipfe in priori loco negat, ex Κέως fieri Κῶς, non magis, quam ex Τέως Τῶς, unde Κῶς de noftra infula intelligit, et, quando de altera infula occurrit, id recentioris ufus effe malit, vel librariorum vitio ortum. Cf. etiam de Κέῳ et Κῷ Wefféling. ad Diodor. 4, 82. Κόων ex pleonasmo τοῦ ο ab Homero fcribi, aliis Κόον, unde Κῶν, ut σόον σῶν, monet Euftath. ad Il. 14, 255. p. m. 974, 8 fq. *Ceos* autem, vel, ut quidam notante Plinio dixere, *Cea* (Virgil. Geogr. 1, 14.) Cycladum fuit una prope Atticam. Politus tamen ad Euftath. Tom. 2. pag. 679. contendit, utramque vocatam effe *Ceos* f. *Cea*, atque hinc confufionem natam, quae ut evitaretur, quosdam, ut Thucyd. 8, 44. noftrae addidiffe Μεροπίδα. Utraque certe faepe in auctoribus vel ipforum, vel librariorum culpa mifcetur, in Graecis maxime, ubi cafus obliqui in contractione nihil a fe invicem discrepant, ut multis docuit Salmaf. ad Solin. c. 7. f. 13. p. m. 181 fq. Cf. etiam Broukhuf. et Burmann. ad Propert. 1, 2, 2. Wefféling. ad Diodor. 4, 82. et Schweighaeufer. ad Polyb. 16. extr. p. 301. De *Nymphaea*, quod ultimum nomen adpofuit Plinus, compertum nihil habeo. Poffit tamen id intelligi ex Hygino c. l. ubi tradit, Meropis uxorem Ethemeam genere Nympharum procreatam fuiffe. Additur a Stephano nomen Καρὶς, uti pro Καρία interpretes cum Bocharto in Chanaan 1, 7. extr. ex Euftathio ad Il. 2, 677. recte emendarunt. Atqui comprobat ipfe Stephanus f. v. Καρία, ubi haec: Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος. Nominis eius caufam ducit Euftath. ad Homer. Il. 14, 255. p. m. 974. e Carum lingua, quae fic oves indicet, ὅθεν ἡ νῆσος Κῶς, ὡς πολυθρέμμων δι' εὐβοσίαν, etfi id contra de voce Κὰρ ex Hefychio intelligat Bochartus c. l. quem vide. Quod *Hydrufam* denique vocatam adfirmat Heraclides de politiis Graecorum f. v. Κόων, valet id de Cea infula, ut ex

Plinio discitur 4, 20. s. 12. et ex iis, quae subiecit Heraclides, apud quem titulus Κώων male habet pro Κείων, uti iam monuit Salmasius c. l. *Cos* autem dicta est sec. Stephanum a Co, Meropis filia. Aliter Bochartus, ut antea notavi. Gentile hinc Κῷος vel Κώϊος notante Stephano et Eustath. c. l. ut Μινῷος. Recte autem monuit Schweighaeuserus in indice Polybii Geographico h. v. p. 279. melius exprimi cum iota subscripto, quod vulgo negligi solet. Ita nempe constanter numi Κωιων. Latinis saepe *Cous*. Cf. Stephan. h. v. Differt a Κέϊος, Κήϊος et Κεῖος insulae Ceae, etsi etiam hoc de nostra insula ob fidem Plinii non damnat Broukhus. ad Propert. 1, 2, 2. et Gesnerus in thes. sub v. *Cea.* Circuitum illi dat Plinius 5, 36. s. 31. 100 M. P. Strabo 14. p. 452. s. 657. cum Agathemero 1, 5. stadiorum 550, qui sic 32 M. P. discrepant. Cum Plinio tamen magis recentiorum quidam consentiunt, et 70 milles de circuitu notat Thevenot voyage (1689.) P. 1. p. 355. Urbem habuit cognominem, quam *Eurypyli urbem* vocat Homer. Il. 2, 677. Ovid. Metam. 7, 363. quippe qui ibi habuit sedem, insulaeque rex fuit. Vid. Apollodorus 2, 7, 1. et quae ad Ovidium de Eurypylo habent interpretes Metam. 7, 363. et 13, 357. Ilgen. in opusc. philol. T. 1. p. 314. Olim eius metropolis fuit *Astypalaea*, ut tradit Strabo c. l. qua relicta illam incolae condiderunt, etsi et haec terrae motu graviter post concussa est. (Thucyd. 8, 41.) Atque illo nomine eam commemorat Stephanus h. v. Plura dabit Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 26. Portum memorat Scylax p. m. 59. etsi illo hodie carere adfirmat Hasselquist Reisen pag. 205. navesque in sinu stationem habere, quem efficiat insula terraque continens. A Rhodo distabat stadiis 200. (Agathemer. 1, 4. f.) Insulae fertilitatem laudat Strabo c. l. eius vinum plures, qui comparant cum Chio et Lesbio. Cf. Cato de R. R. c. 112. s. 113. Plinius 14, 10. s. 8. et quae ibi habet Harduinus. Cf. et Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 214. Magis et a pluri-

bus celebrantur *Coae vestes*, bombycinae, et perlucidae. Vid. quos laudant ad Propert. 1, 2, 2. Broukhous. et Burmannus. Bombycinas fuisse adparet ex Plinio 11, 27. s. 23. ubi vid. Harduin. et ad c. 26. Hinc *textura Coae Minervae* Propert. 4, 5, 23. Tulit homines claros, e quibus *Hippocratem* et *Erasistratum*, medicos, nominat Stephanus. De Hippocrate nemo dubitat, cuius etiam domum hodie ostendunt incolae, ut refert Dapper c. l. p. 177. At in Erasistrato errat et a se ipse dissentit, quod commistio supra notata peperit. Nempe s. v. Ἰουλὶς, quae fuit urbs Cei, eius illum civem facit, praeeunte Strabone 10. p. 335. s. 486. In Cois claris praeter Hippocratem a Strabone lib. 14. c. l. ponitur *Simus* medicus, *Philetas* poeta, *Aristo*, Aristotelis successor, *Theomnestus* psaltes. Mirum, cur oblique tantum *Apellem* produxerit, civem diserte non adpellaverit. Coum vocant Plinius 35, 36. s. 10. et Ovid. A. A. 3, 401. At Ephesium facit Strabo 14. p. 441. s. 642. ut quidam alii, veluti Aelianus de hist. anim. 4, 50. quia ab Ephesiis civitatis iure fuit donatus. Aesculapio, cuius et magnificum fuit et ornatum in suburbio templum (Strabo 14. c. l.) dicatam fuisse insulam refert Plinius 29, 2. s. 1. Hinc eius imaginem exhibent etiam numi. Ut paucis complectar insulae historiam, Coos Dorienses fuisse, indicat Herodotus 1, 144. Eurypylum insulam tenuisse supra notavi. In bello Troiano Graecos adiuverunt; (Homer. Il. 2, 677.) Xerxis tempore Artemisiae paruerunt; (Herodot. 7, 99.) paullo post reges habuerunt Scythen et Cadmum filium, (id. 7, 163. 164.) qui relicto Cois imperio in Siciliam abiit. (idem c. l.) Ex Democratia transiit in Aristocratiam; (Aristotel. polit. 5, 3.) Strabonis aetate imperium adripuit Nicias. (14. pag. 452. s. 657. Cf. etiam Perizon. ad Aelian. V. H. 1, 29.) In bello Mithridatico cum regis partes amplexi essent, inde abstraxit Lucullus. (Plutarch. in vita c. 3.) Immunitatem illi tribuit Imperator Claudius. (Tacit. Ann. 12, 61. in.) H. a Graecis et Italis vocatur *Lango*, Turcis

Stancou, (Belon. obſervat. 2, 12. p. 87.) *Stancho, Stanco.* Cf. Dapper pag. 174 ſq. c. l. Thompſon travels Vol. 3. p. 103 ſqq. qui dicit h. *Lango*, item *Stingo* (εἰς τὴν Κῶ) et *Stanchio* vocari. Poſterius etiam adfirmat Thevenot voyage au Levant P. 1. p. 355. (ed. 1689.)

Rhodos) Sic Gr. Ῥόδος, et in utraque lingua incolae *Rhodii*. Inde Ῥοδιακὸς, uti λόγοι, quales ſcripſerunt Ariſtides et Dio Chryſoſtomus. Vocem omnino notat Euſtath. ad Il. 2, 248. p. 163. in. Baſ. Tulit olim varia nomina, quae commemorat Plinius 5, 36. ſ. 31. Sunt autem haec: 1) *Ophiuſa*. (Idem et Strabo 14. pag. 450. ſ. 653. Heraclides de politiis Gr. ſ. v. Ῥόδος, Stephanus h. v. Euſtathius ad Dionyſ. v. 504. et praeter alios, quos adfert Holſten. ad Stephanum p. 274. etiam Syncellus pag. 118. ſ. 149. Oroſ. 1, 7.) In ſcriptura variant, Ὀφίουσα, Ὀφιοῦσα, Ὀφιοῦσσα, ut Latini. Ὀφιοῦσσα rectius eſt. Cauſam arceſſunt a ſerpentium multitudine, uti Heraclides, Heſychius, Oroſius, et in primis Hyginus in poet. aſtron. 2, 14. m. et Diodor. Sic. 5, 58. qui Phorbanta Apollinis conſulti iuſſu miſſum, ut eos interficeret, inde inter ſidera poſitum, Ophiuchi nomen ſortitum eſſe narrant. At contra Bochartus in Chanaan 1, 7. ex Phoenicum lingua Rhodi nomen (*rod* pro *jarod*) derivat, quaſi draconum inſula. 2) *Aſteria*, cuius cauſam Harduinus ducit vel ab Aſterio rege, vel quod procul adſpicientibus velut ἀστὴρ cerneretur, quae ferunt de Aſterio, Theſſaliae oppido, Stephanus h. v. et Euſtathius ad Homer. Il. 2, 735. 3) *Aethraea*, quod nomen etiam notat Stephanus. Nempe ab aeris ſerenitate, quia nunquam ibi tanta nubila obducuntur, ut non aliqua hora ſol cernatur, uti tradit Plin. 2, 62. ſ. 63. Cf. Harduin. ad c. l. Idem etiam Priſcianus v. 533. adfirmat. 4) *Trinacria*, a forma, uti Sicilia. 5) *Corymbia*, vel quod emineat, vel quod hederae corymbos referat. Harduin. ad Plin. 5, 36. ſ. 31. 6) *Poeeeſſa* (Ποιήεσσα), quod

herboſa ſit et frugifera. Harduinus c. l. 7) *Atabyria*, quod ipſe addit, a rege. Eodem etiam nomine Rhodi montem fuiſſe docet ibi Harduinus. Cf. et Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 35. 8) *Macaria*, ut aliae, ob coeli ſerenitatem ſolique fertilitatem. 9) *Oloeſſa*, ſerpentes ſpectat. In tot nominibus tamen omiſit aliqua, veluti *Stadia*, quod nomen illi tribuit Strabo c. l. atque ex Phoenicum lingua ducit Bochartus c. l. qu. *deſolata*, et ad ſerpentum devaſtationes refert; Gnidon ſic olim etiam adpellatam eſſe, ſcribit Plin. 5, 29. ſ. 28. Addit Strabo Τελχινὶς et ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 504. et ad Homer. Il. 9, 528. p. 680. Baſ. a Telchinibus incolis, qui ex Creta huc advenerant, et magicis artibus inclaruerunt, ut commemorat Strabo aliique, quos refert Bochartus c. l. Cretenſes autem olim Telchines fuiſſe dictos tradit Stephanus ſ. v. Τελχὶς aliique. Cf. Holſten. eum p. 318. et infra ad 2, 7, 12. de Creta. Alii tamen Telchinas in Rhodo conſtituunt, et inde digreſſos in alias terras putant. Cf. Strabo 10. pag. 325. ſ. 472. Diodor. Sic. 5, 56. Hinc Ialyſii Telchines Ovid. Met. 7, 365. quem de iis vide, et ibi de Telchinibus Burmannum, et ad Callimach. in Delum v. 31. Spanhemium. *Lagiam* etiam a leporum proventu dictam fuiſſe, putat Iunius in animadverſ. 3, 15. quod de Delo refert Plinius 4, 22. ſ. 12. Immo forte Πελαγία, uti vocat Philo, qui etiam de Coloſſo exponit, et pro Πλαγία in Conſtantino Porphyrog. de themat. 1, 10. probat ex MS. Bandurius et nunc quoque editur. *Lindum* etiam vocatam adfirmat Suidas ſ. v. Ῥόδος. Quam vere, neſcio. De Rhodi nomine variae proſtant opiniones et narrationes. Qui mythologica verſant, a Rhodo Veneris filia, Solis coniuge, ducunt, de quo vid. Schol. Pindari ad Olymp. 7, 25. ubi etiam de varia eius genealogia, uti ad Apollodor. 1, 4, 4. Heyne. Ita vero etiam refert Diod. Sic. 5, 55. innuitque Ariſtides T. 1. pag. 547. (Iebb.) Alii, quod Schol. Pindari c. l. addit, διὰ τὸ ῥοώδη εἶναι τὰ περὶ αὐτήν. (ſcilicet de inſula.) Plerique, quod et

idem habet, a *rofarum* praeftantiffimarum largo proventu, quod et numi probant, in quorum parte averfa conftanter fere ille flos cernitur, etfi refragante cum Voffio Spanhemio de ufu — num. P. 1. pag. 315. quippe qui contendunt, effe *balauftium*, i. e. florem mali Punici, quo ad tingendam lanam utebantur Rhodii. Quod etfi non abfonum cenfet Eckhel in doctrina num. vett. P. 1. Vol. 2. p. 602. rofam tamen in multis clare et luculenter agnofci adfirmat. In condenda urbe rofae capitolium (capitellum) inventum et inde nomen infulae et urbi inditum fuiffe refert Ifidorus Origin. 14, 6. Bocharti etymologiam fupra adpofui. E mari, ut Delon, emerfiffe tradit Philo de mundi corruptibil. p. 510. (Mang.) Antiquiffimos eius incolas *Telchinas* faciunt Strabo 14. p. 450. f. 654. Diodor. Sic. 5, 55. in. qui id pluribus fignis evincere ftudet. Addit iis Carpathios ex patria profugos Orofius 1, 7. ubi de eorum origine Havercamp. p. 45 et 47. Αὐτόχθονα λαὸν illam olim tenuiffe fcribit Conon in narrat. 47. Eodem vero tempore in occidentali parte *Gigantes* habitaffe addit Diodorus. Egreffis ob diluvium praevifum Telchinibus, *Sol* f. *Helius* a Rhodo, quam amabat, nomen impofuit, unde orti *Heliadae* eam occuparunt. (Strabo et Diodorus, quem hic in primis confule.) Hinc adparet, vitiofe legi apud Cononem c. l. Ἰλιάδων γένος, recteque Ἡλιάδων emendaffe Holften. ad Stephanum p. 157. ubi plura de iis. Secundum Pindarum vel fabularem hiftoriam in Olymp. 7, 100 fq. traditur, in terrae divifione, a Iove et Diis facta, Solem abfentem praeteritum fuiffe, qui fic enata ea ex mari infula partem fuam tulerit. Idem ex fabulis indicat Ariftides Tom. 1. p. 546. (Iebb.) Res haec eft: aut aquas ex inundatione ficcavit Sol, (Diodor. Sic. 5, 56.) aut ex mari emerfit arefacta. (Heraclides c. l.) Hinc Soli confecrata infula, uti multa auctorum loca declarant. Vid. Fabricius ad Dion. 47, 53. extr. et quos laudat. Eius ibi fuit currus, Lyfippi opus (Dio c. l. et qui laudantur ad eum) Coloffus in eius honorem exftructus, de quo

infra. Sic 'Ροδίων ἀρχηγέτης Sol apud Ariſtidem T. 1. p. 569. (Iebb.) ipſa 'Ημερίη θυγάτηρ in oracul. Sibyll. lib. 3. p. 422. (Gall.) et quae alia viri docti habent. 'Ηλιὰς 'Ρόδος Lucian. in Amorr. cap. 7. extr. cf. c. 8. Hinc vero ibi Ἄλιον, Solis templum, quod memorat Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 6, 266. p. m. 263. m. et Ἄλια, feſta Solis, quae plures, et, data opera, expoſuerunt Meurſius in Graecia feriata lib. 1. pag. 14. et Caſtellanus in ſyntagmate de feſtis Graecor. p. 10 ſq. Heliadas autem Cecropis tempore inſulam incoluiſſe, diſcitur ex Zenone apud Diodor. 5, 56. igitur Moſis aetate, cui ille fuit aequalis. Telchinibus tamen *Ignetes* ſucceſſiſſe tradit Heſychius h. v. quos et Gnetes vocari et incolas Rhodi fuiſſe adfirmat Stephanus ſ. v. Γνῆς et Ἴγνη. At idem explicat ἰθαγενεῖς. Igitur videntur eſſe iidem Telchines, pro quibus etiam Conon et indigenas habet. Cf. quae disputat Bochartus in Chanaan 1, 7. Secundum Cononem c. l. Heliadas eiecerunt *Phoenices*, quibus *Cares* ſucceſſerunt, iis vi expulſis, *Dorienſes*, qui tres illas urbes condiderunt. De Dorienſibus idem teſtatur Strabo, eosque Althaemene Argivo duce (ſic et Conon) inſulam occupaſſe refert. Althaemenem etiam hic commemorant Diodor. Sic. 5, 59. et Apollodorus 3, 2. extr. at in genere eius non ſolum, ſed et in tempore diſcrepant. Strabo enim poſt Codrum id reiicit; illi Althaemenem Catrei filium, hunc Minois faciunt, et ſic ultra Troianam tempeſtatem deſcendunt, quod ſeries narrationis in Diodoro declarat. Sic in conditoribus etiam trium illarum urbium disſident et tempora conturbant. At hinc Rhodum Δωρίδα νῆσον vocat Schol. Thucyd. 2, 9. et ipſi Δώριον ἀξίωμα praedicant apud Appian. Civ. 4, 67. Hinc tres illae urbes Dorienſibus adnumerantur apud Herodot. 1, 144. quem locum reddit Schol. Theocriti ad 17, 69. etſi male Ἄλυσος. Cf. Ariſtides T. 1. p. 568. (Iebb.) Et ſic ipſe Thucydides 7, 57. Rhodios vocat Δωριεῖς, ſed et paullo poſt Ἀργείους γένος, qualem faciunt Althaemenem.

Sed et aliunde hoc peti poteſt. Nempe paullo ante Troianum bellum Tlepolemus, Herculis filius (Ἡρακλείδης Homero Il. 2, 653.) cum Argivis in illam inſulam commigravit, et rex factus eſt. Cf. Diodor. Sic. 4, 58. 5, 59. Schol. Pindari ad Olymp. 7, 35. et quos laudat Heyne ad Apollodor. 2, 8, 2. Eum bello Troiano cum Rhodiorum manu interfuiſſe et a Sarpedone occiſum eſſe, docet Homerus Il. 2, 653. et 5, 659. ubi de morte. Cf. etiam Schol. Pindari ad c. l. v. 141. Hinc vero Dores et Heraclidas Rhodiorum auctores praedicat Ariſtides in orat. Rhodiaca T. 1. p. 568. (Iebb.) Ante Heraclidas tamen inſulam tenuerunt etiam *Lacedaemonii*, ſi verum eſt, quod ſcribit apud Syncellum p. 142. ſ. 178. Zeuxippus, ab Heraclidis eos fuiſſe inde exactos. Inſulae ſitum ad Lyciam indicat Mela. Sic Schol. Pindari c. l. ad v. 35. Ῥόδος ἀντικρὺ κεῖται τῆς Λυδίας. Circuitus eſt 125 M. P. aut, quod vult Iſidorus, 103, ut refert Plin. 5, 36. ſ. 31. Strabo 14. pag. 450. ſ. 655. habet 920 ſtadia i. e. 115 M. P. Agathemerus 1, 5. fert 1300 ſtadia i. e. 165 M. P. 120 milles Thevenot voyage (ed. 1689.) P. 1. p. 364. Longe aberrat Hyginus fab. 275. qui tantum habet ſtadia 80. Omnino autem etiam recentiores variant, uti commemorat Dapper c. l. p. 89. De potentia navali et claſſibus, quas peregre emiſit, multa in auctoribus narrantur. Cf. Strabo 1. pag. 39. ſ. 57. (ubi Rhodii vocantur θαλαττοκρατοῦντες) 14. pag. 480. ſ. 654. et in primis Ariſtides in oratione Rhodiaca Tom. 1. p. 539 ſq. (Iebb.) Urbes etiam, quas condiderunt Rhodii, et inſulas, quas frequentarunt, memorat Strabo in poſteriori loco, Plinius c. l. Carpathum, Caſum, (male Καύκασον in Ariſtide T. 1. p. 546. Iebb.) Niſyron et Symen. Porro Strabo 14. p. 449. ſ. 652. dicit, a Romanis Rhodum adamatam, et a regibus, Romanorum et Graecorum ſtudioſis, αὐτόνομον praeſtitam et ſervatam fuiſſe, uti Plin. 5, 36. ſ. 31. *liberam* vocat. Quod Tacitus Annal. 12, 59. narrat, adempta ſaepe illis, aut firmata eſt libertas, prout bellis

externis meruiſſent, aut domi ſeditione deliquiſſent. Ita a Claudio ademta, quod Romanos quosdam in crucem ſuſtulerant, uti refert Dio Caſſ. 60, 24. Idem tamen eam illis reddidit ob poenitentiam veterum delictorum, teſte Suetonio in Claudio c. 25. deprecante maxime, ut videtur, Nerone. (Sueton. in vita c. 7. Tacitus c. l.) Hinc forte in epigrammate (vid. Anthol. Gr. Tom. 2. p. 159. Iacobs.) Καίσαρος νᾶσος vocatur, cum antea fuerit Solis; idemque numis Rhodii declaraſſe videntur. Vid. Eckhel doctrina num. vet. P. 1. Vol. 2. p. 605. Poſt libertate ademta provinciam cum aliis regionibus fecit Veſpaſianus, ut tradunt Sueton. c. 8. et Rufus c. 10. extr. Hieronymus refert in ann. Veſpaſ. 5. ſ. Chriſti 73. At paullo poſt ſcripſit Plinius. Igitur iterum liberi facti, quod confirmat ſub Traiano Dio Chryſoſtomus orat. 32. pag. 679. (Reisk.) ſ. p. 377. Celebritas inſulae ex epithetis diſcitur, quae conlegit Serra in adparatu Synonymorum p. 889. Ita *clara* Horat. 1. od. 7, 1. *pulcra* Plin. c. l. καλὴ Athenaeus 8, 15. extr. ἐπιφανεστάτη Stephanus h. v. et ſimilia. Laudantur autem praecipue fertilitas, de qua vid. proverb. apud Euſtath. ad Il. 14, 275. p. 974, 10. Baſ. ſalubritas, opera et literarum ſtudia. Ita eruditione Graecos ſuperare adeo iactat Ariſtides in orat. Rhodiaca extr. Nota eſt ſchola Rhetorica, quam Romani multi frequentabant, inde ab Aeſchinis tempore clara. Vid. Meurſius in Rhodo 1, 11. p. 51 ſq. Plurima habuit ſigna, (Plin. 33, 17. ſ. 7.) cuius artis peritiam celebrat cum aliis etiam Pindarus Olymp. 7, 95. ubi vid. Schol. Tulit cives clariſſimos, vel aluit receptos, in quibus Dionyſium Thracem, Apollonium Rhodium, Argonauticorum auctorem, Molonem rhetorem, quem Cicero audivit, aliosque, quos recenſet Strabo c. l. Memorabilia alia ex omni rerum genere enumerat paſſim Plinius. Idem deſcripſit Coloſſum, quo maxime inſula inclaruit, his verbis, quae, omiſſis aliis, adponam ex lib. 34, 18. ſ. 7. *Solis Coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius Lyſippi diſcipulus. Septua-*

ginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc ſimulacrum poſt quinquageſimum ſextum annum terrae motu proſtratum, ſed iacens quoque miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti, quam pleraeque ſtatuae — Duodecim annis tradunt effectum 300 *talentis.* Hinc Χάρητος ἔργον vocat Euſtath. ad Dionyſ. v. 505. aliique, in iis Strabo 14. p. 449. ſ. 652. At alii Lachetem Lindium Coloſſi architectum vocant, uti Simonides in Anthol. Gr. 1. p. 75. (Iac.) Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. Imp. c. 21. — Hinc Meurſius in Rhodo 1, 15. a Charete inceptum, a Lachete perfectum exiſtimat. Expedit Sextus Empiricus adverſ. Math. lib. 7. ſegm. 107. qui narrat, interrogatum, ſi duplo maiorem faceret, quantum poſtularet, duplum petiiſſe, quod cum ſumtibus ſufficere minime vidiſſet, mortem ſibi conſciviſſe. Deſcripſit illum etiam Philo Byzantinus de 7 orbis miraculis, ubi plurima congeſſit Leo Allatius. Quo anno everſus fuerit, disputatur, et varia referunt auctores. Ita factum ſcribunt fere cum Hieronymo Flaminio Nepote et Furio Philo CSS. (a. 531.) Ad ſuperiorem tamen annum reiicit Torquato et Pappo II. CSS. Chronicon Paſchale Olymp. 138. p. 140. (Ven.) Cf. Schweighaeuſer. ad Polyb. 5, 88. in. Ad eum erigendum multum undique pecuniae congeſtum eſt, uti refert Polyb. c. l. ſed res eventum non habuit. Nempe prohibitos fuiſſe oraculi monito ſcribit Strabo c. l. Quod enim narratur in Chronico Paſchali Olymp. 213. ſub Veſpaſiano in Rhodo erectum fuiſſe, falſum eſt, et pertinet ad Coloſſum, quem Romae Nero erexit, Veſpaſianus refecit, ut tradit Sueton. in Nerone c. 31. Veſpaſ. c. 18. Dio 66, 15. ubi multa dabit Reimarus et ad Chron. Paſchale du Freſne pag. 451. (Ven.) Nec aliter intelligi debet, vel male ſcripſit Cedrenus pag. 173. (Ven.) ſub Veſpaſiano Rhodios coloſſum Iovi ſtatuiſſe, quo loco Leo Allatius ad Philonem deceptus, Rhodi erectum iterum fuiſſe contendit. Ita ab Hadriano erectum falſo, ut alia, refert Malalas lib. 11. p. 129. (Ven.) Immo iacuit ad

annum Chrifti 653. (etfi etiam hic tempus variatur) quo mercator Iudaeus aes redemtum nongentorum camelorum dorfis avexit. Vid. Zonaras Annal. 14, 19. Theophan. in chronogr. p. 228. (Ven.) Conftantin. Porphyrog. de adminiftr. imp. c. 21. Inde non folum arduae vaftaeque moles dictae funt Coloffi, fed et Rhodii Κολοσσαεῖς, uti tradunt Euftathius ad Dionyf. v. 504. et Suidas f. v. Ῥόδος, itemque plures ex fcriptoribus Byzantinis, Cedrenus, Glycas, Malalas, quos recentiores quidam funt fecuti, uti Pinedo ad Steph. f. v. Ῥόδος. At primus Erasmus in epift. 1. Pauli ad Coloff. docuit, ridicule hos eo translatos effe. Terram ignorare putabatur, qui eum non vidiffet, uti innuit Lucian. in Icaromenippo cap. 12. Alium terrae motum experta eft infula fub Antonino Pio, quem plures, in iis Capitolin. in vita c. 9. adtingunt, vivide defcripfit Ariftides in orat. Rhodiaca, qua hortatur, ut urbem reficiant, quod et fecit Antoninus fec. Paufan. 8, 3. Vid. Iebb. in collectaneis hiftoricis de Ariftidis vita 6, 10 fqq. De vaftationibus et ruinis inde factis etiam recentiores queruntur. *Rhodis* et nunc vocatur. Infulae diligentem defcriptionem dedit Meurfius. Cf. etiam Dapper des isles de l'Archipel a pag. 88. ad 159. et quae de antiquitatibus adferuntur in Caylus Abhandlungen — Vol. 2. pag 177 fq. Memoires de l'academie des Infcr. T. 14. p. 29.

tres) Hinc Rhodus περιφράζεται a Pindaro in Olymp. 7, 54. τρίπολις νᾶσος, uti et vocat Scylax p. 38. Hudf. Atque fic tres easdem, quas Nofter, commemorat Homer. Il. 2, 665. et inde plures, veluti Strabo 14. pag. 450. f. 654. Scylax c. l. Diodor. 4, 58. 13, 75. Plin. 5, 36. f. 31. Ptolem. 5, 2. extr. — Male igitur, ut alia plura, Malalas in Chronogr. lib. 11. p. 117. (Ven.) νῆσον ἑξάπολιν vocat, ut et ibi monuit Chilmeadus. In Dorienfium numero fuiffe, refert Herod. 1, 144. quod fupra dixi. Quod fabulae ferunt, nomina traxerunt a Solis

nepotibus, Lindo, Camiro et Ialyſo, ſuſceptis ex Cercapho et Cydippe. Vid. Pindarus Olymp. 7, 135 ſq. et ibi Schol. et ad v. 54. Strabo c. l. Diodor. Sic. 5, 57. extr. Stephanus ſ. v. Κάμιρος et Λίνδος aliique cum interpretibus Stephani et Ciceronis de Nat. Deor. 3, 21. Male ad Homerum c. l. Euſtathius p. m. 238. habet Λυσίππης pro Κυδίππης. Alii tamen, quod addit Strabo, ſerius a Tlepolemo conditas eas fuiſſe et a Danai quibusdam filiis adpellatas. Ita etiam Diodor. Sic. 4, 58. Cum Graecos in Troiano bello adiuverit, (Homer. Il. 2, 653.) tempus inde diſcitur. Dorienſibus tamen originem tribuit Conon narrat. c. 47. qui duce Althaemene in hanc inſulam egreſſi erant, de quo ſupra, ubi etiam de tempore. Antiquiores facit Herodotus 2, 182. quod narrat, Danai filias, Aegyptum fugientes, Lindi Minervae templum exſtruxiſſe. Antiquior tamen illis urbs fuiſſe videtur *Achaea*, quam condiderunt Ochimus et Cercaphus, Solis filii, in ea inſulae parte, ubi poſt Ialyſus, uti refert Diodor. Sic. 5, 57. ubi vid. Weſſeling. Caſaubon. ad Athenaeum 8, 16. et Meurſius in Rhodo 1, 8. Cf. poſt Ialyſus.

quondam) Recte. Nam quod refert Conon c. l. αἱ τρεῖς πόλεις ἀπεκλείσθησαν εἰς μίαν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα -- Ῥόδον. Conſentiunt in eo etiam alii. Factum id eſſe tradit Strabo c. l. in bello Peloponneſiaco, poſt Lyſandri tamen tempora, ad quae tribus illis urbibus habitarunt Rhodii, cuius rei teſtes ipſos facit Ariſtides in orat. Rhodiaca T. 1. p. 552. (Iebb. ſ. p. 365.) Diodorus Sic. 13, 78. refert in annum 1. Olympiadis 93. Vid. ibi Weſſeling. et quem laudat, Meurſius in Rhodo 1, 10. At quod ille putat, Strabonem admodum generali temporis notatione defunctum eſſe, propius illud mihi indicaſſe videtur. Narrat enim, ab eodem architecto, a quo Piraeum, eam urbem conditam fuiſſe. Igitur factum eſſe vult Themiſtoclis aetate, quippe cuius ſuaſu Piraeus, antea vicus, vel pagus (Pauſan. 1, 1.) portus factus eſt, etſi

ſic tempore diſcrepat. De re Nepos in Themiſtocle c. 6. Thucyd. 1, 93. Plutarchus in vita c. 19. aliique. Architectum autem illum Piraei fuiſſe Hippodamum, diſcitur ex Suida ſ. v. Ἱπποδάμεια, ubi vid. de eo, quos laudat Kuſterus, Heſychium et Schol. Ariſtoph. ad equ. p. 306. (v. 327.) De ipſa autem urbe, quia diſerte a noſtro commemoratur, vid. praeter Ariſtidem et Dionem Chryſoſtomum c. c. l. l. Strabo 14. pag. 448. ſ. 652. Neque tamen 3 illae vetuſtae urbes eſſe deſierunt, ſed ex ſuis tantum incolis unam illam Rhodum fecerunt, ad quam vires et potentiam deferrent, quod adparet ex ſingularum apud poſteriores auctores mentione, veluti Ptolemaeum. Qui ſi antiqua etiam reſpexerit, ſunt tamen alii multi poſt Rhodum conditam. Senſim tamen exhauſtae et ad tenuitatem redactae illae interciderunt. Unde Plin. 5, 36. ſ. 31. *habitata nunc Rhodo*; nempe maxime.

Lindus) Gr. Λίνδος, unde Λίνδιος. Nomen urbis feminino genere efferri ſolet, quod et dandum videtur Zoſimo 5, 24, 11. τῇ pro τῷ. Inde vero Λινδικός, ut Λινδικὰ πλοῖα apud Euſtath. ad Dionyſ. v. 504. Κερκάφου κτίσμα facit Eudocia in Villoiſ. anecd. Vol. 1. p. 429. Urbs ſita erat in monte verſus meridiem et Alexandriam, (Strabo lib. 14. c. l.) in aſperrima inſulae parte, quae frugum ſterilis, uvarum ac ficuum feraciſſima fuit. (Philoſtratus in Iconib. 2, 24.) Ab illo ſitu Phoenicium nomen (Limda) impoſitum putat, quaſi in mucrone inſulae ſita, Bochartus in Chanaan 1, 7. Suo tempore nomen illud retinuiſſe refert Euſtath. ad Il. 2, 656. Auctores maxime celebrant templum Minervae, veluti Strabo c. l. Plin. 33, 23. ſ. 4. — Sed conditores eius varios commemorant, Danai filias ex Aegypto profugas; (Herodot. 2, 182. Strabo c. l. —) Danaum ipſum. (Diodorus Sic. 5, 58. in. et Callimachus apud Euſebium in praepar. Evangel. 3, 8. in eius fragmentis p. 477. ed. Erneſt.) Inde *Minerva Lindia* paſſim in auctoribus, veluti Plinio 33,

55. ſ. 12. Aeliano de hiſt. an. 9, 17. — Signum eius aeque celebre poſtea Conſtantinopolim devectum ibique poſitum eſt. Narrat enim Zoſimus 5, 24, 11. curia a plebe combuſta illud contra omnium ſpem fuiſſe integrum ſervatum, quod Dapper des isles de l'Archipel p. 92. male ad ipſius Lindi templum transfert, ut auctores Hiſtoriae Univerſalis Angli Tom. 6. p. 510. (4. Germ.) Factum id ſub Arcadio et Honorio an. C. 404. Heyne ad Zoſimum c. l. p. 643. inde coniicit aeneum fuiſſe. Idem ex Cedreno pag. 322. ſ. 254. probat, ſaeculo XI. ſuperſtes ibi fuiſſe. At in illo loco Theodoſii tempora, ſaeculum 4, indicatur, omninoque ſignum illud diligentius deſcribitur. Fuit nempe ex lapide ſmaragdo, altum cubitos 4, opus Scyllidis et Dipoeni ſtatuariorum, quod olim dono miſerat Seſoſtris Aegyptiorum tyrannus Cleobulo Lindi tyranno. De Scyllide et Dipoeno, antiquiſſimis ſtatuariis, cf. Plin. 36, 4. Sed male tempora miſcet Cedrenus, qui Cleobulum Seſoſtris facit aequalem. Alii a Danao illud dicatum ſcribunt, veluti Apollodor. 2, 1, 4. Diodor. 5, 58. ad quos vid. Heyne et Weſſeling Scelmidis, artificis, opus fuiſſe extundit ex Callimachi loco in fragmentis pag. 477. (Erneſti) Toupius in opuſculis criticis P. 2. p. 219. (Lipſ.) et quae ad ipſum Callimachum disputantur, et quos laudant. Ceterum templi vetuſtas ſatis hinc intelligitur, in quo et Amaſis ſtatuas Minervae lapideas duas poſuit ſecundum Herodot. 2, 182. Eius hodie tantum rudera conſpiciuntur, uti refert Savary Reiſen pag. 29. Idem de oppido narratur, exſtatque hodie parvum caſtellum *Lindo*, a Chriſtianis locupletibus habitatum, aliudque eodem nomine in orientali inſulae parte. Vid. Dapper c. l. pag. 92. Patriam fuiſſe Cleobuli ex 7 ſapientibus notant Strabo c. l. et Euſtath. ad Il. 2, 656. atque hinc Λίνδιος vocatur ab Athenaeo 8, 15. et aliis.

Camirus) Ut Graeci, variante tamen penultima. Κάμειρος enim ſcribunt Herodot. 1, 144. Homer. Il. 2,

656. Thucyd. 8, 44. Strabo 14. p. 450. ſ. 655. Scylax p. 38. Hudſ. Ptolem. 5, 2. et plures alii. Κάμιρος Stephanus h. v. Suidas h. v. Schol. Pindari ad Pyth. 9, 183. et quidam alii. Per ει Diodorus 13, 75. ut nomen viri 5, 57. ſed per ι 4, 58. quam variationem libris hic, ut alibi, adſcribendam eſſe puto. Varia enim ratio fuiſſe videtur, ut iam Cellarius in Geogr. ant. 3, 2, 35. cenſuit, et Salvinus ad Euſtath. T. 2. p. 672. etſi Euſtathii ad Dionyſ. v. 504. et ad Il. 2, 656. obſervatio nomen viri ſcribendum vult per ει, nomen urbis per ι, quod probat Gronov. ad Macrobium Saturn. 1, 17. Incola Καμειρεὺς, atque inde etiam Καμειρίτης et Καμειραῖος, quae notat Stephanus. Prius magis frequentatur. *Camirenſes* dicuntur a Macrobio Saturnal. 1, 17. Ob ſitum in argilloſo ſolo Homerus Il. 2, 656. vocat ἀργινόεντα. Hinc Bochartus in Chanaan 1, 7. admiſcet vocem Phoeniciam *Chamira*, quaſi argilloſam dixeris, cauſamque eam nominis facit. Thucyd. c. l. ἀτείχιστον fuiſſe ſcribit. Tulit Piſandrum, nobilem poetam, uti tradunt Stephanus ſ. v. Κάμιρος, Suidas h. v. qui plura de eo narrat, Theocritus in epigramm. anthol. Vol. 1. pag. 200. (Iacobs.) et alii. Strabo eum omnino in claris Rhodiis commemorat. Multa etiam de hac urbe congeſſit Meurſius in Rhodo ſua 1, 4 ſq. Hodie multae eius ſuperſunt reliquiae.

Ialyſos) De eius ſcriptura ſatis dictum eſt in not. crit. p. 487. Inde dicitur Ἰαλύσιος, Ἰηλύσιος (Ionice) et Ἰαλυσιὰς, ut monet Stephanus, etſi hic per σσ ex variatione uſitata. Idem vocat πόλιν, ut Thucyd. 8, 44. et alii multi. Strabo tamen c. l. κώμην, cui impoſita fuerit ἀκρόπολις Ὀχύρωμα καλουμένη. Finitima terra dicta inde eſt Ἰαλυσία, uti apud Diodor. Sic. 5, 57. qui in ea antiquiſſimam fuiſſe urbem refert *Achaeam*, de qua iam ſupra dictum eſt. Meurſius in Rhodo 1, 8. Ialyſi arcem facit, quod tamen refutant Ergiae verba apud Athenaeum 8, 16. Sic etiam fruſtra eandem putat, quae

Ialyſus, Bochartus in Chanaan 1, 7. cuius nomen ad vitandam δυσφημίαν transierit in Ialyſus. Ex Heſychio enim conſtare, Ἀχαίας eſſe λύπας. Ialyſum autem vocem Phoeniciam indicare laetitiam. A primis incolis Telchinibus transiit ad Ialyſios hoc epitheton ap. Ovid. Metam. 7, 365.

§. 5. *Tauri promontorium)* Cf. ad 1, 15, 7.

Chelidoniae) Sic etiam fere Graeci per ι ſcribunt, uti ſolet adiectivum a χελιδὼν, vel etiam, etſi rarius, per ει. Omnes tamen libri ſcripti et editi in Luciani navigio c. 8. Χελιδονέας vocant. forte pro Χελιδονίας, uti apud Strabonem 11. p. 358. ſ. 520. lib. 14. p. 458. ſ. 666. Plerique vocant νήσους et inſulas, uti Scylax pag. 39. Hudſ. Strabo c. c. l. l. Dionyſ. v. 506. Plinius 2, 106. ſ. 105. et alibi cum aliis, ex quibus etiam abſolute Chelidonias quidam habent. Πέτρας vocat Stephanus ſ. v. Χελιδόνιοι, *rupes* Priſcianus v. 126. σκοπέλους Ptolemaeus 5, 3. extr. *ſcopulos* Solin. c. 41. ſ. 38. de cuius cauſa deinceps. In earum numero variant. Plerique tres memorant, duas tamen habet Scylax pag. 39. Hudſ. etſi promontorium ille addit, Stephanus, qui etiam eorum nomina adfert ex Phavorino, *Corydelam* et *Melanippiam*. Nomen nactae videntur, quod ſcopulis frequentibus hieme perſugium hirundinibus praebent. Vid. Wernsdorf. ad Priſcian. v. 126. Gronovius tamen MS. ad h. l. ſic: Strepentes inſtar hirundinum, quae fuerunt loca minus profunda, ut illis impacta aqua ingratum ſtrepitum faceret, perinde ut fuit apud Graecos proverbium ῥαχίας λαλίστερος (vid. Suidas), quoniam unaquaeque harum Chelidoniarum erat inſtar ῥαχίας. Haec GRONOVIUS. Vivide deſcribit Lucianus c. l. ἀπόξυροί εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι, παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι, et terribilem ſtrepitum ex fluctuum adliſione memorat. Strabo

lib. 14. c. l. τραχείας vocat. Hinc *importunas navigantibus* vocat Mela, pro quo Plinius 5, 35. f. 31. dicit *pestiferas*. Idem Afiae infulas omnino vocat 9, 85. f. 59. At fitum cum Noftro in priori loco contra Tauri promontorium propius indicat. Nec re disfentiunt alii, quamvis nomine. Strabo enim lib. 14. c. l. iuxtra facrum promontorium ponit, quod Plinio 5, 27. eft *Chelidonium*, et omnino ἀκρωτήριον vocatur a Scylace. H. *Capo delle Celidonie*. Dapper c. l. p. 167. Ad illas pertinebat Pamphylium mare, ibique committebatur cum Aegaeo latiori quidem fenfu fec. Agathemer. 2, 14. Nam Lycium hic accuratius coniungit Lucian. c. l. Παταρηΐδος ἔνδοθεν ἄκρης Dionyf. v. 507. cum interpretibus. Ipfae invicem diftabant 5 ftadia, a continente 6 et una tantum πρόσορμον habebat. Strabo c. l. Quae hodie fint, non conftat inter Geographos, etfi fitus ex veteribus minime eft obfcurus et dubius. Notante enim Dappero c. l. pag. 168. praeeunte quidem Ortelio h. v. Caftaldus adpellat *Ifole Correnti*, Pinetus *Caprofe*, Niger mediam *Cafiello ruzo* vel *roffo*, etfi refragante Dappero, qui tamen ipfe nihil ftatuit, immo Tauri promontorium in Mela et Plinio de his infulis intelligit.

Cypros) Ita etiam Graeci. Incola Κύπριος. (Hedot. 7, 90. aliique, numi maxime.) Addit Stephanus Κυπριακὸς, Κυπριεὺς et Κυπρίτης. Κυπρίτης repetit f. v. Δασκύλιον. Sed omifit Κύπρις, Veneris epitheton, vel cognomen, quod notat Euftathius ad Dionyf. v. 508. quod fic centies occurrit in Anthologia. *Cypris* etiam fic Latinis dicitur, ut Lexica docent. *Cyprica laurus* legitur in Catone de R. R. c. 8. De nominibus antiquis ita Plinius 5, 35. f. 31. *Vocatam ante* (prodidit) *Acamantida Philonides, Cerafiin Xenagoras, et Afpeliam, et Amathufiam, et Macariam; Aftynomus Crypton et Coliniam.* De fingulis haec: 1) *Acamantis* (Ἀκαμαντὶς) notatur etiam a Stephano, et ductum eft fine dubio ab *Acamante*,

promontorio eius, quod commemorant Strabo 14. pag. 469. f. 681. Ptolem. 5, 14. Agathemer. 1, 4. aliique. Ab *Acamante* tamen etiam, Thefei filio, potuiffe adpellari, fufpicatur Harduinus ad Plin. c. l. Hinc quidem *Acamantum* Cypri montem dictum effe narrat Hefychius, etfi ad fuperius revocatur. 2) *Cerastis*, Gr. Κεραστὶς, quod et habent Stephanus et Nonnus Dionyf. 13, 441. etfi ibi Κεραστιάδος pro — στίδος. Stephanus etiam Κεραστιὰς, ut Hefychius. Κεράστεια inflexa forma effert idem Stephanus f. v. Σφήκεια, Κεραστία Lycophron v. 447. et ibi auctore Androcle de Cypro Tzetzes, Euftathius ad Dionyf. v. 508. et Etymologus. Androcles, quod refert Tzetzes c. l. caufam nominis duxit a *cornutis* olim *incolis*, cui fabulae inhaefit Ovid. Metam. 10, 222. Xenagoras de infulis διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι, quod vero eft fimilius. A *cerastis* tamen alii, de quibus vid. quos producit Burmann. ad Propert. 3, 21, 27. Vidi, qui nomen derivarent a cornutis ferpentibus, quorum ferax fuerit. *Afpides Cyprias* vocat, et ab Aegyptiacis difcernit Mariti Reifen durch Syrien Tom. 2. cap. 11. p. 159 fqq. Vid. mox *Ophiufia*. 3) *Afpeliam* corruptum cenfent in Plinio Harduinus c. l. et Cellarius in Geogr. ant. 3, 7, 4. pro Σφήκεια, de quo poft. 4) *Amathufia* obfcurum non eft, nempe ab *Amathunte*, quam antiquiffimam Cypri urbem dicit Stephanus, et multi commemorant. 5) *Macaria*, uti et alia loca a fertilitate, vel quod Μακάρων huc etiam regnum et coloniae pertinuerint. 6) *Crypton* habent etiam Stephanus et Euftathius c. l. quod latuerit fub undis. 7) Denique *Colinia* nomen dubium, et, quod Harduinus exiftimat, forte corruptum. At reftant aliqua a Plinio omiffa. Sic Stephanus habet Μηϊονὶς, quo pertinent Hefychii Μίονες (f. Μείονες), quos explicat Κυπρίους. Porro Σφήκεια, uti notant Stephanus, Etymologus et Tzetzes ad Lycophron. c. l. ex Philoftephano de infulis, ab antiquis incolis, qui dicti funt Σφῆκες. Ita etiam Hefychius et

Euſtath. c. l. Unde Σφήκειαν νῆσον vocat Nonnus Dionyſ. 13, 434. Cf. ſupra. Denique *Ophiuſia* a ſerpentum multitudine, de quo antea dictum eſt in Κεραστίς. Vid. Kuſter. ad Ariſtophan. Plut. v. 717. Hinc *Ophiuſia arva* de Cypro Ovid. Metam. 10, 229. Quod *aeroſam* ob aeris copiam ab antiquis adpellatam eſſe ſcribit Feſtus h. v. epitheton eſt, non nomen. *Paphum* urbis nomen ad totam inſulam quidam etiam retulerunt, de quo infra ad *Paphos*. Remanſit nomen Cypri ductum a *Cypro* filia Cinyrae vel Bibli et Veneris, uti ex Philoſtephano refert Conſtantin. Porphyrog. de them. imp. 1, 15. et Stephan. h. v. Filium contra Cinyrae facit Euſtath. c. l. quem improbat Bochartus in Chanaan 1, 3. quod Cyprus ſit nomen muliebre, quod docuit Scaliger ad Euſebium p. 149. multis exemplis. A *Cypride* i. e. Venere vocatam tradit Zonaras Annal. 1, 5. Alii tamen, quod addunt Stephanus et Euſtathius, ἀπὸ ἐκεῖ φυομένου ἄνθους κύπρου. *Cyprum* quidem optimum odoris ſuavitate provenire in Cypro adfirmat etiam Plin. 12, 51. ſ. 24. probatque hanc nominis cauſam Bochartus in Chanaan 1, 3. tum quod Cyprus Cinyrae filia neque in fabulis, neque in hiſtoria celebretur, tum quod Cyprus hoc nomine etiam inclaruerit. Cinyrae nomen apud Cyprios fuit illuſtre. Regnavit enim in Cypro et opibus maxime valuit, unde etiam in proverbium abiit Κινύρου πλουσιώτερος. De Cypro, eius filia, nihil memoratur, uti omnino magna eſt de eo fabularum varietas, quam notavit Meurſius in Cypro 2, 9. Heyne ad Apollodorum 3, 14, 3. p. m. 824 ſq. et quos laudat. Vid. etiam Muncker. et Staveren. ad Hygin. fab. 58. p. 124. Homerus Cinyram Cypri regem aequalem facit Agamemnonis Il. 11, 20. qui tamen a ſuperiori maxime diverſus eſt, etiam ab Apollodori Cinyra, qui Paphum condidit, (3, 14. ſ. 3.) cuius apud Homerum fit mentio Odyſſ. 8, 363. ut omnino Cypri. Apollodorus facit Sandaci filium, alterum, divitem illum, Thiantis Suidas. Inde tamen *Cinyreia Cyprus* intelligitur apud

Lucan. 8, 716. A Cypri tamen urbe nomen ducit Iſidor. Orig. 14, 6. Antiquitus dicta eſt Χεθιμὰ a *Chetimo*, Iovani filio, Iapheti nepote, qui eam occupavit, uti refert Ioſephus in antiqu. Iud. 1, 6. et ex *Citio* urbe probat, quod veſtigium antiquiſſimi nominis ſervaverit. Cf. et Zonaras c. l. qui ex Ioſepho repetit, ut Freculphus chronicor. T. 1. lib. 1. c. 27. De inſulae ſitu deinceps. Maximis ea adnumeratur inſulis, etſi diverſo ordine ponunt pro inſularum in diverſis maribus ratione. Ita quartam facit Scylax p. 56. Hudſ. alii aliter. Cf. Euſtath. ad Dionyſ. v. 568. Neque in ipſo magnitudinis modo definiendo conveniunt. Ita Strabo 14. pág. 469. ſ. 681. addito ſinuum ſpatio circuitum illi dat ſtadiorum 3420, quae fere efficiunt 428 M. P. In Euſtathio ad Dionyſ. v. 508. ubi Strabonem ex more reddit, numerus in libris variatur. Cum Strabone conſentiunt Agathemer. 1, 5. et Timoſthenes apud Plinium 5, 35. ſ. 31. At Iſidorus apud eundem habet 375 M. P. quod interiora ſinuum non computaſſe videtur. Cf. Hyginus fab. 275. Sic de longitudine, quam Strabo a Clidibus ad Acamanta, ab ortu verſus occaſum terreſtri itinere facit ſtadiorum 1400, Agathemer. 1300, apud Plinium Artemidorus 162 M. P. Timoſthenes 200. Oroſius 1, 2. habet 1175 M. P. de latitudine adfert 1125 M. P. Nec magis conſentiunt recentiores, de quo vid. Dapper c. l. pag. 23. Büſching in Erdbeſchr. Tom. 5. P. 1. p. m. 155. et d'Anville in Memoires — de Paris T. 32. pag. 529. Longiorem fuiſſe quam latiorem docet viſus, et Noſter cum aliis indicat. Quare comparant cum tergore bovis, veluti Agathemer. c. l. cum ſcuto Gallico Hygin. fab. 275. Cf. Nonni Dionyſ. lib. 13, 27 ſqq. Tota cincta eſt multis promontoriis, quae, etſi variatis nominibus, recenſet Strabo c. l. et Ptolem. 5, 14. De inſulae incolis et dominis poſt. Ipſius fertilitatem multi veterum laudant, et in primis Strabo largiter *vinum*, *oleum*, *frumentum*, et *aes* prope Tamaſſum protuliſſe ſcribit. Maxime tamen *ſilvis* et *arboribus*

olim abundaſſe ex Eratoſthene refert, ita ut vix coquendis metallis et exſtruendis navibus conſumi potuiſſent, quod hodie quidem ſecus habere teſtatur Bruce Reiſe in praefat. p. 73. prope *Cacamo* (olim Acamas fuit) in latere occidentali tantum obiici ſilvas vaſtas. Ammianus 14, 8. eius fertilitatem rerum omnium navalium adparatu ſic complectitur: *Nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus a fundamento ipſo carinae ad ſupremos usque carbaſos aedificat onerariam navem, omnibusque armamentis inſtructam mari committit.* Herodot. 7, 90. commemorat claſſem 150 navium, quam Xerxi, Graeciam iuvadenti, praebuerunt. De navalis materiae copia etiam vetus orbis deſcr. c. 58. Teſte igitur Aeliano V. H. An. 5. extr. Cyprii gloriabantur εὔγεων οἰκεῖν χῶρον, καὶ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας audebant. Hinc *opimam* vocat Virgil. Aen. 1, 621. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 508. οὐδεμιᾶς νήσου λειπομένη τῇ ἀρετῇ. Nec minus hodie ea de cauſa celebratur, quamvis ſegnitie gentis infamis. Vid. Dapper c. l. p. 45 ſq. ubi praeter alia de plantis, animalibus, metallis multa etiam ex veteribus congeſſit. Hodie *erioxyli* maxime mercaturam agit teſte Haſſelquiſtio Reiſen p. 604. Nota eſt Meurſii Cyprus, et recentiori aetate ſcripſit Anvillius recherches geographiques ſur l'isle de Cypre, quae leguntur in Memoires de l'academie des inſcriptions — de Paris Tom. 32. pag. 529 ſqq. Olim res Cyprias tractarunt Androcles, Menander, et notior Philoſtephanus. Ἔπη etiam Κύπρια commemorat Pauſan. 3, 16. 4, 2. 10, 26. 31. f. et multa adfert, quae ad Troiani belli duces pertinent. Cf. etiam Schol. Homeri ad Il. 1, 5. Salmaſ. in exercit. ad Solin. c. 43. f. 40. p. m. 398 ſq. Ryckius in diſſ. de primis Italiae colonis c. 10. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 15. et Weſſeling. ad Herodot. 2, 117. In claris civibus vindicarunt ſibi etiam Homerum. (Pauſan. 10, 24. m.) De Veneris cultu vid. infra Paphos. De cauſis, cur Veneri ſacra, diſſerit Ilgen in opuſc. phil. T. 2. P. 1. p. 25. ex

veteribus Festus s. v. *Cypria*. Hodie paullum variato nomine vocatur Gallis *Cypre*, Italis *Cipro*, Arabibus *Cupris*, Turcis pleruınque *Kibris*.

immittens) Plinius 5, 35. s. 31. *Cyprus ad ortum occasumque Ciliciae ac Syriae obiecta.* Eustathius c. l. τῷ Παμφυλίῳ κ. τῷ Ἰσσικῷ κλύζεται κόλπῳ. Nempe, quod refert Strabo 14. pag. 468. s. 681. pars eius septentrionalis adiacebat Ciliciae asperae, orientalis sinui Issico, occidentalis mari Pamphylio, et meridionalis Aegyptio. Sed de his non est dubium. Syriae olim adhaesisse ab eaque avulsam esse adfirmat Plin. 2, 90. s. 88. Bene autem suoque more Noster ea verba de situ elegit, quae formam insulae declararent. Sic infra de Creta, Cypro simili, *immittit*. Indicat enim insulae longitudinem, quae ab utraque et diversa parte porrigitur montanis quidem et arduis litoribus. Cf. de hoc verbo ad 1, 9. in. Tum *recto iugo*, quod ad promontoria crebra referri potest. Licet enim Cyprus sinibus incidatur, omnino tamen *recto iugo* procedit, quamvis eadem de causa non continuo, quod sinus non admittunt.

novem regna) Insulam a Chetimo, Iovani filio, Iapheti nepote, occupatam fuisse tradit Iosephus de B. I. 1, 6. Ex ipsorum Cypriorum testimonio gentes conlectae erant e Salamine, Athenis, Arcadia, Cythna, Phoenice et ipsa Aethiopia, ut scribit Herodot. 7, 90. Telchinas, Cretenses etiam olim aliquamdiu insulam tenuisse refert Strabo 14. p. 450. s. 654. Eorum reges a multis commemorantur, in iis ab Herodoto 5, 110. 7, 90. qui etiam τυράννους vocat 5, 109. antiquiori tempore, uti τυραννοῦσθαι de iis Strabo c. l. dicit. Novem autem fuisse indicat Mela, ex quo Plinius 5, 35. s. 31. Cyprum quondam 9 regnorum sedem vocat. Quod quomodo intelligendum sit, optime docet Diodor. Sic. 16, 42. his verbis: πόλεις ἦσαν ἀξιόλογοι ἐννέα, ὑπὸ δὲ ταύτας

ὑπῆρχε τεταγμένα μικρὰ πολίσματα τὰ προσκυροῦντα ταῖς ἐννεὰ πόλεσιν, ἑκάστῃ δὲ τούτων εἶχε βασιλέα, τῆς μὲν πόλεως ἄρχοντα. Mos nempe olim invaluit, ut praecipuae urbes et loca ſuos haberent reges, aut ita principes vocarent. Teſtatur id diſerte Palaephatus 39, 2. ἦσαν βασιλεῖς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν χωρίων τούτων, ubi adeo praecedunt κῶμαι. Ita olim ſingulas Phoenicum urbium ſuos reges habuiſſe ſcribit Strabo 16. pag. 519. C 754. Manſerunt etiam poſtea reges illi, cum ab Amaſi Aegyptio (Herodot. 2. extr.) primum, poſt a Cyro (Xenoph. Cyrop. 1, 1, 4. 8, 6, 21.) ſubacti Perſis omnino paruiſſent. (Herod. 3, 91.) Reges enim eorum commemorat ſub Xerxe Herodot. 7, 90. ſub Artaxerxe Diodor. Sic. c. l. qui tamen addit, Perſis tributarios fuiſſe, fruſtraque liberum imperium molitos ſub Artaxerxe refert. Paruit poſtea Ptolemaeis, Aegypti regibus, a quibus regiam poteſtatem ſublatam eſſe ſcribit Conſtantinus Porphyrog. de themat. 1, 15. dum a Romanis occupata et provincia facta eſt, quae Strabo c. l. breviter complectitur, et libri hiſtorici fuſius exponunt. Primus Cypri rex occurrit *Cinyras*, de quo ſupra dictum eſt. Reſtat quaeſtio de urbibus, quibus reges praefuerunt. Commemorantur autem 1) *Paphos*, (de Cinyra. Cf. et Diod. Sic. 20, 21. in.) 2) *Salamis*, (Herodot. 5, 104.) 3) *Soli*, (Plutarchus in Solone c. 26.) 4) *Amathus*, (Diodor. 19, 62.) 5) *Lapithos*, aliis *Lapathus*, *Lapethus*, *Lapetha*, uti et monetur ad Stephanum h. v. (Diodor. 19, 79.) 6) *Curium*, (Herodot. 5, 113.) 7) *Citium*, (Plutarch. in Alex. M. c. 32.) 8) *Marium*, poſt *Arſinoe*, ſecundum Stephanum (Diodor. Sic. 19, 62. et 79.) 9) *Cerynia*, (Ptolemaeo 5, 14.) *Ceronia*. (Diodor. 19, 79.) Haec ex auctoribus conlecta adpoſui. Quem illarum urbium catalogum exhibuit Meurſius de Cypro 2, 7. p. 99. pravum iudicat Weſſeling. ad Diodor. 16, 42. Ex iis, quas recenſui, omittit Marium et Ceryniam, pro quibus habet Paphon duplicem et Chytros.

aliquot) Cum *novem regna* praecedat, et auctores Melae fere aequales, ut Strabo et Plinius, aut aliquanto posteriores, ut Ptolemaeus 5, 14. Constantin. Porphyrog. de themat. 1, 15. Hieroclis synecdemus p. 706 sq. etsi alii alias, urbes commemorent in Cypro circiter 15 ad 18, *aliquot* pro modo insulae non videtur esse aliquas, sed satis multas. Tum vero analoga est ratio vocum *aliquot* et *aliquantum*, quarum haec ad magnitudinem, illa ad numerum et copiam in proba Latinitate spectat. Et sic pro *quot urbes* 2, 3. in. legi commode possit *aliquot urbes*. Earum nomina, ne evager longius, pete ex nominatis auctoribus.

Salamis) Gr. Σαλαμίς. Σαλαμιάς ap. Malalam in chronogr. lib. 12. fin. In Theophanis Chronogr. pag. 19. (Ven.) Σαλαμίν. *Salamina, ae*, recentioris est usus, et sic apud Iustin. 44, 3, 2. ubi tamen pro *Salaminam* boni libri *Salamina*. Ita Oros. 7, 12. et recentiores. Cf. A. Gronov. ad Iustin. 2, 7, 7. Quia cognominis fuit insula Graeciae in sinu Saronico, auctores passim addunt ἡ ἐν Κύπρῳ, ut Thucyd. 1, 112. Polyaenus 4, 7, 7. 5, 20. — τῆς Κύπρου Herodot. 4, 62. vel ex nexu intelligi volunt. Stephanus, quod mirum, hanc plane omisit. Incolae *Salaminii*, uti apud Diodor. Sic. 20, 48. Cic. ad Attic. 5, 21. — Conditor eius fuit Teucer, Telamonis filius, uti Aiax. Quibus cum pater ad Troianum bellum proficiscentibus legem posuisset, ne alter sine altero rediret, hic occiso Aiace invisus patri et expulsus, in Cyprum concessit, ut narrant multi, etsi in exsilii causa paullum dissentiunt. Vid. Strabo 14. pag. 469. s. 682. Isocrates in Evagora p. m. 454. Sophoclis Aiax 1036 sq. Euripidis Helena 68 sq. 89 sq. 144 sq. Horat. 1. od. 7, 21. Vellei. 1, 1. Virgil. Aen. 1, 619. Iustin. 44, 3, 2. Tacitus Ann. 3, 62. extr. Schol. Aeschyli ad Persas 896. Pindari ad Nem. 4, 76. — et quos praeterea habet Meursius 2, 17. Teucri etiam genus Isocratis tempore in Cypro fuisse superstes, ipse testatur

c. l. comprobante Paufania 1, 3. de Evagora. Hinc πόλιν Ἑλληνίδα vocat Scylax p. 41. Hudf. Dapper tamen des isles de l'Archipel p. 28. putat a Teucro tantum fuiffe auctam, mutato fimul priori nomine, quod fuerit *Coronis*, fi fides habenda fit Porphyrio de abftinentia animal. 2, 54. Adfentiri videtur Stephanus, qui memorat Κορώνην eamque partem facit Salaminis, quae ipfi antea eft Κορώνεια, urbs Cypri, quod nomen etiam adfert Eufebius de praeparat. Evang. 4, 16. in repetendo Porphyrii loco, et ad urbem, quam poft Salamina Teucer vocavit, refert Meurfius de Cypro 1, 20. Strabo Salamina fimpliciter adtulit. Neque tamen illa eft Κερωνία Ptolemaei 5, 14. quam prope Lapithum ponit. Ex fitu enim intelligitur, fuiffe Diodori 19, 79. Κερυνίαν et Ptolemaeorum tempore ftetiffe. Et fic Scylax c. l. Salamina commemorat et Ceryniam. Sita fuit in orientali infulae parte, uti docet Ptolemaeus 5, 14. et curfus maritimus Ptolemaei apud Diodor. Sic. 20, 49. habuitque, tefte Scylace, portum claufum, ad hibernandum aptum, templumque Iovis a Teucro pofitum, ut notat Tacitus Annal. 3, 62. extr. et Veneris *Profpicientis*, uti eft apud Ovid. Metam. 14, 760. Πόλις οὐκ εὐκαταφρόνητος apud Diodor. Sic. 20, 48. in. De regno Salaminio fupra aliqua dedi, plura in fingulari differtatione Verportenus, quae reperitur in Mufeo Cafimiriano (Coburg. 1771. 8.) P. 1. n. 1. Deftructam eam poftea fuiffe a Iudaeis feditiofis fub Imperatore Traiano, narrant multi, veluti Eufebius in Chron. ad ann. 19. Traiani, Orofius 7, 12. — Multos enim ibi, ut omnino in infula, egiffe, difcitur etiam ex actib. 13, 4 fqq. Inde vero vetitum erat Iudaeis, in Cyprum venire, et tempeftate forte adpulfus interficiebatur. Vid. Dio 68, 32. Novam calamitatem poftea paffa eft terrae motu everfa fub Conftantino Chloro, qui eam tamen denuo excitavit et Conftantiam (ει) adpellavit, ut refert Malalas in Chronogr. lib. 12. extr. Sed Theophanes in Chronogr. p. 10. (Ven.) terrae motu vaftatam fcribit fub Con-

ſtantino, et iterum ſub Conſtantio p. 24. In nomine plures conſentiunt, veluti Stephanus h. v. Suidas ſ. v. Ἐπιφάνιος. — Ita facta eſt Cypri metropolis, qualem vocat Malalas c. l. Conſtantin. Porphyrog. de themat. 1, 15. et quos commemorat Weſſeling. ad Hieroclis Synecdem. p. 706. Poſt cum denuo a Richardo I. Angliae rege devaſtata eſſet, hodie nil niſi rudera murorum adparent haud procul ab urbe nova *Famaguſta*, quam quidam, vti Büſching., Arſinoen veterem putant, urbe olim munitiſſima et opulentiſſima, de qua Haſſelquiſt Reiſen pag. 200. Tulit olim Ariſtum hiſtoricum, (Strabo c. l.) poſt inclaruit Epiphanio epiſcopo. (Suidas h. v. aliique.) Plura dabit Meurſius. Hodie ibi in tabulis *Porto Coſtanzo* notatur.

Paphos) Gr. Πάφος, unde *Paphii* in auctoribus obvii. Conditor fuit *Cinyras* ſec. Apollodor. 3, 14, 3. ſec. Iſidorum de orig. 15, 1. *Acos Tiſonis filius*, quae corrupta ſunt. Exciſo Ilio *Agapenor*, quo duce Arcades ad Troianum bellum profecti erant, coloniam eo deduxit, ut refert Pauſanias 8, 5. (οἰκιστὴς ἐγένετο) Strabo 14. p. 470. ſ. 683. eius κτίσμα facit. Utrumque tamen ex uſu etiam auctorum Graecorum ad coloniam et inſtaurationem urbis referri poteſt. De verbo οἰκίζειν non eſt dubium. Κτίζειν quidem ſic de inſulis, regionibus, ubi aliter intelligi non poteſt. Vid. quae adtulerunt Cuperus in obſerv. 3, 9. et Weſſeling. ad Diodor. 5, 80 et in obſervatt. 2, 15. p. 208. Muncker. et in primis Staveren. ad Lactantii Placidi narrat. fab. 5, 1. p. 804. et quos laudant. Sed et aperte de una eademque urbe in eadem re verba illa commutantur. Sic Epaminondas apud Aelian. V. H. 13, 42. dicitur οἰκίσαι Μεσσήνην et apud Diodor. Sic. 15, 66. κτίσαι et οἰκίσαι et οἰκήτορας ποιῆσαι. Idem tamen κτίσαι habet Apollodorus de Cinyra, qui cum prior fuerit aetate, prior etiam et potior urbis conditor habendus eſt et auctor. At forte utrumque recte habet et vere, ſi duplicem Paphon fuiſſe cogitaveris, quod et Mela

refert. Aperte etiam Strabo, quia Palaepaphon obponit, novae Paphi conditorem facit Agapenorem. Idem inter veterem et novam ponit urbem Arſinoen. Utramque raro diſtinguunt auctores, et fere unam tantum Paphon omnino nominant. Diſtinguit tamen diſerte Plinius, in quo 5, 35. ſ. 31. *Nea Paphos* (ſic ex MSS. dedit Harduinus) et *Palaepaphos* commemoratur. Ita a Ptolemaeo 5, 14. Πάφος νέα et παλαιὰ, ſed a Strabone c. l. Πάφος et ἡ πάλαι Πάφος. Sic *celſa Paphos* apud Virgil. Aen. 10, 51. ubi Servius ſic explicat: „*antiqua Paphos, quae nunc* (immo dudum) *Palaepaphos dicitur, in excelſo fuit poſita, ex quo loco aedificia, permittente pace, in litoreis deducta ſunt.*" Quae verba emendat Barthius ad Statium Theb. 5, 61. Sic alibi (Aen. 10, 415.) Paphos de Palaepapho intelligi debet, quia centum eius ibi arae memorantur, quae Statius Theb. 5, 61. in vetere Papho ponit, etſi Homerus Odyſſ. 8, 363. et hymno in Ven. 59. ubi iidem repetuntur verſus, unum tantum eius templum aramque Paphi novit. Auctores igitur ita Paphon ſaepe nominant, ut, utra intelligi poſſit, non adpareat, nec ſemper Paphon, ut hic Mela et quidam alii, de nova intelligunt. At de Palaepapho intelligendum puto, quod tradunt aliqui, ipſam inſulam olim Paphon adpellatam eſſe. Ita Ovidius Metam. 10, 297. *Illa Paphon genuit, de quo tenet inſula nomen.* Alios producit Weſſeling. ad Antonini itin. p. 526. Utra antea dicta fuerit *Erythra*, quod Stephanus h. v. tradit, ex eoque repetit Euſtath. ad Homer. Il. 2, 499. dubium videtur, ſed quia addit ἡ νῦν Πάφος, ipſe ad Paphon novam transfert. Marienſes, deſtructa urbe Cypri Mario, eo tranſtulit Ptolemaeus ſec. Diodor. Sic. 19, 79. Cum ſub Auguſto terrae motu adflicta eſſet, ille non ſolum pecuniam largitus eſt, ſed et permiſit, ut mutato nomine urbem *Auguſtam* vocarent, uti refert Dio Caſſius 54, 23. Quod nomen an haeſerit, et ad poſteros propagatum fuerit, aliunde non conſtat, immo cum nusquam

eius vestigia reperiantur, dubium est. Aliquoties autem terrae motibus concussam corruisse, discitur ex Seneca de Nat. Qu. 6, 26. epist. 91. Proconsulem Romanum ibi sedem habuisse, ex act. 13, 7. conligit Meursius de Cypro 1, 18. et cum eo Dapper c. l. p. 37. Quae quidem ratio fallax videtur. Nam ad conventus agendos forte eo profectus erat, et magus, commemoratus a Luca, illi ibi adhaeserat, vel cum eo advenerat; Cyprus enim adtributa erat Ciliciae. Distabat autem Paphos nova a vetere, ut refert Strabo c. l. 60 stadiis, et utraque sita erat in occidua insulae parte. Hodie vicus est, quod monet Dapper c. l. quem Arabes adpellant *Baffa* vel *Baffo*, ubi plura veteris urbis rudera, quam nova domicilia cernuntur. De Veneris cultu celebri deinceps aliqua. D'Anville de Cypro in Memoires — de Paris T. 32. p. 553. veterem putat fuisse, ubi h. *Counclia*, novam dici Turcis *Baso* s. *Baisa*.

Venerem) Variae feruntur de Veneris parentibus et ortu fabulae, uti nec una Venere adquiescunt, quod docet Cicero de N. Deor. 3, 23. Cf. si tanti est, quae ad Ampelium c. 9 notavi. Earum una ex spuma procreata, (Noster ex *mari egressa*) dicebatur. Ipsa Venus inde nomen Ἀφροδίτη, ut volunt quidam, traxit, sed et in primis inde ἀναδυομένη dicitur, uti praeter alios dicit Strabo 14. p. 452. s. 657. quod explicat Plinius 35, 36, 15. s. 10. *Venus exiens e mari*. Hinc ipsa παῖς θαλάσσης apud Pausan. 2, 1. f. Certatim artifices in rei eius imagine exprimenda elaborarunt, e quibus Apellis maxime pictura inclaruit, quam etiam carminibus celebrarunt poetae in Anthologia, veluti Leonidas Tarentinus n. 41. T. 1. p. 164. (Iacobs.) Antipater Sidonius n. 32. Tom. 2. p. 15. quod Latine reddidit Ausonius epigr. 104. item Archias Tom. 2. p. 83. Democritus T. 2. p. 237. et Iulianus Aegyptius n. 32. T. 3. p. 202. Scalptores etiam in gemmis repraesentarunt. Vid. Lip-

perti Dactyliotheca Milenar. 1. n. 239 ſqq. Apellis quidem picturam apud Coos in Aeſculapii aede adſervatam, remiſſis tributi impoſiti 150 talentis, Romam transportavit Auguſtus, et in delubro patris Caeſaris dicavit, uti narrant Strabo c. l. et Plinius c. l. Lepide de ea Ovid. A. A. 3, 401. *Si Venerem Cous nusquam pinxiſſet Apelles, Merſa ſub aequoreis illa lateret aquis.* De Palaepapho quod hoc adfirmat Mela, videtur id probari a Strabone 14. pag. 470. ſ. 683. quippe qui narrat, per viam a Papho (nova) quotannis ſolemnes pompas virorum et mulierum undique confluentium eo ductas fuiſſe. Templum igitur, quod ex vetere fama illi condidit Aerias, (Tacitus Ann. 3, 62. extr. Hiſt. 2, 3. in.) vel ex recentiore Cinyras, (Tacit. Hiſt. c. l.) ad Palaepaphon referri debet, quia Venerem mari conceptam huc adpulſam eſſe ſcribit. Turbare videtur Pauſanias 8, 5. ubi tradit, ante Agapenoris adventum (vid. ſupra) Golgis, oppidulo, Venerem cultam, et ab eo Paphi templum exſtructum fuiſſe. Rem ipſam de Golgis teſtantur plures, Veneremque etiam *Golgiam* hinc vocant. Vid. Stephanus h. v. et qui ibi laudantur. Cf. etiam Bochart. in Chanaan 1, 3. De eius ſitu ex Geogr. nihil conſtat. Cellarius putat, eandem urbem fuiſſe Paphon veterem, quod, qui geminam Paphon recenſeant, uti Strabo et Ptolemaeus, Golgos praetereant, contra qui Golgos commemorent, unam tantum habeant Paphon. Quod ſi eſt, ſitus adparet. At Plinius utramque Paphon adfert, nec tamen omittit Golgos, niſi forte ex promiſcuo conligendi ſtudio intelligi poteſt. Tum Agapenorem praevertit aetate Cinyras, quem et Paphi et templi ſacrorumque Veneris conditorem praecipuum faciunt alii, ita ut, cum haec Palaepaphon ſpectent, illa ad novam referenda videantur. Sed in Cypri antiquitatibus haec expediri vix poſſunt. De cultu Deae, quem luculenter fuſeque deſcripſit Tacitus Hiſt. 2, 3. ſupra aliqua adtuli; plura mythologiae ſcriptores dabunt. Templi formam exhibent

etiam numi, qualem deſcribunt auctores. Vid. Raſche Lex. num. T. 3. P. 2. p. 547. et in primis Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 3. p. 86. De Veneris forma, ceu meta, quae in numis adparet, vid. et Cuper. in obſerv. 2, 4. p. 184 ſq. (Lipſ.) Inde vero Venus Paphia dicitur. Sed et ex aliis oppidis cognomina traxit, veluti *Amathuſia*, *Golgia*, et omnino a tota inſula, quae ei fuit ſacrata, *Cypris* vel *Cypria*, etſi in eo explicando ad alia etiam delabuntur Grammatici. Cf. Feſtus h. v. pag. 111. (ed. Dacierii.) Recentiorum tamen poetarum eſt *Cypris*, quod ignorant priſci. vid. Wernsdorf. ad Maximiani eleg. 1, 92. et quos laudat. Ἀφροδίτη Κύπρις Homer. h. in Ven. in. Sic Κύπρις de Venere Zonaras 1, 5. Ab Olympo, Cypri monte, ubi templum habuiſſe narrat Strabo c. l. forte *Olympia* etiam dicta eſt, quod quidem illi cognomen dat Pauſanias 3, 12.

accolae) Imo et alii, fuitque communis conſenſus. Vid. Tacitus hiſt. 2, 3. I. GRONOVIVS *MS.* 2.

Palaepaphos) Strabo c. l. ἡ πάλαι Πάφος aliquoties, etſi in primo loco editur ἡ παλαιὰ Πάφος, uti eſt in Ptolemaeo 5, 14. Cum noſtro facit etiam hic Plinius 5, 35. ſ. 31. Ita vero etiam aliae quaedam urbes diſtinguuntur, uti *Palaetyros*, (Curtius 4, 2, 4. ubi poſt *Tyros vetus* etiam) *Palaeſcepſis*, (Strabo 13. pag. 415. ſ. 603.) *Palaepharſalus*, quod quidem tuentur contra Scriverium, qui malebat *Palaeopharſalus* cum Scaligero, Lipſio et Stewechio, Tennulius et Oudendorpius ad Frontin. 2, 3, 22. quamvis hic nec alteram formam plane damnet, quam et alibi praeferunt libri. Vid. quae notantur ad Eutrop. 6, 20. ſ. 16.

§. 6. *Arados)* Gr. Ἄραδος, ἡ, unde *Aradii* paſſim in auctoribus et in multis numis. In literis ſacris, veluti Geneſ. 10, 18. Ezech. 27, 8. 11. vocatur

ארוד, quod agnofcunt etiam Graeci interpretes, nec debet commifceri cum ארפד 2 Reg. 19, 13. et alibi, ut faciunt quidam. Cf. Bochartus in Phaleg 4, 36. et pluribus Michaelis in Spicilegio Geogr. P. 2. p. 42 fqq. Infulam olim tenuit *Aradaeus*, Chanaani filius, Chamae nepos, uti narrat Iofephus in antiqu. Iud. 1, 62. Νῆσον Φοινίκης dicit Stephanus h. v. cum Noftro, et in Phoenice recenfet Plinius 5, 17. f. 20. et 5, 34. f. 31. in Phoenicio mari. Sic Dionyf. v. 510. ἄγχι δὲ Φοινίκης Ἄραδος, et qui eum Latine reddunt Prifcian. v. 539. et Avien. v. 685. Nempe Phoeniceu fenfu latiori intelligunt. Quare adeo Scholiaftes Dionyfii explicat: ἐγγὺς Φοινίκης ἐν τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ. In Phoenices maritimae provincia etiam ponit Hierocles in fynecdemo p. 716. (Weffel.) aliique pofterioris aetatis fcriptores. In Syriae tamen defcriptione commemorat Strabo 16. pag. 518. f. 753. et fic Ptolemaeus 5, 15. extr. Syriae dicit adiacere, et a parte Syriae Geogr. Ravennas 5, 20. Probat id fitus inter Caranum et Marathon, uti refert Strabo, et fic Plin. 5, 17. f. 20. contra Marathon ponit cum Arriano de exped. Alex. 2, 13. extr. Conftat tamen fibi in eo Mela, quod et fupra 1, 12, 3. Marathon in Phoenice commemoraverat. Caranum Strabo vocat Aradiorum ἐπίνειον, cuius hodie veftigia fupereffe dicit Shaw, quem confule, Tom. 2. p. 4. (Gallo-Fr.) prope Tortofam, incolis *Deir-dofe*. De Maratho, quam Antaradum Harduinus putat, fupra dictum eft. A continente diftabat 20 ftadiis fecundum Strabonem, quae efficiunt 2500 paffus, cum tamen Plinius 5, 17, f. 20. habeat paffus 200, forte pro 2200, fic ut exciderit numerus milenarius. Ab Antarado 30 ftadiis removet Clemens homil. 12, 12. de quo vid. Weffeling. ad Antonin. itin. p. 148. et, quem ibi laudat, Cotelerius ad recognit. Clement. 7, 12. Infulae formam fic defcribit Strabo: ἔστι πέτρα περίκλυστος ὅσον ἑπτὰ τὸν κύκλον σταδίων, in quo confen-

tit Plinius. De frequentia eius poſt. Aradiorum hiſtoriam paucis complectitur Strabo, ex qua adparet, potentia valuiſſe et loca multa orae finitimae tenuiſſe. Reges etiam ſuos olim habuiſſe refert, quales diſerte commemorantur ab Arriano de exped. Alex. 2, 13. Curtio 4, 1, 6. Poſt Alexandrum diu paruerunt Syris. Poſt Seleuco Callinico contra Antiochum Hieracem adhaeſerunt, pactumque cum eo de transfugis Syris fecerunt, (Strabo c. l.) et cum Antiocho M. etiam ſocietatem inierunt, (Polyb. 5, 68.) unde intelligitur, ſui iuris et liberos fuiſſe. Hinc tot numi, qui eorum autonomiam teſtantur. Vid. quae disputat Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 3. pag. 393 ſqq. Quantum tunc creverint finibus et opulentia, exponit Strabo. At illa conditio mutata videtur inde a Domitiano, ipſique Romanorum clientelae devoti fuiſſe. Certe inde numi imperatorii innotuerunt, etſi ex Vaillantio Raſche in Lex. num. T. 1. P. 1. p. 1027. Veſpaſiani numum etiam memorat. Sub imperatore Conſtante urbs diruta, inſula ἀοίκητος, expulſis incolis, facta eſt ad tempora Theophanis, qui id narrat in Chronogr. pag. 227. (ed. Ven.) H. vocatur Turcis *Ruad*, (Maundrel Reiſe p. 28. P. 3. in Paulus Sammlung —) vel, ut effert Shaw T. 2. p. 5. (Gallo-Franc,) *Rou-wadde*. Idem ſaxa eſſe altiſſima, ibique hodie arcem impoſitam teſtatur. Contra Maundrel pag. 19. (ed. 1740.) qui ex obpoſito litore ſpectaverat, refert inſulam longam eſſe 400 ad 500 pedes et domos inſtar arcium habere. Volney tamen Tom. 2. pag. 131. deſertam eſſe et vacuam ſcribit, et ex aedificiis tam multis vix muri veſtigium exſtare. Fuit et alia *Arados* in ſinu Perſico, quae cum noſtra commiſceri non debet, et apud Geographos quaerenda eſt. De noſtra expoſuit Mignot in diſſ. de Phoenicibus in Memoires de litterature — de Paris T. 34. pag. 229 ſqq. ubi hiſtoria etiam eius contexitur.

ſuper aliena) Voſſius explicat ſic, ut Aradiis licuerit in ſubiecta tecta aedificiorum ſua aedificia producere. Quam quidem explicationem ſub cenſum vocavit Dorvillius ad Charitonem 7, 6. p. 631. Contendit enim, ſi ita factum fuerit, dominos inferiorum aedificiorum coactos fuiſſe, longe firmiori ſtructura uti, ut geminum onus valuerint ſuſtentare parietes vel pilae, nec alioquin iuvare, utrum ſaxeum fuerit ſolum, an luteum. Porro ſe non videre, quin domus πολυόροφοι (quales Strabo commemorat) et domus πολύστεγοι nihil, aut parum diſtiterint, quod ad multitudinem habitatorum capiendam; non enim plura hoc, quam illo modo habitacula capi; at aeque augeri numerum habitaculorum altius domum educendo, quam proiiciendo in tectum vicinae domus; denique Strabonem non docere, ideo plures capi potuiſſe incolas, quod πολυόροφοι domus, quam ſi πολύστεγοι exſtruantur, ſed modo populo abundaſſe adeo oppidum. Neque vero concedi poſſe, ut in illo Strabonis loco ὀροφὴ et στέγος vel στέγη ſynonyma habeantur; quomodo πολυόροφα tecta plures habitatores capere poſſint, quam πολύστεγα, a Mathematicis explicandum eſſe. Hactenus ille. Eodem fere modo, quo Aradus, Tyrum habitari adfirmat Strabo 16. p. 520. ſ. 756. Cur fere, σχεδὸν, paullo poſt explicat: ἐνταῦθά φασι πολυστέγους (de Arado πολυορόφους) τὰς οἰκίας, ὥστε καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ μᾶλλον. Igitur intelligit de Tyro contignationes, de Arado contra tectis ſuperſtructas moles, uti noſter diſerte explicat. Neque difficultatem ſubeſſe inſuperabilem puto, ſi cogites, per adſcenſum montis domus ſic cohaeſiſſe, ut unius parti poſticae alterius pars antica ſuperimpoſita fuerit. Ita enim fundamentum firmum ſemper erat in ipſo montis ſolo, et quaſi continua inde efficiebatur et perpetua domus. Difficultas, quam movet Dorvillius circa lumina, plateas et ſcalas, removetur, ſi ſeries domorum varias fuiſſe intellexeris; fuiſſe autem docet Charitonis

locus, in quo diſerte commemorantur τῆς ἀγορᾶς εὐρυχωρία et στοαί. Kappii explicationem v. in ei. indice. Quod Mela dicit *tota oppidum*, idem de Philis, quae inſula eſt in confinio Aegypti et Aethiopiae, tradit Ariſtides, teſtis oculatus, in orat. Aegypt. Tom. 2. p. 343. (Iebb.) τοσαύτη τὸ μέγεθος, ὅσηπερ ἡ ἐν αὐτῇ πόλις. Cf. etiam Seneca Nat. Qu. 4, 2. in. Plinius 5, 34. f. 31. de Paria ſua, quam hic obtrudit, (vid. not. crit. p. 491 ſq.) *Paria tota oppidum.* Ceterum Gronovius MS. 2. ad verba *quantum* — haec adnotaverat: „quocunque porrigitur et ex mari exſtat, ut univerſa regio ſit occupata aedificiis privatis, nihil illic ſit campi ſuburbani."

Canopus) Gr. Κάνωβος fere, Latini vero *Canopus* utrumque, de quo dictum eſt in notis criticis pag. 493. Monent tamen Grammatici Gr. etiam Graecis per π ſcribendum fuiſſe, uti alia in ος triſyllaba et polyſyllaba, v. c. ἄνθρωπος. Vid. Euſtath. ad Dionyſ. v. 11. Etymol. M. h. v. Stephanus h. v. Inde *Canopicus*, veluti *oſtium.* Stephanus etiam adfert femin. Κανωβίς. De cauſa nominis poſt. Inſulam faciunt cum Mela Scylax pag. 43. Hudſ. et Plinius 5, 34. f. 31. Habet etiam hoc nomine Stephanus h. v. et Euſtathius ad Dionyſ. v. 11. ἔστι δὲ, ὡς ἱστοροῦσί τινες, καὶ νῆσός τις Κάνωπος. Eam deſertam eſſe ſcribit Scylax, eiusque ſitum cum Plinio ponit in Canopico Nili oſtio, ut Solinus 33. in. f. 31. ſi modo recte diſtinguas et τὸ *ibi* cum Codd. omittas. Probat nota Voſſii. Reliqui, ni fallor, omnes oppidum faciunt, etſi in cauſa nominis conſentiunt. De qua, uti de vero nomine, poſt. At Canopus oppidum non fuit in inſula cognomini, ut deſerta, ſed inter Alexandriam et oſtium Canopicum. Vid. Politus in animadv. in Euſtath. ad Dionyſ. lib. 2. c. 9. p. 192. ubi loca. Relicta igitur forte inſula in finitima ora urbs cognominis exſtructa eſt poſtea. Diſtabat ab Alexandria 120 ſtadiis, (Strabo 17. p. 551. f. 801.) quod de Pharo et Canopo adfirmat

Ariſtides in oratione Aegypt. Tom. 2. pag. 360. (Iebb.) *Duodecimo lapide* dicit Ammianus 22, 16. Fuit ibi templum Serapidis, (Strabo c. l.) Neptuni Canopi, (Stephanus) etſi de Neptuno recte dubitat Holſtenius ad Stephan. p. 159. et τὸ Neptuni per explicationem Canopi adiectum putat, ut indicaret, Neptunum eum Graecorum aequaſſe, propter ea quidem, quae a Suida ſ. v. Κάνωβος referantur. At Suidas tantum refert, Chaldaeorum Deum ignem fuiſſe, et tamquam potentiſſimum iactatum, quocum nemo in certamen impune deſcendere auſus fuerit. Hunc victum eſſe Canopi ſacerdotis callido commento, et inde Canopum Deum habitum cultumque eſſe. Idem narrat Rufin. in hiſt. eccleſ. 11, 26. Cf. et Vitruvius in praefat. libri 8. qui id reſpicit. Canopi autem ibi fuiſſe templum dicit Dionyſ. v. 13. et qui eum reddunt Priſcian. v. 19. et Avien. v. 24. Monumenta priſca, numi, gemmae, lapides eius figuram exhibent hydriam clauſam, cui impoſitum eſt caput. Nempe hydriam fictilem et perforatam, quales in Aegypto ad percolandam aquam confici ſolent, ſacerdos, cera occluſis foraminibus, pictam varie, impoſito Canopi capite, igni admoverat, quae liquefacta cera et leniter inde deſudante aqua ignem exſtinxit et ſic Chaldaeorum Deum ſuperavit. Figuris eam ſpeciem expreſſam dabit Montefalconius de l'antiquité expliquée, Supplement Vol. 2. lib. 6. c. 11. tab. 49. Cf. etiam Tom. 2. P. 2. lib. 1. c. 18. tabb. 132 ſq. De gemmis vid. Lipperti dactylioth. milenar. 1. n. 887. et 888. De numis Raſche Lex. num. T. 1. P. 2. p. 317. et quos laudat de hac Canopica fabula. Cf. qui multa conlegit de Canopis Kircher in Oedipo T. 1. ſyntagm. 3. c. 7. p. 207 ſqq. et T. 3. ſyntagm. 14. c. 7. pag. 449 ſq. Maxime memorantur feſti conventus, ad quos celebrandos magna hominum turba ab Alexandria confluebat. Tum vero ἀναίδην et μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀκολασίας cantabant et tripudiabant, et in deverſoriis luxui et voluptatibus indulgebant. Vid. Strabo c. l. Κανωβισμὸν eum vocat idem et ex eo Euſtath.

ad Dionyſ. c. l. Cf. ad Strabon. c. l. Hinc epitheta varia, veluti *hilaris*, (Columella 10, 171.) *mollis*, (Pacatus in Panegyr. 33, 4.) *famoſus*, (Iuvenalis 15, 46.) et ſimilia adduntur, ipſorumque luxuria, quae in proverbium adeo abierat, notatur a multis, quos commemoratos leges apud Heinſ. ad Ovid. Am. 2, 13, 7. interpretes Iuvenalis c. l. et Senecae epiſt. 51. Drakenb. ad Sil. Ital. 11, 433. et Reimarum ad Dionyſ. 50, 27. Servius ad Virgil. Aen. 11, 263. ſua aetate mutata litera urbem *Canops* nominatam eſſe adfirmat. *Helenium* inſulam, quam memorat Euſtath. ad Dionyſ. (de Canopo) c. l. eandem eſſe putat Politus in animadv. in Euſtath. ad Dionyſ. lib. 2. c. 7. p. 191. et ibi Helenium, herbam, ex lacrimis Helenae de Canopi morte natam creſcere, etſi Etymol. M. Alexandriae tribuit. Hodie *Aboukeer* (Angl.) eſſe creditur, uti quidem ex ruinis conligit Bruce Reiſen Vol. 1. pag. 78. Conſentientem habet Anvillium in memoires ſur l'Egypte p. 68. ubi plura. Idem urbem illam hodie ab Europaeis pronuntiari dicit *Bekier*. Inſulam autem putat eſſe unam earum cautium, quae in extremitate hodiernae urbis Bekier in mare promineant, et discrepare monet ab Argei inſula, parva etiam; (Ἀργέου νῆσος) quam prope Canopum ſitam commemorat Stephanus h. v. De ſitu urbis disputat etiam pluribus Maillet deſcription de l'Egypte Tom. 2. pag. 98. et dum alios refutat, ipſe ſtatuit, eſſe h. vel *Biquiers* (ſic; eſt Bekier) vel *la Madie*, quod efficit ex diſtantia eius a Pharo, quam veteres memorant. Cum enim mare magis magisque receſſerit, procul a mari quaerendam hodie eſſe. De *Roſette*, etſi non probat, quod longius diſſita ſit ab Alexandria, non tamen valde repugnat, propter veterum menſuras vel parum certas, vel parum notas, et quod ſolum nimis altum ſit, quam ut a Nili limo produci potuerit.

Canopus) Res breviter haec eſt: Cum Menelaus et Helena ad Aegyptum devecti eſſent, ille a vipera mor-

ſus, tibia tabefacta, interiit. Hinc a Menelao et Helena ſepultus eſt in loco, qui ab eo nomen traxit. Ita rem, paucis mutatis, vel variatis in mortis maxime genere, narrant auctores multi, veluti Conon narrat. c. 8. Tacitus Annal. 2, 60. Nicander in Ther. v. 309 ſqq. Euſtathius cum Schol. ad Dionyſ. v. 11. Schol. B. Aeſchyli ad Prometh. vinct. v. 845. Aelian. hiſt. an. 15, 13. aliique, quos laudat Arnaldus in obſervatt. ad Aeſchyl. cap. 32. p. 185. et Schneiderus ad Marcellum Sidetam ad calcem Plutarchi de liberorum educatione pag. 116 ſq. ubi in primis de morte docte disquirit. Addi etiam et conferri poſſunt, quae de mortis genere et cauſa disputat Politus in animadv. in Euſtath. ad Dionyſ. lib. 2. c. 9. p. 204. In nominis cauſa conſentiunt omnino plures, in quibus Plinius 5, 34. ſ. 31. Solinus 33. ſ. 31. Scylax p. 43. Hudſ. Stephanus h. v. Ammian. 22, 16. Ariſtides in orat. Aegypt. T. 2. p. 560. (Iebb.) Servius ad Virgil. Georg. 4, 287. A patria vel ipſe, vel urbs vocatur *Spartanus Canopus*, (Priſcian. v. 19. Cf. Tacitus c. l.) *Amyclaeus*, (Dionyſ. v. 13. Silius Ital. 11, 433.) *Therapnaeus.* (Statius ſilvar. 3, 2, 111.) A vicinia *Pharium* vocat Sidon. Apollin. carm. 5, 464. ſed, quod mirum videtur, vel remotum, idem 9, 271. *Peluſiacum* pro Aegyptio cum aliis poetis, de quo cf. Schraderus ad Avien. v. 24. Huc porro facit *Menelaites nomus*, (Plin. 5, 9.) cuius primariam urbem illam facit Ptolem. 4, 5. et ipſa urbs *Menelaus* apud Strabon. 17. pag. 552. ſ. 803. At haec omnis narratio de Canopo pertinet ad Graecorum figmenta, quibus et tribuit Ariſtides c. l. Idem vero ex ſacerdote non levi, (οὐ φαύλῳ), cum Canopi eſſet, quaerens de eo nomine, audierat, μυρίοις ἔτεσι πρότερον, quam Menelaus adpulſus fuiſſet, id illum locum obtinuiſſe, et Graeca lingua ſignificare χρυσοῦ ἔδαφος. Et ſic in monumento priſco explicatur *Cah-Annoub*, i. e. arcus aureus, de quo Viſconti in Herodoto Larcherii Vol. 2. pag. 554. Cf. etiam quae de vani-

tate illius fabulae monuerunt Kircher. in Oedipo Tom. 1. Synt. 3. Cap. 7. de Canopis pag. 207 ſqq. et Tom. 3. Synt. 3. Cap. 1. p. 436 ſqq. et Iablonsky in Pantheo Aegypt. T. 3. lib. 5. c. 4. Monuerat etiam breviter in notis MSS. 2. Iac. Gronovius, vaniſſimam eſſe eam hiſtoriam de Canopo, qui antiquiſſimus fuerit Aegyptiorum Deus, cuius aetas Troiani belli tempus longe excelſerit. Menelai adventum in Aegyptum memorat Herodotus 2, 119. at de Canopo nihil. Tum Aegyptii urbium nomina ducere ſolebant a Diis, ut Heliopolis, Diospolis, Heracleopolis — Graeci ſine dubio Canopi nomen huc transtulerunt. Ipſum ſimulacrum verius Serapidis Canopici cenſet Iablonsky c. l. §. 9. p. 149. ubi et ſq. plura.

Pharos) Gr. Φάρος, raro Φαρία, quod habet Epiphanius in libro de menſura et ponderibus p. 161. (ed. Colon. 1682.) Incola Φάριος Gr. *Pharius* etiam Lat. rarius *Phariacus*, ut apud Apulei. metam. 2. p. m. 113. *Pharitas* etiam incolas vocat Hirtius de B. Alex. c. 17. et 19. De etymologia ex aliis diſſerit Montfaucon ſur le Phare d'Alexandrie in Memoires — de Paris Tom. 9. (Hag.) p. 287. Inſulam adpellant poſt Homerum Odyſſ. 4, 354. plures utriusque aevi ſcriptores, uti Strabo 17. p. 544. ſ. 791. et alibi, Euripid. Hel. v. 5. Scylax p. 44. Hudſ. Curtius 4, 8. in. Plinius 2, 87. ſ. 85. et alibi, Ptolemaeus 4, 5. aliique. Quidam addunt ἡ πάλαι νῆσος, ut Aelian. hiſt. anim. 9, 21. τὸ πρότερον Zonaras 4, 10. (ante Alex. M.) Cf. Plutarch. in Alex. M. c. 26. *quondam* Lucan. 10, 509. quibus verbis mutationem conſecutam indicant. Troiana tempeſtate eam inhabitabat Proteus, Deus marinus et vates, ut ex Homero diſcitur Odyſſ. 4, 384 ſq. ex quo alii repetunt, Euripides c. l. Ammian. Marcellin. 22, 16. Lucanus c. l. Philoſtrat. in vita Apollonii 3, 24. Certe Aegyptium eum faciunt fabulae, (cf. Homer. Odyſſ. 4, 385. Plato Euthyd. Vol. 3.

pag. 39. Bipont.) qui inde profugus in Pallene Theſſaliae ſedem habuerit et regnaverit, (vid. Conon narrat. c. 32. et Virgil. Georg. 4, 390. et ibi interprr.) poſt in Pharum inſulam conceſſerit, et tandem Deus marinus habitus ſit. Vid. Euſtath. ad Dionyſ. v. 259. et ad Homer. Odyſſ. 4, 365. et pluribus Tzetzes ad Lycophron. v. 123. Commemoratur etiam inde Proteus in regibus Aegypti, veluti ab Herod. 2, 112. quem repetit Euſtath. ad Homer. c. l. Apollodoro 3, 5. in. Euripide Hel. 4. Hinc vero, quod mirum, in Chron. Paſchali Olymp. 123. p. 138. (Ven.) et Olymp. 187. pag. 153. vocatur Πρωτέως νῆσος. Hinc porro etiam Virgil. Aen. 11, 262. *Protei columnas* vocat. Νῆσος Πρωτέως et ap. Suidam ſ. v. Φάρος. Nomen deducere videtur Stephanus a Pharo, Menelai proreta, qui in ea inſula a ſerpente morſus et ſepultus eſt. Eandem hiſtoriam repetit Euſtathius ad Odyſſ. 4. 355. qui tamen Carici navigii nauclerum facit, quo Helena Lacedaemonem petiit, tempeſtate vero in Aegyptum abrepta eſt, ubi Pharus ſerpentis morſu periit. Ita etiam Alexandriam vocari notat Stephanus, idemque de ſuo tempore adfirmat Schol. ad Odyſſ. 4, 355. Inſulam autem ſic deſcribit Strabo 17. pag. 544. ſ. 791. νησίον ἐστὶ παράμηκες (Euſtath. ad Dionyſ. v. 254. refert περίμηκες) προσεχέστατον (uti recte emendat Caſaubonus) τῇ ἠπείρῳ, λιμένα πρὸς αὐτὴν ποιοῦν ἀμφίστομον. Hinc ταινία de forma inſulae intelligitur apud Plutarch. in Alex. M. c. 26. et Philo de vita Moſis lib. 2. p. 139. (ed. Mangey): νῆσος ἡ Φάρος πρόκειται τῆς Ἀλεξανδρείας, ἧς αὐχὴν ὑποταίνιος τέταται πρὸς τὴν πόλιν. Litus enim eſſe ſinuoſum et duo promontoria in mare emittere, inter quae inſula iaceat portum claudens, in intermedio autem freto multas petras, unde aſperum reddatur mare, quod addit Strabo. Philo c. l. vocat οὐκ ἀγχιβαθῆ, τὰ δὲ πολλὰ τεναγώδη θάλατταν. Euſtathius ad Dionyſ. v. 254. etiam χειροποίητα τείχη ibi commemorat, quibus navigatio turbetur,

(ἐκτραχύνειν) quod totum duxit ex Iofepho de B. I. 4, 10, 5. Λιμένα εὔορμον in ea fuiffe fcribit Homerus Odyff. 4, 358. et multos adeo Scylax c. l. obpofitam, opinor, continentem complectens. A Caefare dictatore coloniam eo deductam effe fcribit Plin. 5, 34. f. 31. et cum eo Solinus 35. f. 32. Antea Aegyptiorum domicilia vicosque oppidi magnitudine ibi fuiffe, fcribit ipfe de B. C. 3, 112. Inclaruit autem maxime turri eodem nomine, quae nocturnis ignibus, ut dicit Plinius c. l. curfum navium regeret. Cf. et Plin. 36, 18. f. 12. Solinus c. l. Ammianus 22, 16. Σημεῖον λαμπρὸν ideo vocat Strabo c. l. Diodorus in epigrammate in Antholog. Vol. 2. p. 170. (Iacobs) ὅρμου σύμβολον. Quod ἀκρωτήριον facit Hefychius h. v. refpicit faxum, cui erat impofitum; πέτραν περίκλυστον dicit Strabo et ἄκρον fuiffe docet. Structa illa erat ex albo lapide multis faftigiis a Softrato, Cnidio architecto, hac infcriptione fignata, quam adfert Strabo c. l. Σώστρατος Κνίδιος Δεξιφάνους θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων, quam infcriptionem totidem verbis adferunt Lucianus in libello quomodo hiftoria fit confcrib. extr. et eius Schol. ad Icaromenipp. cap. 12. Stephanus f. v. Φάρος. Magno id animo permififfe, ut auctor nomen infcriberet, Ptolemaeum, refert Plin. 36, 18. f. 12. Nempe Ptolemaeum Philadelphum plerique auctores conditorem faciunt. Contra Lucianus c. l. callide egiffe eum docet. Saxis enim fuum nomen infcripfit, et inducta calce ipfi tectorio nomen regis, ut tempore aliquo poft cum tectorio nomen regis excideret, fuum prodiret. De Softrato cf. Iunius in artificum catalogo, qui libris de pictura veterum adiungitur. Pertinet igitur operis ftructura ad Ptolemaeorum aetatem, erratque Schol. Luciani c. l. qui Alexandro Philippi tribuit. Excogitatam effe a Cleopatra, refert adeo Ammian. Marcellin. 22, 16. cum Tzetze Chil. 2, 33. et excerptis chronolog. quae ad calcem Eufebii edidit Scaliger. Quod quidem Valefius ad Ammianum

intelligit de eius inſtauratione, etſi ad pontem id potius ſpectat, uti diſcitur ex Strabone, quem teſtem adlegat, cum a Iulio Caeſare diruta eſſet. Ipſum tempus definit Suidas h. v. quo Pyrrhus Epiri regnum ſuſcepit, quod factum eſt regnante Ptolemaeo Lagi. Magna eam fuiſſe altitudine et mirificis operibus exſtructam, teſtatur Caeſar de B. C. 3, 112. in. Accuratius deſcribit Schol. Luciani c. l. πύργος τετράγωνος, σταδιαῖος τὴν πλευρὰν, ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνέχων, ὡς ἀπὸ ρ′ (100) ὁρᾶσθαι μιλίων. Notat hic Voſſius, cum eo conſentire Geographum Nubienſem, et altitudinem eius facere 300 cubitorum. Ioſephus tamen de B. Iud. 4, 10, 5. tantum ad 300 ſtadia lumen emitti adfirmat. Tum Voſſius auctorem de miraculis mundi de cancris ſubiectis adlegat. At id factum eſſe ex fama vulgari et fruſtra Voſſium argutari putat Montfaucon ſur le Phare d'Alexandrie in Memoires — de Paris T. 9. p. 285. (Hag.) Octigentis talentis conſtitiſſe, ex aliis refert Plin. 36, 18. ſ. 12. Quidam mundi miraculis adnumerant, alii, niſi coloſſum Rhodium et Pharon turrim vidiſſent, terram ipſis ignotam putabant, uti eſt apud Lucian. in Icaromen. cap. 12. Nobilitatur maxime haec inſula conventu 72 ſeniorum, qui Scr. S. ex Hebraico in Graecum transtulerant, uti narrant Ioſephus in ant. Iud. 12, 2, 12. Philo in vita Moſis lib. 2. p. 140. (Mangey.) et alii. De genere grammatico diſerte monet Suidas, ſi ad turrim referatur, eſſe maſculinum, uti legitur in Suetonio Claud. c. 20. ubi id laceſſunt viri docti, invitis omnibus libris, immemores Suidae. Sic Burmannus femininum repoſuit in Avieni carmin. minor. v. 7. Femininum de inſula ſaepe, ubi nemo dubitat, ſed ita, ut ad Pharum turrim videatur ſimul pertinere, ambigue quidem. Uſus vocis ad ſimiles turres inde transiit. Hodie ibi caſtrum ſ. arx Turcorum ex eius forte ruinis exſtructa. Multa de Pharo diſputat Scaliger ad Euſebii chronol. p. 232.

ponte) Sic etiam vocat Plinius 5, 34. f. 31. 13, 21. f. 11. Caefar de B. C. 3, 112. in. — Plutarch. in Alex. M. c. 26. et in Iul. Caef. c. 49. χῶμα, ut Zonaras Ann. 4, 10. ubi reddit Plutarchum. Habet et χῶμα Iofeph. de antiqu. Ind. 12, 2, 12. et ἀνάχωμα Arifteas p. 34. (apud Hodium de bibliorum textibus originalibus.) Accuratius fic defcribit Strabo 17. pag. 545. f. 792. τὸ χῶμά ἐστιν ἀπὸ τῆς ἠπείρου γέφυρα ἐπὶ τὴν νῆσον (ab Alexandria) κατὰ τὸ ἑσπέριον αὐτῆς μέρος ἐκτεταμένη δύο διάπλους διαλείπουσα μόνον εἰς τὸν Εὐνόστου λιμένα, καὶ αὐτοὺς γεγεφυρωμένους. Ipfe pons, quod docet Hirtius de b. Alex. c. 19. fornice exftructo fuftinebatur, quem naves fubire poterant, id quod de aqua fubterfluente teftatur etiam Norden voyage (Copenhague) T. 1. p. 4. ubi aggeris illius longitudinem facit pedum fere 3000. Vocatur c. l. *mole*. Turcos vel Saracenos conditores non putat, vel, fi rudera antiqui aggeris invenerint, reparando deftruxiffe antiquam formam. TZSCHVCKE. Verum moles ifta non continua, fed interrupta erat duobus pontibus, quorum unus vicinus erat turri Phariae, qui etiamnum exftat, alter vero propior urbi, et fortior, ut ait Hirtius de b. Alex. [cap. 19.] Per hunc praecipue egreffus erat in Eunofti portum, qui eft is, quo Turcae privatim utuntur, quemque Chriftianis ingredi non licet. Caefar autem fornicem, quo pons ifte fuftinebatur, quippe etiam erat aquae ductus Pharitis, lapidibus iuffit obpleri, ne Alexandrinis ex uno in alterum portum aditus pateret. VOSSIVS. Ita etiam Clarkius ad Hirtium c. l. docet, duos fuiffe pontes, quorum altero coniuncta erat illa moles cum Pharo, altero cum oppido, quia pontes commemorat Hirtius paullo poft. Γεφύρας etiam commemorat Dio Caffius 42, 40. Illud χῶμα ἑπταστάδιον faciunt Strabo c. l. Arifteas c. l. Iofephus c. l. Sic Ariftides Tom. 2. p. 359. (Iebb.) τῆς ἠπείρου ἀπέχει Φάρος ἑπτὰ μάλιστα σταδίους. *Heptaftadium* vocat Ammian. 22, 16. quo efficiuntur 900

paſſus, quot habet Caeſar de B. C. 3, 112. Mille etiam paſſibus paullo poſt ſeparatam fuiſſe Alexandriam a Pharo ſcribit Ammianus c. l. Poſteriores θαλάσσιον πορθμὸν inter Alexandriam et Pharum molibus ſtratum faciunt 4 M. P. veluti Cedrenus pag. 138. (Ven.) Chronicon Paſchale Olymp. 287. p. 153. (Ven.) ubi du Fresne ex Symeonis Logothetae Chron. MS. ſimilem locum adpoſuit. Iidem vero auctores opus illud tribuunt Cleopatrae, (vel etiam Antonio,) in quo perficiendo uſa ſit Dexiphane (Dexiophanem quidam vocant; illud rectius videtur) Cnidio architecto. Cf. et Tzetzes Chil. 2, 33. et Chil. 6, 44. etſi tetraſtadium illud opus facit. Ammianus c. l. Cleopatram etiam operis auctorem narrat, eamque 7 diebus totidem ſtadia molibus in mare iactis Pharon continenti iunxiſſe, ut inſulam vectigali Rhodiorum obnoxiam ſic ab illo onere liberaret, quod inſulae erat impoſitum. At antiquius Cleopatra illud opus eſſe, docent auctorum ſuperiorum loca, quae Cleopatrae tempora praecedunt, et Dexiphanes auctor, Soſtrati pater, de quo ſupra. Pontis praeterea ante Cleopatram meminit Sueton. Iul. Caeſ. c. 64. Cum vero Caeſar in bello Alexandrino pontem eum vaſtaverit, (Strabo c. l.) facile ita explicari poteſt, ut Cleopatra repararit facta inſcriptione, etſi novum opus fuiſſe indicant poſteriores auctores. Vid. Valeſ. ad Ammian. c. l. Scaliger ad Euſeb. p. 132. et Humfredus Hodius in diſſert. de Ariſtea c. 20. (lib. 1. c. 19.) quos laudat du Fresne ad Chron. Paſchale c. l. Antiquum opus (χῶμα) vel ab ipſo Ptolemaeo Philad. vel ante eum eſſe factum putat Hodius c. l. Hinc vero paene inſulam Pharum vocat Florus 2, 4, 59. Cf. etiam Lucan. 10, 511. et quos producit Hodius c. l.

carmine) Odyſſ. 4, 356.

curſu diei) Plinius Homeri locum reſpiciens 5, 34. ſ. 31. *diei navigatione;* δρόμον ἡμέρας Plutarch. de

Iſide p. 448. (ed. Reisk.) *navis diurno curſu* Seneca Nat. Qu. 6, 26. ἡμερήσιον πλοῦν Ariſtides c. l. Plinius 13, 21. ſ. 11. *noctis dieique velifico navigii curſu;* et 2, 87. ſ. 85. *noctis et diei curſu.* — At quaeritur, ſi ad terreſtrem menſuram exigatur, quot talis curſus ſtadia, vel paſſus efficiat. Omnino fallacem eſſe illam computationem, facile intelligitur propter ventorum vel opem, vel reluctationem. At cum ferentem ventum diſerte Homerus commemoret, tamen ne ſic quidem ſibi veteres conſtant. Ariſtides in orat. Aeg. T. 2. p. 360. (Iebb.) diurno curſu vento ſecundo ſe 1200 ſtadia abſolviſſe ſcribit. Theophilus apud Ptolemaeum 1, 9. diei ac noctis navigationem ſtadiorum 1000 ponit. Vid. Salmaſ. ad Solin. p. m. 129. b. D. Herodotus 4. 86. navim adfirmat conficere per longos dies omnino die 70,000 orgyiarum, nocte 60,000. Quae ſi ad ſtadia redegeris ex iis, quae ipſe de orgyiis adtulit 2, 149. cum 800 orgyiae efficiant ſtadia 8, orgyiae 70,000 aequant 700 ſtadia, et 60,000 ſtadia 600. Atque ita diurnum iter maritimum computari ſolitum et receptum fuiſſe, ſecundo quidem vento, teſtatur Marcianus in periplo p. 67. Hudſ. Scylax tamen p. 30. diurnam navigationem facit 500 ſtadiorum; diurnam et nocturnam Schol. Apollonii ad 2, 945. ſtadiorum 1000. Quatenus fere hanc notationem intellexerint veteres, docet locorum comparatio. Sic Lemnus ab Atho diſtabat 87 M. P. ſecundum Plin. 4, 23 ſ. 12. pro quo Apollon. Rh. 1, 603. dicit ὅσσον ἐς ἔνδιον εὔστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι; Coſſura a Sicilia unius diei navigatione ſec. Scylac. p. 50. Hudſ. vel ſec. Strabonem 17. p. 574. ſ. 834. ſtad. 600. Alia dabit Salmaſius ad Solin. c. 17. ſ. 11. p. 99. Sed cf. omnino Briet. in geogr. vet. et nova V. 1. P. 1. p. 127. Weſſeling. ad Antonini it. p. 495. et ad Herodot. 4, 86. Bougainville ſur les decouvertes — par Hannon in Memoires — de Paris T. 26. p. 20. TZSCHVCKE. *Currere* et *curſus* Latini ſolent de navigatione ponere, ut Graeci δρόμος. I. GRONO-

VIVS *MS.* Cf. Heinf. ad Ovid. Trift. 5, 1, 36. Heumann. ad Lactant. Sympof. pag. 35. Plura defiderantibus fatisfacient Gebhardus et Staverenus ad Nepot. 1, 1. extr. Ceterum de Phari ab Aegypto diftantia differit Belley in Memoires — de Paris Tom. 18. p. 187 fqq.

abducta) Homerum multi repetunt, et, ut explicent, caufas cum Noftro ex Nili congeftionibus ducunt. Ita Plutarchus de Ifide c. l. Seneca Nat. Qu. 6, 26. Plin. 2, 87. f. 85. Cf. etiam Ariftides c. l. Et fic de Aegypti incrementis Nilo factis plures alii, quae in hoc freto maiora feciffe ideo Homerum fua aetate, quam fub Menelai fuerint adventum, putat Strabo 1, p. 25. f. 37. ubi de hoc Homeri loco disputat. Cf. idem lib. 12. pag. 569. f. 536. TZSCHVCKE. Mirum eft, veteres quosdam tam religiofos fuiffe Homeri cultores, ut maluerint rerum naturam et fitum regionum ad eius poefin componere, quam ipfum erroris arguere, aut faltem poëmata eius ad rei veritatem exigere. — Quia Homerus fcripfit, Pharum navigatione diei abeffe ab Aegypto, ideo fcilicet mutandus fuit Aegypti fitus naturalis; nullo aliunde petito argumento, quam ex aggeftione limi. Verum hoc infigniter confutavit Bochartus, quem vide. [in Phaleg 4, 24.] Mihi valde probabilis videtur opinio Eratofthenis [vid. Strabo 1. p. 20. f. 29.] dicentis, Homero ignota fuiffe oftia Nili. Explodit tamen hanc Strabo, non fequi inquiens, ut ignota fuerint, quia non meminit; nam neque patriae meminiffe. Verum, ut puto, non bene affecutus eft Eratofthenis mentem Strabo. Eratofthenes ideo dicit ignoraffe oftia Nili, non quia eorum nullam facit mentionem, fed quia Pharum a Nilo diei navigatione abeffe tradidit. Hoc ut intelligatur, fciendum eft, Nilum ab Homero vocari Aegyptum, quod omnes norunt. Cum ergo dicit, Pharum ab Aegypto, five Nilo, diei navigatione

eſſe remotam, manifeſte intelligit Peluſiacum Nili oſtium. Tantum enim circiter ſpatium uno die percurrere poteſt navis vento ſtridente, uti ait Homerus, impulſa. Si ergo per Aepyptum intellexit remotiſſimum a Pharo oſtium, clarum eſt, eum ignoraſſe cetera Nili oſtia. VOSSIVS. Homerum tuetur Woodius über das Original-Genie des Homers (Frcf. 1773. 8.) p. 123. quippe qui loquatur primum de Menelai itinere, non a Pharo in Aegyptum, ſed a Pharo in Nilum ſ. fluvium Aegypti, quem Aegyptum adpellare ſolet; angulum τοῦ Delta auſtralem vere etiam nunc tam longe abductum eſſe a Pharo, nec Aegyptum inferiorem adeo in altum procurriſſe, et Delta multum eſſe auctum; oram, in qua poſt exſtructa fuerit Alexandria, ad Aegyptum non pertinuiſſe, cum ea tantum Aegypto olim adſcriberentur, quae Nilus inundare ſolebat; Nilum non natura, ſed arte eo fuiſſe invectum, et Aegyptum eam regionem complecti, quam per ſe Nilus et naturae motu et impetu inundaſſet. Prolixe etiam ex aliis de Homerica ratione diſputat Volney Reiſe nach Syrien (Ienae 1788.) Tom. 1. pag. 14—27. etſi plus iuſto contrahit curſus diurni in navigatione menſuram. Aegyptum de Nilo dici in Homero ex iis locis maxime conſtat, in quibus ποταμὸς adiicit, veluti Odyſſ. 4, 581. 14, 258.— Atque ita olim dictum eſſe, diſerte adfirmat Diodor. Sic. 1, 19. Neque tamen ſemper de fluvio intelligendum eſſe, ſed et de ipſa regione dici, ſuadet adeo locus Odyſſ. 4, 351. ſi intentius conſideretur, ubi de Pharo agit. An plura oſtia Nili eſſe ignoraverit, quod apud Strabonem 1. p. 20. ſ. 29. contendit Eratoſthenes, id quidem coarguit Seidelius ad Eratoſthenis fragmenta p. 17. ex Homeri loco Il. 17, 263. etſi non video, qui illam refutationem ſuſtinere poſſit. Nam et διϊπετὴς et προχοαὶ, cum Nili nulla ibi iniiciatur mentio, de aliis fluviis apud Homerum occurrunt. Si ad Aegyptum regionem, quod nexus declarat, locus Homeri referri debet, aut Pharus Homerica

Menelai tempore remota magis fuit a continente, ubi poſt condita eſt Alexandria, aut poeta ſitum locorum vel ignoravit, vel ſuo arbitrio commentus eſt. Si quis prius velit ex adgeſtione Nili, cogitet, quantum terrae inde a Menelai tempore acceſſerit, et miretur, quod illa acceſſio poſtea ſubſtiterit, cum tamen et hodie urbs illa ſit et manſerit litorea, tantundemque, quantum olim, a Pharo diſtet. Vid. quae contra eam adgeſtionem terrae disputant Larcher ad Herodot. 2, 5. T. 2. p. m. 165. Reſtat igitur poſterius, quod et exiſtimat Ariſtides Tom. 2. p. 361. (Iebb.) et exemplis inluſtrat. Non improbabili opinione Homerum nuper vindicare ſtuduit de Marées über die Cultur der Griechen zur Zeit des Homer (1797.) p. 186. Pharum aliam ab Homero intelligi, quam poſt hoc nomine inſignierunt nautae, quippe quae in his oris obiecta eſſet, parum curioſi de vero ſitu et diſtantia. Neque enim Herodotus, qui in vicinia fuit, eius meminit, neque conſentit cum Homero Strabo 1. p. 25. ſ. 37. quippe hic aqua deſtitutam dicit, ille contra. Ipſe de Marées p. 187. ſuſpicatur eſſe *Pedoniam*, quia diſtantia ab oſtio Canopico conveniat, portuque inſtructa ſit ſec. Strab. 17. p. 549. ſ. 799.

videri poteſt) I. e. videtur. Sic Kappe, qui plura in indice ſub h. v.

limum) Idem Seneca c. l. ſic effert: *Turbidus defluens Nilus, multumque ſecum limum trahens, et eum ſubinde adponens prioribus terris, Aegyptum annuo incremento ſemper ultra tulit. — Crevit in ſolidum areſcente limo.* Sic ipſam Aegyptum δῶρον τοῦ ποταμοῦ dicit Herodot. 2, 5. aliique plures in eadem opinione verſati ſunt, de qua hodie in utramque partem disceptatur. Vid. quos commemorat ad Herodotum c. l. Weſſeling. Sic recentiori aetate idem probavit Woodius c. l. p. 123. negavit

et refutavit Bruce Vol. 1. lib. 1. p. 76. (verf. Germ.) quod venti etefiae per aeftatem ex feptentrione et occidente flent in hoc litore, et flumen perpetuo verfus orientem feratur. Contra ad Syriae oram et portus limum inde et glaream advehi.

§. 7. *Syrtim)* Maior ad Cyrenaicam, minor in ora Africae propriae. De utraque vid. ad 1, 7.

Euteletos) Obfcuram hanc aliisque ignotam infulam folus commemorat Mela. Certi igitur aliquid adferri nequit.

promontoria) A Ptolemaeo 4, 3. commemorantur Ζεῖθα ἄκρα, Κεφαλαὶ ἄκρον et Τριήρων ἄκρον. At cum duo pofteriora ad Syrtin maiorem vergant, Meninx obpofita fit dextro eius promontorio fec. Plin. 5, 7. f. 4. quod per fitum indicatum eft Ζεῖθα, refero huc alterum Ptolemaei *Brachodes* verfus occidentem, unde incipit finus, qui complectitur Syrtes, et prope quod ponit Ptolemaeus Cercinnam. In Strabone 17. p. 573. f. 834. per nexum videtur effe Hammonis promontorium. Duo autem de his infulis promontoria intelligenda effe, dextrum et laevum, docet Plinius c. l. qui fic in fitu omnino duarum infularum cum Ptolemaeo confentit, uti Strabo, qui lib. 2. p. 84. f. 123. utrimque ad fauces Syrtis minoris eas infulas ponit. Cf. in primis 17. p. 574. f. 834. Agathemer. 1, 5.

Meninx) Gr. Μῆνιγξ, in libris paffim Μῆνιξ, de quo in not. crit. p. 497. Inde Μηνίγγιος tefte Stephano. In Africa plures commemorant. Propius fitum denotant alii. Sic ante Syrtim occiduam Dionyf. v. 479. et Prifcian. v. 507. qui *minorem* addit τῷ *occiduam;* ad eius promontorium Strabo 17. p. 574. f. 834. Agathemer. c. l.

quod dextrum dicit Plinius. Stephanus h. v. vage circa Syrtes, propius Polyb. 1, 39. in. prope Syrtim minorem. At de hoc nemo dubitat. A Ptolemaeo 4, 3. extr. *Lotophagitis* adpellatur, et olim teſte Plinio c. l. ab Eratoſthene. Sic Polyb. 1, 39. ἡ τῶν Λωτοφάγων νῆσος, ἣ καλεῖται μὲν Μῆνιγξ, quod ipſum cognomen fec. Strabonem c. l. Syrtis minor apud quosdam ferebat. Eandem in Homero Odyſſ. 9, 84. quidam, eodem Strabone teſte, terram eſſe putarunt Lotophagorum, quo delatus eſt in erroribus Ulyſſes, cuius rei ſignum ibi exſtare addit Ulyſſis aram. Hinc vero intelligitur, cur a Silio Italico 3, 318. *Neritia Meninx* vocetur. Neritus enim notus fuit mons Ithacae. Nomen autem probari Strabo ait, ex lotis arboribus, quarum in ea ſit proventus largior. Repetit utrumque Euſtathius ad Dionyſ. v. 480. etſi etiam ad Cercinnam refert. Bochartus ex Punica lingua derivat in Chanaan 1, 25. quaſi ab aquarum defectu, et inde *Menix* praefert. Φαρίδα eandem vocatam eſſe refert Theophraſtus in hiſt. plant. 4, 4. An eadem ſit Scylacis p. 48. Hudſ. *Brachion*, uti exiſtimat Shaw voyages — Tom. 1. p. 254. (verſ. Gallo Franc.) dubito. Si quis enim illud Scylacis iter ſequatur, ab occaſu (a Neapoli) contendit ad orientem, (Syrtim parvam) etſi poſt inde ad ſuperiora mire redit. Atque ita Brachion aliquantum ad occaſum diſtat a Cercinna, et propius ab Abrotono ponitur. Brachodes etiam promontorium ſi quis ex Ptolemaeo c. l. velit huc adferre, ultra Cercinnam eſt verſus occaſum. Nec ullo modo evinci poteſt, quod Ortelius ſ. v. Lotophagites de Herodoti 4, 195. Κυραυνὶς pro Κυρανὶς, quod ante Weſſeling. exſtabat, ſuſpicatur, et in mera coniectura evaneſcit, etſi idem exiſtimat Voſſius, quod illi Herodotus tribuat longitudinem et latitudinem 200 ſtadiorum, quae conveniant cum 25 M. P. quantam longitudinem eſſe tradat Plinius. At callide omittit latitudinem, quae a Plinio, etſi inverſe, valde discrepat. Vid. Herodotus. Gyſantes etiam eius, ubi ponit, mul-

tum hinc abſunt. Certius eſt, quod tradunt multi, poſtea mutato nomine *Girbam* adpellatam eſſe. Ita Aurelius Victor in epit. c. 31. *Meninx, quae nunc Girba dicitur:* itemque Chronicon Paſchale pag. 28. (Venet.) Γῆρβα, ἡ νῦν καλουμένη Μένηγγα, pro quo, notante ibi du Fresne, Hippolytus corrupte: *Girda, quae et Benigga;* eodem modo, quo Anonymus de generat. gent. in Labbei bibl. num. Tom. 1. p. 302. Vid. Surita et Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 518. Hinc vero ſimpliciter *Girbe* apud Aethicum ad calcem ed. Gronov. Melae pag. 721. *Girba* in tab. Peutinger. 6. E. uti in Antonini itiner. p. m. 518. Quod quidem nomen illi adhaeſit. Hodie enim *Ierba*, uti pronuntiant Tuneſii, quod teſtatur Shaw c. l. *Clariſſimam* vocat Plinius, qui et eius longitudinem facit 25 M. P. latitudinem 22. in qua conſentit Agathemer. 1, 5. discrepans aliquantum in longitudine ſtadiorum 600. Tum Plinius illi cum Ptolemaeo dat oppida duo, in quorum primo *Meninge* conſentiunt, contra in altero, quod ille vocat *Thoar*, hic, Ptolemaeus, *Gerra*. Cuius ſi numeri recte habent, ſitum etiam diverſe notant. Idem tamen re utrumque oppidum, nomine discrepans putat Bochartus in Chanaan 1, 25. quia *Thoar* in Punica lingua valeat Graecorum *Gerra*, Γέῤῥα, quod per translationem περιφράγματα etiam paſſim indicare notant Grammatici, veluti Suidas, Harpocration h. v. Plura tamen in hac inſula olim oppidula fuiſſe adparet ex Strabone, in quibus Meninx diſerte commemoratur. Creati, uti eſt apud Victorem c. l. in ea fuerunt Imperatores Vibius Gallus et Voluſianus. Solinus 30. ſ. 27. narrat, eam poſt Minturnenſes paludes C. Mario fuiſſe latebram.

Cercina) Gr. Κέρκινα. Inde Κερκινίτης apud Polyb. 3, 96. 12. *Cercinates* in Hirtio de b. Afr. c. 34. ubi vid. Oudendorp. De ſcriptura per *n* ſimplex ſatis

arbitror dictum esse in notis crit. p. 498. Nomen suo more ex Punico derivat Bochartus in Chanaan 1, 25. כרכין (ceracin), quasi φρούρια, ὀχυρώματα. Africae insulam faciunt multi, in his Polyb. 3, 96, 12. Plutarch. in Dione cap. 25. Diodor. 5, 12. Tacit. Ann. 1, 55. — Propius alii situm declarant. Sic a parte, qua est *Gaulos*, Solinus 32. s. 29. cui et continenter versus Africam iungit Diodor. c. l. Contra alterum (laevum) Syrtis minoris promontorium Strabo 17. p. 574. s. 834. aliique, de quibus supra. Falsó igitur Salmasius ad Solin. c. l. p. m. 730. Syrtis maioris initio praetentam scribit, nisi est operarum vitium ad indicem etiam propagatum; haud procul a Thaena Strabo, quia ab illa urbe initium Syrtis ducit, in quo aperte consentientem habet Agathemerum 1, 5. quod tamen male fieri, cum inde aliquantum distet, arbitratur Shaw Tom. 1. p. 248. (Gallo-Franc.) Nempe Cercinam et Cercinitin existimat h. esse duas insulas *Querkyness*. Ad utrumque caput Syrtis fuisse sitas insulas docet, quod Plinius 5, 7. s. 4. tradat, a Meninge Cercinam remotam fuisse 100 M. P. Tantum enim Syrtin patuisse in aditu scribit Plin. 5, 4. cum Mela 1, 7, 3. Eodem autem modo sibi constat in utroque Agathemer. 1, 5. Adparet igitur, diversum illos fecisse initium Syrtis, Plinium a promontorio, Agathemerum a Thaena, ἧς, inquit, ὑπέρκειται; in re ipsa convenire. Livius 33, 48. prope Thapsum ponit, historicorum potius, quam Geographorum more usus in notanda vicinia. A Tacapis removet 622 stadiis Antoninus in itiner. p. m. 518. quae ipsae a Thaenis distabant fere 84 M. P. Cf. idem p. m. 59. Haud procul a continente diremtam fuisse, adfirmat Plutarch. in Mario c. 40. Magnitudine aequalem Meningi facit Strabo 17, p. 574. s. 834. in quo repugnat Plinius 5, 7. s. 4. qui utrique dat longitudinem 25 M. P. (quidam libri de Meninge 36 M. P.) latitudinem Meningi 22 M. P. Cer-

cinae dimidium eius (25), ubi plurimum, at in extremo non plus 5 M. P. Quodſi etiam cum Voſſio dixeris, Cercinitide adiecta id demum effici, tamen ne ſic quidem cum Agathemero componitur. De Meninge ſupra ex Agathemero 1, 5. qui Cercinae longitudinem dicit ſtadiorum 70, (fere 9 M. P.) et, ubi anguſtiſſima, latitudinem ſtadiorum 40. Κρημνώδη καὶ τραχεῖαν προσφερομένοις fuiſſe ſcribit Plutarch. in Dione c. 25. Portum commemorat Livius 33, 48, 3. Urbem cognominem Plinius 5, 7. ſ. 4. Ptolemaeus 4, 3. extr. Feracem fuiſſe intelligitur ex iis, quae referunt Polybius et Hirtius c. c. l. l. Acantho etiam, alias Aegypti arbore, unde *acanthina veſtimenta*, abundaſſe tradit Servius ad Virgil. Georg. 2, 119. quem tamen refutat Salmaſ. ad Solin. c. 55. ſ. 52. p. m. 730. ubi de loto unice verum eſſe contendit. Huic perparva, Carthaginem verſus, Carcinitis ponte iungebatur, ut eſt in Plinio, quam etiam commemorant Strabo, et Agathemerus c. l. vicinam Cernicae, longam ſtad. 40. latam 25 dicit. Hod. Cercina putatur eſſe *Kerkeni*, altera *Gamelera*. Cf. Wernsdorf. ad Priſcian. p. 336. Quid viſum ſit Shawio, ſupra adtuli, quid aliis, dabit Ortelius h. v. Harduinus ad Plinium *Gamelera* refert ad Cercinam. et alteram hodierno nomine vocat *Chercana*.

Tarichiae) Varie in Graecis ſcribuntur. Ταριχίαι habet Scylax p. 48. Hudſ. poſt Ταραχείαι. Strabo 17. p. 574. ſ. 834. Ταριχεῖαι, qui dicit, fuiſſe ita dicta νησία πολλὰ κ. πυκνά. Ταριχέαι eſt apud Stephanum, qui eo nomine multas urbes vocatas eſſe adfirmat, et exemplis adpoſitis docet. Iudaeae urbem huius nominis ſaepe commemorat Ioſephus, ſed in ſcriptura libri nec editi, nec ſcripti ſibi conſtant. Modo enim eſt Ταριχέαι, modo Ταριχαίαι. In Plinio 5, 15. eſt *Tarichea*, in Strabone 16. p. 526. ſ. 764. Ταριχεῖαι. Salmaſius

ad Solin. c. 38. f. 35. tuetur Ταριχέαι de urbibus, cum ταριχεῖαι, unde illud nomen, fint conditurae pifcium, et falfurae, quod discriminis caufa ufum obtinuiffe ponit. At fi fitum infularum in Strabone confideres, qui inde a Carthagine ad Syrtin minorem progreditur, ponit ille poft Hadrumetum prope Thapfum et Leopadufam infulam. Nec multum discrepare videtur Scylax, qui tamen hic mifcet loca itinere turbato. Obfcura igitur haec funt.

Aegates) De fcriptura dictum eft in not. crit. p. 501 fq. Commemorantur a Latinis auctoribus pluribus, ubi victoriam Lutatii a Poenis reportatam loquuntur. Ex quo adparet, effe Polybii 1, 60, 4. Αἴγουσαν. Quaeritur de earum numero. Polybius in illo loco unam facit, alibi 1, 44, 2. pluralitatis numero effert, multi etiam libri duplici σ. In Latinorum *Aegates* item variatur. Sic in Livio 21, 10, 7. libri, etfi pauci, *infulam* fubiiciunt, quod et in epit. 19. probavit Sigonius, et ubique in Livio, fc. fuo, legi teftatur Ortelius h. v. Plerique tamen ftant pro plurali, uti omnes in Floro 2, 2, 33. *Geminas* etiam dicit Silius Ital. 6, 684. Tres autem vulgo fuiffe putant, easque dictas fingulatim *Phorbantiam*, *Aegufam* et *Hieram*. Cf. Cluverius in Sicilia ant. 2, 15. Bochart. in Chanaan 1, 27. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 12, 129. Quam vere, ipfi viderint. Certe Hieram Mela 2, 7, 18. Aeoliis ad Siciliam interponit. Pococke Tom. 3. pag. 268. f. 182. eam opinionem fecutus putat, illarum nomina nunc effe *Levanzo*, *Favagnana*, et *Maritimo*, ubi eas etiam defcribit, etfi in nominibus tribus non omnes confentire monet. Quod Polybius modo Aegufas, modo Aegufam fcribit, eius caufam hanc effe iudicat Schweighaeuferus Vol. 5. pag. 264. quod Aegufa ceteris fuerit notior, eadem ratione, qua Polybius Aeolias vocarit

τὰς Λιπαραίας νήσους 1, 25, 4. et τὰς Λιπάρας 34, 11, 19. Aegusam commemorant plures, in quibus Stephanus: Αἴγουσα, νῆσος Λιβύης. Secundum Plinium 3, 14. f. 9. *Aethusa* et *Aegusa* scripta est, quod ex eo repetit Martianus Capella lib. 6. pag. 208. (Grotii.) Ab Afris, uti fert Stephanus, dicta eadem est Κατρία, quod ex Punico *Gadraja*, quasi sit insula caprarum, derivat Bochartus c. l. Cluverius c. l. in *Capraria* mutare malit, in Καπρία Holstenius p. 14. *Aponianam* ab Hirtio de b. Afric. c. 2. in. dici putant Bochartus, Cluverius c. c. l. l. et N. Heinsius; etsi quidam *Paconiam*, rectius forte, censent a Ptolemaeo 3, 4. extr. commemoratam. Vid. Oudendorp. ad Hirt. p. 848. *Phorbantia* item profertur a Ptolemaeo c. l. ante Aegusam et post eam Hiera. Eadem disputatio de situ obiicitur. Polybius Aegusas ponit 1, 44, 2. inter Lilybaeum Siciliae et Carthaginem, sed idem 1, 60, 4. Aegusam ante Lilybaeum, uti Ptolemaeus 3, 4. Inter Sardiniam et Siciliam Florus 2, 2, 36. videtur ponere, quod ex nexu omnino intelligi ibi potest. Cf. Livius 21, 10, 7. et ibi Glareanus. Melam etiam inde errare putat Cluverius c. l. deceptumque simili clade in Africo mari ad Aegimurum, (vid. Flor. 2, 2, 30.) cum Aegates haud longe a Sicilia absint. Ex Lilybaeo litore facile animadverti posse, adfirmat etiam Dorville in Siculis cap. 5. pag. 58. Ex Polybio tamen potest excusari, et brevis erat a Lilybaeo in Africam traiectus. Vid. quae disputat Wesseling. ad Antonini itin. p. 494. Hinc Poenos victos ad Lilybaeum et in Africam fugisse refert Orosius 4, 10. f.

§. 8. *Aegaeo)* Servat manifeste distinctionem, quam fecit, (1, 3, 3.) ut, quamvis inter litus Europae et Asiae unum continens mare porrigatur, tamen Aegaei maris adpellatio non competat parti maris,

quae eſt vicina Aſiae, ſed quae vicina eſt Europae. IACOB. GRONOV. *MS.* 2.

Thaſos) Gr. Θάσος. Quidam duplici ſ ſignant, de quo dictum in not. crit. pag. 505. Incola Θάσιος apud auctores et in numis. Reperitur etiam in his Θάτιος ex Dorica dialecto, quae ibi olim viguit. Cf. Eckhel doctrina numor. P. 1. Vol. 2. pag. 53. Varia olim geſſit nomina, in quibus ſec. Plinium 4, 23. ſ. 12. *Aeria* vel *Aethria.* Illud quidem oraculo probat Stephanus. Item *Odonis* (Ὀδωνίς) teſte Heſychio h. v. tamquam ab Arabico *Adana*, fodina, uti vult Bochartus in Chanaan 1, 11. extr. indice Holſtenio ad Stephan. pag. 133. ab Odonibus Thraciae populis, quamvis hi Ὤδονες a Stephano ſcribuntur, qui aliis videntur eſſe Ἠδωνοί. Tum *Chryſe* adfertur ab Euſtathio ad Dionyſ. v. 517. ex Arriano διὰ τὰ χρυσᾶ μέταλλα, quibus teſte etiam Herodoto 6, 46. abundabat. Cur Δαῖροι dicti fuerint Thaſii, quod refert h. v. Heſychius, non liquet. Denique adhaeſit nomen *Thaſus*, a Thaſo Phoenice, uti fert Conon narrat. 37. in. quem Cadmus frater ibi reliquerat. Cf. et Herodot. 6, 47. Arrianus ap. Euſtath. ad Dionyſ. v. 517. Scymnus Chius v. 662. Nonnus Dionyſ. lib. 2. ſub fin. Stephanus h. v. Conditorem eum inſulae alii faciunt, ut Apollodor. 3, 1, 1. etſi hic de Thraciae urbe refert corruptus forte, ut docet Heyne, quem ibi vide de Thaſo p. m. 529. Nempe Phoenices ab Agenore ad exquirendam Europam miſſi, cum eam non inveniſſent, redire ſic non auſi, alius alibi conſedit, aliqui Thaſo duce Thaſi. Vid. Herodotus 2, 44. 6, 47. Pauſan. 5, 25. Apollodor. c. l. Euſtathius ad Dionyſ. v. 517. — Bochartus tamen c. l. ad metalla recurrit et ex Syrorum *thas*, auri bractea, nomen illud ducit. Ante Phoenicum adventum barbaros eam inſulam tenuiſſe, refert Scymnus Chius c. l. Poſt a Pariis fuiſſe frequentatam, et urbe auctam, docent Strabo 10,

pag. 335. f. 487. Stephanus et Eufebius de praepar. Evang. 6, 7. hi quidem ex oraculi monito factum indicant. Nempe Dario iubente, quod narrat Herodotus 6, 48. Thafii murum fuum diruerunt, et naves omnes Abdera devexerunt. Igitur infulam defolatam oraculum iuffit novis colonis frequentari, uti et explicat Berkelius ad Stephan. p. 389. Hinc vero Παρίων ἀποικία vocatur a Thucydide 4, 104. et ab Euftathio c. l. Παρίων κτίσμα. Sed quod a Pario Propontidis urbe eos colonos ducit, errat. Diferte enim Strabo 10. pag. 335. f. 487. refert a Paro infula frequentatam effe Thafum et Parion, Propontidis urbem. Circa Thraciam ponit Scylax p. 64. Hudf. et Demofthenes in Leptin. p. 475. (Reisk.) ἄντικρυς τῆς Θρᾴκης Schol. Thucyd. 1, 100. cum qua iungit etiam Polyb. 18, 31, 2. et ad Thraciae praefecturam refert Conftantinus Porphyrog. de them. 2, 1. Docet etiam locorum vicinia. Nam a Myrina Lemni Plinius 4, 23. f. 12. removet 5 M. P. in quo quidem reprehendit eum Dapper defcr. des isles de l'Archipel p. 283. ab Abderis 22 M. P. ab Atho et Samothrace 62 M. P. Ptolemaeus 3, 11. Thraciae in hoc fitu adfcribit *Thalaffiam* infulam, quam eandem putat Ortelius in thefauro f. v. Thaffos; nomen corruptum pro Θάσος vel Θασία putat Voffius ad Scylacem p. m. 65. Urbem illi dat cum 2 portibus Scylax c. l. quorum unus claufus. Portum commemorat etiam paffim Demofthenes, uti in Philipp. 1. pag. 49. in Polyclem pag. 1218. (Reisk.) A Lyfandro everfam urbem effe, ex Diodoro Sic. 13, 104. refert Waffe ad Thucyd. 1, 100. At quam recte, docet fitus et interpretes. Quod naturam infulae fpectat, multarum rerum fuit feraciffima. Hinc Δημήτερος ἀκτὴ dicitur a Dionyf. v. 523. *Cereri dilecta* Avieno defcr. orb. v. 701. Celebrantur ex eius proventibus *vinum*. Vid. Plinius 14, 9. f. 7. Virgil. Georg. 2, 91. Athenaeus 1, 23. et ex eo Euft. ad Odyff. 9, 359. p. 361, 41. ubi mali odorem fpiraffe dicitur, Suidas h. v. — Καρποφόρα

κ. οἰνόπεδα memorantur a Plutarcho de exſilio pag. 383. (Reisk.) ſ. 604. Hinc Bacchus in numis Thaſiorum. Vid. Raſche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1009 ſqq. Item *metalla*, quae ipſe inſpexerat Herodotus, uti adfirmat 6, 46. unde etiam *Chryſeam* dictam volunt, de quo ſupra. Commemorat ea Thucyd. 1, 100. aliique, quos profert ad Herodot. Valckenar. Hodie illas fodinas obrutas eſſe, vel obſtructas refert Dapper c. l. p. 254. et cumulos ſ. aggeres ſcoriarum vidit ibi Belon obſervat. 1, 34. pag. 33. Marmor laudat Seneca epiſt. 86. propter candorem omnium maxime Belon obſervat. 1, 34. p. 33. Montes adeo inde compoſiti. Omnino autem διὰ τὸ εὔδαιμον eius et εὔκαρπον in proverbium abierat Θάσος ἀγαθῶν, quaſi δάσος, uti etiam quidam ſcribunt, de quo vid. Euſtath. c. l. Suidas h. v. Apoſtol. 10, 19. Zenob. 4. 34. et quae adtulit Eraſmus in adagiis 1, 3, 34. Aliis Δάτος ἀγαθῶν, ut Straboni in epit. 7. p. 331. (Caſ.) Suidae. Vid. Pantinus ad Apoſtol. p. 316. Notatur tamen inſulae τὸ τραχὺ κ. ἀνώμαλον apud Plutarch. c. l. Iactatur porro in inſula Herculis templum et cultus, quare etiam eius ſpeciem et nomen numi multi exhibent. Vid. Raſche c. l. et Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 53. Cum templum illud a Phoenicibus et Thaſo aedificatum fuerit, inde Herodotus 2, 44. evincit, Herculem eum Graeco illo fuiſſe aliquanto priorem. Cf. etiam, quae diſputant Stephanus c. l. Scaliger ad Euſebium p. 37. et in primis Gronov. ad Arrian. de exped. Alex. 2, 16. ubi de Thaſi aetate et Herculibus. De templo etiam Polyaenus 1, 45, 4. In claris Thaſiis recenſentur Steſimbrotus hiſtoricus, (Plutarchus, qui eo ſaepe utitur, in Pericle c. 13. —) Polygnotus pictor (Plin. 35, 35. ſ. 9.) et quidam alii. Inſulae fata dabunt hiſtorici. Plinius *liberam* dicit. Libertatem a Romanis adepti erant cum aliis Graecis civitatibus an. 558. in pace cum Philippo. Vid. Polyb. 18, 27. Liv. 33, 30. in. Hodie dicitur *Taſſo*.

Imbros) Gr. Ἴμβρος. Incolae paſſim *Imbrii.* Hinc *Imbria terra* pro Imbro Ovid. Triſt. 1, 9, 18. ut *Ilia tellus* Virgil. Aen. 11, 245. Inſulam Thraciae fuiſſe referunt Stephanus h. v. Euſtathius ad Dionyſ. v. 524. et Il. 14, 281. pag. 977, 29. Baſ. Prope Thraciam locat etiam Apollon. Rhod. 1, 924. Ad Melanem ſinum cum Lemno ponit Scylax p. 28. Hudſ. A Samothrace diſtabat 32 M. P. (Plin. 4, 23. ſ. 12.) a Lemno 22 M. P. (Plin. c. l.) οὐ πολὺ τ. Λήμνου ἀπέχουσα, ἀντιπέραν Τενέδου Euſtath. ad Il. 21, 43. p. 1304, 17. Verſus arctum ab uno latere terminabat mare Aegaeum, ab altero obiecta erat Tenedos. (Priſcianus v. 131.) Nomen traxit a Mercurio ibi culto, quem *Imbramum* Cares vocabant, uti ex Stephano adfert Euſtathius ad Dionyſ. v. 524. qui corruptum Stephani locum in voce μάκαρες optime emendat, quo et uſus eſt Berkelius. A leporum, quibus ſcatebat, frequentia, per varias ambages et flexus nomen Hebraicum facit Bochartus in Chanaan 1, 12. Homero illam innotuiſſe, multa loca docent. Quod vero Il. 14, 281. Ἴμβρου ἄστυ dicit, facit id quidem ſuo, vel antiquo more, quo de parvis inſulis ἄστυ, πόλις, ponebatur, quae unam fere inſulaeque cognominem urbem habebant; cognominem habuiſſe refert Euſtath. ad Il. 14. c. l. cum Stephano. Sic Cyprum adeo Veneris ἄστυ vocat Dionyſ. v. 509. quod μικροπρεπῶς dictum cenſet Euſtathius, cum ſit ex uſu antiquo. Cf. Cuper. in obſerv. 2, 11. Circuitu patebat 72 M. P. (Plinius, a quo tamen diſcrepant aliquantum recentiores.) Sub Dario a Pelasgis habitatam fuiſſe, docet Herodotus 5, 26. Aeolicam inſulam vocat Euſtath. ad Homer. Il. c. l. Inclaruit maxime cultu Cabirorum et in primis Mercurii, quibus ſacra fuit inſula, teſte Stephano, uti Samothrace maxime. Pelasgorum hi fuerunt antiqui Dii, qui ea ſacra invexerunt ſec. Herodot. 2, 51. Eorum nomina ad Graecorum linguam qui revocant, fuiſſe eos dicunt Cererem, Proſerpinam, Plutonem et Mercurium. Cf. Etymol. M. et Schol. Apollonii ad 1, 917. At discre-

pant quidam, omninoque de ipſorum origine et arcanis myſteriis varia feruntur, quae hic perſequi non licet. Vid. Bochartus in Chanaan 1, 12. Berkelius ad Stephan. p. 416. Banier Götterlehre Tom. 2. p. 480 ſqq. et alios, quos laudat Pitiſcus in Lex. antiqu. h. v. T. 1. p. 306. Bergſträſser in Real-Wörterbuch T. 4. p. 701. Singulares etiam exſtant libri, in quibus de Cabiris eorumque myſteriis expoſitum eſt, veluti Relandi, Aſtorii et Guthberlethi, quos repetiit theſaurus Polenianus Tom. 1. p. 833 ſqq. et Tom. 2. p. 881 ſqq. In numis fere ea vox per ι ſcribitur, cum alias ſit ει. Vid. Raſche Lex. numar. T. 1. P. 2. pag. 21 ſqq. Paruit olim Perſis, Athenienſibus — donec ad Romanos veniret. Hodie Italis dicitur *Embro*, vel etiam *Lembro* et *Imbro*. Wernsdorf. ad Priſcianum v. 131. adfert, neſcio qua fide, *Stalimin*, cum rectius ad Lemnon referatur.

Samothrace) Gr. Σαμοθράκη. Herodot. 6, 47. et alibi Σαμοθρηΐκη. *Samothracia inſula* Plin. 37, 67. ſ. 10. alias uſitata forma. Simpliciter *Samothraeia* Priſcian. v. 547. *Samothraca* Antonin. in itin. p. m. 522. Inde Σαμοθρᾷξ et Σαμοθράκιος. In Homero Il. 13, 12. 13. Σάμος Θρηϊκίη, quod Heſychius explicat Σαμοθράκη, illum locum Homeri reſpiciens, etſi Θρηϊκίνης ibi corrupte. Euſt. ad c. l. p. 881. ſ. Baſ. Σάμος Θρηϊκίη, poſt Σαμοθράκη. Ita cum Homero efferunt Dionyſ. v. 524. et Virgilius Aen. 7, 208. Avienus v. 703. *Threſſa Samos*. Ita vero ad diſcrimen *Sami Ionicae* vocari, notant ad Dionyſ. Euſtathius et Diodor. Sic. 5, 47. in. Sic Avienus v. 703. *Threſſa Samos* et 713. *Saturnia Samos* obponit. Alias ſimpliciter etiam Homerus *Samon* vocat, et vicinarum inſularum adiectione deſignat, veluti Il. 24, 78. et 753. de quo diſputat Strabo 10. pag. 514. ſ. 457. negans, Samon Ionicam Homeri aetate id nomen geſſiſſe, poſtea demum inditum. Noſtra *Samos* varia olim tulit nomina, quae ab auctoribus commemorantur. In iis

fuerunt 1) *Leucania;* (*διὰ τὸ λευκὴν εἶναι,* ut explicat Heraclides de politiis Graecor. f. v. Σαμοθράκη.) Pro eo Λευκωνία habet Euft. ad Il. 24, 78. pag. 1468. ult. 3) Λευκοσία; (Ariftoteles apud Schol. Apollonii ad 1, 917. A priori non discrepat.) 3) Σαωκίς; (Hefychius h. v. pro quo Schol. Nicandri ad Theriac. v. 470. habet Σάος.) Cf. etiam Heyne ad Homer. Il. 13, 12. et Stephanus h. v. adfcito Holftenio p. 282. Σάος etiam vocatur, ut recte cenfet Potterus, a Lycophrone v. 78. Nempe a monte eius, qui ab aliis Σάος, ab aliis Σαώκη adpellatur. (Vid. Nicander c. l. Plin. 4, 23. f. 12. Tzetzes ad Lycophron. v. 78.) Cf. etiam Diodor. Sic. 5, 48. in. et quae ibi disputat Wefeling. 4) Μελίτην ante Corybantum adventum dictam tradit Strabo 10. p. 525. f. 472. 5) *Dardania;* (Callimachus apud Plinium c. l. Paufan. 7, 4. Stephanus f. v. Σαμοθράκη, Euftath. ad Dionyf. v. 524.) qui a Dardano nomen ducit. Qui cum fuerit Iovis et Electrae filius, (Apollodor. 3, 12, 1. Diodor. Sic. 5, 48. in. Conon narrat. 21. in. Strabonis epitome lib. 7. f. Tzetzes ad Lycophron. v. 72. Scymnus Chius v. 679 fq. Schol. ad Euripid. Phoeniff. v. 7. et Apollon. Rhod. 1, 916. —) in illa infula natus, adparet inde, cur νῆσος Ἠλέκτρης vocetur fimpliciter ab Apollonio 1, 916. ubi Schol. notat tefte Hellanico etiam Ἠλεκτρυώνην vocari. Plures vero referunt, Dardanum, Samothrace relicta, in Afiam ratibus traieciffe, et ibi Dardanum urbem condidiffe, poft etiam Dardaniae regioni nomen dediffe. Cf. ad 1, 18, 5. Τρωϊκὴν νῆσον propter Dardanum et incolas antiquos Troianos facit Scymnus Chius v. 678 fq. *Thraciam* etiam dictam effe, mutato Leucaniae nomine, cum eo perveniffent Thraces, adfirmat Heraclides c. l. qui videtur nominis pofteriorem partem adiectam refpicere. Adhaefit conftantius Samothraces nomen. Sed unde *Samos* additum, varie explicatur. Samii 200. anno poft Troiana tempora eo migrarunt, ut quidam tradiderunt, tefte Euftathio ad Il. 13, 11. pag. 882, 17. ubi plura. Cf. Hera-

clides de politiis, qui a Samiis colonis nomen etiam ducit. Plerique ab colonis Samiis Ioniae adiunctis Thracibus ducunt, uti Diodor. Sic. 5, 47. Apollodor. apud Schol. Homeri ad Il. 13, 12. Pausan. 7, 4. Scymnus Chius v. 692 sq. Eustath. ad Il. 24, 78. p. 1469. Bas. qui dicit ob Samiorum naves a Thressis captivis crematas: Suidas h. v. At cum Samos antiquissimum fuerit nomen, ut supra vidimus, ridiculum censet Strabo 10. p. 315. s. 457. post Ionicam coloniam adventumque Tymbrionis e Samo colonos eam frequentasse. Alii, qui Samum olim adpellatam esse agnoscunt, a Thracibus incolis post Samothracen factam putant. Vid. Diod. 3, 55. Ex viro et loco, Samone conditore et Thracia, nomen ducit Dionys. Halicarn. 1, 61. m. a Sao, Mercurii filio, unde Samos, et Thracibus incolis Schol. Apoll. c. l. a sacris Cybeles, ut Graece sit quasi ἱερὰ νῆσος, Diodorus Sic. 3, 55. a Sais Thraciae populis alii, teste Strabone 10. p. 315. s. 457. Cf. Eustath. ad Dionys. v. 533. Ipse tamen Strabo eorum opinionem probat, qui ab antiqua voce Graeca σάμοι, i. e. loca excelsa, derivent, cum longius inde prospectari posset, auctore Homero Il. 13, 13. Quam explicationem et alibi profert, lib. 8. pag. 239. s. 346. Cf. et Constantin. Porphyrog. de them. 1, 16. Adsentitur, adiuvante re et in primis Phoenicum lingua, Bochartus in Chanaan 1, 8. Thracum sedem et terram explicat Bayerus in Memorab. Scyth. Tom. 3. Commentar. Petropolit. p. 369. quia in lingua Persica et aliis linguae Scythicae dialectis *Samin* et *Same* terram significet, ad quam opinionem inclinat etiam Wesseling. ad Diodor. 3, 55. De Thracibus incolis vix dubium esse potest, uti vicinia Thraciae suadet. Ab iis incolis Samothracen dictam refert etiam Schol. Apollonii ad 1, 917. Iacebat ante Hebrum, (Plin. c. l.) et olim habuit urbem (Ptolem. 3, 11. f.) et portum (Scylax p. 27. Huds.) Circuitu patuit 32 M. P. (Plin. c. l.) Antiquissimos incolas Autochthonas facit Diodor. 5, 47. Pelasgos Herodot. 2, 51.

De aliis ante dictum eſt. Quod Troianos incolas commemorat Marcianus et ipſam Τρωϊκὴν νῆσον dicit, ſpectat Dardanum, qui poſt Troada traiecit, et ſic improprie et inverſe. Plinii aetate, quod ipſe teſtatur, fuit libera. Sub Veſpaſiano Romanorum ditioni videtur acceſſiſſe ex Suetonio c. 8. et quos ibi nominant. Inclaruit olim Corybantum ſacris, quos quidam Cabiros habuerunt, uti refert Strabo 10. p. 325. ſ. 472. Vid. Diodor. Sic. 5, 55. Inde Κορυβάντιον ἄστυ vocat Dionyſ. v. 524. κτίσμα Κορυβάντων Lycophron v. 78. ἱερὴν χθόνα Orpheus hymn. 57, 4. Cf. Diodor. Sic. 5, 55. ζαθέην dicit Orpheus Argon. v. 464. Alii ſimpliciter Samothraces Deos commemorant, et nautica numina faciunt, veluti Diodor. 4, 48. aliique. Hinc ad Dioscuros res relata eſt poſtea. Sed ſi quis velit narrationes varias cognoſcere, adeat, quos ſupra de Cabiris indicavi, et quae disputavit prolixe et docte Hemſterhuſius ad Luciani Dialogos Deor. 26, 1. Sacra a Pelasgis inſtituta tradit Herodot. 2, 51. ab ipſa Cybele, eorum matre, Diodor. 3, 55. De fertilitate inſulae, et quae ad eius hiſtoriam pertinent, multa congeſſit Dapper des isles de l'Archipel p. 250 ſqq.

Scandile) Ab occaſu adiacet Scyro; exigua, humilis, et nullius momenti, ut neſciam prorſus, quare in tam brevi compendio auctor hic tam ignobilia recenſeat loca, cum illuſtria ſaepe transeat. Etiamnunc hodie nomen ſuum obtinet. Vocatur enim *Scandole*, licet nautae aliquanto corruptius vocabulum hoc proferant, et *Schaſolam* appellent. VOSSIVS. Memoratur etiam a Plinio 4, 23. ſ. 12. uti quidem hodie editur, et ponitur ad Pagaſicum ſinum. Forte eadem eſt, quae a Conſtantino Porphyrog. de them. 2, 2. extr. Σκέπιλα in hoc tractu vocatur, a Ptolemaeo 3, 13. extr. Σκόπελος. Cellario in Geogr. ant. 2, 14, 160. hodie eſt *Scanda*, uti a Dappero in Deſcr. des isles de l'Archipel pag. 258. hoc ſitu notatur. In Bueſchingii Geographia, ſi recte

quaefivi, defideratur. Harduino ad Plin. c. l. eft hodie *Scandole*.

Polyaegos) Et haec quoque ignobilis infula, et quam nefciremus habitatam fuiffe, nifi id nos docerent numi veteres cum infcriptione Πολυαιγιων. Sed debuerat illam inter Cycladas in mari Cretico fitas recenfere auctor nofter, uti faciunt Plinius et Ptolemaeus. VOSSIVS. At Plinus 4, 23. f. 12. in Sporadibus recenfet, nec, fi vicinas infulas intuearis, recedit ab eo Ptolemaeus 3, 15. Quod numos adlegat Voffius, nititur fufpecta fatis et dubia Golzii fide. Ex diverfo autem fitu diverfam etiam noftram putant Ortelius h. v. et Holftenius in Ortelium p. 156. Quodfi tamen eadem eft, et Nofter fitu tantum aberravit, a Ptolemaeo vocatur νῆσος ἔρημος, et hodie eft fecundum Harduinum ad Plin. c. l. *Polegafa*. Dapper c. l. p. 183. nefcio, qua auctoritate et fide, tres infulas effe dicit, quae h. fitae fint inter *Langa* et *Calmine*, quaeque a nautis vocentur *Capraies*, vel etiam *Capra*. Alios tamen addit malle, eas h. effe *Polycandro*, *Falconaria* et *Poligufa* f. *Polagufa*, quarum quidem fitus refpondet Ptolemaei notationi.

Sciathos) Gr. Σκίαθος, unde Σκιάθιος apud Stephanum h. v. et Athenaeum 1, 24. p. m. 30. Penultima brevi ferunt poetae, uti Apollon. Rhod. 1, 583. Phaedimus in Anthologia Tom. 1. pag. 193. (ed. Iacobs.) Euboeae infulam facit Stephanus, ubi tamen ante Εὐβοίας excidiffe putat ἐγγὺς Holftenius pag. 297. quod quidem addit Schol. Apollonii ad 1, 583. etfi Theffaliae hic infulam vocat prope Euboeam. Contra Magnefiam ponit Strabo 9. pag. 300. f. 436. et inter utramque fretum effe fcribit Herodotus 1, 176. Multi tamquam vicinas infulas commemorant fimul Peparethum, Halonefon, Scyron, quae tamen cum alia Scyro non commifceri debet. Sic Strabo, Plinius 4, 23. f. 12. Ptolemaeus 3, 13. extr.

Conſtantin. Porphyrog. de themat. 2, 2. extr. Urbem illi tribuit Ptolemaeus c. l. cognominem Strabo c. l. duas cum portu Scylax p. m. 51. Ipſam deſertis locis et aſperrimis inſulis, veluti Seripho, Gyaro, adnumerat Seneca in conſolatione ad Helviam cap. 6. unde per metatheſin Punicum verbum eius ſenſus elicit Bochartus in Chanaan 1, 12. Sciathium tamen vinum idque nigrum commemorat Athenaeus c. l. nec placuit in Seneca vulgata lectio Hadr. Iunio in animadv. 5, 13. qui reponere mallet *Cythnon*. Olim piratarum fuiſſe perfugium, patet ex Appiano in Mithrid. c. 29. H. Italis vocatur *Sciatho* ſ. *Sciathi*, in tabulis maritimis *Sciatta*. Vid. Dapper des isles — p. 255.

Haloneſos) Gr. 'Αλόνησος, unde a Stephano ducitur 'Αλονήσιος et 'Αλονησίτης. De ſcriptura dictum eſt in not. crit. p. 507. In Aegaeo mari ponit Harpocration h. v. et νησύδριον vocat cum catalogo urbium MSt. Vatic. apud Holſten. ad Stephan. p. 27. Strabo 9. p. 300. ſ. 436. cum Peparetho, Sciatho — contra Magneſiam. At Plinius 4, 23. ſ. 12. inter Cherroneſum Thraciae et Samothracen utrimque fere 15 M. P. Quare etiam Harduinus aliam eam eſſe putat, ac Strabonis. At Strabo vel erravit, vel potius laxe poſuit τὸ πρόκεινται τῶν Μαγνήτων. Erraſſe tamen in ſitu potius videtur Plinius, cum unam Imbron in illo ſpatio chartae, veluti Zanottii, recentiores oſtendant, et Mela etiam alias late ad Thraciam ſitas dicat. Nempe duae omnino in his maribus vicinis Haloneſi commemorantur, quarum una noſtra fuit in mari Aegaeo, altera Ioniae, uti eſt in Stephano. Eam etiam adtigit Strabo 14. p. 443. ſ. 644. Noſtram ex contentione Philippi et Athenienſium omnino notat Stephanus, et male locum in Theſſalia intelligit Ortelius h. v. Facit huc in primis oratio Demoſthenis. Alias etiam inſulas contra Magneſiam ſitas occupaſſe Philippum refert Strabo c. l. etſi eum locum gloſſema cenſet Penzelius, quod nexum male

interpellet, quod equidem non ſatis video. Tum vero eadem habenda eſt, quam hic noſter adtigit, cum Sciathos etiam illi adiungatur. Uti vult Dapper c. l. p. 255. aliis eſt h. *Lene*, aliis *Pelaguiſi* ſ. *Palagiſi*.

caeſis) Cauſam hanc commemorant auctores. Venus ſpreta Lemniis feminis *foetorem* iniecit, effecitque, ut mariti abductis ex Thracia, Lemno vicina, puellis uterentur pro uxoribus. Quod ut ulciſcerentur Lemniae uxores, viros interfecerunt praeter Hypſipylen, quae patrem Thoantem ſervavit. Regnum inde tenuit Hypſipyle. Poſt Argonautae in Lemnum adpulſi cum feminis congreſſi ſunt, et Hypſipyle edidit Evenum et Nebrophonum, etſi in iis nominibus variatur. Cf. Apollodor. 1, 9, 17. Herodot. 6, 138. Schol. Pindari ad Pyth. 4, 449. et Homeri ad Il. 7, 467. Ex poetis conſule Apollon. Rhod. 1, 609 ſqq. ubi et Schol. Valer. Flaccum 2, 127 ſqq. Cf. praeterea, quos laudat Heyne ad Apollodor. c. l. p. 183. et quae congeſſerunt Mezir. ad epp. Ovidii T. 2. p. 19. 39. 67. 114. 123. et Munckerus cum Stavereno ad Hygin. fab. 15. p. 57. Narrationem illam in tragoediis etiam expoſuerunt poetae, ut monuit Heyne c. l. Hinc vero Lemniae vocantur ἀνδροφόνοι a Pindaro c. l. et ipſa inſula *tellus Hypſipylea* ab Ovid. faſtor. 3, 82. Hinc efficta ab eodem Hypſipyles epiſtola 6. ad Iaſonem. Facinoris etiam memoria in proverbiis conſervata eſt, veluti Λημνία χεὶρ i. e. ἀπαραίτητος et Λήμνιον κακόν. De utroque vid. Euſtath. ad Homer. Il. 1, 593. de poſteriori etiam Herodot. 6, 138. Apoſtol. 11, 96. et quae contulit Stanleius ad Aeſchyli Choëph. v. 631.

Lemnos) Gr. Λῆμνος. Inde de incolis *Lemnii*, aliaeque formae, in iis *Lemnias*, *Lemniades* de mulieribus, Orpheus Argon. v. 475. Ovid. epiſt. 6, 139. Statius Theb. 5, 22. Hygin. fab. 15. Apollon. Rhod. 1, 653. — ut alibi *Seſtias*. In Plauto etiam Ciſtell. 1, 1, 102. legi-

tur *Lemnienſis*, et Λημνὶς μίλτος in Nicandri Ther. v. 472. Lemnum etiam *Aethaleam* (ει) dictam eſſe, ex Polybio notat Stephanus h. v. Cf. etiam Etymol. M. ſ. v. Αἰθάλη. Bochartus in Chanaan 1, 12. hoc nomen derivat ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, propter ignem, qui maxime ex Moſychlo, eius inſulae monte, erumpat, de quo vid. Heſychius et Nicander Ther. v. 472. et quae ibi ex aliis adtulit Scholiaſtes. Lemnium hinc ignem plures commemorant, uti Lycophron v. 227. Suidas h. v. Tom. 2. p. 441. (Kuſt.) Et ſic paſſim alii varie adtingunt. Hodie nullum ibi veſtigium ignivomorum montium, uti Belon adfirmat. *Hypſipylaeam* etiam olim vocatam eſſe tradit Ortelius in theſauro ſ. v. Lemnos, eumque ſine dubio ſecutus Dapper des isles de l'Archipel p. 242. quod quatenus valeat, ex ſuperioribus de caede virorum intelligi debet. *Lemni* nomen, auctore Stephano traxit a Lemno, magna Dea, cui etiam virgines immolabant. Thraciae inſulam dicit ad Homer. Il. 1, 593. Scholiaſtes, eiusque ſitum iuxta Thraciam plures indicant varie. Ad Melanis ſinum Scylax p. 27. Hudſ. Noſter Atho adverſam oſtendit, a quo ſecundum Plin. 4, 23. ſ. 12. aberat 87 M. P. pro quo Solinus 17. ſ. 11. habet 86. Iidem adeo eius umbram in Lemnon iaci tradunt, de quo vide notata ad 2, 2, 10. Circuitu patet 112500 M. P. uti pro 22500 dedit in Plinio ex Codd. Harduinus, addicente inſulae amplitudine. Ipſa habuit urbes duas *Hephaeſtiam* et *Myrinam*, (Plin. c. l. Stephanus c. l. Ptolem. 3, 13. extr. —) illam in ora, hanc interius. Hinc δίπολις dicta etiam eſt, uti notant Schol. Apollonii 1, 604. et Etymol. M. p. 279, 5. Tamquam rem ſingularem, cum ceterae in mari Aegaeo unam tantum habuerint urbem, notat Galenus de ſimplic. medic. facult. lib. 9. p. m. 117. (Tom. 2. ed. Baſil.) A Ptolemaeo tamen altera vocatur Ἡφαιστιάς, cum quo facit Galenus de ſimpl. medic. facult. lib. 9. p. 118. ed. Baſil. et Schol. Homeri Il. 1, 593. At in aliis eſt Ἡφαιστία. Male Ὑφαιστία in Schol. Apollonii c. l. Antiquiſſimi

incolae feruntur *Sinties*, certe eo tempore, quo Vulcanus ex coelo deiectus in eam decidit, uti adparet ex Homero Il. 1, 594. Thraciae illum populum fuiſſe, adfirmat Strabonis epitome lib. 7. pag. 157. (ed. Hudſoni), ubi Σῖντοι vocantur, (male), et ipſe Strabo 12. p. 378. ſ. 549. Varia adferunt auctores de vocis etymo populique adpellatione. Sic Euſtathius ad Homer. Il. 1, 593. derivat nomen ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, ἤτοι βλάπτειν τῇ εὑρέσει τῶν ὅπλων, conſentiente Hellanico apud Schol. Apollonii c. l. De adpellatione Strabo lib. 12. c. l. Σίντιες ἐκαλοῦντό τινες τῶν Θρακῶν, εἶτα Σίντοι, εἶτα Σάϊοι· οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σάπαι νῦν ὀνομάζονται. Ita Sinties Lemni incolas facit Heſychius h. v. ubi olim vitioſe λίμνην. V. ibi viri docti. Σίντιοι ſunt Schol. Thucydidis ad 2, 98. qui addit, Sintos vocatos eſſe, cum in Thraciam migraſſent. Sinties probantur de Lemniis ex Homero et Hellanico c. c. l. l. Atque ita forte leg. in Schol. ex Homero c. l. quem et cf. Odyſſ. 8, 283 ſqq. In Sintis Thracibus conſentit cum Schol. Thucydidis Strabonis epitome aliique, quos laudat ad Stephanum Holſten. p. 294. Σάπαι autem etiam Stephano populi ſunt Thraciae. Hinc vero Σιντηΐδα Λῆμνον dicit Apollon. Rhod. 1, 608. 4, 1759. et Σιντιακὰς ὀφρύας Lemno tribuit Orpheus v. 469. Tyrrhenos tamen antea (πρῶτοι ᾤκησαν, ſic ad 1, 608. Sed cum Apollonio 4, 1759. ad c. l. Sinties a Tuſcis exactos dicit.) inſulam inhabitaſſe tradit Schol. Apollonii c. l. quod omnino de iis adfirmat Thucydides 4, 109. de quo poſt. Sintibus ſucceſſerunt *Minyae*, etſi in ipſo tempore expeditionis eorum discrepant. Vid. Herodot. 4, 145. Apollodor. 1, 9, 17. Pindarus Pyth. 4, 448. Apollonius Rh. 1, 608 ſq. et ad utrumque Scholiaſtae. Inde Euneus, Iaſonis filius, inſulam tenuit, ut patet ex Homero Il. 7, 468. 23, 747. Cf. Strabo 1. pag. 32. ſ. 46. Poſt *Pelasgi*, ex Attica ab Athenienſibus eiecti, Lemnum etiam, expulſis Minyis, (Herodot. 4, 145. Cf. etiam Strabo 8. p. 239. ſ. 347.) tenuerunt, uti ex Hecataeo

narrat Herodot. 6, 137. Cf. idem 5, 26. Valer. Max. 4, 6. ext. 3. Euſtathius ad Dionyſ. v. 347. Herodotus 5, 26. Pro Pelasgis alii habent *Tyrrhenos*, uti Apollon. Rhod. 4, 1760. Polyaenus 7, 49. Plutarch. Qu. Gr. pag. 86. (ed. Lpſ. Vol. 7.) et de virtutibus mulierum pag. 15. (ib.) et ſic alii promiſcue, quos commemorat Valckenarius ad Herodot. 4, 145. Cf. etiam Meurſii Cecrop. c. 5. Nempe Tyrrheni, qui Lemnum occupaverant, ex Pelasgis oriundi erant, uti diſerte ſcribit Thucydides 4, 109. et ex eo Dionyſ. Hal. 1, 25. qui et antea monet, ab aliis eosdem Tyrrhenos et Pelasgos vocatos eſſe, et hinc a Sophocle coniungi. Vid. ibi interpretes, Masvicius ad Polyaen. 8, 71. Weſſeling. ad Herodot. 1, 21. et quae adferunt. Inde vero iudicari poteſt, quam vere Scholiaſtes Apollonii ad 1, 608. Tyrrhenos primos fecerit Lemni incolas, et quo ſenſu. Poſtea Pelasgos expulit inſulamque in Athenienſium ditionem redegit *Miltiades*, (Herodot. 6, 140. Cares male habet Nepos 1, 2, 5) quibus etiam inde paruit diu. Vid. Thucyd. 1, 115. et ibi Schol. Xenophon hiſt. Gr. 4, 8, 15. — Hinc eadem etiam lingua iisdemque inſtitutis, quibus Athenienſes, eos uſos eſſe notat Thucyd. 7, 57. Inclaruit cultu Vulcani, uti diſerte refert Ovid. Faſtor. 3, 82. Cf. Solin. 15. ſ. 11. Atque hinc varie adpellatur, velut πέδον Ἡφαίστοιο Dionyſ. v. 522. *Vulcania* Valer. Flacc. Argon. 4, 440. Ovid. Metam. 13, 313. Avienus v. 700. — *cara Deo* Val. Flaccus 2, 95. *ſacra* Priſcian. v. 545. — πολὺ φιλτάτη γαιάων ἁπασέων apud Homer. Odyſſ. 8, 284. ubi *ignifera feſſus reſpirat ab Aetna* Stat. Theb. 5, 50. — Nempe e coelo deiectus in Lemnum deciderat, ut ipſe refert Il. 1, 493. Verior cauſa quaerenda in incendiis ex terra erumpentibus, quorum fama Lemnos etiam cum Aetna et Lipara comparatur a Valerio Flacco 2, 95. Montem ignivomum ſupra notavi, atque hinc ipſa inſula dicta eſt *Aethalia*, et *Hephaeſtia* urbs nomen traxit. Cf. de hac cauſa Euſtath. ad Homer. Il. 1, 593. Odyſſ. 8,

284. Celebratur apud antiquos *Lemnia rubrica*, quae Graecis eſt μίλτος, terra ſigillata, de qua cf. Harduin. ad Plin. 35, 13. ſ. 6. et 35, 14. ſ. 6. et quae congeſſit Dapper des isles de l'Archipel p. 245 ſq. Celebratur item terra Lemnia contra viperae morſus. Vid. Galen. de ſimpl. medic. facult. 9, 1. et quae conlegit Politus ad Euſtath. T. 2. pag. 708. De ea prolixe Belon obſervat. 1, 22. pag. 23. ſqq. Laudat contra peſtem; nusquam eſt, niſi hic; noſtra eſt arte facta. Signantur tabellae eius tenues. Locum, unde egeritur ſolo 6. Aug. ſolemniter, deſcribit teſtis Belon obſervat. 1, 28. pag. 28 ſq. Tum ex 4 Labyrinthis tertium in Lemno commemorat Plinius 36, 19. ſ. 13. et paullo poſt deſcribit. H. Turcis, Italis et Graecis recentioribus dicitur *Stalimene* ſ. *Stalimini*, voce ex illis tribus conflata εἰς τὴν Λῆμνον, quamquam etiam a Turcis *Limio* vocari notat Dapper c. l. p. 241. Hodierni Gr. Λημνο, quod pronunciant Lemno, teſte Bioernſtaehl in Briefen T. 4. p. 339.

proſpicit) Ut *ſpectat.* Sic de Iuſtini domo Corippus 1, 102. *Pars proſpicit una immenſum pelagus, pars reſpicit altera portum.* Ovid. Metam. 11, 150. *freta proſpiciens Tmolus.* Proprie ad oculos refertur, qui vel eminus et ex longinquo, uti contra *conſpicere* ex propinquo, aliquid vident, vel ex alto, veluti arce, rupibus, tectis, ſpeculis, litoribus, de quo verbi uſu vid. Scheffer. et Burmann. ad Phaedr. 1, 17, 8. hic etiam ad Ovid. epiſt. 5, 63. Drakenb. ad Liv. 22, 6, 8. De *Pagaſaeo ſinu* dictum eſt ad 2, 3, 6.

Scyron) Gr. Σκῦρος. Inſulani Σκύριοι, uti in Herodoto 7, 183. Hinc *Scyria membra* Ovid. epiſt. 8, 112. *pubes* Virgil. Aen. 2, 477. *puella* (de Deidamia) Propert. 2, 7, 54. (ſ. 2, 9, 16.) et alia. Antiqui poetae ſyllabam *Scy* ſemper producunt, in iis Homer. Il. 9, 664. Quod quidam a recentioribus corripi putant ex Sidonio

Apoll. 22, 197. falſa ibi eſt lectio in *Scyrias* pro *Syrias*. Nomen traxit ſec. Euſtath. ad Dionyſ. v. 521. διὰ τὸ σκληρὸν καὶ σκυρῶδες, ἤτοι λιθῶδες. Σκῦρος γὰρ ἡ λατύπη, ἤγουν τὰ ἐκπαλλόμενα λιθίδια ἐν τοῖς λαξεύμασι. Confirmant idem de voce σκύρος Heſychius et Schol. Pindari ad Pyth. 5, 124. ubi σκυρωτὰν ὁδὸν Pindari explicat λιθόστρωτον. Plures autem ſaxoſam fuiſſe inſulam narrant, ut Suidas ſ. v. ἀρχὴ Σκυρία, Euſtath. ad Homer. c. l. Zenobius proverb. cent. 1. n. 32. et alii. πετρώδης, λυπηρὰ Apoſtol. proverb. 4, 31. *Scopuloſam* igitur vocat Statius Achilleid. 2, 18. Cf. Ariſtotel. H. An. 1, 9. Hinc *excelſa*, quod valet ἠνεμόεσσα ap. Dionyſ. v. 521. (interprete et Schol.) et ἀνεμώδης apud Philoſtrat. iun. in icon. 1. ex Sophocle. Hinc *Scyriae lapicidinae* laudantur a Strabone 9. p. 301. ſ. 437. unde adfert idem Euſtath. ad Dionyſ. c. l. et *Scyrius lapis* a Plinio 36, 26. ſ. 16. ubi cf. Harduinus. Non igitur opus erat, ut ad Arabicam vocem צחור (ſuchur), quae de petris dicitur, recurreret Bochart. in Chanaan 1, 12. ad explicandam nominis cauſam. Cognomines plures fuiſſe inſulas, nemo recte doceat ex Penzelii Strabone Vol. 2. p. 1243. Nihil enim eiusmodi habet Graecus Strabo c. l. immo unam tantum commemorat, quam ſuperioribus quibusdam a Noſtro hactenus deſcriptis adiungit. *Scyron* quidem in Cycladibus praeter noſtram memorat Ptolem. 3, 15. ſed de *Syro* id valet, et corruptum eſt. Achaiae *Scyros* apud Diodor. Sic. 20, 103. non inſula eſt, ſed oppidum, et praeterea pro Σκίρος male invectum. Cf. ibi Weſſeling. Ita *Scyros* in Cycladibus apud Plin. 4, 23. ſ. 12. dubium eſt nomen, vel vitiatum, vel, cum in ſequentibus reſpiciat, eam inſulam ipſe incertus Cycladum et Sporadum extimam habuit, et ante miſcuit, quia hic cum Cicynetho iungit ante Pagaſicum ſinum, ibi cum Io et Naxo. Ita Cycladicam latius forte et vage vocat Schol. Villoiſ. ad Il. 9. 664. Ita etiam pro Scyros leg. eſt Syros in Scylace p. 22. Hudſ. propter Deli viciniam, de qua commu-

tatione vid. in not. crit. ad §. 11. p. 540. Incoluerunt eam olim *Pelasgi* et *Cares*, uti tradit Nicolaus (vid. in excerpt. Peiresc. ex lib. 4. p. 495.) apud Stephanum h. v. Idem de Pelasgis confirmat Scymnus Chius v. 583. ubi refert, *Pelasgiotas* ex Thracia egressos cum Sciatho Scyron condidisse. Cf. Diodor. 11, 60. etsi hic Dolopes coniungit, et quae de Pagasaeo dicta sunt ad 2, 3, 6. Dolopes tamen uno tempore coniuncti repudiare videntur sequentia Scymni. Probatur inde emendatio Salmasii ad Solin. 17. f. 11. p. m. 126. in Dicaearcho p. 26. (Hudf.) Πελασγία Σκύρος pro vulgato Πελαγία. Quare et illud hodie repositum est. His successerunt, cum utraque insula deserta fuisset, *Chalcidenses*, (Scymnus Chius c. l.) quos secuti sunt *Dolopes*, qui defecerant a Peleo, (Schol. Villoison. ad Il. 9, 664.) ab Atheniensibus expulsi. Vid. Thucyd. 1, 98. Diod. Sic. 11, 60. Plutarch. in Cimone c. 8. Nepos in Cimone 2, 5. Eustath. ad Homer. Il. c. l. Dolopes ignavos fuisse et mare praedando infestasse addit Plutarchus c. l. *Athenienses* Demosthenis aetate tenuisse, innuit eius oratio in Callippum p. 1236. (Reisk.) et Strabo 9. p. 301. f. 437. qui simul addit, cum vicinis sub Philippo in ditionem *Macedonum* fuisse redactam. Post in bello Macedonico Olymp. 147. reddita est Atheniensibus, uti narrat Livius 33, 30. extr. etsi de lectionis veritate propter Delum et finitimas insulas dubitari potest. Chalcidensium possessionem probet numus in insula erutus, qui in altera parte habet Χαλκιδεων et describitur a Tournefortio voyage du Levant T. 2. lettre 10. p. m. 152 sq. At ipse Tournefortius ideo huc refert, quod ibi fuerit erutus ex terra. In mari illam Aegaeo ponit Thucydides c. l. Ibidem circa Eretriam Euboeae ponit Scylax p. 23. Hudf. et cum Peparetho Sciatho coniungit, uti Strabo c. l. et 2. p. 85. f. 124. Dionyf. v. 521. ad Euboeam Eustathius ad Homer. Il. 19, 326. p. m. 1255, 41. Latuisse ibi Achillem apud Lycomedem, ut se subtraheret bello Troiano, res est celebrata. Vid. Strabo lib. 9. c. l. Apollodor. 3, 13, 8. et quos ibi

laudat Heyne p. m. 802. Achillem in Scyro descripsit in iconibus Philostratus 1. Ἀχίλλειον igitur hinc habuit sec. Eustath. ad Il. c. l. Urbem commemorant Scylax c. l. et Ptolemaeus 3, 13. Lapicidinas supra notavi. Hodie ignorari notat Tournefort c. l. p. m. 155. Laudantur porro a Strabone c. l. *caprae Scyriae*, ut ab Eustathio ad Dionys. v. 521. Aeliano hist. an. 3, 33. Apostolio cent. 1. prov. 83. Pindaro apud Athenaeum 1, 22. p. 28. Cf. et Schneider ad Pindari fragm. p. 9. Quod ex scopulis, quos amant, intelligitur. Hinc αἰγίβοτον insulam eam dicit Diodor. Sardianus in antholog. T. 2. p. 186. (p. 171. ed. Iacobs.) Tournefort c. l. pag. m. 155. quidem eam praestantiam in iis non agnoscit, qua aliarum insularum capras superent, laudat tamen ex lacte earum caseum. At id ipsum fuit, quo excelluisse narrantur. Propter insulae asperitatem et sterilitatem in proverbium abierat ἀρχὴ Σκυρία, de rebus vilibus et inutilibus. Cf. Suidas h. v. Apostol. proverb. 4, 31. et Eustath. ad Homer. c. l. ex recentioribus Erasmus in adagiis 1, 6, 41. Scironia saxa, de quibus dubitanter quidem loquitur, huc minime pertinent. Siccam, nec tamen sterilem dicit Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 208. De Scyro multa congessit Wasse in addendis ad Thucydid. c. l. p. 667. (ed. Dukeri) et Tournefort voyage du Levant, lettre 10. p. m. 150 sqq. qui adfirmat, nunc uno tantum vico incoli. H. ipsa *Skyros* s. *Skiro*.

Cicyneton) Gr. Κικύνηθος. Ante Pagasaeum sinum ponit Plinius 4, 23. s. 12. In ipso illo sinu Scylax p. 25. Hudſ. cum quo consentit Artemidorus apud Strabonem 9. p. 300. s. 436. qui et urbem cognominem memorat in ea insula. Nec aliud quid noster indicat verbo: *amplectitur*. Quod vult Dapper c. l. p. 341. quidam h. *Pondico* esse putant, alii ab hoc situ removent. Ipse, si in sinu Pagasaeo fuit, h. esse existimat vel *Esillon*, vel *Stritser*. Tz. Errant qui h. *Pondico* vocari existimant,

quae eſt longe extra ſinum, nempe ad boreale Euboeae promontorium. Haec vero inſula ſita eſt in ſinu, quem vulgo vocant *Golſo de Volo*, nautis noſtratibus ſatis noto. VOSSIVS.

Euboea) Gr. Εὔβοια, unde Εὐβοιεὺς, Εὐβοΐς, Εὐβοεὺς, et poſſeſſivum Εὐβοεικὸς, ſec. Stephan. h. v. Disputant tamen Grammatici, utrum Εὐβοιεὺς — an Εὐβοεὺς dicatur rectius, de quo multa dabit auctor Etymol. M. ſ. v. Εὔβοια et Εὐβοΐς. Stephanus utrumque admittit. Prior tamen forma rarior eſt in auctoribus, uti Εὐβοιΐς in Sophocl. Trachin. v. 237. Poſterior ſine ι magis frequentatur. Sic Εὐβοεῖς Herodot. 7, 156. 8, 20. Thucydid. 8, 5. Demoſthen. de Cherſoneſitan. ſub fin. Strabo lib. 10. in. et alii plures. Eodem modo Εὐβοΐς apud Euripid. in Electra v. 442. Herodot. 3, 89. Hinc Latinius cenſet etiam *Euboënſis* Salmaſius ad Solinum 8. ſ. 2. ubi libri *Euboenſes*, et vulgo *Euboeenſis*, quod et ibi relictum eſt in eius editione. In numis tamen, qui integriorem vocem exhibent, ſcribitur cum ι. Vid. Raſche Lex. num. T. 2. P. 1. p. 792. et Eckhel doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 322. Quod Εὐβοεικὸς in Stephano reiicit per ει Holſtenius p. 120. utrumque perinde cenſet Weſſeling. ad Herodot. 3, 89. ubi per ει praetulit. Et ſic (non per ι) legitur etiam in Appiano in Syriac. c. 58. in Punicis cap. 54. et alibi. Obtinuit tamen uſus alterum. Latinis etiam eſt *Euboicus*, paſſim etiam *Euboeus*, uti Lexica docent. De variis nominibus antiquis Plinius 4, 21. ſ. 12. haec: *Antea vocitata eſt* 1) *Chalcodotis*, 2) *aut Macris, ut Dionyſius et Ephorus tradunt*, 3) *ut Ariſtides, Macra*, 4) *ut Callidemus, Chalcis, aere ibi primum reperto*, 5) *ut Menaechmus, Abantias*, 6) *ut poetae vulgo, Aſopis*. Ad ſingula haec faciunt intelligenda. 1) Nempe *Chalcodotis* male dedit Harduinus, et explicat, quod aes dederit. Ante eum enim legebatur *Chalcodontis*, a Chalcodonte, inluſtri heroe, ut *Abantis*

ab Abante. Hinc Χαλκωδοντίδαι apud Euripid. in Ione v. 59. Euboenſes dicuntur, ut notat Euſtath. ad Homer. Il. 2, 540. p. m. 213. ad quem vid. Politus T. 2. p. 588. *Chalcodotis*, quod equidem ſciam, a nemine vocatur. 2) Sic Dionyſ. v. 520. et ex eo Priſcian. v. 544. Stephanus ſ. v. Εὔβοια, Callimachus in Delum v. 20. et ibi et ad hymn. in Dian. v. 188. Schol. ut Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Schol. ad Apollon. 1, 1024. Scymnus Chius v. 567. Etymol. M. ſ. v. Εὔβοια et praeter alios quosdam in primis Strabo lib. 10. in. *Macrin* ab Abantibus, qui poſt Troiae excidium tenuerunt, vocatam Euboeam tradit Schol. Apoll. 4, 1175. Inde, cum in genitivo ſit Μάκριος, de incola Μακριεὺς ducit Euſtath. c. l. quod eſt apud Apollon. Rh. 1, 1024. ubi Schol. de Macronibus, Euboenſium colonis, explicat, quos et ſic vocat ad 2, 396. nominis autem cauſam cum Strabone c. l. Stephano, Schol. Ariſtophanis ad nubes v. 212. — Euſtathius c. l. a ſitus longitudine, ut diſerte referunt Agathemer. 1, 5. Schol. Apoll. ad 2, 396. διὰ τ. θέσιν, Heſych. et alii, quos citat Politus ad Euſtath. T. 2. p. 578. Mythologi a Macride, non Iunonis, ut ſcribit Holſten. ad Stephan. pag. 120. ſed Bacchi nutrice. Vid. ad Apollon. Rhod. 4, 1175. et antea v. 1134. Iunonis nutricem Euboeam facit Plutarchus in Sympoſ. 3, 9. extr. Cf. Spanhem. ad Callimach. c. l. 3) *Macra* ex aliis non notavi; at ipſum veram declarat nominis prioris cauſam. 4) *Chalcis*. Ita et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 537. Χάλκιν vel Χαλκίδα a nonnullis vocari dicit etiam Conſtantin. Porphyrog. de themat. 2, 5. Ita dicta ab aere reperto. Sic et Solin. 17. ſ. 11. qui tamen hoc nomen ad Caryſtum urbem refert, Epaphroditus apud Stephanum ſ. v. Αἴδηψος. Aliam cauſam adfert Euſtathius a *Comba*, quae et Chalcis dicta eſt, Aſopi filia, uti etiam vult Stephanus h. v. atque eo fert nomen poetarum *Aſopis*, de quo mox. Phoenicium etymon obtrudit Bochartus in Chanaan 1, 13. חלקין, i. e. diviſiones, quia a Boeotia avulſa. 5) *Abantias* nomen ce-

lebre, quod ab Ἀβαντὶς, (ſic cum aliis accentum pono) derivat Stephanus, et Euboeae nomen fuiſſe adfirmat, adſentiente Heſiodo, cuius locum adfert, Strabone lib. 10. in. Pauſania 5, 22. 7, 4. Suida h. v. Plura Politus ad Euſtath. T. 2. p. 578. Nomen hoc apud Deos obtinuiſſe, narrat Heſiodus apud Stephanum c. l. quod ſignificat nomen antiquius. Vid. ad 1, 18, 3. Homerus etiam, obſervante Strabone c. l. et Euſtath. ad Il. 2, 544. et alibi, etſi novit Euboeam, nunquam tamen Εὐβοεῖς dixit, ſed Ἄβαντες. Sic Τρῶες, nunquam Ἰλιεῖς, etſi habet Ἴλιον. Hinc *limes Abantum* de Euboea Avienus v. 698. et Μάκρις Ἀβαντιὰς Callimach. in Delum v. 20. Dionyſ. v. 520. cum Priſciano v. 544. Εὔβοιαν Ἀβαντίδα vocat Apollon. Rhod. 4, 1135. ut et notat Euſtath. ad Il. 2, 540. Sic Ἄβαντες explicat Εὐβοεῖς Schol. Apollonii ad 1, 177. Cauſa nominis adfertur varia, uti notat Strabo. Ariſtoteles apud Strabonem c. l. unde Euſtath. c. l. duxit ab primis inſulae incolis Thracibus origine, qui Abis, Phocidis urbe, profecti inſulam occuparunt; alii ab Abante, heroe, quem Neptuni et Arethuſae filium faciunt multi, uti Stephanus ſ. v. Ἀβαντὶς, Euſtath. ad Homer. Il. 2, 536. et 540. idem ad Dionyſ. c. l. Alii aliter. Cf. Tzetzes ad Lycophron. v. 1043. Schol. Pindari ad Pyth. 8, 77. et qui de Abante memorantur ad Stephanum c. l. et ad Hygin. fab. 136. Nam Abantes fuiſſe aliquot adfirmat Servius ad Virgil. Aen. 1, 121. qui tres deſcribit, ex quibus noſtrum Argivum faciunt Stephanus, Euſtathius. Recurrit et hic Bochartus in Chanaan 1, 13. ad etymon Phoenicium, et ducit ab אבס, (abas) i. e. ſaginare, quaſi a boum ſaginatione. Abantes autem οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν Euboeae vocat Herodot. 1, 146. 6) *Aſopis* occurrit etiam apud Scymnum Chium v. 568. Cauſa latet in fabulis, quae Aſopida commemorant, Aſopi filiam, qui Phliunte olim habitavit. Vid. Diodor. Sic. 4, 72. Huc etiam *Chalcis* pertinet, de quo ſupra. Euboeam Aſopi filiam facit Eu-

ſtath. ad Homer. c. l. An vero ita vulgo poetae, de noſtris dubitare licet. Iis tamen nominibus aliqua accedunt, veluti *Oche* ex Strabone c. l. et Euſtathio ad Homer. Il. 2, 536. cuius nominis urbem adfert in Euboea Plinius 4, 21. ſ. 12. alii, ut Stephanus ſ. v. Κάρυστος et Euſtathius c. l. montem faciunt, ad quem ſita fuit Caryſtus urbs. De variis, quae iactantur, nominis cauſis vid. Stephan. et quae ibi notantur. Bochartus c. l. derivat ex Punica lingua עוקן, oca, i. e. anguſtum. Addit Strabo *Ellopiam* ab Ellope, Ionis filio, qui Ellopiam etiam condiderit. Cf. id. lib. 7. p. 227. ſ. 328. Regio ſic dicta Euboeae, uti eſt apud Stephanum h. v. unde *Ellopiae aquae* calidae apud Plin. 4, 21. ſ. 12. Porro Heſychius Βωμῷ adfert h. v. nomen inſulae, quod et ipſum Bochart. c. l. a voce Arabica *bohmo* i. e. *pecudes* derivat. Denique Δολιχὴ eſt in Etymol. M. h. v. ubi etiam de cauſis diſſeritur. Nihil aliud vult, quam Μάκρις, vel Μακρά, et deſignat formam inſulae, ut epitheton potius habendum ſit, quam nomen. Ita enim δολιχὰ Heſychius explicat μακρά. Cf. et Suidas h. v. *Euripus* etiam poſtero tempore vocata eſt, ut diſcitur ex Stephano ſub v. Ὠρεὸς et Schol. Callimachi in Dianam v. 188. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 362. Adhaeſit denique conſtantius *Euboeae* nomen, cuius et variae origines referuntur. Ab *Euboea* heroina Strabo c. l. Sic et Stephanus h. v. Eam vel Iunonis, vel Iovis nutricem faciunt Scholiaſtae. Vid. ad Heſiodi Opp. v. 649. p. 143. ubi τροφὸς Διός. Aliqui ab Io, quae in antro Epaphum peperit. Cf. Strabo c. l. Euſtath. ad Il. 2, 536. Ab Iove Εὔβοιαν, ἐπώνυμον βοὸς, vocatam eſſe, refert ex Heſiodo Stephanus ſ. v. Ἀβαντὶς, quod ſpectat Ius fabulam. Aliam Euboeam, Neptuni amaſiam, commemorat Caſaubonus ad Strabon. c. l. ex Nonni Dionyſiacis. Sed cf. Holſten. ad Stephan. p. 120. Probatur tamen origo nominis a paſcuis boum fertilibus et laetis in illa inſula, quam nominis cauſam etiam adfert Etym. M. Hinc et

a poetis, notante Aeliano H. An. 12, 36. ἀργιβόειος vocabatur. Hinc in multis numis caput bovinum adparet. Alia pafcuorum indicia dabit Bochartus c. l. Praeter *Abantes* in antiquiffimis incolis narrantur *Titanes*, quod doceant ritus religionum. (Solin. 17. f. 11.) Sic Aegaeonem gigantem in Euboea, unde poft aufugit, pofuit Tarraeus, tefte Schol. Apoll. Rh. ad 1, 1165. *Leleges* inter fe mixti, (Scymnus Chius c. l.) *Pelasgi*, (Dionyf. Hal. 1, 18. in.) *Arabes*, qui cum Cadmo advenerant (Strabo 10. p. 307. f. 447.) et a quibusdam de Abantibus intelliguntur, ab aliis de Phoenicibus; poft *Dryopes*, ab Hercule antiquis fedibus eiecti; (Diodor. Sic. 4, 37. conf. Paufania 4, 34.) Homeri aetate *Abantes*, de quo fupra. Paruit infula Athenienfibus, Macedonibus, et devicto Philippo Macedoniae immunem fuisque legibus effe declaravit Senatus et T. Quinctius imperator. (Liv. 33, 32, 5.) Situm infulae indicat Mela, et fic Plinius 4, 21. f. 11. *univerfae Boeotiae ab Attica Theffaliam usque praetenta.* Sic Strabo lib. 10. in. obpofitam dicit Atticae, Boeotiae, Locridi et Malienfibus; ut fere Agathemer. 1, 5. Cohaefiffe etiam olim cum Boeotia et ab ea avulfam, tradit Plin. 2, 90. in. f. 88. et 4, 21. f. 12. Cf. Procop. de aedif. 4, 5. Obnoxiam infulam terrae motibus effe, fretum maxime, fcribit Strabo 10. pag. 308. f. 447. A Boeotia et vicinis terris feparatur tam modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur, quod eft apud Plin. c. l. et ex eo apud Solin. 17. f. 11. et Martian. Capell. lib. 6. p. 213. (Grot.) Cf. et Agathemer. 1, 5. et Liv. 45, 27, 8. Pontem illum δίπλεθρον facit Strabo 9. p. 278. f. 403. qui utrimque in Boeotia et prope Chalcida turribus munitus fit. Ad Chalcida fuiffe eum pontem docet etiam Procop. c. l. Factum id effe tempore Alcibiadis in bello Athenienfium et Spartanorum docet Diodor. Sic. 13, 47. et opus defcribit ab Aulide ad Chalcidem ductum, ubi anguftiffimum eft fpatium freti, quod quidem Liv. 45, 27, 9. trium milium

P. facit. Dapper des isles de l'Archipel p. 335. illi dat hodie longitudinem 20 paſſuum, adfirmatque, facile Boeotiam cum Euboea molibus et aggeribus iactis coniungi poſſe. Aliquanto longiorem eſſe, quam latiorem, indicat Noſter et alii luculentius declarant. Strabo 10. c. l. a Cenaeo ad Geraeſtum porrigi dicit ad ſtadia circiter 1200. Conſentit Plinius 4, 21. ſ. 12. qui habet 150 M. P. Scylax pag. 23. Hudſ. numerat ſtadia 1350. Agathemer. 1, 5. adeo 1700, quem numerum corruptum non temere exiſtimat Berkelius ad Stephanum p. 358. pro αβ'. Hinc Μάκρις dicta, quod addit Agathemerus, et Macra, et παραμήκης inſula a Strabone 10. in. et Euſtathio ad Dionyſ. v. 520. uti et pro περιμήκης reponi vult in Stephano Holſtenius pag. 120. Quod Noſter ſubiicit: *nusquam lata*, (ut Scylax στενὴ ἡ Εὔβοια) diverſa eſt, monente Strabone, diverſis locis latitudo. Ipſe maximam ſic definit, ut non excedat 150 ſtadia. Plinius c. l. cum eoque Martian. c. l. *nusquam latitudinem ultra* 40 *M. P.* (vel, ut quidam propius ad Strabonis calculum, 20 *M. P.*) *extendit, nusquam intra duo millia contrahit.* Idem circuitum illi dat 365 M. P. Conſimilem arcui dicit Hygin. fab. 275. Magnam et beatam inſulam (εὐδαίμονα) nec Cypro inferiorem vocat Herodot. 5, 31. Adfirmat Lucas voyage dans la Grèce — (1712. 8.) T. 1. chap. 39. ubi pag. 281 ſq. de Euboea, qui vocat pulcerrimam Archipelagi inſulam. Stephanus νῆσον μίαν τῶν ἑπτά, quas ſe ignorare fatetur de Pinedo. At, quod ibi docuit Berkelius, varias inſularum claſſes faciunt veteres pro earum magnitudine; in magnis autem maris interni numerant quidam ſeptem, ut Alexius Comicus apud Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 10. Diodor. Sic. 5, 17. Strabo 14. pag. 450. ſ. 654. Atque haec opinio fuit maxime vulgaris. Agathemerus 2, 8. addita Rhodo, quae vulgo in cenſum non venit, numerat octo. Scylax p. 56. Hudſ. omnino inſulas magnas inter ſe comparat, et ordine facto, adſert viginti. Porro

Noſter refert 3 promontoria, cuius quidem verba Plinius c. l. reddit auctiora et explicata: *a meridie promontoriis duobus, Geraeſto ad Atticam vergente, ad Hellespontum Caphareo inſignis; a ſeptentrione Cenaeo.* unde idem duxit Solin. 17. ſ. 11. Strabo quatuor numerare Dappero quidem c. l. p. 286. videtur, et occurrunt utique lib. 10. in. Geraeſtus, Petalia et Cenaeum, quibus accedit lib. 9. p. 273. ſ. 399. λευκὴ ἀκτὴ, quod νότιον ἄκρον Euboeae vocatum diſerte ait. Sed quia Sunio obponit, a quo removet 300 ſtadiis, i. e. fere 37 M. P. adparet ex utroque loco comparato, idem eſſe, quod lib. 10. vocat Petaliam, et ſic forte cognomen eius habendum. At cum de Caphareo nihil usquam memoret, ad hoc promontorium iſta referenda ſunt, ſuadente etiam ſitu verſus Sunium et ad meridiem. Scylax c. l. duo tantum commemorat, Cenaeum et Geraeſtum, etſi Geraeſtum fanum Neptuni vocat, nimirum quia ab utroque longitudinem metitur. At aliquanto plura numerantur a Ptolemaeo 3, 15. *Cenaeum, Leo, Caphereus, Cherſoneſus, Phalaſia, Dium.* At vel ſic omittit locum, ad quem Graeci proelio navali cum Perſis conflixerunt, *Artemiſium*, uti narrant Plutarch. in Themiſt. c. 14. Diod. Sic. 11, 12. Nepos in Themiſt. 2, 3. aliique. Promontorium enim diſerte adpellant Harpocration, Suidas, Heſychius h. v. Antiqui auctores fere dicunt ſimpliciter τὸ Ἀρτεμίσιον, τὸ Ἀρτεμίσιον τ. Εὐβοίας, Artemiſium. Pro eo Dorice notante Stephano h. v. Philiſtus dixit Ἀρτεμίτιον, uti etiam legitur in Ariſtophanis Lyſiſtrata v. 1254. Αἰγιαλὸν tamen facit Plutarch. c. l. et πόλιν Εὐβοίας Stephanus cum Plinio 4, 21. ſ. 12. Ad boream ſpectaſſe verſus Sciathum inſulam et continentem Magneſiam docent Herodot. 7, 176. et Plutarch. c. l. a quibus maxime recedit Ptolem. 3, 15. ſi ibi eſt Ἀρτέμιδος ἱερόν. At de iis, quae ad Melam pertinent, deinceps ſingulatim. Ipſam inſulam τετράπολιν dicit Scylax p. 22. Hudſ. Alii cum Mela plures commemorant, de ſua etiam

aetate Plinius. Memorabilia insulae vel iam sparsim adtigi, vel in recensendis urbibus addam. Alia petenda ex Geographis. Nota sunt *talenta Euboica*, quae pendebant 80 libris Romanis, uti adparet ex Polybio 22, 26, 19. conf. 21, 14, 4. 22, 13. in. et 15. 8. Ex nostra moneta fere singula conficiebunt 1500 thaleros. Sed vid. disputata a Budaeo de asse lib. 2. p. m. 160. viris doctis ad Livium 38, 38, 13. Herodot. 3, 89. et quos laudant. H. insula dicitur Italis *Negroponte*, Turcis et Graecis hodiernis *Egripos*, ut refert Dapper c. l. p. 286. Quod adfirmat Bioernstael in Briefen Tom. 4. p. 344. Graeci h. vocant *Euripo*. de quo et supra, indocti *Egripo*. Nomen *Negroponte* ignorant, nisi qui forte a Franco, uti fertur eorum sermone, audierint. Plura dabunt Thompsons travels Vol. 2. p. 61 sq. Wheler voyage Tom. 2. p. 561 sq.

Geraesto) Gr. Γεραιστὸς scribitur usitate. Quidam enim variant, vel certe libri. Sic Γεραστὸς Etymol. M. h. v. et Martianus Capella lib. 6. p. 213. (ed. Grot.) *Gerasto*. (in abl.) Γερεστὸς Procop. de bello Goth. 4, 22. Sed vid. de iis mutationibus, quae notavi ad Strabon. lib. 10. in. Wasse ad Thucyd. 3, 3. Quod in Dukeri nota ibi ex Luciani Iove Tragoedo c. 25. adfertur Γεραιτὸς, accidit vitio typographico, quod etiam transiit in novam editionem. In cognomine item variatur. A Stephano enim h. v. vocatur κώμη. In urbibus numerat Plinius 4, 21. s. 12. et sic Schol. Luciani ad Iovem Tragoedum c. 25. qui et suo tempore stetisse addit hoc nomine. Sic et Strabo 10. p. 307. s. 446. in urbibus ponere videtur, quia κατοικίαν eius ἀξιόλογον praedicat, etsi antea Cenaeo et Petaliae, promontoriis, adscribit. Alii portum Euboeae nobilem faciunt, veluti Livius 31, 45, 9. Ptolemaeus 3, 15. quod probat Homerus Odyss. 3, 177. ubi vid. Scholia. Hinc ἁλιεὺς ἐν Γεραιστῷ commemoratur apud Lucianum c. l. Alii

vocant ἀκρωτήριον cum Noſtro, uti Nonnus Dionyſ. 13, 162. Schol. Ariſtoph. ad equit. v. 558. Tzetzes ad Lycophr. v. 156. Plinius c. l. et 4, 22. ſ. 12. cum Solino et Martiano c. l. auctor Etymol. M. Schol. Euripidis ad Oreſt. 993. aliique. Sed portum habuiſſe addit Schol. Thucyd. 3, 3. et ἐπίνειον Etymol. M. Neptuni fanum Scylax pag. 23. Hudſ. Quae quidem omnia facile componi et intelligi poſſunt. Incolae *Geraeſtii.* Nomen deducit ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ γεραίρεσθαι τ. Ποσειδῶνα Etymol. M. h. v. a Geraeſto, Iovis filio, Stephanus, qui tamen Mygdonis dicit filium ex Theagene in Macedonicis ſ. v. Παρθενόπολις, etſi diverſi eſſe poſſunt. Inclaruit maxime templo Neptuni, uti et notat Strabo 10. p. 307. ſ. 446. qui inde vocatur Γεραίστιος, παῖς Κρόνου, ab Ariſtophane in equit. v. 565. Ludi in eius honorem celebrati dicti Γεραίστια, de quibus Schol. Pindari ad Olymp. 13, 159. Situm contra Sunium indicat Strabo lib. 10. in. vel ad Atticam Plin. c. l. Geraeſtum, mortuo ibi Myrtilo, Myrtoum mare vocatum eſſe tradit Tzetzes ad Lycophr. v. 156. Inter Cretam, Argiam et Atticam illud oſtendit Strabo 2. p. 85. ſ. 124. a Megarico incipere ſinu et totam Atticam adluere ſcribit Plin. 4, 9. ſ. 5. Ab Euboea ad Helenen inſulam, ubi cum Aegaeo iungitur, extendit Pauſan. 8, 14. f. Promontorium h. vocatur *Capo Roſſo*, ut tradit Dapper c. l. p. 269. et 268. Kappius in indice, neſcio unde, habet *P. Lion.* Certe idem videtur apud Ptolemaeum c. l. Λέων ex ſitu, quod alii Geraeſtum vocant. Cf. etiam de Geraeſto Chandler Reiſen p. 6.

Caphareo) De ſcriptura per *a* et *e* in penultima dictum eſt in not. crit. p. 510. Stephanus quaſi Καθηρεὺς explicat, ὅτι τοὺς πλέοντας ἐκεῖ καθήρουν Εὐβοεῖς. Scholium Codicis Urſini in Philoſtrati vita Apollonii 1, 14. notante Oleario: διὰ τὰς τῶν ἀνέμων ἀντιπνοίας, παρὰ τοῦ κάπος, ὅ σημαίνει τὸ πνεῦμα. Bochartus in

Chanaan 1, 14. a Phoenicio רוץ et כיפא i. e. ſcopulus contritor, cuius cauſam inluſtratam vide infra. Sua aetate Ξυλοφάγον dictum fuiſſe ſcribit Tzetzes ad Lycophr. v. 384. et v. 373. ubi Lycophr. Ζάραξ eſſe putatur. Stephanus inde ducit Καφηρὶς et Καφήριος, pro quo et reperitur Καφήρειος, quae exemplis inluſtrant Berkelius p. 464. et Holſtenius p. 166. Adde tamen Καφηρηΐς apud Dionem Chryſoſt. Orat. 7. p. 104. (231. Reisk.) pro Καφαρίς. Strabo 8. p. 254. ſ. 368. Tzetzes ad Lycophr. v. 384. Etym. M. Καφηρεύς. Quod vero Stephanus ἐπίνειον vocat Εὐβοίας, facit id et mire et contra alios, quibus promontorium eſt navigantibus periculoſum, quare etiam cum freto Siculo et Malea comparat Alciphron epiſt. 1, 10. Vivide illud deſcribit auctor Etymol. M. qui et loci incommodis addit perpetuos ventorum flatus. Hinc celebrantur Καφαρίδες πέτραι. Cf. Crinagorae epigramma in Anthol. Gr. Tom. 2. pag. 140. (127. Iacobs.) Quintus Calaber 14, 361. — *Capharea ſaxa* Propertius 3, 5, 55. (ed. Burm. ſ. 3, 7.) Hygin. fab. 116. et alii. *Capharides petrae* Seneca in Herc. Oet. v. 804. Virgilio Aen. 11, 260 ſunt *Euboicae cautes.* Sed plura de iis dabunt Cerda ad Virgil. c. l. Muncker. et Staveren. ad Hygin. p. 208. Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 41. Lennep ad Phalaridis epiſt. 9. pag. 50. et quos laudant. Infames ſcopuli illi fuerunt clade Graecorum cum Agamemnone a Troia redeuntium, de qua Pauſan. 2, 23. in. et 4. extr. multique alii, quos memorat Bochartus c. l. Exſtat in eam et Nauplii dolum epigramma Lollii Baſſi in anthol. Gr. Tom. 2. pag. 161. (148. Iacobs.) Cf. et Tzetzes ad Lycophron. c. l. qui locum eundem dictum eſſe addit τὰ κοῖλα τ. Εὐβοίας, haec ſinum Euboicum Livius 31, 47. in. Prope Capharea fuiſſe, adparet etiam ex Dione Chryſoſt. orat. 7. pag. 104. ſ. 231. (Reisk.) et ex Philoſtrato in heroicis 10, 11. ubi ad ea refert Nauplii inſidias. Vocat autem ibi κοίλην Εὔβοιαν. Strabo lib. 10. in. ab Aulide ad Geraeſtum

extendit, quia ibi in ſinum curvetur mare. De Aulide ibi dubitat Caſaubonus, et ſubſtituit Capharea ex epitome. Κοῖλα autem vocantur ea loca, uti alia marina, ubi dehiſcens quaſi unda terram inter fluctus aperit. Plura de noſtris pete a Dukero ad Livium 31, 47. in. Oleario ad Philoſtratum in vita Apollonii 1, 24. et Valckenar. ad Herodot. 6, 100. Ea etiam, narrante Herodot. 8, 13. experta eſt claſſis Perſica. H. *Caphareus* promontorium, ut vult Dapper c. l. p. 288. eſt *capo Mantelo* ſ. *d'oro* ſ. *Martelo*, vel, ut quidam volunt, *Chimi* ſ. *Figera*. Sed quod adfirmat Chandler in Reiſen p. 6. h. dicitur *capo d'oro*. Suo tempore Ξυλοφάγον dictum notat Eudocia in Villoiſon. anecdot. Gr. Vol. 1. pag. 405. cum Tzetze ſupra notato.

Cenaeum) Gr. Κήναιον, de cuius ſitu Strabo lib. 10. in. ἔστι κατὰ Θερμοπύλας καὶ τὰ ἔξω Θερμοπυλῶν ἐπ' ὀλίγον. Contra Iolcum fuiſſe adparet ex Homeri hymno in Apoll. v. 219. Iovis Cenaei in illo fuiſſe aram, adparet ex Sophocle in Trachin. 341 ſqq. et alibi, et Apollodoro 2, 7, 7. H. quod refert Dapper c. l. *Capo Litar* ſ. aliter *Canaias*. Eleganter autem et graphice addit Noſter *extrudit*.

anguſto freto) Ridiculi ſunt, qui ex Procopio [de aedif. 4, 5.] adſtruere conantur, Euripum tam anguſtum eſſe, ut uno ligno totus poſſet tegi et transiri. Verum longe aliter ſeſe res habet. Pons Euripi iugeri ſpatium obtinet, ſive pedum 240 longitudinem. Strabo 9. p. 278. ſ. 403. vocat γέφυραν δίπλεθρον. Pons iſte etiamnum hodie exſtat integer. Quare autem Procopius ita dixerit, id ex ſequentibus Strabonis verbis intelligi poteſt. — Nempe ab ea parte, qua eſt turris litori Boeotico vicina, habebat unum canalem, qui erat apertus, quemque praeſidiarii turris ponte penſili ſolebant tegere, tum ſecuritatis gratia, tum etiam ut navibus pateret trans-

itus. — VOSSIVS. De ponte 2 iugerum Strabo 9. p. 278. ſ. 403. Utrimque turris ſtabat in Boeotiae et Chalcidis litore. Strabo c. l. et inde Euſtath. ad Il. 2, 536. Quod ex Diodoro 13, 47. intelligitur, inter aggeres molesque utrimque in mare iactas interſtitium relictum erat, per quod uni navi transitus pateret. Hic etiam ponte ligneo iungi poterat.

Euripon) Penultima producta. Gr. Εὔριπος. Quid ſit, declaravit Noſter. A vicinia Chalcidis, ubi maximas anguſtias freti fuiſſe ſupra notavi, a Strabone 1. pag. 38. ſ. 55. Χαλκιδικὸς πορθμὸς vocatur, Χαλκιδικὸς Εὔριπος a Io. Laurentio Lydo de menſibus P. 2. cap. 9. extr. Cicerone de N. Deor. 3, 10. in. et, qui diſerte eam cauſam adfert, Euſtathio ad Dionyſ. v. 473. Hinc Liv. 35, 39. in. *Chalcidis Euripus*, pro quo, Chalcidis antea facta mentione, *fretum Euripi* dicit 28, 6, 10. et ὁ περὶ Εὔβοιαν Εὔριπος Euſtath. c. l. Nusquam autem, quod putat Dapper c. l. pag. 334. Livius Euripum *Coela Euboeae* vocat, uti ex ſuperioribus conſtat. Nempe de ſinu Euboico haec, etſi ad illum ſinum refert alternum curſum Antiphilus in epigramm. in Anthol. Gr. Tom. 2. p. 178. (ſ. 163. Iacobs.) Quod ad ipſum fluxum, variant auctores. Noſter *ſepties* die ac *ſepties* nocte alternari curſum dicit, Plinius 2, 100. ſ. 97. *ſepties die ac nocte reciprocare*, Seneca in Herc. Oetaeo v. 780. *ſeptem curſus flectit et totidem refert, dum laſſa Titan mergat Oceano iuga.* Et ſic Livius 28, 6, 10. *ſepties die*, ut Io. Laurentius Lydus de menſibus P. 2. cap. 9. extr. ſed idem omnino ἑπτάκις P. 1. cap. 4. ut Strabo 1. p. 38. ſ. 55. (Cf. etiam Suidas.) Sed plenius Strabo 9. p. 278. ſ. 403. ἑπτάκις καθ' ἡμέραν ἑκάστην κ. νύκτα, uti Plinius. Euſtathius ad Dionyſ. v. 473. δὶς ἑκάστης ἡμέρας, ἑπτάκις τὸ ὅλον νυχθήμερον. Antiphilus in epigr. c. l. τρὶς ἠελίῳ κὴν νυκτὶ, etſi, uti iam monui, ad ſinum Euboicum refert. Motus illos modo ab occaſu, modo ab oriente concitari,

ſcribit Procop. de bello Goth. 4, 6. Nihil illis eſſe conſtantius Cicero de N. D. 3, 10. in. et *ſtatis diebus* evenire Livius, qui dubitanter famam ita ferre adiicit, et cauſam a ventis petit, qui utrimque a praealtis montibus ſubiti ac procelloſi ſe deiiciant, et temere nunc huc, nunc illuc mare vertant. Idem etiam exiſtimavit Boccatius de maribus ſ. v. Euripus, ubi Melam mutatis paullum verbis reddit. In ſumma tamen tranquillitate illud obſervari refert Procopius c. l. Io. Laurentius Lydus c. l. P. 2. c. 9. ex Dionyſio ἐν ταῖς Κτίσεσι refert, *κατὰ μόνας τ. ἑβδομάδας ἵστασθαι.* Sic nulla flante aura illos motus fieri, teſtatur Io. Tortellius, cuius verba refert Vadianus ad noſtrum locum. Immo Noſter adeo plena ventis navigia eum impetum fruſtrari adfirmat. Nec in his conſentiunt recentiores. Bis tantum fluere ac refluere ex incolis audierat Gillius, etſi minime conſtanter, ut narrat Fr. Reſta in Meteorol. T. 1. de mari cap. 13. p. 656. Et ſic Gaſſendus in lib. 10. Laertii p. 1091. quos laudat Harduinus ad Plin. 2, 200. ſ. 97. Alii ſingulis 6 horis reciprocari motum, alii per 11 dies conſtantem, 18 ad 19 dies incertum ſingulis menſibus ferri narrant. Vid. Buffon allg. Natur Geſch. Tom. 2. p. 330. (ed. Berolin.) et cf. quos adfert Weſſeling. ad Diodor. 13, 47. Dapper c. l. p. 335. duplices eſſe motus ſcribit, certos alios, ut in Oceano, alios incertos, qui maxime varient, et die ac nocte undecies, nonnumquam adeo quater decies eveniant, quod ex lunae viciſſitudinibus explicandum ſit. Ipſe etiam propoſita tabula certos incertosque exhibuit, in quo uſus eſt in primis fide Babini, e ſocietate Ieſu, qui ibi per duos annos moratus erat, et rem diligenter obſervaverat. Eius etiam narrationem retulerunt Spon et Wheler in voyages T. 2. p. 193 ſqq. Lucas, qui exploravit, in voyage dans la Grèce — (1712. 8.) T. 1. chap. 31. p. 284. narrat fluxum et refluxum ſumma rapiditate ferri, nec certas leges et ordinem ſequi, ſed in uno die variari duodecies ad vicies. Ipſe ſepties una hora fieri vidit,

vidit, etiam alias duabus horis tantum ſemel. Multas ibi molas agit, quae ad reciprocos motus vertuntur. Adparet inde non male et praeter rem a Noſtro ita traditum eſſe. Auctorum diſſenſiones ex Babini etiam maxime obſervationibus conſultis tollere tentavit Popowitſch in Unterſuchungen vom Meere pag. 168 ſqq. ubi multos etiam refutat, qui vorticem vel gurgitem explicant, et cum Charybdi comparant. Fertur vetus fama, Ariſtotelem illa loca petiiſſe, et cum fruſtra cauſas indagare ſtuduiſſet, prae dolore ſe in Euripum praecipitaſſe. Cf. Procopius c. l. Alios plures dabunt Buhle in edit. Ariſtot. Vol. 1. p. 102. et in primis Fabricii biblioth. Gr. Vol. 3. p. 205. (ed. Harleſ.) At diſerte Strabo 10. p. 309. ſ. 448. narrat, Chalcide eum obiiſſe; et ſic alii veterum, etſi in mortis cauſa modoque discrepant. Cautius Euſtathius ad Dionyſ. v. 473. ſcribit: περὶ ὃν φασὶ διατρίψαντα καταλῦσαι τ. βίον. Ex illa tamen Euripi indole factum eſt, ut ad alias res inluſtrandas nomen illud transferrent. Sic de commiſtione ſumma, uti apud Platon. in Phaedone T. 1. p. 205. (Bipont. ſ. p. 90.) porro de homine in oratione et factis inconſtanti; cf. Aeſchines in Cteſiphontem p. 842. (ed. Reisk.) omninoque Eraſmus in adagiis 1, 9, 62. et obſervatt. miſcell. Vol. 6. Tom. 2. p. 351. de fervido, uti apud Boethium, quem hic adfert Schottus: *Exaeſtuantis fertur more Euripi.* Ita vero etiam freta longiora et tenuiora vocantur. Vid. Cic. pro Murena c. 17. ductus item aquarum, ut idem docet de leg. 2, 1. Alios adtulit Savaro ad Sidon. Apoll. carm. 22, 208. pag. 177. et Lexica ſiſtunt, ex quibus etiam adparet, in circo Euripos fuiſſe. H. quod notat Dapper c. l. Turcis et Graecis *Egripos*, ut tota inſula; Italis *Strette di Negroponte.*

alterno curſu) Varie hoc explicant ſuperiores auctores. Strabo et Euſtathius μεταβάλλειν, Io. Laurentius Lydus στρέφεσθαι et διαυλοδρομία, Cicero et Plinius

reciprocare, Seneca *curſus flectere et referre* — Cf. Mela 3, 1. in.

ut plena —) Sic fere Frontinus 2, 13, 1. *plena flatu vela fruſtrari.* In edit. 1696. Melae, qua uſus ſum, vir doctus adſcripſerat, *ſubmergat*, quod excedit verbi vim. *Fruſtrari* enim nihil aliud eſt, quam efficere, ut aliquid fruſtra fiat, ſperando, conando, laborando — et proprio ſenſu noſter poſuit, i. e. ut plena ventis navigia fruſtra luctentur contra vim aquarum, nihil valeant, nec progredi poſſint. Et ſic fere explicat Gronov. MS. 1. ut curſum perſequi naves non poſſint. Ita in aliis. Livius 7, 38. f. *differendo ſpem — militarem impetum fruſtrari. Rabiem aſtu fruſtrari* Noſter 3, 5, 7. Quod cum ſaepe dolo fiat aſtuque, inde notare ſolet *decipere, deludere*, et haec vel adfinia verba ſecum ducit, uti in Valer. Max. 5, 8, 2. Sic Frontin. 2, 5, 34. *parte equitatus fruſtrari hoſtem*, ubi praecedit *occultare profectionem ſpe remanendi*, fere ut apud Liv. 8, 38, 4. *conſpectum hoſtium fruſtrari*, quod poſtea explicatur verbo *fallere*. Sed plura eiusmodi exempla ſuppeditabunt abunde Lexica. Plurima etiam congeſſit Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. 42, 6. p. 186.

aliquot) Non enim omnia enumerat, et plura facile addi poſſunt ex Strabone et Plinio c. c. l. l. *Euboea*, quae ſec. Strabonem terrae motu intercidit, *Oreus*, vel aliis promiſcuo nomine *Hiſtiaea*, ut *Lacedaemon* et *Sparta*, (Strabo 10. p. 307. f. 446.) *Aedepſus*, *Ellopia*, *Dium*, *Porthmos*, *Cerinthus*, (cf. et Homer. Il. 2, 538. habet adeo Ptolem. 3, 15. aliis omiſſis, et eandem Ellopiam a nonnullis dictam notat Euſtath. ad Homer. c. l.) *Ocha*, *Geraeſtum*, et quaedam alia. Homerus Il. 2, 537 ſqq. numerat 7. Plinius 4, 21. f. 12. de ſua aetate 6. Quod ſi igitur vere Euboeam τετράπολιν facit Scylax p. 22. eius aetate ex antiquis 4 ſuperfuerunt, aut uno alterove deleto novum acceſſit. Sunt autem *Caryſtus*, *Ere-*

tria, *Chalcis*, *Hiſtiaea*. Plinius ſui temporis oppida habet *Chalcida*, *Geraeſtum*, *Eretriam*, *Caryſtum*, *Oritanum* et *Artemiſium*. Reliqua a Noſtro commemorata in deperditis habet. Contra omittit Noſter aliqua, quae Homerus ponit. Mela igitur ultra ſuam aetatem deſcendit, de quo vid. ad 2, 2, 9. Sed iam de ſingulis.

Styra) Gr. Στύρα. Habet Homerus Il. 2, 539. et genere neutro effert, uti Nonnus Dionyſ. 13, 159. Pauſan. 4, 34, 6. et τὰ Στύρα diſerte Strabo 10. p. 307. ſ. 446. et ἐκ Στύρων Demoſth. in Midiam p. 568. (ed. Lipſ.) Habet et Stephanus, ſed omittit Ptolemaeus. Heſychio eſt Στύραξ, quod corruptum adiecta non patiuntur, ſed ad errorem auctoris reiici debet. Neque tamen, quod vult Waſſe ad Thucyd. 7, 57. Στύρακα in Stephano reponit Salmaſius, ſed perperam poſita nota ad ſequens nomen Στυράκιον pertinet. Gentile eſt Στυρεὺς, uti notant Stephanus et Euſtath. ad Il. 2, 539. et ſic occurrit apud Herodot. 8, 1. et 46. 9, 28. Thucyd. 7, 57. Pauſan. 4, 34, 6. 5, 23. Diogen. Laert. 5, 48. et alios. In Latinis, ſi occurrat, ſit *Styrenſis*. Notat tamen Euſtath. ad Homerum c. l. Στυριεὺς, uti et habet Codex apud Herodot. 8, 1. ſed illud praeferendum ex analogia etiam, et vel erravit, vel vitiatus eſt Euſtathius. Idem exiſtimem de Στυριαίων Strabonis 10. p. 307. ſ. 446. Oppidi vetuſtas patet ex Homero, et conditum traditur a *Dryopibus*, quorum pars, relictis in Theſſalia ſedibus, in Euboeam conceſſit, unde Dryopes vocantur ab Herodoto 8, 46. Vid. in primis Pauſan. 4, 34. Poſt *Athenienſibus* paruiſſe et tributarios fuiſſe docet Thucyd. 7, 57. Potentes tamen olim et frequentes fuiſſe, inde elucet, quia *Aegiliam*, de qua infra, eorum inſulam vocat Herodot. 6, 107. Iuxta Caryſtum eius ſitum ponunt Stephanus et Euſtathius ad Homer. c. l. cum Strabone. Poſt in bello Maliaco, ſive, ut emendatur, Lamiaco illo noto a Phaedro Athenienſium duce everſum eſt, et Strabonis

aetate ab Eretrienſibus incolebatur, ut ipſe narrat c. l. et ex eo repetit Euſtathius c. l. Omiſit cum Ptolemaeo Plinius hac forte cauſa, etſi hic etiam veteres urbes recenſet.

Eretria) Gr. Ἐρετρία, in Homero metri cauſa Εἰρετρία, uti quidem Euſtathium legiſſe eius nota docet. Et ſic h. editur. Stephanus h. v. uti quidam Codd. referunt, uſitatam ſcripturam tenet. Vid. Berkel. ad Stephan. p. 349. Ἐρέτρεια eſt in Dione 54, 7. et ſic quidam Χαλκίδ' Ἐρέτρειάν τε legunt in Homero Il. 2, 537. Incolae Ἐρετριεῖς obvii. Derivantur porro a Stephano Ἐρετρὶς, femininum, Ἐρέτριος, Ἐρετριὰς et Ἐρετριακός. Addit auctor Etym. M. Ἐρετριαῖος et Ἐρετριαῖα. Ἐρετρικὸν γένος eſt in Platonis epigr. 24. Vid. Anthol. Gr. Tom. 1. p. 173. (ſ. 107. Iacobs.) Ἐρετρικοὶ φιλόσοφοι Strabo 10. p. 308. ſ. 448. λόγοι Diog. Laert. in vita Arceſilai 4, 33. Ἐρετριὰς γῆ apud Dioscorid. 5, 180. Ἐρετριακοὶ φιλόσοφοι Strabo 9. p. 271. ſ. 393. Ἐρετριακὴ de regione vel agro Eretrienſi apud Strabon. 10. pag. 308. ſ. 448. pro quo Ἐρετρικὴ Pauſan. 4, 2, 2. ut dedi in Strabone c. l. In Latinis *Eretrienſes*, (Liv. 35, 38, 4.) quod addi poteſt in Geſneri theſauro. *Eretrius*, (Mela 2, 2, 11.) *Eretrias* de cive, (Cic. Academ. Qu. 4, 42. etſi libri variant) *Eretriacus*. (v. c. philoſophus Cic. c. l.) Dicta olim eſt Μελανηῒς, (Strabo 10. pag. 308. ſ. 447.) quod nomen a Melaneo, Euryti patre, ducunt Stephanus h. v. et Euſtath. ad Homeri Il. 2, 537. *Arotria*, aliud nomen etiam olim illi fuit, ut ſcribit Strabo c. l. Eretriae nomen impoſitum eſſe ab Eretrio, filio Phaethontis, ex Titanibus, referunt Stephanus et Euſtathius. Urbis antiquitas adparet ex eius mentione in Homero, et ante Troiana tempora ab Athenienſibus conditam, poſt ab Aeclo Athenienſi colonos eo deductos eſſe, teſtatur Strabo 10. p. 307. ſ. 446. De Aeclo conſentit etiam Scymnus Chius v. 574. de Athenienſibus Vellei. 1, 4. in. Hinc

Athenienſibus ſubditi et tributarii fuerunt. (Thucyd. 7, 57.) Alii tamen, notante ſimul Strabone 10. p. 308. ſ. 447. voluerunt, *Eeoorum* colonos e Maciſto Triphyliae huc veniſſe. *Iones* vocantur ab Herodoto 8, 46. Potentes olim fuiſſe et inſulas adeo, veluti Andrum, Tenum, ſub ditione habuiſſe ſua, et colonos in Macedoniam deduxiſſe, narrat Strabo c. l. p. 308. ſ. 447 ſq. Cf. Pauſan. 7, 10. in. At antiquam urbem Perſae ſub Dario poſt 6 dierum pugnam, (ut vult Herodotus 6, 101.) vel poſt 3 dies, (uti refert Plato in Menexeno Opp. Tom. 5. p. 286. Bipont. ſ. p. 240.) everterunt, (Strabo c. l.) captivosque Suſa deduxerunt, (Herodot. 6, 119.) quod reſpicit Plato in epigr. 24. in anthol. Gr. T. 1. p. 173. (ſ. 107. Iacobs.) Cf. etiam Philoſtratus in vita Apollonii 1, 24. Poſtero tempore in eius locum eodem nomine urbs condita eſt, quam Flamininus in bello Macedonico contra Philippum expugnavit et diripuit. (Livius 32, 16. Pauſan. 7, 8. in.) Opulentiam eius teſtantur ſigna, tabulae priſcae artis et alia ornamenta, quae Livius commemorat. Hinc obponuntur apud Strabonem 9. pag. 278. ſ. 403. ἡ παλαιὰ καὶ ἡ νῦν Ἐρετρία. Cf. et lib. 10. p. 308. ſ. 448. Sitam fuiſſe prope Chalcida, diſcitur, ex Strabone c. l. et Ptolemaeo 3, 15. praeterque Chalcida maximam Euboeae urbem fuiſſe ex Strabone c. l. Idem notat, literam ρ non in fine tantum vocabulorum, ſed et in mediis ipſis frequentaſſe et a Comicis Graecis hoc nomine exagitatos fuiſſe. Magis inclaruit *Menedemo* cive, qui Eretricorum philoſophorum ſcholam condidit. Vid. Strabo c. l. Cicero c. l. Diog. Laert. c. l. et alii. Nota etiam eſt *terra* ſ. *creta Eretria*, qua utebantur pictores et medici. Vid. Dioscorides 5, 180. Plin. 33, 57. ſ. 13. 35, 19. ſ. 6. et quae habet Salmaſ. in Solin. c. 22. ſ. 25. p. m. 132. H. *Rocho*, uti refert Dapper des isles de l'Archipel p. 290. Kapp in indice ed. 2. tria notat nomina ex variorum ſententia, *Protanio*, *Trocco*, *Gravalinais*.

Pyrrha) Meminit eius Plinius 4, 21. f. 12. ut *Nesi* ex Codd. bonis, quam h. *Neso* vocari notat Harduinus in boreali insulae parte sitam.

Oechalia) Gr. Οἰχαλία, unde apud Stephanum h. v. Οἰχαλιεὺς, Οἰχαλιώτης et Οἰχάλιος, quae inde repetit Eustath. ad Homer. Il. 2, 596. Strabo 10. p. 508. f. 448. vocat κώμην τῆς Ἐρετριακῆς, (unde situs patet) λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους. Sic χωρίον ἔρημον *Eurytium* dictum sua aetate fuisse dicit Pausan. 4, 22. et Hecataeus eodem teste μοῖραν τῆς Ἐρετρικῆς fecerat. Plinius 4, 21. f. 12. in priscis oppidis excisis ponit, uti Pausan. c. l. Stephanus notat, ab Homero (Il. 2, 730.) Oechaliam poni in Pelasgico Argo, a recentioribus in Euboea, ad quem monent docti viri, depromta illa esse ex Schol. Apollonii ad 1, 87. et repetita ab Eustathio c. l. Attamen iam Strabo 9. p. 301. f. 438. refert, hanc Euryti urbem, qualem dicit Homerus, ab aliis in Thessalia, ab aliis in Euboea poni. Plures fuisse Oechalias, in Euboea, Thessalia, Messenia, Arcadia et Aetolia, discitur ex Strabone 9. p. 502. f. 438. lib. 10. p. 508. f. 448. et Stephano h. v. cum Eustath. ad Homer. c. l. Sic Schol. Sophoclis in Trachin. v. 74. in Euboea et Thessalia Oechaliam memorat. Quarum unam cum expugnaverit Hercules, uti tradunt praeter Strabonem lib. 10. c. l. Ovidius ex Ponto 4, 8, 61. Diodor. 4, 37. Apollodor. 2, 7, 7. et quos ibi p. m. 480. laudat Heyne, unde carmen natum est Οἰχαλίας ἅλωσις, quod memorat Strabo 9. p. 302. f. 438. et Creophyli fuit, a nonnullis Homero tributum; (cf. Fabricii bibl. Gr. Vol. 1. lib. 1. c. 4. et lib. 2, 2. p. 17. et 384. ed. Harles.) porro cum eadem urbs Euryti dicatur, quaesitum iam olim erat teste Strabone loco proxime laudato, quae illarum urbium intelligenda esset. Thessaliae urbem Euryto tribuit Eustathius ad Homer. Il. 2, 596. eandemque de expugnatione intelligit Apollodorus 2, 7, 7. et ex rerum comparatione

Diodor. Sic. 4, 37. extr. Cf. praeter alios Apollodor. 2, 6, 1. 2. In utroque loco ad Euboeae Oechaliam tamen refert Heyne, et ſic diſerte Servius ad Virgil. Aen. 8, 291. Cf. et Sophocl. in Trachin. v. 74. et Hygin. fab. 35. Ὁμώνυμον utramque urbem Theſſaliae et Euboeae quosdam feciſſe, monet Schol. Apollonii c. l. Alii, velut Schol. Euripidis ad Hippolyt. v. 545. expugnata Oechalia in Euboeam confugiſſe etiam ſcribunt, quod adiuvat narratio Pauſaniae 4, 2. *Eurytion* vicum poſt vocatum, quae urbs olim fuerit Oechalia, ubi ſimul notat Theſſalorum et Euboeenſium de hac re diſſenſionem, uti omnino ſcriptorum, qui de mythologicis et fabulis expoſuerunt. Vid. quos laudavit Heyne ad Apollodor. c. l. et Staverenus ad Hygin. fab. 35. p. 95. In Homero certe Theſſaliae Oechalia intelligitur.

Caryſtos) Gr. Κάρυστος, et hinc Καρύστιοι incolae, etiam Latinis. Legitur etiam in numis. *Caryſtaeus* tamen occurrit in Ovid. Faſtor. 4, 282. De agro Καρυστία apud Theophr. in hiſtor. plantar. 8, 4. in quo χώρα addit Antigon. in hiſt. mirab. cap. 21. Dicta olim eſt *Aegaea* ab Aegaeone, vel Aegone; nam utrumque dici, docent Berkelius ad Stephanum p. 454. et Salmaſ. ad Solin. 11. ſ. 17. p. m. 125. De Aegaea ab Aegaeone etiam Euſtath. ad Il. 2, 539. Ita quidem tradunt Stephanus ſ. v. Κάρυστος et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 539. eumque faciunt loci illius dominum, a quo etiam mare Aegaeum nomen acceperit. Hinc Solinus c. l. *Titanas in ea* (inſula) *antiquiſſime regnaſſe, oſtendunt ritus religionum. Briareo enim rem divinam Caryſtii faciunt, ſicut Aegaeoni Chalcidenſes.* Uterque enim promiſcue dicitur, et idem a multis habetur. Vid. Servius ad Virgil. Aen. 6, 287. et 10, 565. Salmaſ. ad Solin. c. l. et Berkel. ad Stephan. p. 454. At neglexerunt tamen locum Homeri Il. 1, 403. qui rem conficit. Ibi enim: Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. *Caryſti* nomen tulit a

Carysto, Chironis filio, secundum Stephanum et Eustathium c. l. quibus etiam testibus *Chironiam* adpellavit Theodoridas. Carystum illum Chironis et Charicles filium facit Schol. Pindari ad Pyth. 4, 181. et oraculum de condenda urbe illi datum adfert Euseb. in praepar. Evang. 6, 7. ex Oenomao. Bochartus suo more in Chanaan 1, 14. ex lingua Hebraica ducit nomen. Conditam tamen urbem a Dryopibus vel incolis frequentatam esse refert Diodorus Sic. 4, 37. cum quo consentit Scymnus Chius v. 576. De Dryopibus supra. Hinc vero diserte Carystii dicuntur *Dryopes* a Thucyd. 7, 57. Situm eius indicat Strabo 10. p. 307. s. 446. sub *Ocha* monte, uti recte pro ὄχϑη, quod et reddit Guarinus, reposuit Casaubonus, comprobantibus Stephano et Eustathio c. l. Vicina fuerunt, teste eodem Strabone, oppida Styra et Marmarion. Ptolemaeus 3, 15. inter Geraestum et Leonem promontoria ponit, et Stephanus ad Myrtoum mare, de quibus supra. Hinc Lucanus 5, 232. *Qua maris angustat fauces saxosa Carystos.* Ex Stephano idem Eustath. ad Il. 2, 539. Innotuit civis eius *Antigonus*, cuius historiam mirabilium habemus. Celebrantur a veteribus maxime *latomiae*, a Strabone c. l. Stephano, Eustathio c. c. l. l. quare *saxosa Carystos* dicitur a Statio Theb. 7, 370. et Lucano c. l. Hinc *Carystium marmor*, ex quo columnae excidebantur. Vid. Plin. 4, 21. s. 12. 36, 7. s. 6. et Iul. Capitolinus in Gordiano tertio cap. 32. Viridem habuisse colorem adparet ex Martiano Capella lib. 6. p. m. 213. et ex aliis adstruere operose conantur Salmasius ad Capitolinum c. l. Solinum c. l. p. m. 124. et Broukhus. ad Tibull. 3, 3, 14. Maculis tamen distinctum fuisse, indicat Seneca in Troad. v. 835. ubi *varium lapidem* vocat. Notandus porro est *lapis Carystius*, ex quo nebantur et texebantur mantilia, torquebantur lucernarum funiculi, qui splendebant, nec tamen cremabantur. Sordes vestium, quae ex eo confectae erant, igni purgabantur. Prolixe disserit de hoc lapide Sotacus apud Apollonium Dysco-

lum cap. 36. De hoc lapide etiam retulerunt Strabo c. l. Stephanus c. l. et Eustathius ex Strabone ad Il. 2, 539. p. m. 212. ad quem plura dabit Politus T. 2. p. 586. Plutarchus de oraculorum defectu p. 707. (ed. Lipſ. ſ. 434.) Meursius ad Apollonium c. l. et Salmaſ. ad Solinum c. l. p. m. 125. *Amiantum* vocant. Ex Plutarchi loco diſcitur, paullo ante eius tempora eum defeciſſe. Urbs h. *Caſtel-Roſſo* Italis.

Chalcis) Gr. Χαλκὶς, et inde Χαλκιδεὺς et Χαλκιδικὸς apud Stephanum, comprobantibus auctoribus, prius etiam, et numis. Stephanus tamen ſ. v. Ἄβαρνος et Ἄβοτις adfert etiam a caſu recto Χάλκιος et Χαλκιεὺς, quae ibi tuetur Berkelius. Latinis *Chalcidenſis* (Liv. 35, 38, 4. —) et *Chalcidicus.* (Virgil. Aen. 6, 17. alii.) Olim, quod refert Stephanus, dicta Στύμφηλος, tum, quod ex Hecataeo refert, et Euſtath. ad Il. 2, 537. repetit, qui et de Stymphelo adfirmat, *Euboea*, ſua aetate Ἁλικάρνα. De Chalcidis nomine, quo et adpellata eſt tota inſula, ſupra dictum eſt. Eius originem ultra Troiana tempora cum Scymno Chio v. 573. Strabo 10. p. 307. ſ. 447. refert et *Athenienſibus* tribuit, quod et de Eretria. Vid. ſupra, item Libanii argumentum Olynth. 1. Demoſth. et Vellei. 1, 4, 1. Quoniam plures fuerunt urbes cognomines, dici haec paſſim ſolet *Chalcis Euboeae*, et *Chalcis Euboica*, uti apud Columellam 1. 4. 9. Euſtath. ad Dionyſ. v. 764. Quia ad Euripum ſita erat, uti ſupra notavi, a Lyſia p. 757. (Reisk.) vocatur Χαλκὶς ἡ ἐπ' Εὐρίπῳ. A *Curetibus* olim habitatam eſſe, ex Archemacho refert Strabo 10. p. 320. ſ. 465. cuius aetate primum locum in Euboeae urbibus tenebat. (10. p. 308. ſ. 448.) Sic μητρόπολιν vocat Nonnus Dionyſ. 13, 165. Natura et manu ita fuit munita, ut eam Philippus rex, Demetrii filius, in tribus urbibus poneret, (cum Demetriade et Corintho) quas πέδας Ἑλληνικὰς vocabat teſte Polybio 17, 11, 5. aliisque, quos ibi adfert Schweighaeuſerus. Rexerunt

eam olim *Hippobotae*, vel *Hippobatae*, (nam disceptatur, et utrumque dicitur) quos locupletes urbis cives explicat (ab equorum alendorum copia) Herodotus 5, 77. Cf. Strabo 10. p. 308. f. 447. Aelianus V. H. 6, 1. et quae ad hunc et Herodotum disputant viri docti. Opes eius intelliguntur ex bellis, quae in primis cum Athenienſibus geſſerunt, de quibus Thucyd. et alii. Accedunt coloniae, quas in alias regiones miſerunt. Sic *οἱ ἐπὶ Θρᾴκης* Χαλκιδεῖς apud Thucyd. 1, 57. ubi vid. Schol. et Libanii argumentum in Demoſth. orat. Olynthiac. 1. *Chalcidice* etiam fuit Thraciae regio, de qua Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 69. ubi addi poteſt Ariſtoteles de mirab. auſcult. cap. 130. et quae habet Holſten. ad Stephan. p. 353. Urbes condiderunt in Italia et Sicilia, uti diſerte notat Strabo c. l. Ita memorantur in iis *Cumae*, (Vellei. 1, 4, 1. Cf. Salmaſ. ad Solin. 2. f. 8. p. m. 51 ſq.) *Leontini*, *Catina*. (Thucyd. 6, 3. Scymnus Chius v. 282.) Egreſſi hi erant duce Theocle ex Naxo inſula, quam etiam condiderant, ut narrant Thucyd. c. l. Scymnus Chius v. 276. et Hellanicus apud Stephanum f. v. Χαλκὶς, ubi vid. Holſten. p. 352. Optimos fuiſſe in noſtra ferrarios et iuxta eam aeris et ferri metalla effoſſa, praedicat Euſtath. ad Dionyſ. v. 764. cum Stephano f. v. Αἴδηψος, qui tamen ad totam inſulam transfert, quam et inde Chalcida dictam eſſe ſupra notavi. Chalcidenſium avaritiam in comoediis traductam eſſe, refert Euſtathius ad Homer. c. l. In claris civibus commemorantur *Iſaeus*, orator, et *Lycophron*, poeta. Ariſtotelem ibi mortuum eſſe, ſupra retuli. H. Italis *Negroponte*, Turcis *Egripos* f. *Egribos*. Certe hodierna urbs haud procul a vetere illa abeſt.

§. 10. *Helene*) Gr. Ἑλένη, unde apud Stephanum Ἑλεναῖος, Ἑλενίτης et Ἑλένειος. In numis quibusdam legitur Ελενιτων, de quibus vid. praeter Raſchium in Lex. numar. T. 2. P. 2. p. 87. Eckhel in

doctrina numor. P. 1. Vol. 2. pag. 226 ſq. Μάκρις dicta etiam eſt, ob longitudinem, quod refert Stephanus h. v. Eam autem eſſe 60 ſtadiorum, adfirmat Strabo 9. p. 275. ſ. 399. et ex illo Euſtath. ad Homer. Il. 2, 445. An *Cranae* etiam fuerit dicta, disceptatur a veteribus. Eandem facit Stephanus ſ. v. Κραναὴ, et antea alii, teſte Strabone c. l. ipſo non diſſentiente, ex Homero Il. 3, 445. ubi ipſa Helena dicit: νήσῳ ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ, quam cauſam nominis Helenae adfert Noſter. De Cytheris etiam alios exponere, monet Euſtathius ad Homerum c. l. Et ſic in aliis discrepant auctores. Stephanus, qui eandem putat, Cranaen facit Laconices inſulam, Gytheo obiectam, uti Pauſanias 3, 22. in. Tum eſt *Cythera*, quod ex ſitu intelligitur, nec ſibi conſtat Stephanus. Alii Cranaen Laconices et Helenen Atticae diverſe ad Helenam referunt, et iuxta Atticam prope Ceon alios ponere adfirmat Euſtath. ad Homer. c. l. quod certe facit Mela et Euripides in Helena. De prima congreſſione cum Paride in Cranae adeſt Homeri teſtimonium, quod referunt plures, in iis Plutarchus in vita Homeri p. 149. (Homeri opp. Erneſti Vol. 5.) At alii poſt Ilii demum everſionem adpuliſſe, et inſulae nomen dediſſe volunt, in quibus Pauſanias 1, 35. in. Stephanus et Euſtathius ad Homerum c. l. et ad Dionyſ. v. 524. etſi hic addit: ἢ καὶ πρὸ τούτου, ὅτε ἡρπάγη. In Salamine Helenae ſtuprum factum innuit Lycophron v. 110. ubi vid. Schol. Sidone in Phoenice γάμου κοινωνίαν feciſſe, ſcribit Schol. Homeri c. l. Prope Acten (Atticam) a Mercurio abreptam Helenam, ne a Paride duceretur, fingit et Euripides in Hel. v. 1689. Si *Cranae* a Cranao derives, videtur utique ad Atticae inſulam pertinere. Attica enim inde Κραναὴ adpellari ſolebat, de quo vid. Holſten. ad Stephan. p. 172. Poteſt tamen etiam duci a κραναὸς, quod Homero eſt τραχὺς, uti explicant Heſych. et auctor Etymol. M. et vocatur Ithaca Odyſſ. 1, 124. 147. — pro quo τρηχὺς Odyſſ. 9, 27. et alibi. Certe ſic noſtram

τραχεῖαν καὶ ἔρημον vocat Strabo 9. pag. 273. f. 399. ἔρημον etiam Paufan. 8, 14. f. De nomine cf. etiam Euftath. ad Homer. c. l. Alii vero inde duplicem Cranaen faciunt, unam ad Atticam, alteram ad Laconicen, quod quidem de noftra etiam ex numis evincunt. Vid. quae differit Eckhel in doctrina numor. c. l. Quidquid eft, caufam nominis, quam putaret, adtulit Mela, eandemque Strabo, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γενέσθαι τ. μίξιν. Adiacebat Atticae proxime Ceo, uti refert Strabo 10. p. 334. f. 485. et a Sunio 5 M. P. removet Plin. 4, 20. f. 12. a quo ad Thoricum extendit Artemidorus apud Strabon. lib. 10. c. l. Ipfe inter Thoricum et Sunium ponit lib. 9. p. 275. f. 399. et hinc Atticae infulam dicit Stephanus. Ab Euboea avulfam effe, refert Plinius 2, 90. f. 88. fi Macrin ibi de Helena explicas, quod dubium videtur propter interiecti fpatii diftantiam. De *Ceo* id quidem diferte praedicat 4, 20. f. 12. In Sporadibus ponit Plin. 4, 23. f. 12. et quidem primo loco. Artemidorus tefte Strabone lib. 10. c. l. ab ea incipiebat Cycladas. In illa infula *Helenium* (Inulam Helenium, Linn. Alant) crefcere, et ex lacrymis Helenae natum narrat Plin. 21, 33. f. 10. ubi vid. Harduinus. Hodie ibi crefcere negat Tournefort voyage T. 2. lettre 8. p. m. 30. H. adpellatur *Macronifi.* Ita Tournefort c. l. Chandler pag. 10. (verf. Germ.) et 223.

Salamis) Gr. Σαλαμὶς, (Euftath. ad Il. 2, 557. Σαλαμὶν) unde *Salaminius* in utraque lingua. Σαλαμινιάτης κόλπος libri innuunt apud Strabon. 8. pag. 231. f. 335. qui ufitatius dicitur Saronicus. Cafaubonus tamen dedit Σαλαμινιακὸς κόλπος, quae quidem forma in auctoribus frequentatur. Penultimam praeter aliorum morem, fui etiam ducis, producit Avienus in periegefi v. 679. Pofteriores auctores Latini, et in bonis librarii ex accuf. Gr. faciunt nominativum *Salamina* et hinc *Salaminam*, uti Hygin. fab. 14. p. 43. (Staver.) Servius ad

Virgil. Aen. 8, 158. — Sic in Nepote 2, 2. extr. 2, 3. extr. 2, 9, 3. et alibi in aliis. Cf. Oudendorp. ad Frontin. 2, 2, 14. Aeque probum cenſet Boſius ad Nepot. 2, 5. extr. et, quod mirum, latinius adeo Salmaſius ad Solin. c. 5. ſ. 1. p. m. 52. Latinis tamen uſitatum eſt *Salamis*, et, ſi audias Priſcian. lib. 6. p. 689. uſitatius *Salamin*, etſi priorem formam noſtri libri praeferunt. Vid. Heuſinger. ad Nepot. 2, 3. extr. 5, 2. in. et Cicer. off. 1, 22, 4. et omnino de hoc accuſativo recentiorum notata ad 2, 5, 2. Geſſit olim alia nomina, in quibus ſunt 1) Κυχρία. Strabo 9. p. 271. ſ. 393. quem repetunt Euſtath. ad Dionyſ. v. 511. et Stephanus ſ. v. Κυχρεῖος, at ſcribunt Κυχρεία, quod et in Strabone praeferendum putavi. Nomen ducunt a Cychreo, inſulae rege, de quo variae exſtant narrationes. Vid. praeter ſuperiores Holſten. ad Stephanum p. 182. Heyne ad Apollodorum 3, 12, 6. et 7. et in primis Bochartus in Chanaan 1, 21. extr. 2) Σκιρὰς, ab heroe quodam, unde et Minerva Σκιρὰς dicta eſt apud Athenienſes et Scirophorion menſis. Vid. Strabon. c. l. quem repetit Euſtathius c. l. 3) Πιτυοῦσσα ἀπὸ τοῦ φυτοῦ. Strabo c. l. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 557. 4) *Coronis*. Porphyrius de abstin. anim. 2, 54. Salamis evicit; quod quidem nomen, teſte Pauſania 1, 35. in. impoſitum tradiderunt a Salamine, Aſopi filia, et confirmat Diodor. Sic. 4, 72. Aſopi eam etiam filiam dicit Apollodorus 3, 12. extr. Mutilum enim eſſe Pauſaniae locum, monuerunt viri docti, etſi, cum a Cychreo in matris memoriam illud impoſitum volunt, chronologica ratio turbatur, aut prius nomen Salamis revocatum eſt poſtea. Bochartus tamen c. l. ab Arabica voce סלם (ſalama), quaſi νῆσος τῶν ὀφιοδήκτων, derivat, et multa ex fabulis conquiſivit de ſerpente, qui olim illam inſulam devaſtavit, et a Cychreo, quem tamen alii ſerpentem etiam faciunt, expulſus eſt. Hinc δράκοντος νῆσος ap. Lycophron. v. 110. ubi vid. Schol. Situm inſulae indicat Noſter. Stephanus: πρὸς τῇ

Ἀττικὴ νῆσος. Hinc νῆσος Ἀτθὶς Apollon. Rhod. 1, 93. quem refpicit Hygin. fab. 14. et Ἀττικὴ Tzetzes ad Lycophron. v. 111. Contra Eleufina ponunt Scylax p. 21. Hudf. Plin. 4, 20. f. 12. Paufan. 1, 35. in. Longitudo erat 70, vel, ut alii volebant, 80 ftadiorum. (Strabo c. l.) Stadia 70 habet Agathemer. 1, 5. Circuitu, uti referunt Sponius et Whelerus, continet 50 miliaria. Quod notat Strabo c. l. inclaruit maxime haec infula *Aeacidis*, qui illam poffederunt, in quibus celebratur Aiax, Telamonis filius; tum excidio claffis Perficae, quod et Nofter adtingit. De ipfo proelio et clade, quam expertus eft Xerxes a Themiftocle, vid. Plutarch. in vita c. 12 fq. Diodor. Sic. 11, 16 fq. praeter alios. De Aeacidis illorumque imperio loca adtulit Vindingii Hellen p. 478. (in Gronov. Thef. Vol. 11.) Hinc *claram Salamina* recte vocat Plinius c. l. Poft in *Athenienfium* venit poteftatem, quibus tradidit Phylaeus, Aiacis nepos, ab acceptum civitatis ius. (Paufan. 1, 35. in.) Iisdem etiam Strabonis aetate parebat; (c. l.) qui addit, eos olim cum Megarenfibus acriter de ea certaffe, adeoque verfum in Homero interpolaffe, ut ius fuum vindicarent. Cf. et Euftath. ad Homer. Il. 2, 558. Urbem cum portu commemorat Scylax c. l. Illi infulae nomen dat Strabo, fed veterem deftructam novamque, etfi fitu diverfo, in eius locum fucceffiffe refert. Alia, etiam recentiora, dabit Dapper des isles de l'Archipel pag. 280 fqq. Hodie vocatur *Koluri.* (Chandler p. 248.)

Pityuffa) Gr. Πιτύουσα vel, ut alii rectius, Πιτυοῦσσα. At, quod notat Stephanus h. v. et ex eo Euftath. ad Il. 2, 829. p. 269. f. 355. Πιτύουσσαι νῆσοι διάφοροι, ἃς Πιτυώδεις καλεῖ Ἀλκμάν. Τὸ ἐθνικὸν Πιτυούσσιος. Occurrit tamen Πιτυοεσσηνὸς apud Plutarch. de virtut. mulier. p. 45. (Lipf. Opp. Vol. 7.) Ita vero dictae funt *Chios*, *Salamis*, duae in mari Hifpanico, quarum una *Ebufus* fuit, altera *Ophiuffa.* (Strabo 3.

p. 115. f. 167.) Earum nulla huc pertinet. Reftat ea, quam Plinius 4, 19. f. 12. in Argolico finu ponit, quod quidem laxe intelligendum effe, docent reliqua. Sic Cythera ponit in finu Laconico, item Ephyren in Argolico, quae tamen tefte Stephano h. v. non longe diftabat a Melo, Cycladum una in Aegaeo mari. Tum vero adiuvat Paufanias 2, 34. qui Pityuffam ponit in via maritima a Scyllaeo promontorio ad Hermionen, et male duas diverfas infulas exhibuit Anvillius, unam interius in ipfo finu, alteram in eius aditu. Ipfe Mela fitùm aliquatenus indicat, *circa Peloponnefon etiam nunc in Aegaeo.* Aegaeum enim mare circa Peloponnefon Myrtoo terminatur, (cf. 2, 3, 5.) quod obftat, quo minus ad interiora finus Argolici referatùr. Neque tamen magis iuxta Scyllaeon ponere videtur, fed ad Sunium propius revocare, in quo forte erravit, cum maior fides hic habenda fit Paufaniae. Tum faltu quafi facto a Salamine fertur ad Pityuffam et hinc reiicitur ad Aeginam, nifi quis velit, aut inter utramque quaefiiffe, aut male ex duplici Salaminis nomine duplicem feciffe. Dictae autem omnes funt Pityuffae ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν κατ' αὐτοὺς φυομένων πιτύων, quod de Ebufo refert Diod. Sic. 5, 16. in. Vid. Salmaf. ad Solin. 23. f. 26. p. m. 198. Eadem videtur effe Ποιτοιοῦσα in Hieroclis Synecdemo p. 646. ubi coniungitur cum Aegina, ut hic, quod iam fufpicatus erat Weffelingius.

Aegina) Gr. Αἴγινα penult. producta, uti apud Homer. Il. 2, 562. ad quem etiam notat Euftathius et ex aliis Politus T. 2. p. 604. — Incola dicitur Αἰγινήτης, uti apud Herod. 3, 59. Thucyd. 1, 14. — *Aeginetae* ap. Cic. de off. 3, 11. Αἰγινάτης pro eo notat Stephanus f. v. Βεμβῖνα et alibi. Quod ex Strabone adfert Αἰγινεὺς, merito dubitat Berkelius, an in eo reperiatur, cum ufitatam formam fequatur. Porro inde ducuntur a Stephano, exemplis comprobantibus, Αἰγιναῖος et Αἰγινητικὸς, quod et in Latinis occurrit. In numis praeterea Αιγεινητων

legitur, uti monuit ad Stephan. pag. 14. Holſtenius, probante Eckhelio in doctrina num. P. 1. Vol. 2. pag. 225. qui male Vaillantium Αιγενητων retuliſſe monet. Antiquius nomen fuit *Oenone* (ω), uti tradunt Herodot. 8, 46. Strabo 8. p. 259. ſ. 375. Plin. 4, 19. ſ. 12. Pauſan. 2, 5. in. Apollodor. 3, 12, 6. et plures alii, quos laudant viri docti ad Stephanum, Plinium et Hygin. fab. 52. in. Atque hoc nomine notatur a Pindaro Nem. 4, 75. et Iſthm. 5, 44. Ab Oenone quadam nomen ductum refert Schol. ad priorem locum cum Tzetze ad Lycophr. v. 175. auctore Pythaeneto. Eandem etiam Iſthm. 8, 45. vocat νᾶσον Οἰνοπίαν diſerteque Ovidius Metam. 7, 473. probat: *Oenopiam veteres adpellavere.* Cf. Holſten. ad Stephanum p. 14. et Staverenus ad Hygin. fab. 52. p. 116. Politus ad Euſtath. T. 2. p. 604. *Myrmidoniam* etiam a veteribus adpellatam eſſe, tradunt Stephanus h. v. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 684. quod nomen a primis incolis fluxit. Succeſſit nomen *Aegina*, ab Aegina, Aſopi filia, quam ex Phliunte a Iove raptam et huc devectam fabulae narrant. Vid. de hoc nomine Diodor. Sic. 4, 72. Pauſan. 2, 5. Ovid. Metam. 7, 474. Stephanus h. v. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 562. Tzetzes ad Lycophr. c. l. praeter alios; de ipſa fabula Diodor. Sic. Apollodorus c. l. Pauſan. 2, 5. et 29. cum aliis. Antiquiſſimos incolas faciunt *Myrmidones* Strabo c. l. et ex eo Euſtathius ad Dionyſ. v. 512. Fabulae eos ἀπὸ τῶν μυρμήκων formicas faciunt, duce Heſiodo apud Schol. Pindari Nem. 5, 21. et Tzetzem ad Lycophr. v. 176. in quibus varias habes aliorum explicationes et narrationes. Eas Iupiter precibus Aeaci filii motus, cum deſerta eſſet et inculta inſula, in homines convertit, uti refert Apollodorus 3, 12, 6. et prolixius exponit Ovid. Metam. 7, 517 ſqq. Sed plura dabit Heyne ad Apollodor. p. m. 771 ſqq. et quos laudat. Ita vero ſucceſſit alia fabula, quod 47 myriades hominum in ea fuerint, uti refert Schol. Pindari Olymp. 8, 30. Melius Strabo et ex eo Euſtathius c. c. l. l.

de hominibus explicant, qui aut terram ſterilem coluerint, aut velut Troglodytae in antris habitaverint, et ſic fere Theagenes apud Schol. Pindari Nem. 3, 21. et Tzetzem c. l. Cf. idem Chiliad. 7. hiſt. 133. ubi fabulam ſic explicat. Poſt cum ob caedem Phoci Telamon et Peleus, Aeaci filii, Aeginam reliquiſſent, et ille in Salamina, hic in Theſſaliam abiiſſet, (Apollon. Rhod. 1, 93.) Myrmidones Peleum ſecuti ſunt, (Strabo 9. p. 298. ſ. 433.) et hinc cum Achille Troiano bello interfuerunt. (Homer. Il. 2, 684.) Succeſſerunt alii aliunde incolae, *Argivi*, *Cretenſes*, *Epidaurii* et *Dorienſes*, uti refert Strabo 8. pag. 259. ſ. 375. Quae quidem ab aliis diſtinctius exponuntur. Nempe Aeaco mortuo, cum rex deeſſet, Argivorum pars, qui erant Dorici generis, duce Triacone in hanc inſulam transierunt, et indigenis permiſti Dorienſium mores et linguam intulerunt. Vid. Herodot. 8, 46. Pauſan. 2, 29, 5. Schol. Pindari ad Olymp. 8, 39. Tzetzes ad Lycophr. v. 176. Triaconis etiam in excolendis incolis omnino meminit Tzetzes Chil. 7. hiſt. 133. His poſtea alii admixti fuiſſe videntur. Inde *Epidauriis* paruerunt, a quibus tamen deſciverunt, (Herodot. 5, 83.) opibus maritimis ita aucti tempore maxime Darii Hyſtaſpis, ut θαλαττοκρατήσασαν eam inſulam adpellet Strabo 8. pag. 258. ſ. 375. Cf. et Herodot. c. l. Pauſan. c. l. Aelianus V. H. 12, 10. ubi vid. Perizonius. Primos etiam naves utrimque remis actas fabricaſſe, tradit Heſiodus apud Schol. Pindari ad Nem. 3, 21. quod Aeaco tribuit Tzetzes Chil. 7. hiſt. 133. Ante Darium ſub Cambyſe proelio navali *Cretenſes* vicerant, et in ſervitutem redegerant, ut narrat Herod. 3, 59. Forte in inſulam multos transvexerunt, unde ſuperior Strabonis de Cretenſibus incolis narratio inluſtratur. Poſt victi ab *Atheníenſibus* et expulſi ſunt, colonique eo miſſi. (Thucyd. 2, 27.) Inde priſcis incolis ereptam inſulam reddiderunt *Lacedaemonii*. (Strabo c. l.) A Caſſandro deinde ſubacta (Diod. Sic. 18, 69. in.) et devicto a Romanis

Philippo Attalo data eſt. (Liv. 33, 30. extr.) Plinii tempore *liberae* fuit *conditionis*. (4, 19. ſ. 12.) Plura conlegit et prolixius expoſuit Vindingii Hellen h. v. et hiſtorici. Situm indicat Mela. Et ſic Strabo 8. p. 258. ſ. 375. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 511. Alii contra Atticam, ut Agathemer. 1, 5. Tzetzes ad Lycophr. v. 176. Utrumque recte, et coniungit Euſtath. ad Homer. Il. 2, 562. Notus eſt locus Sulpicii in epiſt. Cicer. ad diverſ. 4, 5. ex quo eius ſitus ab omnibus partibus intelligitur. A Piraeeo aberat 20 M. P. (Plinius c. l.) Quod Cycladibus adnumerat Stephanus h. v. et Sporadibus Tzetzes c. l. vage faciunt, etſi a Stephano Αἰακιδῶν pro Κυκλάδων ſcriptum fuiſſe ſuſpicatur ex nexu Holſten. p. 14. Circuitum illi dat 180 ſtadiorum Strabo c. l. uti quidem pro 150 repoſuit Caſaubonus ex Codd. et legit Guarinus, conſentiente in primis Euſtathio ad Dionyſ. v. 511. Recentiorum tamen quidam, veluti Whelerus, a quo parum differt Sponius, circuitum illi dant 30 milliarium Italicorum i. e. 240 ſtadiorum, ita ut in Strabone maior numerus locum habeat, cum etiam Agathemerus c. l. longam eam ſcribat ſtadia 160. Cognominis illi urbs datur a Strabone c. l. Hodie ibi vilis eſt vicus eiusdem nominis, qui veteris urbis ruinas oſtendit. Cf. Dapper des isles — p. 274. et Kinsbergen p. 43. Inclaruit olim Aeaco, cuius et ibi exſtitit monumentum; (Pauſan. 2, 29. Plutarch. in Demoſth. c. 28.) et opibus maritimis, de quibus ſupra. Addi poteſt, quod et colonias miſit in Cretam et Umbriam. (Strabo c. l.) Narrant porro, primum ibi ab Phidone argentum cuſum fuiſſe, quod ex Ephoro refert Strabo 8. p. 259. ſ. 376. et probant marmora Arundeliana. Cf. Pollux 9, 6, 83. et quae notavit Perizon. ad Aelian. 12, 10. Inde vero adparet, male Euſtathium ad Homer. Il. 2, 562. Phidiam commemorare. Idem etiam Phidon menſuras et pondera inveniſſe dicitur, de quo Plinius 7, 57. ſ. 56. et quos ibi adfert Harduinus. Plura de utroque invento dabit Wachterus in archaeologia numaria cap. 5.

et Schottus in disquiſ. antiqu. de numo Phidonis. De inſulae fertilitate disputatur ex antiquis auctoribus. Ephorus apud Strabon. c. l. διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας commercio maritimo ſtuduiſſe, ſcribit, et proverbium hac cauſa adfert. Cf. etiam Euſtath. c. l. Contra Avienus v. 679. *fertilem Aeginam* dicit, et eius πέδον γόνιμον Nonnus Dionyſ. 13, 182. et Aeliani V. H. 12, 10. locum huc quidam referunt, ubi εὐφορίαν χρόνων κ. εὐκαιρίαν praedicat. Perizonius tamen haec ad obportunitatem temporum referenda melius putat, qua ad eam potentiam olim evecta erat. Strabo c. l. inſulae ſolum in ſummo ſaxoſum, in profundo gleboſum eſſe refert, et hinc πᾶσαν ψιλὴν vocat, eſſe tamen κριθοφόρον ἱκανῶς. Et ſic etiam recentiores variis in locis frumenti feracem eſſe narrant. Cf. Schraderus ad Avien. c. l. Ceterum in inſulae huius laudem paſſim excurrit Pindarus, in primis Nem. 5. Hodie, uti tradit Dapper c. l. p. 274. ab incolis dicitur *Aegine* ſ. *Egine*, nautis et in nauticis tabulis *Engia* ſ. *Engie*, quod quidem nomen ignorant inſulani ipſi. Inde diiudicatur nota Harduini ad Plin. c. l. dicentis: Hodie *Egina*, non *Engia*, ut vulgus Geographorum exiſtimat. Chandler p. 14. dicit: h. *Eyina* ſ. *Egina*, ſic ut *g* molliter efferatur penultima brevi. *Egina* habet etiam Kinsbergen p. 42. qui tamen addit, *Engia* plerumque nunc vocari. Monumentorum rudera deſcripta et depicta exhibet ſplendidiſſimum opus: Antiquities of Ionia — London 1797. f. P. 2. cap. 5. n. 1—8.

Calauria) In Graecis hoc nomen varie efſertur. Καλαύρεια ſcribunt Pauſan. 10, 5. Stephanus h. v. Harpocration p. m. 206. Callimachus apud Schol. Aeſchyli Eumen. v. 27. et in primis oraculum apud Pauſan. 2, 33, 2. in quo tamen referendo Strabo 8. p. 258. ſ. 374. c. Euſtathio ad Dionyſ. v. 499. habet ι, male et renitente metro, quod hanc ſcripturam etiam probat in Callimacho, uti in Ovidio Metam. 7, 384. ubi *Calaurea* ſcriptura

accedit, quam in *Calauria* minus recte mutabat Coelius Rhodigin. antt. lectt. 5, 13. Alii tamen, uti Strabo 2, p. 85. f. 124. 8. p. 254. f. 369. — Paufan. 1, 8. (qui fibi non conftat, vel potius librarii) per ι, quibus praeter alios, ut Scylacem p. 20. Hudf. Agathem. 1, 5. accedit Dionyf. v. 499. Et fic eum fecuti penultimam corripiunt Prifcian. 525. et Avien. 671. In aliis, veluti Plutarcho in Demofth. c. 29. in. in 10 orator. vitis p. 366. (Lpf. Opp. Tom. 9.) Suida h. v. fcribitur Καλαβρία, ex commutatione τοῦ β et υ. Sic utroque modo idem f. v. Δημοσθένης, et Καλαβρία Aldus in Strabone 8. p. 255. f. 369. et Cd. Mofc. ib. 8. pag. 258. f. 374. Monet praeterea Euftath. ad Dionyf. c. l. veteres Scholiaftas, ut discernerent a Calabrorum (fic pro Καλαυρῶν leg.) regione, quae accentum habeat in penultima, (Καλαβρία) eum in antepenultima pofuiffe. Incola fec. Stephanum dictus eft Καλαυρείτης. Antiquius nomen fuit *Irene*, (Εἰρήνη) quod refert ex Anticlide (ει) Harpocration, et notat Stephanus cum Plutarcho in Quaeft. Gr. pag. 184. (ed. Lpf. Opp. Vol. 7.) et Suida. (T. 2. p. 228. Kuft.) Nomen hoc Plutarchus ducit ab Irene Neptuni et Melantheae, cuius pater Alpheus, filia. Eandem infulam effe Plinii 4, 19. f. 12. *Irinen*, fed diverfam fieri diverfoque etiam fitu poni, putat Berkelius ad Stephan. pag. 437. Alia duo nomina, *Anthedoniam* et *Hyperiam*, (ει) addit Plutarch. in Qu. Gr. c. l. *Calauriae* nomen a Calauro, Neptuni filio, petit Stephanus. Contra Troezenium agrum ponit cum Noftro Strabo lib. 8. c. l. aliique. A Troezenio agro divifam fuiffe 4 ftadiorum freto refert Strabo 8. p. 234. f. 369. pro quibus Plinius 4, 19. f. 12. habet eadem menfura 500 paffus. Ab altera parte iuxta Cretam ponit Stephanus. Eius circuitum 30 ftadiorum faciunt Strabo et Stephanus cum Euftathio c. l. Urbem illi dat cum portu Scylax. Quod eft in fabulis, facra olim fuit Latonae, vel Apollini; *Latoida* habet Ovid. Metam. 7, 384. accepitque poft pro Delo Neptunus, uti tradunt

Strabo 8. p. 257. f. 574. et Paufan. 2, 33, 2. cum Euftath. c. l. In qua permutatione referenda quidam Scholiaftae male pro Delo ponunt Pytho; veluti Schol. Apollonii ad 3, 1242. Vid. Valef. ad Harpocrat. p. m. 42. et Ernefti ad Callimachi fragm. 221. p. 521. Pytho nempe pertinet ad commutationem Taenari, uti docet Euftath. ad Dionyf. c. l. Inde fuit Neptuno facra, qui et ibi templum habuit a multis celebratum, cuiusque fanctitatem laudat Strabo 8. p. 258. f. 574. et Demofthenis maxime exemplo probat, quem ne miffi quidem ab Antipatro milites extrahere, fed verbis, fruftra quidem, elicere conarentur. Cf. etiam Plutarch. in Demofth. cap. 29. et quae narrat Lucian. in encomio eius cap. 43 fqq. De leto deinceps. Sterilitatem indicat vox τρηχεῖα, quam illi praeponit Dionyf. c. l. De hodierno nomine vidi diffentire viros doctos, aliisque dici *Sidra*, aliis *Poro*, ut etiam monet Harduinus ad Plin. c. l. Sic *Sidra* habet Dapper des isles — p. 271. et in tabula archipelagi hoc fitu ponit. At alii, veluti Chandler p. 298. Kinsbergen p. 40. ubi cf. Sprengel, h. *Poro* vocari dicunt, quod nomen ductum a freto angufto, quod a continenti dirimit et placida tempeftate permeari poteft. Locus, ubi olim urbs ftetit, vocatur h. *Palatia*, et ruinas oftendit. Chandler pag. 299.

ut inter —) Sic 1, 7, 2. et Plin. 5, 37. in. f. 31. *Letum* vox proprie poetica, quam tamen paffim adhibent etiam profaici, in quibus Nepos; maxime Livius. De Demofthenis autem morte haec narrant: Cum Antipater, Macedoniae rex, Pharfalo capta, minatus effet, fe Athenas obfeffurum, ni oratores traderentur, urbe relicta Demofthenes primum Aeginam, ubi in Aeaci fano tutus effet, confugit, deinde metu compulfus, in Calauriam, inque Neptuni templo confedit. Quo cum Archias cum militibus armatis ab Antipatro miffus veniffet, ut eum abstraheret, voluntaria morte praevertit Demofthenes, uti

narrant Plutarchus, Lucianus aliique. Sed in ipſa mortis narratione diſcrepant, etſi omnes fere veneno hauſto eum periiſſe ſcribunt. Sic omnino Strabo 8. p. 258. ſ. 374. Pauſanias 1, 8, 4. et Philochorus apud Plutarch. in vitis 10 oratorum pag. 367. (Lpſ.) Alii ex calamo ſcriptorio venenum. quo ille infectus erat, ſuxiſſe volunt, uti Satyrus apud Plutarch. c. l. et Ariſto apud eundem in vita Demoſth. c. 30. in. Eratoſthenes in cava eum armilla venenum habuiſſe tradidit. (Plutarch. c. c. l. l.) Alii venenum in ſigillo adlitum duxiſſe volunt. (Plutarch. in vitis 10 orator. c. l.) Sub gemma clauſum venenum habuiſſe, refert Plin. 33, 6. ſ. 1. vel ſub anulo Suidas ſ. v. Δημοσθένης. Quod de eo dubitat Geſnerus ad Lucian. in encomio Demoſth. c. 49. commemorantur et ſimilia exempla, quae conlegit Kirchmannus de annulis p. 255. Vid. etiam Fabricius ad Dionem Caſſ. 58, 21. Thraces ex panniculo ſumſiſſe, manuque ori admotum duxiſſe, adfirmarunt, teſte Plutarcho in Demoſth. c. l. Secundum Lucian. in encomio Demoſt. cap. 49. manum ori admovit, quaſi Neptunum veneraturus, et hinc exſpiravit. Fuerunt item, teſte Plutarcho in vitis orator. c. l. qui contento ſpiritu eum periiſſe dicerent. Ab Archia tamen occiſum refert Tzetzes Chil. 7. hiſt. 37. ſ. ubi multa de eo. Eius monumentum in aede Neptuni Pauſaniae tempore conſpiciebatur, ut ipſe refert 2, 33, 3.

in Myrtoo) Vid. ſupra 2, 3, 3. Apparet enim ex his duobus locis, auctorem accurate nobis ſignificare velle, ubi ipſe mare Myrtoum ſtatuerit. IAC. GRONOVIUS *MS.* 1.

Cythera) Gr. Κύθηρα genere neutro, numero plurali, uti nexus docet in Gr. et Lat. auctoribus, et diſerte notat Servius ad Virgil. Aen. 10, 51. adiectis exemplis. Sic Homerus Κυθήροις Il. 15, 432. Κυθήρων Thucyd. 7, 26. — Et ſic Euſtathius ad Dionyſ. v. 499. τὰ

Κύθηρα dicit, et idem ad Homer. Il. 15, 432. ἐν οὐδετέρῳ γένει efferri fcribit. Femininum recentioris aetatis eſſe videtur. Ita quidem Ptolemaeus 3, 16. extr. (τῆς —) Sed et Plin. 4, 19. f. 12. in ablativo dixit *Cythera.* Inde ducitur Κυθήριος, quod frequentant auctores, ex numo Goltzius et ex infcr. apud Sponium adfert Berkel. ad Stephan. p. 487. Notat porro Stephanus: καὶ ἡ γυνὴ κ. ἡ νῆσος λέγεται Κυθηραία. In Hieroclis Synecdemo p. 648. (Weſſel.) eſt νῆσος Κυθηρία, quod tamen poteſt eſſe adiectivum, ut in Herod. 1, 82. ex Codd. etfi aliae proprie et fubſtantive adferuntur. Atque fic forte νῆσος deeſt in Xenoph. hiſt. Gr. 4, 8, 7. ubi, quae Morus adnotavit, ex praecedentibus iudicari debent. Occurrit praeterea Κυθήρειος, veluti γάμος apud Aefchyl. Suppl. v. 1040. quo nomine Venus faepe infignitur. *Cytheriaca myrtus* eſt in Ovid. Faſt. 4, 15. et fic alibi. *Cythereiadas* columbas idem habet Metam. 15, 386. vel *Cythereidas* ante Heinfium. Promifcue tamen olim Κύθερα et Κύθηρα dictam eſſe infulam, contendit ad Diod. Sic. 5, 77. Weſſeling. quia et Κυθέρη de Venere occurrat, veluti apud Maneth. 3, 154. omninoque ε poſt θ. Κιθέρη eſt in veter. orbis defcript. (ed. Godofr. p. 44.) et fic Κυθέρεια apud Schol. Villoiſ. ad Il. 15, 431. At forte fic recentiores. Antiquius nomen fuit *Porphyris*, teſte Plinio 4, 19. f. 12. Solino c. 17. f. 11. et Euſtath. ad Il. 10, 268. p. m. 724. in. vel, uti fcribit Stephanus et ex eo Euſtathius c. l. Πορφυροῦσα, vel potius Πορφυροῦσσα, de quo vid. ad l. 2, 7, 18. Cuius nominis caufam inde ducit, quod, teſte Ariſtotele, pulcerrimas purpuras proferat. Negant tamen recentiores veteresque deceptos eſſe putant colore rupium, qui ochram rubram referat. Sic Spalanzani in Memorie di Matematica et Fiſica, Veronae, Tom. 3. De porphyrite lapide explicat Dapper des isles — p. 378. qualem rupes oſtendant. Prior ipfe infulam adierat et exploraverat. Nomen *Cythera* Stephanus cum Euſtathio impoſitum fcribit a Cythero Phoenicis filio. *Phoenices* quidem

eam insulam tenuisse, innuit Herodot. 1, 105. A קתרי cethare, i. e. a petris, nomen derivat Bochart. in Chan. 1, 22. De causa infra. *Argivorum* olim fuit ditionis, (Herodot. 1, 82.) post *Lacedaemoniorum*, quibus eripuerunt *Athenienses* incolis alio translatis (Thucyd. 4, 53 sq.) Νησίδιον τῆς Λακωνικῆς vocat Schol. Villois. ad Homer. Il. 15, 431. Contra Malean ponunt auctores sat multi, iuxta Cretam ab altera parte Stephanus cum Eustathio ad Dionys. v. 499. et Homer. Il. 10, 268. p. m. 724. in. inter utramque Agathemer. 1, 5. A Malea removet Strabo 8. pag. 250. s. 363. in quo consentiunt Plinii 5 M. P. Sin apud Strabonem non ad Malean, sed ὄνου γνάθους, promontorium Laconices, referas, idem huc a Plataniſtunte, promontorió Cretae, intervallum ponit Pausan. 3, 23. in. Kinsbergen p. 14. a Creta removet 11 miliaria Hollandica. Stadiorum 100 longitudinem illi dat Scylax p. 56. Huds. circuitum 60 M. P. Sponius, Thevenot (p. 25.) s. P. 1. p. 40. ed. Paris. 1689. 8. et Porcachi. St. Sauveur habet 20 miliaria de circuitu, 8 de longitudine, 5 — 6 de latitudine. Tulit olim urbem cognominem cum portu, teste Strabone c. l. et Scylace p. 17. Huds. Urbis etiam meminit Ptolemaeus 3, 16. cum Plinio 4, 19. s. 12. Stephano et Eustath. ad Il. 10. c. l. Portum urbi dat Scylax; ἐπίνειον vocat Pausan. 3, 23. Scandiam nomine, quod a Cytheris distabat stadiis 10. *Scandiam* tamen Thucydides 4, 54. diserte vocat πόλισμα ἐπὶ τῷ λιμένι et Schol. ad c. l. duo ibi fuisse oppida monet, unum *Cythera*, alterum *Scandiam*, quae facile conciliari possunt. Alium portum, Phoenicuntem, solus memorat Xenophon hist. Gr. 4, 8, 7. de quo vid. Bosius ad Nepot. 9, 1. in. et Plataniſtunta promontorium Malean versus Pausan. 3, 23. in. Urbis rudera hodie reperiri, narrant Sponius, Whelerus, Kootwykius et alii, locumque adpellari *Pajopolin* s. *Palaeopolin* tradunt. Vid. Dapper c. l. pag. 377. Incolas Φιλαργύρους et Φιλοπόνους, ipsam insulam fertilem fuisse, et praeter mel vinum protulisse scribit Heraclides de politiis

Gr. f. v. Κυθηρίων. Pulcram infulam vocat Avien. v. 670. At contra faxofam et fterilem Deaque pulcra indignam declarat Kleemann (Reifen ed. 1773.) p. 210. cum quo plane confentit Spalanzani c. l. Veneri fuit facra, quae et inde nomen traxit, διότι προσεπέλασε Κυθήροις, uti refert ex Hefiodo (Theog. v. 198. ubi προσέκυρσε) Euftathius ad Dionyf. c. l. Qua de caufa ipfa gloriatur apud Virgil. Aen. 10, 51. et cognomina inde varia forma traxit, e quibus notat Weffeling. ad Diodor. Sic. 5, 77. p. 393. Κυθέρεια, (frequentiffimum hoc; v. fupra) Κυθερηϊάς, Κυθέρη et Κυθήρη, adfertque eorum caufa Manethon. 3, 154. ubi et Κυθέρη v. 155. 181. Κυθέρεια, ut v. 176. 198. Κυθήρη. De priori vid. Ruhnken. et Ilgen ad Homer. h. in Vener. 1 p. 482. Horatius odarr. 1, 4, 5. *Cytherea Venus*, ubi Bentleius dubitat, an fic *Venus* adiecerit quisquam ex Latinis et Gr. At ita Mufaeus v. 58. et Κυθηρὶς Ἀφροδίτη, poeta de viribus herbarum v. 55. ap. Fabric. in bibl. Gr. lib. 5. c. 26. §. 9. Cf. et Homer. h. in Vener. in. Κυθήρη Oppian. Cyneg. 1, 238. idem 2, 82 Κυθέρεια. Prius etiam eft in Anthologia Gr. Tom. 2. p. 451. (f. Tom. 3. p. 156. lac.) et alibi, et ex Latinis habet Aufon. epigr. 57. Templum eius fanctiffimum et antiquiffimum effe teftatur Paufan. 3, 23. a Phoenicibus ex Syria profectis conditum. (Herodot. 1, 105.) Apollinis praeterea templum commemorat Thucyd. 7, 26. Ubi prius ftetit, hodie cernitur caftrum Venetorum vile, in quo veterani praefidium agunt, ut refert Sauveboeuf T. 2. p. 190. Pauca rudera St. Sauveur ibi inveniri teftatur. Euftathii aetate (vid. ad Dionyf. c. l.) infula antiquum nomen fervabat, h. Italis et Graecis dicitur *Cerigo*.

Oenuffa) Gr. uti Herodot. 1, 165. Thucydidi 8, 24. Stephano h. v. numero plurali et per plerosque Codd. duplici σ, ut duplici ſ Plin. 4, 19. f. 12. et 5, 38. f. 31. fed fimplici Paufan. 4, 34. extr. Gentilia apud Stephan.

ſunt Οἰνουσσαῖος et Οἰνούσσιος. Disputatur de numero. *Oenuſſae* vult Pintianus, uti notavi, ex Pauſania c. l. qui praemittit νῆσος, apud quem tamen Palmerius in exercit. in auct. Gr. p. 591. vult νῆσοι. Certe Plinius 4, 19. ſ. 12. tres hoc ſitu memorat. Idem tamen 5, 38. ſ. 31. *Oenuſſam* numero ſingulari habet iuxta Chium, ubi Herodotus et Thucydides plurativo utuntur. Stephanus, etſi eundem adfert numerum, νῆσον tamen τῇ Χίῳ προσεχῆ ſubiicit, quare Pintianus ad Melam h. l. emendat νῆσοι, quam tamen oſcitantiam potius auctoris cenſet Holſten. p. 231. Adparet in utroque ſibi auctores non conſtitiſſe, etſi gravior Herodoti et Thucydidis auctoritas valet. Noſtra inſula, ſive unam numero plurali ſignatam, ſive plures, tres, c. Plinio putes, ſita fuit contra Acritan (Mela et Pauſan. c. l.) ante Meſſenen. (Plin. 4, 19. ſ. 12.) A vino nomen ductum patet. Secundum Cellarium Geogr. ant. 2, 14, 24. quidam inſulam *Sapientiae* interpretantur illarum maximam, alii *Caureram*, itidem alii *Veneticam* cognominatam. *Sapientiam* a Sophiano dici notavit Ortelius. Sed Harduinus ad Plin. 4, 19. ſ. 12. haec: Harum maximae *Caprera* nomen eſt; ceterae ſcopuli.

Theganuſſa), Gr. apud Pauſan. 4, 34. extr. Θηγανοῦσα, qui ponit ante Acritan et deſertam inſulam vocat. Ptolemaeus 3, 16. extr. inter Sphagiam et Cythera, adnumeratque iis, quae Peloponneſo adiacent. Θιγανοῦσα, uti ſcribit, ex recentioris aetatis commutatione intelligi debet. Plinius 4, 19. ſ. 12. in Laconico ſinu cum Cothono et Cytheris iungit, cum tamen ad Meſſeniacum ſinum referenda ſit, qui Malea promontorio terminatur. H. *Iſola di Cervi* ſec. Harduinum ad Plinium. De *Acrita* vid. ad 2, 3, 8.

Prote) Gr. Πρωτὴ, ὀξυτόνως, uti monet Stephanus; quare ſic ſcribi debet in Ptolemaeo 3, 16. Gentile,

teſte Stephano, Πρωταῖος. Idem ſitam fuiſſe dicit non longe a Sphacteria (inſula) et Pylo urbe Meſſeniae. (Vid. ad 2, 3, 9.) Sphacteria autem, quod optime diſcitur ex Thucydide 4, 8. eiusque ſcholiaſte, obiecta erat Pylo. Idem ſitus inſulae noſtrae datur a Ptolemaeo 3, 16. ad Peloponneſum; quos ſequitur in tabulis Reinoldius. At turbat Plinius, vel turbare videtur. Hic enim 4, 19. ſ. 12. Proten cum Aſteride coniungit, et utramque ante Ithacam ponit; Aſteris autem, poſt Aſteria, fuit inter Ithacam et Cephalleniam, uti poſt dicetur. Progreditur autem Plinius ab Epiro circa Peloponneſum ad ſinum Megaricum, et in ipſo curſu Sphagias tres, (Thucydidi aliisque ſingulari numero Sphacteria) commemorat ante Pylum, cum iam Proten ante notaſſet. Videntur etiam ſuffragari nomina aliarum inſularum, quae Mela ſubiecit, in hoc tractu ſitarum. Tum exiſtimandum ſit, duas fuiſſe haud procul in Ionio diſſitas Protas, unam Meſſeniae obiectam, alteram Achaiae. Atque hinc etiam Anvillius in tabulis duas illo ſitu diverſo poſuit. Quod tamen cum vix probari poſſit, atque aliorum indicia plus valeant ſingulatim facta, malim credere, a Noſtro inſularum ordinem disiectum, quod et Strophades docent, ad quas ab Epiro reſilit, et Plinium ſic in errorem detruſum eſſe. At fuerunt aliae duae hoc nomine inſulae, Πρῶτα prope Chalcedonem in Propontide, de qua vid. Stephanus ſ. v. Χαλκίτης et Gyllius de Boſporo Thracio 3, 12. in. tum Stoechadum una, quae Plinio 3, 11. ſ. 5. teſte Prote dicta eſt. Secundum Harduinum ad Plin. 4, 19. ſ. 12. noſtra h. dicitur *Prodeno,* vel, uti Dapper habet in tabula, *Prodino.*

Aſteria) Gr. Ἀστερία, inde Ἀστεριώτης, et Ἀστέριος, etſi de Lydiae cognomini urbe hoc Stephanus tradit. Eadem dicta eſt olim ab Homero Odyſſ. 4, 846. Ἀστερὶς, uti diſerte monent Strabo 1. pag. 41. ſ. 59. 10. p. 314. ſ. 456. et Stephanus, qui et cum Suida h. v.

idem de Lydiae urbe adfirmat. Plinius 4, 19. ſ. 12. Homericam formam retinuit. Aſteriae nomen olim geſſit etiam Delus, quam ſic ſimpliciter vocat Antoninus Liber. cap. 35. in. Vid. Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 37. De Rhodo idem notat Plin. 4, 56. ſ. 31. Inter Ithacam et Samon ponit Homerus, ubi quidem Samos non intelligi debet de inſula, ut alibi, veluti in eodem libro v. 671. ſed de urbe Cephalleniae, immo de ipſa Cephallenia. Vid. Strabo 10. p. 315. ſ. 457. Πετρήεσσαν καὶ οὐ μεγάλην dicit Homerus, et λιμένας illi dat ναυλόχους ἀμφιδύμους. Strabonis aetate, quod ſcribit 1. p. 41. ſ. 59. adeo mutata omnia erant, ut ne ancora quidem commode ibi iaci poſſet. Idem teſtatur apud eum priori loco Demetrius Scepſius. Apollodorus tamen (ib.) contra etiam urbem eius *Alalcomenas* notaverat.

Cephallenia) Gr. Κεφαλληνία vel Κεφαληνία, de qua variatione dictum eſt. *Cephallenam* habet Priſcian. v. 449. Incolae dicuntur Κεφαλλῆνες apud Homer. Il. 2, 631. et alibi, et plurimos alios. Sic in Latinis Sil. Ital. 15, 305. Κεφαλληνίδες αἶγες Aelian. H. An. 3, 32. Κεφαλληνιακὸς πορθμὸς Strabo 8. p. 242. ſ. 351. Paſſim etiam Κεφαλλήνιοι, uti in Heraclide Pontico de politiis Gr. h. v. Polyb. 22, 13, 5. E Goltzii theſauro p. 218. Κεφαληνίων producitur. Certe Cephalus, unde nomen, (vid. poſt) et in auctoribus et in numis (vid. Eckhel in doctrina numor. vett. P. 1. Vol. 2. p. 270.) ſimplici *l* effertur. Si Plinium 4, 19. ſ. 12. audias, olim dicta eſt *Melaena*, in quo tamen errare eum docuit Palmerius Graec. antiqu. 4, 24. pag. 520. Cf. Wernsdorf. ad Priſcian. v. 449. Duxiſſe videtur ex Homero Odyſſ. 14, 97. 21, 109. ubi Ἤπειρος μέλαινα occurrit, et de Cephallenia intelligi vulgo ſolet, de quo vid. Palmerius c. l. Sic omiſſa Epiro Melaenam poſuit male. Reiiciendam tamen eam opinionem cenſet Schlichthorſt de Geogr. Homeri p. 84. et de Acarnania interpretari malit, in quo ſuffragantem habet

Strabon. 10. pag. 312. ſ. 453. Certius hoc eſt, quod, etſi Cephallenas commemorat aliquoties Homerus, Cephalleniam tamen nusquam hanc inſulam vocat, ſed vel Sames, vel Sami nomine indicat, de quo diſſerit Strabo 10. p. 312. ſ. 453. Loca, in quibus illa nomina de tota inſula accipi debent, collegit Schlichthorſt c. l. pag. 83. Quod enim contra nititur ex Odyſſ. 24, 377. Palmerius c. l. temere id efficit ex arbitraria loci illius lectione. Utroque autem nomine Same et Samos vocantur, etſi Same tantum de urbe admittebat Apollodorus apud Strabon. c. l. et inde Homerum Odyſſ. 1, 246. 9, 24. emendat. At ita Virgilium legiſſe, docet locus Aen. 3, 271. Cf. et Ovid. Metam. 13, 711. Poſt invaluit nomen vulgare, quod omnino ducunt auctores a *Cephalo*, Deionei filio. Vid. Pauſan. 1, 37. Heraclides Ponticus de politiis Graecor. ſ. v. Μολοττῶν, Apollodor. 2, 4, 7. Strabo 10. p. 314. ſ. 456. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 631. Odyſſ. 1, 105. p. m. 26. ſ. ad Dionyſ. v. 451. Tzetzes ad Lycophron. v. 932. De ipſo hoc Cephalo cf. Verheyk. ad Antonin. Liber. c. 41. et Heyne ad Apollodor. p. m. 144. et quos laudant. Cephalus autem, quod narrant, inſulam proemii loco accepit ab Amphitryone, quem in bello contra Teleboas adiuviſſet. Ita Pauſanias et Strabo, qui tamen illos cum Homerica narratione illa pugnare monent. Inſulae ſitum indicat diſerte Thucyd. 2, 30. contra Acarnaniam et Leucada. Idem Strabo 10. p. 314. ſ. 456. ubi a Leucade removet ſtadiis 50, (quod alii malint, tantum 40) et a Chelonate fere 80. Idem a Cyllene ſtadiis 80, lib. 8. p. 235. ſ. 338. haud procul Echinadibus Avien. v. 595. prope Zacynthon Diodor. Sic. 16, 6. et 9. Regiones undique vicinas et maria deſcribit Polyb. 5, 3. extr. — Homeri aetate fuit ſub ditione *Ulyſſis*, uti adparet ex Il. 2, 631. etſi ibi, monente etiam Euſtathio, Cephallenes latiori ſenſu valent. Inde Κεφαλλήνων ἄναξ vocatur a Sophocle in Philoct. v. 263. Poſt in bello Peloponneſiaco (Olymp. 87.) in poteſtatem

venit *Atheniensium*. (Thucyd. 2, 30.) *Philippus* invasit Olymp. 140. (Polyb. 5, 3.) *Aetolis* eripuit *M. Fulvius* a. u. 563. (Polyb. lib. 22. c. 13. 15. Liv. 38, 9. 10. et 28, 7.) Plinii tempore fuit libera (4, 19. f. 12.) Circuitu habuit 44 M. P. (Plin. c. l.) vel 300 stadia i. e. 38 fere M. P. (Strabo 10. p. 314. f. 456.) St. Sauveur illi dat circuitum 60 miliarium Gallicorum. Fuit montosa, (Strabo c. l.) quod et testatur Pococke T. 3. p. 255. (ed. noviss.) Idem tamen vitibus hodie consitam addit. Quo loco angustissima est, isthmum facit, (Strabo c. l.) unde Bochartus in Chanaan 1, 23. a Cephal, (duplicare) Syra voce, nomen Cephalleniae, quasi bifariam divisae, derivandum censet. Plures olim urbes tulisse innuit Diodor. Sic. 11, 84. Alii τετράπολιν νῆσον faciunt et urbium nomina adferunt haec: *Samen* f. *Samum*, *Pronesum*, *Cranium* et *Palen*, etsi in nonnullis paullum variant, imposita a 4 Cephali filiis. De iis cf. Thucyd. 2, 30. et Schol. ad 1, 27. Strabo 10. p. 313 sq. f. 455. Stephanus f. v. Κράνιον aliique, qui ad eum laudantur ab Holstenio pag. 172. et Berkelio p. 476. Capras eius insulae non bibere per 6 menses refert Aelianus hist. an. 3, 32. Aristoteles de mirabil. auscult. cap. 8. hiantes hausto vento refici. Antigonus c. 3. et quos ibi laudat Beckmannus, fluvium ibi esse narrant, cuius ab altera parte cicadae non gignantur. Vid. de hac insula Vindingii Hellen p. 476 sq. (thesaur. Gron. Vol. 11.) Wheler voyage T. 1. p. 51 sq. Pococke c. l. H. *Cefalogna*.

Neritos) Gr. Νήριτος, unde Νηρίτιος descendit, quod notat Stephanus et Latini auctores frequentant, ut Ovid. Metam. 13, 712. Remed. v. 263. aliique. At hic mons fuit Ithacae clarus, quem Homerus aliquoties memorat, ut Il. 2, 632. (ubi Eustathius) Odyss. 9, 22. 13, 351. cum aliis. Hinc de insula dubitatur, an hoc nomine fuerit. Neque *Neri-*

oos ſubſtitui recte cum Schotto poteſt propter Leucadiam ſubiectam, ut monui in notis criticis p. 522. Aut igitur fuit vera inſula, poſt aquis ſubmerſa, aut Mela inſulam male habuit, deceptus prava locorum interpretatione. Ita quidem ſtatuiſſe etiam videntur Virgilius Aen. 3, 271. Ovidius Metam. 13, 712. Sil. Ital. 15, 305. Si fuit inſula, ſaxoſa fuit, et rupes potius, quam inſula. Hinc et Virgilius: *Neritos ardua ſaxis,* prope Ithacam, etſi Heyne Ithacam Nerito antea deſignari putat. Equidem tum in genere haereo, quo Virgilius utitur. Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 11. Melae hic fidem derogat et commiſcuiſſe cenſet. Contra Oberlinus ad Vib. pag. 341. inſulam in Virgilio etiam agnoſcit, ut antea Heinſius in Silio c. l. et Vadianus in Mela ad 2, 3, 10. Eadem, quae *Nericos,* eſt Polito ad Euſtathium in Homer. T. 2. p. 652. ubi multis de eo disputat. Certe alia fuit, atque Ithaca. Ita quidem, penſitatis denuo omnibus, exiſtimo, nec quidquam in Mela contra libros mutandum, contra atque antea in notis criticis viſum erat.

Same) Gr. Σάμη, unde Σαμαῖος, cum ab Ionica Samo ducatur Σάμιος, ut monent Strabo 10. p. 314. ſ. 455. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 634. et Dionyſ. v. 533. Schol. Thucyd. ad 2, 30. ubi auctor ipſe ſic vocat. Cf. Holſten. ad Stephan. p. 281. Quidam tamen, ut Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 1, 246. p. m. 52, 41. promiſcuo eandem nomine Samen et Samum dictam eſſe tradunt, vel inſulam etiam unico nomine Samum probarunt, de quo prolixius diſſerit Strabo 10. p. 312. ſ. 453. et ex eo Euſtath. ad Homer. Il. 2, 634. Tum vero, ſi haec Apollodori ſententia valeat, non uno in loco Homeri et aliorum, ut hic, pro Same reponendum ſit Samus, ubi quidem inſula indicatur. Vid. Politus ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 654. Same fuit vel urbs Cephalleniae, quam multi commemorant, vel pro ipſa

Cephallenia apud Homerum ponitur. Cf. Palmer. in Gr. ant. 4, 24. p. 519 ſq. et Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 83. Hic quidem errorum fons fuit multis, qui ſynonyma vel diverſa eorundem locorum et rerum nomina diverſa etiam loca et res habuerunt et iactarunt. Inſigniter igitur Mela hic erravit et nullo modo vindicari poteſt. Notatur etiam hoc nomine a Dalechampio ad Plin. 4, 19. ſ. 12. qui ipſe Melam ſecutus eſt, et Polito ad Euſtath. in Homer. T. 2. p. 654. Eundem errorem erraverunt etiam Silius Ital. 15, 303. etſi hic ἓν διὰ δυοῖν admitti poſſe cenſet Politus c. l. et Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 1, 246. qui Samen inſulam facit περὶ Κεφαλληνίαν ſecum ipſe pugnans ad Dionyſ. v. 533.

Zacynthos) Gr. Ζάκυνθος utroque genere, ut notant Stephanus et Euſtathius ad Homer. Il. 2, 634. Certe ita occurrit in Homero Odyſſ. 24, 6. et 9, 24. Alii tamen efferunt feminino, ut Polyb. 5, 4, 2. Strabo 10. pag. 315. ſ. 457. Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 7. Virgil. Aen. 5, 270. Ovid. epiſt. 1, 87. A. A. 2, 432. — Inde Ζακύνθιοι dicuntur in auctoribus et numis. Aliquando, teſte Plinio 4, 19. ſ. 12. adpellata eſt *Hyrie.* Zacynthi nomen traxiſſe videtur ab urbe cognomini, urbs a Zacyntho, Dardani filio, ut referunt Pauſan. 8, 24, 2. Stephanus h. v. Euſtathius ad Homer. Il. 2, 634. Dionyſ. Halic. 1, 50. in. qui tamen Dardani Troianorum regis filium facit, Pauſanias Pſophidium. Meropis filium dicit Geneſius de rebus Conſtantin. lib. 4. p. 56. (Ven.) Situm varie indicant auctores. Sic Strabo c. l. magis quam Cephalleniam ad occaſum Peloponneſi inclinare dicit, quam propius etiam adtingat, uti quidem ex emendatione loci nuper propoſita legi. Aliis eſt contra Elidem, (Strabo 8. pag. 231. ſ. 535. Scylax pag. 16. Hudſ. Thucyd. 2, 66.) prope Ichthyn, eius promontorium, (Agathemer. 1, 5. Geneſius c. l.) ſupra Cephalleniam, (Pauſan. 4, 23.) a qua diſtat circiter 60 ſtadia,

(Strabo c. l.) vel 25 M. P. quae efficiunt 200 ſtadia, (Plinius 4, 19. ſ. 12.) diremta freto 4 miliar. Gallicorum, (St. Sauveur c. l.) ab Ithaca 25 M. P. (Plin. c. l.) Propinquam Aetoliae dicit Liv. 26, 24. extr. pro qua Elida poterat ponere. Circuitu patet 160 ſtadiis, (Strabo c. l.) 25 M. P. i. e. 200 ſtadiis. (Plinius c. l.) Parvam omnino inſulam vocat Liv. 26, 24. extr. Fuit ὑλώδης, *nemoroſa*, olim quidem, (Homer. c. c. l. l. Strabo c. l. Virgil. Aen. 3, 270.) *alta*, (Ovid. epiſt. 1, 87.) unde a Punica voce *Zachuth* i. e. ſublimitas nomen ducit Bochartus in Chanaan 1, 23. Ipſa tamen εὔκαρπος. (Strabo c. l.) Zacynthios Achaeorum ex Peloponneſo colonos vocat Thucyd. 2, 66. Illos ad bellum Troianum duxerat Ulyſſes, (Homer. Il. 2, 634.) ex quo diſcitur, inſulam in eius fuiſſe ditione. Hinc *Dulichia* vocatur a Silio Ital. 2, 603. et *Laertia regna* 1, 290. huc referuntur. Poſt libera in bello Peloponneſiaco adiuvit Athenienſes. (Thucyd. 7, 57.) Poſtea tenuit Philippus rex Macedoniae, qui res eius ex ſua auctoritate conſtituit, (Polyb. 5, 102. extr.) eamque mercedem Amynandro dedit, ut per Athamaniam ducere exercitum in ſuperiorem partem Aetoliae liceret. Amynander Philippum Megalopolitanum inſulae praefecit, poſtea Hieroclem Agrigentinum ſucceſſorem miſit. (Vid. Liv. 36, 31. extr.) Hic, victo Antiocho, cui ſe ſocium contra Romanos adiunxerat, pecuniam pactus, Achaeis tradidit, a quibus Romani acceperunt. (Id. 36, 32.) Plinii aetate liberam fuiſſe, diſcitur ex 4, 19. ſ. 12. Urbem habuit eodem nomine, (Liv. 26, 24. extr. Ptolem. 3, 14. extr.) quam ἀξιόλογον vocat Strabo c. l. adiuncto portu. (Scylax c. l.) Arcem (ἀκρόπολιν) habuit, cui nomen *Pſophis* impoſitum a Zacyntho Pſophidio; (Pauſan. c. l.) Apollinis etiam templum, uti adparet ex Plutarcho in Dione c. 23. Ab hac inſula vicinum mare Ζακύνθιον vocat Heliodor. Aethiop. lib. 5. in. H. quod notum, *Zante*.

Dulichium) Gr. Δουλίχιον, unde Δουλιχεὺς et deinceps Δουλιχιώτης, Δουλιχιήτης et Δουλιχίς apud Stephanum. *Dulichias* rates dixit Virgil. eclog. 6, 76. eodemque adiectivo ſaepius uſus eſt Ovidius. Nomen petunt a Dolichio, Triptolemi filio, uti referunt Stephanus h. v. et Euſtath. ad Homer. Il. 2, 625. qui tamen addit, forte a δολιχὸς ſic vocatam, ut Μακρὶς de inſulis occurrit. Strabonis aetate, quod is tradit 10. p. 315. ſ. 458. vocabatur *Dolicha*, unde id repetit Stephanus. Pro eo, opinor, in Antonini itin. pag. 524. *Dulichia*. At quod idem addit, Ὀξεῖαν dictam eſſe, uti ex vero Stephano adfert Euſtathius c. l. et repoſuit Berkelius, ſecus habet, et male intellectum Strabonem male retulit. Hic enim 8. pag. 242. ſ. 351. et 10. pag. 315. ſ. 458. Oxias inſulas, i..e. acutas, Echinadibus adnumerat, easdemque ab Homero (Odyſſ. 15, 298.) Θοὰς adpellari contendit, ubi vid. Schol. De ipſo Stephani loco, quem ab epitomatore corruptum putat, vid. Politus ad Euſtath. T. 2. p. 648 ſq. Commemorat eas etiam Plinius 4, 19. ſ. 12. inter Leucadiam et Achaiam, etſi ſeparatim ab Echinadibus, et iuxta Aetoliam Heliodor. Aethiop. lib. 5. in. cf. 5, 17. p. 230. (ed. Bourdel.) qui ob formam ſic vocatas ſcribit, ut Schol. Homeri ad c. l. Iuxta Oeniadas (Acarnaniae oppidum) ad Acheloi oſtium ſitam et diſtare ab Araxo Elidis promontorio 100 ſtadiis dicit Strabo 10. p. 315. ſ. 458. In Echinadibus ponit idem 8. p. 231. ſ. 335. 10. p. 315. ſ. 458. et cum diſtinguere videatur Homerus Il. 2, 625. poetarum more factum id eſſe exiſtimat, (cf. 10. p. 312. ſ. 453. et 8. pag. 234. ſ. 340.) qui explicationis, vel amplificationis cauſa partem toti adnectant. Strabonem reddit Stephanus ſequiturque Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 14, 335. et Il. 2, 625. At diſtinguit cum Mela Plinius c. l. Porro Strabo lib. 10. c. l. Echinades omnes aſperas et ſteriles dicit, Homero tamen contra Dulichium eſt πολύπυρον (Odyſſ. 14, 335. 16, 396.) et ποιῆεν.

(Odyff. 16, 396.) Quidam commifcere videntur cum Ithaca, in quibus eft Servius ad Virgil. eclog. 6, 76. ubi *Dulichias* rates fic explicat: *Ithacenfes a monte. Dulichium infula eft, ubi mons eft Ithacus, in qua fertur habitaffe Ulyffes, eoque et ipfe Dulichius et Dulichias rates habuiffe dicitur.* Eadem fere leguntur apud Antoninum c. l. ubi vid. Weffeling. Cf. et Palmer. Ant. Gr. 4, 23. ubi hoc nomine notat Buondelmontium, ut Servium notavit Brouckhuf. ad Tibullum 4, 1, 48. Ita cum Cephallenia quosdam commifcuiffe notat Euftath. ad Il. 2, 631. alios cum Tapho, quod addit, in quibus eft Stephanus. Notat hos Strabo 10. pag. 314. f. 456. Omnes enim veteres auctores fat aperte ab Ithaca diftinguunt, in quibus Homerus Il. 2, 625. et 632. ubi narrat Dulichium Megeti, Ithacam Ulyffi paruiffe. Homero tamen deferto Dulichium pofteriores etiam Ulyffi tribuerunt, et utraque infula commixta errori illi occafionem dediffe videntur. Ita *Dulichius dux* apud Ovid. de Remed. v. 272. et in Metamorph. 14, 226. Ulyffes dicitur, quod certe non eft Homericum. At peius errat Schol. Homeri ad Odyff. 14, 397. qui Dulichium Cephalleniae urbem vocat, cumque eo Hefychius. Epeos (ει) olim illam infulam tenuiffe fcribit Stephanus, et ex Homero Il. 2, 628. docet Strabo 10. pag. 316. f. 459. Epeos cum Phyleo, cuius pater Augeas (ει) Eleae ditionis et Epeorum princeps fuit, in Dulichium migraffe. De Epeis incolis notavi ad Strabonem 10. p. 456. Parif. Vid. et Euftath. ad Homer. c. l. et quae differit Politus ad Euftath. T. 2. p. 648.

Ithaca) Gr. Ἰθάκη, unde Ἴθακος et Ἰθακήσιος apud Stephanum et Euftath. ad Homer. Il. 2, 632. Ἰθακός forte melius gentile effert Etymol. M. Paffim etiam ex Gr. ratione Latini *Ithace*, ut Ovid. Trift. 1, 5, 67. Metam. 14, 169. Et fic pro *Ithacae domus* legit *Ithace* Bentlei. in Horat. epift. 1, 7, 41. quod Porphyrion

probat. Traxit hoc nomen, ut adfirmant Stephanus et Euſtathius, ab Ithaco. Tenuit eam Ulyſſes, ut ante notavi, unde *Ithacus* vocatur a Virgilio Aen. 2, 104. Silio Ital. 2, 180. — *Ithacenſis* ab Horat. epiſt. 1, 6, 63. Circa Pheras, Achaiae urbem, ponit Scylax pag. 13. A Zacyntho removet 15 M. P. Plinius 4, 19. ſ. 12. et circuitum illi dat 25 M. P. Strabo 10. p. 313. ſ. 455. 80 ſtadiorum, quae tantum efficiunt 10 M. P. Cum Strabone tamen conſentiunt et alii. Vid. quae disputat Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 524. D'Arbois (v. ad fin.) 50 miliaria Gallo-Fr. de ambitu. Tulit urbem cum portu (Scylax c. l.) inſulae cognominem, quare et Strabo 10. p. 312. ſ. 452. non ſemper liquere dicit, ubi in Homero inſula vel urbs intelligi debeat, cuius exemplum adfert ex Il. 2, 632. Portum adtingit etiam Homer. Odyſſ. 13, 96. et 345. et 3 adeo commemorat Dicaearchus v. 51. ipſam inſulam dicit στενὴν, ὕψος δ' ἔχουσαν, de quibus prolixe disputat Strabo c. l. Homerus deſcribit ut parvam, aſperam et ſaxoſam, et quae alia conlegit Schlichthorſt de geogr. Homeri pag. 86. Cf. in primis Homer. Odyſſ. 13, 238 ſqq. λεπτὴν vocat Hermeſianax v. 29. Ab aſperitate ex Hebr. עתק nomen impoſitum putat Bochartus in Chanaan 1, 23. ubi alia aliorum loca addidit. Cf. etiam ad Virgil. Aen. 3, 272. Antrum in illo Nympharum fuiſſe ſcribit Homerus Odyſſ. 13, 103. et 348. quod de ſua aetate negat Strabo 1. pag. 41. ſ. 59. et Euſtathius fictum putat, ut ante alii, quod Strabo addit, etſi non adſentitur. Ceterum allegorice Nymphaeum illud, Nympharum antrum, explicavit Porphyrius. Celebratur in ea inſula *Neritos* mons, de quo Homer. Odyſſ. 9, 22. An idem etiam Neïus (Νήϊος) vocetur, qualem in Ithaca commemorat etiam Homer. Odyſſ. 1, 186. 3, 81. disputatur a Strabone c. l. Eundem habuiſſe et promiſcue quosdam ſcripſiſſe, patet ex Euſtathio ad Odyſſ. 9, 22. Νηρικίην Ἰθάκην vocat Dionyſ. v. 495. quod Euſtath. explicat Ἠπειρωτικὴν, ab

Epiri urbe Nerico, poſt Leucade, quam memorat Homerus Odyſſ. 24, 376. At Scholiaſtes Dionyſii ducit explicationem ex Homero Il. 2, 632. ubi quidem Νήριτον εἰνοσίφυλλον aperte de monte. Adparet tamen, eum ita ibi legiſſe, et utrumque verbum commiſtum olim fuiſſe, et promiſcue ſcriptum innuit Strabo c. l. clarius docet Stephanus ſ. v. Νήρικος. Sic *Neritum* de Leucade ſcribit Plinius 4, 2. ſ. 1. pro *Nerico.* Vid. Salmaſ. ad Solin. cap. 37. ſ. 40. qui et Νηρικίην in Dionyſio pro Νηριτίην poſitum putat, atque ita ſcribendum cenſet Oberlinus ad Vibium Sequ. p. 341. Attamen hic adſentior Euſtathio, cum regio non a loco eius, ſed contra adpelletur. Quis dixerit Dresdenſis Saxonia, Lindia Rhodus, Dictaea Crete et alia, niſi regiones cognomines montibus et locis diſtinguuntur. Olim nobilitata eſt maxime Ulyſſe, quem et numi referunt. Cf. praeter Raſchium Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 274. In hodierno inſulae ſitu multum fluctuantur Geographi, ex quibus vid. Spon. itiner. T. 1. p. 100. et Wheler. Tom. 1. p. 53. Alii *Val di Compare* vocant, alii *Thiachi*, nautae *Ceſalogna piccola*, alii *Dhaki*, alii *Ithaco*, ut Sponius. *Theachi* volunt d'Arbois (fratres) in Memoires ſur les trois departemens de Corcire, Paris. (l'an 8.) Lepores non toleraſſe narrat ex Ariſtotele Euſt. ad Odyſſ. 16, 295. p. 652, 48.

Echinades) Gr. Ἐχινάδες. Ab Homero Il. 2, 625. vocantur Ἐχῖναι, quaſi a caſu recto Ἐχίνη, poſt Homerum, ut ibi notat Euſtathius, a caſu recto Ἐχινὰς dictae Ἐχινάδες. Priori tamen etiam forma, ex Homero forte, Ἐχῖναι producuntur a Stephano et Heſychio. Cf. etiam infra. In ſingulari, quod fit rarius, adfert Ἐχινὰς Suidas; alii plurali, quia plures fuerunt Ἐχινάδες. Sic multas eſſe diſerte dicit Scylax p. 14. Hudſ. *frequentes* Avien. v. 594. et in earum numero *Dulichium* ponit Strabo 10. p. 315. ſ. 458. *Quinque* fuiſſe refert Ovid.

Metam. 8, 577. parvo ſpatio invicem diſcretas. Quod *tres* tantum fuiſſe ſcribit Camers ad Priſcianum v. 448. quorum nomina ſint *Artemites*, *Agallo*, *Megale*, unde duxerit, et quo modo probari poſſit, ignoro. *Artemita* apud Stephanum in hoc tractu ponitur, et diſerte a Strabone 1. p. 41. ſ. 59. hoc nomine, (olim vulgo *Artemia*) Echinadum una dicitur, ſed quae continenti, uti aliae, congeſto Acheloi limo adhaeſerit. De aliis aut nihil, aut parum certi inveni. Dulichium tamen, quod ſupra notavi, Echinadibus adſcribit Strabo. Idem *Oxias* inſulas, quas ab Homero (Odyſſ. 15, 298.) *Θοὰς* dici putat, in Echinadibus ponit lib. 8. pag. 242. ſ. 351. etſi ſibi non conſtat, et lib. 10. pag. 315. ſ. 458. cum Plinio 4, 19. ſ. 12. easdem ab Echinadibus diſtinguit. *Taphum*, (ita Homerus in ſingulari, ut Odyſſ. 1, 417. aliis *Taphiae*,) Echinadibus adnumerant etiam Didymus ad Odyſſ. 1, 105. Euſtath. ad Dionyſ. v. 431. Schol. Heſiodi ad ſcutum in. p. 189. ed. Heinſ. Apollonii Rh. 1, 747. idque tuetur etiam ex Apollodoro 2, 4, 5. Musgravius ad Eurip. in Iphig. in Aulide v. 284. repugnante Schlichthorſtio in Geogr. Homeri p. 90. quod peculiare Taphiis regnum tribuat Homerus Odyſſ. 1, 180 ſq. et nimis longo intervallo illae inſulae ab Echinadibus abſint. At Acarnaniae utraeque obiectae erant. Alii tamen, in iis Strabo, Plinius, diſtinguunt. Nempe de numero et nominibus earum parum conſtitiſſe videtur auctoribus. Hic tamen excutere illa accuratius non licet. Cf. Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 9. et de Taphiis et Telebois, incolis, Heyne ad Apollodor. p. 312. et quos adducit. Quod *Echidnas* eas etiam dici ſcribunt Ortelius in theſauro Geogr. h. v. et Ferrarius in Lexico Geogr. h. v. ſalſa et depravata olim lectione librorum editorum decepti ſunt. Ita nempe alias apud Euripidem in Iphigenia in Aulide v. 286. et Seneca in Troade v. 837. In hoc enim

Echinae nunc editur, in illo Ἐχινάδας, etsi et Ἐχίδνας vel Ἐχίνας alii volunt. Cf. quae ad illum locum notarunt viri docti et Leopardus in emendatt. 4, 10. In causa nominis variant auctores. Plures contulit auctor Etymol. M. Nempe παρὰ τὸ ἔχειν πλῆθος ἐχίνων, (sic Athenaeus 1, 24. p. m. 30. Eustath. ad Homer. Il. 2, 625. et ad Dionys. v. 431. Stephanus h. v.) ἢ ἀπ' Ἐχίνου τοῦ μάντεως, τοῦ μετὰ Ἀμφιτρύωνος στρατεύσαντος, (sic Apollodor. apud Stephanum h. v. Etym. M. ubi etiam prior opinio, Eustathius ad Dionys. c. l. qui tamen scribit Ἐχίονος) ἢ παρὰ τὸ ἐνέχεσθαι πλησίον ἀλλήλων, ἢ ἐπειδὴ ἰλὺς ἐκ τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ κατερχομένη, ἐκεῖσε ἐνέχεται καὶ ἀπογαιοῦται. Addit etiam ἀπὸ τοῦ ἐχῖνος, quod Stephanus ad τὸ τραχὺ καὶ ὀξὺ refert. Fabula refert, olim Nymphas fuisse, quas Achelous in insulas has converterit, de qua vid. Ovid. Met. 8, 579 sqq. Propius obiectas esse Acarnaniae sequentia declarabunt. Ab Acheloi enim amnis limo congestas esse scribit Plinius 2, 87. s. 85. et hinc Plutarchus de exsilio p. 602. s. 377. (Reisk.) eleganter vocat ἰλὺν νεοπαγῆ τοῦ Ἀχελώου προσχωννύντος. Alii contra ab eo illarum aliquas continenti fuisse adiunctas, uti Demetrius Scepsius apud Strabon. 1. p. 41. s. 59. et ipse Strabo 10. pag. 315. s. 458. Thucyd. 2, 102. Cf. Scylax p. 14. Hudf. De dimidia parte id adfirmat Herodot. 2, 10. Alii limum omnino iis advolvi narrant, uti Lucan. 6, 364. Statius Theb. 2, 731. Stephanus h. v. Priscianus v. 522. — Inde vero brevi omnes idem fatum esse experturas, praedicunt Thucyd. c. l. Strabo lib. 10. c. l. Hesiodus apud Strabon. lib. 1. c. l. quod tamen Hadriani aetate nondum evenisse adparet ex Pausania 8, 24, 5. quia terra inculta iacuerit et inde facta fuerit solidior. Refert tamen ex aliorum narrationibus Eustathius ad Dionys. c. l. sua aetate non amplius inveniri. Quales describunt auctores, fuerunt parvae et desertae, (Thucyd. c. l. Scylax c. l.) asperae et steriles,

(Strabo lib. 10. c. l.) nautis inacceſſae. (Euripides c. l.) Quod tamen Callimachus in Delum v. 155. iis λιπαρὸν ὅρμον tribuit, de eo vide Arnaldus animadv. p. 137. et quae ex Ruhnkenii epiſt. crit. 2. pag. 31. monuit ibi Erneſtius. Cum Strophadibus male miſcet easdemque habet Apollodor. 1, 9, 21. Hodie quidam putant eſſe *Curzolari.*

Strophades) Gr. Στροφάδες, unde Στροφαδεὺς gentile ducit Stephanus. Στρομφίδες νῆσοι vocantur ex Dinarcho ab Harpocratione h. v. pag. m. 325. pro quo Valeſius ad c. l. et Holſten. ad Stephan. p. 304. volebant Στροφάδες. Tum certe vitium fuit inveteratum, quia idem Suidas h. v. ubi illum aperte reddit. At recte ibi pro Κύνθου Mauſſacus ſcripſit Ζακύνθου, uti eſt apud Suidam, quem poterat teſtem etiam advocare, etſi res ipſa docet. Νῆσος Στροφαδία eſt in Hieroclis Synecdemo p. 648. (Weſſ.) Easdem ante dictas fuiſſe Πλωτὰς, cum Mela adfirmant Apollon. Rhod. 2, 296 ſq. Plin. 4, 19. ſ. 12. et Antonin. in itiner. p. 523. (Weſſel.) Suidas explicat: Πλωτὴ νῆσος, ἡ πλεομένη, Euſtath. ad Dionyſ. v. 461. περίδρομοι, etſi de aliis Plotis haec. Nam *Plotae* etiam dictae ſunt a quibusdam inſulae Aeoliae, et numero 7 fuiſſe ſcribit Priſcian. v. 475. uti Euſtath. ad Dionyſ. v. 461. ubi Scholiaſtes anonymus earum ſubiicit nomina, quae ſunt *Strongyle*, *Euonymos*, *Didyme*, *Phoenicuſa*, *Ericuſa*, *Hiera*, *Lipare*, quas infra recenſet Mela, procul a Strophadibus remotas. Homerus tamen, unde ductum eſt, Aeoliarum unam tantum Odyſſ. 10, 3. Πλωτὴν vocat. Poſtea, quod ſuperiores auctores referunt, noſtrae dictae ſunt *Strophades*, cuius nominis cauſam duplicem adfert Schol. Apollonii ad c. l. vel διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ὑποστρέψαι, στραφέντας εἰς τοὐπίσω, quod ex Antimacho ſumſerit Apollonius, vel, ſecundum alios, καθὸ ἐπιστραφέντες (Argonautae) αὐτόθι ηὔξαντο τῷ Διῒ

καταλαβεῖν τὰς Ἁρπυίας. Vid. etiam Servius ad Aen. 3, 209. et Apollodor. 1, 9, 21. qui tamen male easdem antea *Echinadas* vocatas eſſe tradit. *Duas* fuiſſe narrat Plin. c. l. Strabo 8. pag. 248. ſ. 359. et Stephanus h. v. *Cypariſſiorum inſulas* vocat Strabo, in mari Libyco et meridiano 400 fere ſtadiis a continente diſſitas. Plinius c. l. ponit ante Zacynthum 35 M. P. in Eurum ventum; Stephanus ad Zacynthum; Harpocration et Suidas inter Zacynthum et Elida; Virgil. Aen. 3, 211. et Antoninus c. l. in mari Ionio, quo Graecia adluitur; ad Peloponneſum Ptolem. 3, 16. extr. Minus igitur accurate in Epiro ponit Mela et cum Echinadibus coniungit. Peius in mari Siculo Schol. Apollonii. *Harpyiarum* ſede in fabulis innotuiſſe, conſtat ex Virgil. Aen. 3, 212. et aliis. H. *Stribali.*

Leucadia) Gr. Λευκαδία, unde *Leucadii* ſaepe in utrisque auctoribus. At iidem in forma inſulae discrepant. Quidam *Leucadiam* vocant inſulam c. Noſtro, et ab urbe *Leucade* discernunt, veluti Thucyd. 3, 94. Livius 33, 17. 6. Plin. 4, 2. ſ. 1. Alii *Leucas* etiam de inſula uſurpant, ut Strabo paſſim, Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 7. Plinius etiam 2, 92. ſ. 90. Florus 4, 11, 4. Ovid. Metam. 15, 289. Ptolemaeus 3, 14. in Cod. Palatino. In aliis certi aliquid ſtatui nequit, utrum de inſula, an de urbe dicatur, etſi, de navigatione ubi narratur, inſula videtur, ut apud Polyb. 5, 5, 11. Diodor. Sic. 12, 60. — Ab utraque differt *Leucata* ſ. *Leucate* promontorium, de quo vid. Cellarius in Geogr. ant. 2, 13, 210. etſi fere in caſibus obliquis adfert *Leucatae*, *Leucaten*, *Leucate*. Derivo a Λευκάτας, ut Χελωνάτας, α, vid. ad Strabon. 10. p. 456. Pariſ. In Plinio 4, 2. ſ. 1. eſt *Leucates*, niſi quis cum Drak. ad Liv. 44, 1, 4. malit eſſe ibi genitivum, in Ptolem. 3, 14. Λευκὰς ἄκρα, apud Servium ad Virgil. Aen. 3, 274. *Leucata* mons. Cf. ad 2, 3, 10. Antiquius nomen, teſte

Plinio 4, 2. f. 1. infulae fuit *Neritis.* Olim *Leucadia* continenti, Acarnaniae, adhaefit. (Ovid. Metam. 15, 289.) unde ἀκτὴ Ἠπείροιο apud Homer. Odyff. 24, 377. de quo Strabo 10. p. 311. f. 452. poft mare ifthmum perrupit et infulam fecit. (Plin. 2, 92. f. 90.) Alii tamen, ut Scylax pag. 13. Strabo 1. pag. 40. f. 59. 10. p. 311. f. 452. narrant, ifthmo a Corinthiis perfoffo infulam factam effe. Plinius autem in alio loco 4, 2. f. 1. paene infulam dicit opere accolarum a continenti abfciffam, redditamque ventorum flatu congeriem arenae accumulantium. Infula igitur facta eft poft Strabonem et Livium, qui 33, 17, 6. tradit, tempore Philippici belli circa annum u. 555. paene infulam fuiffe, poft vadofo freto, quod manu perfoffum fuerit fua aetate, infulam factam. Cf. Polyb. 5, 5, 12. Sed iam ante ea tempora fuiffe infulam docet Strabo c. l. Vid. Reiskius ad Polyb. c. l. ubi notat Livium. Cf. quae differit Gronov. ad calcem Scylacis pag. 35. Thucydidis tempore paene infula fuit, quippe qui 3, 94. ifthmi meminit. Quas narrationes ut componat, auctoresque conciliet, Harduinus ad Plin. 2, 92. f. 90. ftatuit, bis continenti redditam fuiffe. Cf. etiam, quae differunt Voffius ad Scylacem pag. 29. Palmer. Gr. ant. 3, 10. et Dodwell. de Peripli Scylacis aetate §. 8. quos Harduino addo ex Dukeri nota ad Thucyd. c. l. Locum, quo perfoffo in infulam ceffit, Dioryclon vocat Plin. 4, 2. f. 1. ftadiorum 3 longitudine. Eius mentionem facit etiam Dionyf. Halic. 1, 50. et Polyb. 5, 5, 12. *Traductionem* vocat Hyginus apud Sofipatrum Grammat. p. 108. (ed. Putfch.) Fauces tamen, quibus olim adhaefit Acarnaniae, 500 ferme paffus longas, latas haud amplius 120 fuiffe refert Livius. Poft fretum ponte ftratum fuiffe narrat Strabo c. l. quale fupra de Pharo habuimus. Et fic hodie St. Maura continenti adhaeret. (Geogr. Ephemeriden P. 2. p. 54.) Quid Mela ftatuerit, manifeftum eft ex ipfa narratione. Aut igitur paullo poft paene infula

iterum facta eſt, uti narrat Plinius, aut Melam, id acci-diſſe, latuit. Hoc offendet, quod in ſua paene inſula urbem ponit Plinius 4, 2. ſ. 1. *Leucada*, olim *Neritum* (vel potius *Nericum*, de quo ſupra) Mela autem 2, 3, 10. Leucada Acarnaniae continenti tribuit. Livius c. l. cum Plinio facere videtur, dum ſcribit, in iſthmo poſitam fuiſſe adplicatamque colli verſo in orientem et Acarnaniam. Sic hodie plures in ipſa inſula urbem eam ponunt. At diſerte Dionyſ. Hal. 1, 50. adfirmat, inter Dioryctoη et urbem ipſam inſulam illam fuiſſe. Quare ſita fuit in ipſa Arcanania ad fauces, fretum poſtea, ἐντὸς τοῦ Ἰσθμοῦ, ubi et erat Apollinis templum, ſec. Thucyd. 3, 94. quod in Leucate ponit Strabo 10. pag. 311. ſ. 452. De nomine et incolis dictum eſt ad 2, 3, 10. Inſula ipſa ab urbe vicina nomen traxiſſe videtur. Hodie *S. Maura*. TZSCHVCKE. Eſt inibi peninſula cognominis, de qua ſupra (ad 2, 7, 10.) diximus, ab hac, niſi fallor, diverſa, Ptolemaeo (3, 14.) *Scopelos* appellata. Hanc enim inter inſulas cenſet Mela, niſi quis ex Plinii (4, 2. ſ. 1.) verbis, quondam inſulam eam, mox peninſulam factam eandem intelligere ma-vult. VADIANVS. Haec ex ſuperioribus intelliguntur. Leucas urbs in continenti fuit, a qua inſula avulſa erat. Male eandem bis diverſa forma referat. *Scopelos* Ptolemaei, ut docet Cod. Palatinus, a Leucadia diverſa eſt, et de Nerito ſ. Nerico poſſit melius intelligi. Ceterum cf. de inſula Wheler voyage Tom. 1. pag. 54 ſqq. nuper d'Arbois ſur les trois departemens de Corcire, Paris an 8.

Corcyra) Gr. Κέρκυρα, Latinis *Corcyra* fere, penultima producta, quam tamen corripit Avienus v. 662. In utrisque tamen auctoribus paſſim penultima variat. Nam et in Graecis reperitur Κόρκυρα, et ſic ſcribunt in editis Pauſan. 2, 5, 2. 5, 22, 3. (idem tamen per ε 1, 11, 12.) Aelian. H. An. 5, 56. extr. (Cod.

Medic. ε) Conon narrat. 3. Sic Cod. Vatic. et Coislin. in Diodoro Sic. 4, 72. et alibi, Strabonis epit. lib. 7. p. 103. (Hudſ.) Sic in ipſo Strabone 7. p. 207. ſ. 299. MSS. in quibus Moſcov. uti contra 1. p. 30. ſ. 44. Κέρκυραν habent cum Moſcov. editi Κόρκυραν. Herodotus, Thucydides, alibi Strabo, Dionyſ. Periegetes (v. 494.) Polybius, Scymnus Chius v. 445. aliique praeferunt ε. Atque ita olim variatum eſſe in vetuſtis ſchedis adfirmat Euſtathius ad Dionyſ. v. 494. Priori ſcripturae per ο ſuffragantur numi, qui ſic conſtanter exhibent, ut docent Raſche in Lex. num. T. 1. P. 2. p. 899 ſqq. et Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. p. 179. Quare pronuntiare non dubitavit Spanhemius ad Callimach. in Delum v. 156. Κόρκυρα in auctoribus ubique eſſe reponendum. Per ο reperitur etiam in Muratorii theſ. inſcrr. T. 2. p. 646, 1. 633, 2. Quirinus in primordiis Corcyrae cap. 2. pag. 11. ubi plura, utramque ſcripturam ex Euſtathio probavit. Cf. et Erneſti ad Callim. c. l. Marmora in hiſtoria di Corfu lib. 1. pag. 2. utraque forma uſos eſſe auctores pronunciat *a lor capriccio*. Cf. de Codd. fluctuatione Schweighaeuſer. ad Appian. in Illyr. c. 7. Schraderus ad Avienum v. 662. antiquiorum putat fuiſſe Κέρκυρα, quae mox abierit in Κόρκυρα, ut in Methone, Mothone, Berenice, Beronice, et placuerit. Quare etiam numos recentiores putat, certe quos produxerit Harduinus, ſub imperatoribus percuſſos eſſe. Sed alii antiquiores exhibent, et recentiores Graeci, veluti Conſtantin. Porphyrog. de them. 2, 7. Hierocles in Synecdemo p. 652. (Weſſ.) Procop. de B. Goth. 4, 22. aliique Κέρκυραν ſcribunt. Contra in Latinis auctoribus libri quidam dant *Cercyra*, uti docet idem Schraderus c. l. Cf. Oudendorp. ad Lucan. 5, 420. Incolae ſaepe obvii *Corcyraei*. Κέρκυρες tamen etiam ex nonnullis, ut Ἴλλυρες, notat Euſtath. ad Dionyſ. v. 494. et ad Homer. Il. 13, 301. p. m. 904, 24. *Cercyraeos* etiam a Latinis dictos eſſe ex Codd. indiciis ſuſpicatur Oudendorp. ad Frontin. 1, 12, 11. ubi pro ο in

libris legitur *e*. Insula olim varia habuit nomina, quae recenset Plinius 4, 19. s. 12. sic: *Homero dicta Scheria, et Phaeacia, Callimacho etiam Drepane.* Neque tamen ordine procedit, et aliqua omittit. Antiquissimum nomen, uti liquet ex Eustathio ad Homer. Odyss. 5, 34. fuit Δρεπάνη, pro quo ad Dionys. v. 494. habet Δρέπανον, ut Tzetzes ad Lycophr. v. 762. et 869. qui simul nominis causam adiungit, quod ibi fuerit κεχωσμένον τὸ δρέπανον, ἐν ᾧ ὁ Ζεὺς Κρόνον ἐξέτεμεν· ἢ ὅτι ἐκεῖ ἔκειτο τὸ δρέπανον, ὃ Δημήτηρ ἔλαβε παρ' Ἡφαίστου τέμνειν τοὺς στάχυς. Cf. Apollon. Rh. 4, 990. Stephano etiam est Δρεπάνη. Successit eodem teste *Scheria*, uti sub h. v. refert addita causa: Cererem metuisse, ne fluvii ex Epiro irruentes continentem ipsam facerent, Neptunumque rogasse, ut eorum cursus averteret; ἐπισχεθέντων τούτων sic vocatam esse. Idem Schol. Apollonii ad 4, 983. ex quo adparet, ducta ea esse ex Aristotele de Corcyraeorum politia. Cf. et Eustath. ad Odyss. 5, 34. p. 204, 18. Sic saepe Homerus vocat, ut ex multis locis adparet, in primis ex Odyss. 14, 314 sqq. Agnoscunt etiam alii, uti Conon narrat. 3. Strabo 6. pag. 186. s. 269. Iulius Polyaenus in Anthol. Gr. Tom. 2. p. 287. (p. 262. Iacobs.) Crinagoras ib. Tom. 2. p. 147. s. 134. et alibi; Pausan. 2, 5, 2. Stephanus h. v. Eustath. ad Homer. Odyss. 5, 34. et ad Dionys. c. l. Schol. Apollonii ad 4, 983. Nec impedit, quod Homerus de Scheria ita loquitur, quasi extra orbem in Oceano fuerit, veluti Odyss. 6, 8. 204. Nempe haec a poeta, uti monet Ernesti ad priorem locum, veritati historicae poetico more delectandi causa addita sunt. Cf. et Strabo 1. p. 30. s. 44. Ab incolis saepe eam Homerus vocat Φαιήκων γαῖαν, uti Odyss. 5, 35. 280. 288. et alibi. Ita enim diserte Odyss. 13, 160. βῆ ῥ' ἴμεν ἐς Σχερίην, ὅθι Φαίηκες γεγάασιν. Cf. Apollodor. 1, 9, 25. Hinc Φαίαξ et Φαιακία apud Stephanum h. v. Φαιακὶς et Φαιακία apud Eustath. ad Dionys. c. l. Φαιακία νῆσος Tzetz. ad Lycophron. v. 762. Φαιακία

Schol. Callimachi in Del. v. 156. Φαιακὶς Conon narr. c. l. *Phaeacia* Schol. Lucani ad 9, 32. et Κόρκυρα Φαιηκὶς apud Crinagoram epigram. 23, 7. c. l. Phaeaces autem eam tenuiſſe olim, referunt etiam Thucyd. 1, 25. et Conon narrat. 3. eorumque regem Alcinoum paſſim celebrant Homerus, uti Odyſſ. 7, 167. Apollon. Rhod. 4, 995. Dionyſ. v. 494. et alii. Cf. de Phaeacibus prolixe diſſerens Cluver. in Sicilia ant. 2, 16. p. 429. His nominibus additur Μακρὶς, a Bacchi nutrice, (Schol. Apollonii c. l.) Ἄργος ab Euſtathio ad Dionyſ. c. l. pro quo tamen Μακρὶς reponit Cluverius in Sicilia ant. c. l. De Macride teſtatur etiam Apollonius ipſe 4, 990. Cf. et de variis appellationibus Quirini primordia Corcyrae. Denique *Corcyra* dicta eſt, ab Aſopi fl. filia, (Pauſan. 2, 5, 2.) quam in Corcyram transtulit Neptunus. (Diod. Sic. 4, 72.) Conſentiunt et alii, quos ad Diod. laudat Weſſeling. Ad Corcyram tamen nigram refert Apollon. 4, 567 ſq. cui repugnat ipſe Schol. ad 4, 983. Corcyrae et Neptuni filium Phaeacem, unde Phaeaces, ſcribit Diodor. c. l. eumque Alcinoi patrem fuiſſe, qui Ulyſſem hoſpitio exceperit. Tum antiquius nomen fuit Corcyra. At Conon c. l. poſt Phaeacas in Scheriam Corinthios migraſſe, et inſulam mutato nomine Corcyram adpellatam tradit, quae magis congruunt Homero, qui Corcyram ignorat, et ſic diſerte ante Corcyrae adventum Scheriam vocatam eſſe tradit Pauſan. c. l. De Corinthiis colonis plura adſunt auctorum teſtimonia, veluti Herodoti 3, 49. Thucyd. 1, 25. Apollonii Rhodii 4, 1212. Sed in tempore et duce diſſentiunt. Sic Strabo 6. p. 186. ſ. 269. habet Cherſicratem, libri etiam Cheraecratem, quod convenit magis cum Plutarcho in Quaeſt. Gr. p. 175. (ed. Lpſ.) ubi Charicrates vocatur. Tum vero Eretrienſes inſulam tenuiſſe Plutarchus, Lucanos Strabo ſcribit. Sic diſſentiunt in tempore, uti docet Weſſeling. ad Herodot. c. l. Corinthiorum coloniam indicant etiam numi, in quibus matris inſigne, pullus Minervae conſpicitur. Cf. Wachteri

archaeolog. num. cap. 8. pag. 97. et Rafche Lex. T. 1. P. 2. pag. 901 fq. Poft auctores fuos contemferunt et bello eos petierunt, de quo Thucyd. 1, 24 fqq. qui omnino de rebus eorum prifcis expofuit multa. Poft Olymp. 119. Cleonymus, rex Spartanus, infulam occupavit, (Diodor. Sic. 20, 104.) a Caffandro, Macedoniae rege, obfeffam Agathocles, Syracufarum rex, liberavit, (idem eclog. lib. 21, 1, 2.) cepit Pyrrhus. (Paufan. 1, 11.) Illyriis fe dedit eorumque praefidio obpreffo Romanis a. u. 525. (Polyb. 2, 10. 11.) fub quorum imperio manfit. Plinii tempore liberam fuiffe, difcitur ex lib. 4, 19. f. 12. confentiente Strabonis epitome lib. 7. c. l. Olim nauticarum rerum gloria floruit, (Thucyd. 1, 25. Strabonis epit. c. l. Euftath. ad Dionyf. c. l.) unde *potens* vocatur Prifciano v. 521. etfi Camers ad alia refert. In Homero Odyff. 8, 96. et al. ideo adpellantur φιλήρετμοι, 8, 191. — ναυσίκλυτοι. Celebratur eius fertilitas a multis. Hinc Ovid. Metam. 13, 719. *Phaeacum felicibus obfita pomis rura.* Iuven. 5, 151. *perpetuus Phaeacum auctumnus*, de pomis; Hygin. fab. 276. *ager bonus.* Hinc Apollon. Rhod. 4, 983. πίειρα νῆσος, et Dionyf. v. 494. λιπαρή, ubi Euftath. refert ad τὸ πολύκαρπον et εὔκαρπον. Strabon. epit. c. l. εὐτυχής et alia. Maxime huc pertinet locus Homeri Odyff. 7, 114 fqq. ubi fertilitatem eius ex fructibus prolixius laudat. Noti funt *Alcinoi horti*, in numis etiam expreffi, qui generofis fructibus abundabant. Hinc *bifera Alcinoi pomaria* apud Stat. filvar. 1,3, 81. Vid. ibi Barthius, Camers ad Prifcian. c. l. et Avien. c. l. Urbem cognominem plures memorant. Eadem *Scheria* eft Homero Odyff. 6, 8. *Caffiopen* addunt Plin. 4, 19. f. 12. et Ptolemaeus 3, 14. praeter alios, ubi templum Iovis Cafii fuiffe ex Plinio et Suetonio in Nerone c. 22. difcitur, numis omnino de Iovis illius nomine et cultu adfentientibus. Praeterea *Heracleam*, urbem Graecam, cum portu commemorat Scylax pag. 7. Multas ipfam urbes et infulas condidiffe teftatur Euftath. ad Dionyf. c. l. Ex urbi-

bus quidem commemorat Epidamnum Thucyd. 1, 24. Apolloniam Pausan. 5, 22. Insula ipsa in longitudinem patebat 97 M. P. (Plin. c. l.) et obiecta erat Thesprotiae; (Plin. c. l. Scylax p. 11. Hudſ.) a Buthroto aberat 12 M. P. (Plin. c. l.) a Leucade 700 stadiis. (Agathemer. 1, 4.) Tres eius portus commemorat Scylax p. 11. Hudſ. Plura dabunt de insula Marmora et Quirinus, ex Homero Schlichthorſt. in Geogr. Homeri p. 118. ſq. Ex recentioribus St. Sauveur illi tribuit longitudinem 20 miliarium Fr. Gallicorum, latitudinem 106, circuitum 60; d'Arbois eodem ordine numerant 70, 30, 180 miliaria Italica. H. *Corfu.*

Thracum) Ut nihil relictum fuerit Macedoniae. Et certe vetus Macedonia ſic fuit coartata, ut eam nec verſus Orientem, nec verſus Occidentem tangeret mare. IAC. GRONOVIVS *MS.* Ita vero ſecum pugnet Mela, qui in altum eam extendit et plura loca maritima recenſet 2, 3. Immo tenet ordinem inſtitutum, quo inſulas hactenus recenſitas obpoſuit vel Thraciae, vel Graeciae.

§. 11. *interius)* In mediis undis inter Graeciam et litus Aſiaticum. Prius enim continenti propiores enarravit. VADIANVS. In ipſo medio mari. I. GRONOVIVS *MS.*

Melos) Gr. Μῆλος, unde Stephanus ducit Μήλιος, Μηλιεὺς, Μηλιακὸς et de regione Μηλίς. In numis ſaepe occurrit Μηλιων, an et Μαλιων de incolis, disputat prolixe docteque Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 330 ſq. qui ex Dorica dialecto et aliunde tuetur. Varia geſſit nomina, quae recenſet Plin. 4, 23. ſ. 12. Sunt *Byblis.* Ita eodem teſte vocavit Ariſtides. In Stephano eſt Βύβλος, pro quo tamen Salmaſius ad Solin. cap. 11. ſ. 17. pag. m. 129. ex Plinio emendat Βυβλίς. A Bybliis Phoenicibus id nomen ducit Stephanus.

Cf. Dacieria ad Feſtum p. 235. *Zephyriam* addit Stephanus, et ex Ariſtotele notat Plinius, pro quo Bochart. in Chanaan 1, 14. malit *Zeriphia*, quia Hebraeis *Zeripha* (צריפרן) ſit alumen, quod ibi provenit. Item *Mimallis* apud Plinium ex Callimacho. Μιμαλὶς eſt etiam apud Heſychium h. v. qui et ſuo loco notat Μεμβλὶς, quod pro Byblis in Plinio quidam libri legunt. Simplex ex eo *l* in Plinio praefert Salmaſius ad Solin. c. l. quippe qui Plinium reddidit, etſi in aliis libris editur etiam μελανίδα vitioſe. Denique refert Plinius ex Heraclide *Siphnum* (vel, ut ex libris malit Harduinus, *Siphin*) et *Acyton*, de quibus vid. Harduin. Heſychius tamen praeterea notat *Laſium* h. v. Nomen *Melos* a Melo quodam petit Euſtath. ad Dionyſ. v. 530. ex Arriani hiſtoria, cum Feſto h. v. p. 235. (ed. Dacier.) qui addit, ex Phoenicibus ad hanc inſulam profectis fuiſſe. Bochartus a voce Hebr. מלא (melo) derivat, et ad fruges maxime refert. Tournefort refert, quosdam nomen ducere a voce Gr. μύλος, quod recte improbat ipſe. (Tom. 1. lettr. 4. pag. m. 180.) Pleroſque a pomi rotunditate dictam velle, notat Bochartus c. l. quia inſularum ſit rotundiſſima, uti quidem tradunt Plin. 4, 23. ſ. 12. Solin. 17. ſ. 11. et Iſidor. orig. 14, 6. Hodie tamen arcus formam referre, adfirmat Dapper des isles — p. 359. Teretem illi formam tribuit Kinsbergen (Reiſe.) p. 18. Iuxta Cretam locant Strabo 10. p. 334. ſ. 484. Ptolemaeus 3, 17. extr. ad mare Creticum Euſtath. ad Dionyſ. v. 430. iuxta Cimolum inſulam Scylax pag. 19. Hudſ. A promontorio Peloponneſi Scyllaeo Strabo c. l. removet 700 ſtadiis et totidem fere a Dictynnaeo Cretae, 19 miliaria Batava Kinsbergen pag. 18. a Cretae prom. *Garabuza.* Circuitum illi dat 36 miliarium Thevenot (ed. 1689. 8.) p. 341. Urbem cognominem notant Plinius, Ptolemaeus, Stephanus; portum Scylax. Eius fertilitatem laudant paſſim auctores, ex recentioribus praeter etiam Tournefort voyage Tom. 1. lettre 4. pag. 188. nuper etiam Kinsbergen pag. 21. et

Sauveboeuf Tom. 2. p. 190. Ex antiquis maxime confulendus Theophraftus de caufis plantarum 4, 12. et 8, 5. Ex multis memoratur *Melinum*, terra alba, qua pictores utebantur, optima. (Plin. 35, 19. f. 6. Dioscorides 5, 180. Harduinus ad Plin. c. l. et Tournefort voyage Tom. 1. lettre 4. p. m. 191.) De eius apud pictores ufu exemplum Zeuxis legitur in Aeliano V. H. 2, 2. ubi μηλίδα vocat. Cum Cimolia et Samia laudat Theophraft. de lapid. p. m. 400. *Sulphur nobiliffimum*, (Plin. 35, 50. f. 15. Dioscor. 5, 124. Cf. Tournefort p. 187.) *thermae fulphureae*, (Thevenot voyages (1689.) P. 1. p. 341.) *alumen*, (Plin. 35, 52. f. 15. Dioscorides 5, 123. Cf. Tournefort p. 188. et Celfus lib. 6, 19.) *fontes calidi*, (Plin. 31, 32. f. 6. Tournefort pag. 192.) *pumices*, (Plinius 36, 42. f. 21. Theophraft. de lapid. p. m. 394. Heinf.) quos tamen duros effe dicit Tournefort p. 177. Caufam adfert idem p. 135. quod tota infula rupes quafi fit intus excavata et perforata, quam penetret aqua marina. *Lapides molares* laudat in primis Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 435. (f. p. 206.) Strabo hanc infulam c. l. dicit vicinis memorabiliorem. Ita Herodotus 8, 48. narrat, Melios duas naves 50 remorum Graecis ad Salaminem praebuiffe. In bello Peloponnefiaco ab Athenienfibus expugnata eft, qui puberibus interfectis pueros et feminas in fervitutem abduxerunt. Strabo c. l. Thucydid. lib. 5. extr. Cf. etiam Diod. Sic. 12, 80. et ibi Weffel. Fuerunt coloni *Lacedaemoniorum*, uti referunt Herodot. 8, 48. Thucyd. 5, 84. Xenophon in hift. Gr. 2, 2, 3. De ipfis deductoribus, etfi discrepant, Conon narrat. 36. et Plutarch. de virtut. mulierum f. v. Τυῤῥηνίδες. *Phoenices* tamen conditores iactant Stephanus et Feftus, quod certe remotiora tempora tangit. *Sidonios* Heraclides apud Stephanum, de quo Bochart. in Chanaan 1, 14. Defolatam poft infulam colonis frequentarunt *Athenienfes*, uti narrat Thucyd. c. l. Ipfi vero Melii antea colonos deduxerunt

Cryaſſam, urbem Cariae, ſec. Plutarch. de virtut. mul. ſ. v. Μηλίαι. Ex civibus maxime innotuit *Diagoras* atheus, quem inde Melium vocant: vid. Aelian. V. H. 2, 23. Cic. de nat. Deor. 1, 1. Euſtath. c. l. Suidas h. v. et pluribus Brucker. in hiſt. philoſ. T. 1. p. 1204 ſqq. (ed. 2.) Quod enim Mileſium faciunt Euſebius praepar. Evang. 14, 16. Theodoretus Therapeut. Gr. ſermone 3. in. Chryſoſtom. homil. 4. in 1 Corinth. 4, 5. p. 30. (ed. Montfaucon, qui, cum ſic in omnibus MSS. legatur, errorem auctoris putat,) fluxit id ex corrupta lectione Plutarchi de placitis Philoſoph. 1, 7. ubi ſcribitur in libris Μιλήσιος, quod monuerunt Xylander ad c. l. Palmer. in exercit. pag. 230. Brodaeus Miſcell. 6, 22. Bentlei. ad Callimachi fragm. 86. Sic Mileſius in libro apud Minuc. Felic. c. 8. quod adeo dubium animi fecit Daviſium, utrum auctori, an librariis id adſcriberet. Sed ſuperiora loca vitium coarguunt, eademque de cauſa Socrates Melius dictus eſſe videtur ab Ariſtophane in nubib. v. 852. ubi vid. Schol. Nempe Diagoram Melium in proverbium abiiſſe ἐπὶ τ. ἀθέων et ἀπίστων docet Apoſtolius proverb. centur. 7, 3. Hinc *Melius* dictus Hippon Rheginus a quibusdam, uti docent Bruckerus c. l. et Fabricius in bibl. Gr. Vol. 2. p. 658. (ed. Harleſ.) Ceterum Cycladibus h. inſulam adnumerat Stephanus, et Strabo omnino in mari Cretico ponit, etſi poſt Artemidoro cedit, qui in Cycladibus poſuerat. Plura de illa dabit Tournefort c. l. H. *Milo*.

Olearos) Gr. Ὠλέαρος et Ὠλίαρος, de quo dictum eſt in not. crit. p. 526. Stephanus inde format Ὠλιάριος. De ſpatio et ambitu nihil apud antiquos. Tournefort voyage T. 1. lettre 5. p. m. 221. circuitum illi dat 16 milliarium. Stephanus ex Heraclide Pontico refert, a Paro 58 ſtadiis fuiſſe remotam, ubi tamen Cod. tantum habent 18, de quo diſputat Tournefort pag. 232. Etſi enim, quod ſcribit, fretum, quo Antiparos, quam

noſtram indicat, a Paro diſtet, longum ſit M. P. computari tamen a portu illius ad portum Pari 6 vel 7 M. P. Stephani enim 58 ſtadia revocat ad 7 fere M. P. Hinc vero Olearum hodie eſſe *Antiparon* exiſtimat. Inſulae utriusque viciniam probare videntur certe poetarum loca, qui coniungunt, veluti Virgilii Aen. 5, 126. Statii Achill. 2, 5. — Fertilitatem eiusque portum commemorat Thevenot c. l. (infra.) Memorabilia inſulae, quae ſunt, maxime de ſpecu miro dabit Tournefort c. l. cum quo cf. Thompſon's trav. Vol. 1. p. 292 ſqq. De hodierno nomine dictum. Harduin. tamen ad Plin. c. l. putat h. eſſe *Rocchi.* Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 200. dicit h. *Nio.*

Aegilia) De nomine eiusque varia ſcriptura dictum eſt in not. crit. p. 527. Si vera eſt lectio poſita, quam probant alia, cum de Sporadibus Mela exponat, inter Cretam et Peloponneſon debet quaeri. Ex quo efficitur, non eſſe poſſe Herodoti Αἰγίλειαν 6, 107. quippe quam Styreorum vocat, in quam Eretrienſes mancipia deduxerant. Sive enim Styriam ſ. quod Codd. habent, Styream ex Strabone 9. p. 275. ſ. 399. intelligas, in Attica haec fuit Euboeae obpoſita, ut ex Strabonis progreſſione diſcitur; ſive Styra, oppidum Euboeae, uti docet Homer. Il. 2, 539. et Strabo 10. p. 307. ſ. 446. unde Στυρεὺς apud Stephanum et Euſtath. ad Homer. c. l. quod legitur in Herodoto, neutrum huc referri poteſt, nec eadem de cauſa Αἰγίλεια illa, quippe nimis remota. Immo haec eſſe videtur, quam Plinius 4, 22. ſ. 12. poſt Euboeam commemorat. At noſtra eſt, quam Stephanus inter Cretam et Peloponneſum ponit, et Plinius 4. 19. ſ. 12. a Cythera removet 15 M. P. et a Phalaſarna, Cretae oppido, 25 M. P. Eadem intelligi debet apud Dionyſ. v. 499. etſi cum Priſc. v. 525. et Avieno v. 669. *Aegyla* vocatur, de quo in not. crit. c. l. Ponunt enim contra Amniſum, Cretae fluvium, ſeptentrionem verſus. Amni-

ſus autem, quo nomine et urbs Cretae memoratur, Gnoſiorum navale olim fuiſſe videtur ex Strabone 10. p. 328. ſ. 476. ut fere Gnoſo obpoſita fuerit inſula. At ſic videtur nimis removere a Peloponneſo, quod et monuit Wernsdorf. ad Priſcianum v. 558 ſi aliis auctoribus ſtat certa fides. Nimis enim vage ſitum inſularum, quas ibi enarrat, definit Dionyſius. Ita vero videtur eſſe, quam hodie vocant *Cerigotto*, i. e. Cythera minor, quam Pococke proſpectavit ex promontorio Coryco (Ptolem. 3, 17.) in Cretae latere occidentali. Vid. Pococke T. 3. p. 354. (1791.) qui etiam alio nomine eandem vocat *Siniduſa*. *Cerigotto* etiam d'Arbois Memoires ſur — Corcire. Vid. Geogr. Ephemeriden P. 2. pag. 55. Hodie tamen *Angela* vocari tradit Wernsdorf c. l. Porro eandem eſſe Stephani Ὤγυλον, quam inter Cretam etiam et Peloponneſon ponit, exiſtimat Holſten. p. 361. Obſcuram olim fuiſſe, adparet ex Euſtathio ad Dionyſ. c. l. qui ſic: Αἴγυλα οὐκ ἠξίωται πολλοῦ λόγου τοῖς παλαιοῖς. Nimis tamen ab aliis deflexiſſe videtur Mela, ſi ſitus ille verus eſt.

Cothon) Gr. apud Stephanum Κώθων, qui inde facit Κωθώνιος. Etſi enim Salmaſius ad Solin. c. 55. ſ. 56. pag. m. 794. ſuſpicatur, de Cothone, Carthaginienſium portu, intelligendum locum eſſe, quia de illa inſula altum apud veteres ſit ſilentium, ipſe tamen cedit et ab eadem ſimilitudine dictam putat. Inſulam diſerte non procul a Cytheris remotam ex Artemidoro refert Stephanus, et Plinius 4, 19. ſ. 12. in Laconico ſinu ponit cum Teganuſa et Cytheris. Tum forte ſit h. *Servi*, quae notatur in tabula Pocockiana ad Tom. 3. n. 43. Sed qui Mela huc deflectere, vel iactari de curſu ſuo potuerit, equidem non video.

Ios) Gr. Ἴος, unde Stephanus ducit Ἰήτης et Ἰέτης. Illud etiam numi habent cum auctoribus et hinc *Ietae*

repoſitum recte eſt in Gellio 3, 11. Ante *Phoenice* (Φοινίκη) adpellata eſt, (Plin. 4, 23. ſ. 12. et Stephanus h. v.) a palmarum copia, quod palmae typus in numis declarat. Hodie tamen iis plane carere, adfirmat Tournefort T. 1. lettre 6. p. m. 299. Quod ex Stephano nomen Λυδίας addit Bochartus in Chanaan 1, 14. errat, ut iam monuit Berkelius p. 420. Nempe Λυδίας eſt genitivus ſubintellecta voce πόλις, quo Lydiae oppidum hoc nomen habuiſſe indicatur. *Ios* dicta eſt ab Ionibus ſec. Stephanum, quod, quia linguae Graecae rationi adverſetur, reiiciunt Bochartus et Berkelius c. c. l. l. atque ille potius ex Hebr. derivat, ut ſignificet inſulam lapidoſam, quod tamen refutat Tournefort c. l. Scymnus Chius v. 581. refert, *Cretenſes* cum Staphylo Gnoſo egreſſos eam condidiſſe. Cycladibus adnumerant Stephanus, Dicaearchus p. 26. (Hudſ.) Euſtath. ad Dionyſ. v. 525. Aequali ſpatio diſtabat ab Anaphe et Theraſia (Strabo 10. pag. 334. ſ. 484.) a Naxo 24 M. P. (Plin. c. l.) quod recte habere adfirmat Tournefort p. m. 297. Longitudinem illi dat Plinius 25 M. P. ambitum 40 M. P. Tournefort c. l. Νησίδιον vocat Strabo c. l. Portum memorat Scylax p. 22. Hudſ. plures hodie Tournefort p. 299. Inclaruit maxime Homero, cuius mater Clymene ibi nata ferebatur ex oraculi reſponſo, quod referunt Pauſan. 10, 24. Stephanus h. v. plenius Plutarchus in vita Homeri p. 145. (ad calc. Homeri Erneſtii) indicat omnino Euſtath. ad Dionyſ. c. l. Hinc ipſum Homerum in Io natum eſſe tradidit Ariſtoteles apud Gellium 3, 11. Et ſic ibidem in notiſſimo illo verſu de patria Homeri legitur, ubi alii habent Χῖος. Utrumque et Chium et Ieten iactatum eſſe, ſcribit Proclus in vita Homeri in. In eadem inſula ſepultum olim iri, reſponderat oraculum idem, de quo ſupra. Hinc Plinius c. l. Homeri ſepulcro venerandam inſulam vocat. Teſtantur idem plures, in quibus Strabo c. l. Herodotus in vita Homeri c. 36. Scylax c. l. illudque monſtraſſe incolas ſcribit Pauſanias c. l. Fruſtra eius veſtigia a ſe et ſociis quae-

ſita eſſe adfirmat Tournefort p. m. 297. etſi inventum iactavit poſtea, vel ſibi viſus eſt inveniſſe Comes Paſch de Krienen, de quo vid. Fabricii bibl. Gr. Vol. 1. p. 327. (Harleſ.) ubi plura conlecta habebis. Adde etiam, Ietarum numos Homeri effigiem praeferre. Vid. Raſche Lex. num. Tom. 2. P. 2. p. 824. et Eckhel in doctr. numor. P. 1. Vol. 2. p. 329. Ideo et Brodaeus ad Anthol. Gr. pag. 386. pro Naxo emendat Io apud Martian. Capellam lib. 6. p. 213. H. *Nio* ex gemina voce ἐν Ἴῳ. Plura ad inſulae deſcriptionem et hiſtoriam dabit Tournefort c. l. et ſqq.

Thia) An in Graecis occurrat, ignoro. Plinius 4, 23. ſ. 12. qui Sporadibus adſcribit, ſuo aevo iuxta Hieram vel Automaten natam refert, quod tempus deſignat 2, 89. ſ. 87. Silano et Balbo CSS. (qui fuerunt a. u. c. 772. vel a. C. 19.) An eandem intelligat Seneca Qu. Nat. 6, 21. ut ibi quidam legunt, dubium eſt, cum plures in illo tractu Aegaei maris diverſo tempore inſulas emerſiſſe auctores ſcribant. Sic commemoratur a Plinio 2, 89. ſ. 87. *Thera* et *Theraſia* Olymp. 135. anno 4. i. e. an. u. 515. Inter easdem poſt annos 130 (igitur a. u. 645.) *Hiera* eademque *Automate* (Plin. c. l.) et a duobus ſtadiis poſt annos 110 (igitur a. u. 755.) Plinii aevo *Thia.* (Plin. c. l.) Adparet ex ſuperiorum conlatione, vitium calculi vel male poſiti, vel disiecti in iis numeris ſubeſſe. *Theraſia* enim longe ante illud tempus exſtitit, et Senecae pravam lectionem de Theraſia coarguit Nat. Qu. 6, 21. cum ſuae aetatis inſulam vocat, quam Strabo 10. p. 334. ſ. 484. memorat. Tempore Macedonici belli inter Theram et Theraſiam enata eſt alia inſula, teſte Plutarcho de Pythiae oraculis pag. 570. (Vol. 7. Lpſ. ſ. p. 399. Steph.) Accuratius tempus indicat Iuſtin. 30, 4. in. quem ſi comparas cum narratione Livii 32, 36. efficitur, fuiſſe a. u. 555. Caton. Inſulae eius forte meminit Strabo 1. p. 39. ſ. 57. ambitumque

illi dat 12 ſtadiorum. Sed eorum nullus nomen indicavit, ut, an Plinii ſit Hiera, ignoretur, etſi putat Voſſius ad Iuſtin. c. l. Hieramque commemorat Ammian. 17, 7. Sic poſt inter Theram et Theraſiam emerſit inſula, quod factum ſcribit Caſſiodor. in Chronico Vinitio et Cornelio CSS. (igitur a. u. 798.) in annum proximum reiicit Seneca Nat. Quaeſt. 2, 26. in ſequentem Dio 60, 29. ubi vid. Fabricius de ea inſula, quae a Pliniana et noſtra diverſa eſt, omninoque de eiusmodi oſtentis in eodem etiam mari. Quae ſit hodie noſtra, pro certo dicere non auſim.

Thera) Gr. Θήρα, unde Θηραῖος (ſic Herodot. 4, 147. —) et Θηραϊκός, teſte Stephano. In numis etiam fertur Θηραιων et Θηρεων. Vid. Raſche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 1079. et Eckhel P. 1. Vol. 2. p. 338. Prius dicta eſt Καλλίστη, uti tradunt Herodot. 4, 147. Apollon. Rhod. 4, 1763. Callimachus apud Strabon. 8. p. 239. ſ. 347. 17. p. 575. ſ. 837. Schol. Pindari ad Pyth. 4, 459. Pauſanias 3, 1. et 15. Plinius 4, 23. ſ. 12. ex quibus Heſychius intelligi debet: Καλλίστη, ἡ Θήρα τὸ πρότερον. Poſt a *Thera* conditore alterum nomen accepit, ut tradunt ſuperiorum auctorum plerique. Olim eam habitarunt *Phoenices*, Membliaro duce, quem ibi Cadmus, cum Europam quaereret, reliquit. (Herodot. c. l.) Membliarum vocat etiam Pauſan. 3, 1. Membriarum Schol. Pindari ad Pyth. 4, 89. quod adridet Bocharto in Chanaan 1, 15. Poſt Sparta egreſſus *Theras* coloniam eo deduxit, uti prolixe narrat Herodotus c. l. et Pauſan. 3, 1. unde Λακωνίδα Θήραν vocat Callimachus apud Strabon. 10. p. 333. ſ. 484. Cf. idem 8. p. 239. ſ. 347. Apollon. Rhod. 4, 1763. et ibi Schol. Enatam eam inſulam eſſe Olympiadis 135. anno quarto ſcribit Plinius 2, 89. ſ. 87. et cum primum emerſerit, *Calliſten* dictam 4, 23. ſ. 12. quod aliquantum diſcrepat ab auctorum de Cadmo narrationibus, nec ullo modo cum Herodoto componi

poteſt, qui et poſterius nomen noverat. Errorem auget emendatio Reiskii ad Plutarch. de Pythiae oraculis p. 570. legentis Olymp. 145. quia Plinii locum leviter inſpexiſſet. Cf. quae de ea Plinii putatione disputat Petitus in obſerv. 1, 1. p. 7. ſq. ubi Plinium 2, 89. ſic emendat: *Inter Cycladas Thera et Olympiadis* 185. *anno quarto Theraſia.* Nempe ante tempus hiſtoricum enatam, docent ea, quae de Cadmo narrat Herodotus. Ab Io diſtat 25 M. P. (Plinius 4, 23. ſ. 12.) ſita iuxta Diam inſulam in vicinia Theraſiae; (Strabo 10. p. 554. ſ. 484.) ambitu complectitur 200 ſtadia. (Strabo c. l.) Ampliorem tamen, 36 M. P. i. e. 288 ſtadia, contendit contra Strabonem Tournefort T. 1. lettre 6. p. m. 313. nec de forma concedit. Sic *Santorini*, quam putat Theraſiam antiquam, 36 milliaria habere circuitu Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 201. Sporadibus accenſent cum Noſtro Dicaearchus p. 26. (Hudſ.) Stephanus h. v. Euſtath. ad Dionyſ. v. 530. Cycladibus Thucyd. 2, 9. utrisque Plin. in locis adlegatis, uti de Gyaro variat. Secundum Schol. Pindari Pyth. 4, 11. fuit κισσηρώδης, πολύφορος κ. πολύκαρπος, quod confirmat Tournefort p. 520. et induſtriae incolarum fertilitatem tribuit. Vinum commemorat (ſi Santorini eſt Thera) ipſe de Theraſia Thevenot c. l. p. 202. Olim ſacra fuit Apollini, ut adparet ex Callimacho in Apoll. v. 73. auctoribus quidem Lacedaemoniis, quod refert Hierocles apud Schol. Pindari ad Pyth. 4, 11. Therae rex Grinus, Batti pater, apud Iuſtin. 15, 7. in. Theraei duce Batto Cyrenen poſtea condiderunt, quare Θήραν eius μητρόπολιν vocat Strabo 1. pag. 59. ſ. 57. Plura dabit Spanhem. ad Callim. in Apoll. v. 75. De ipſa inſula Tournefort c. l. Inſcriptiones ibi repertas propoſuit Sponius in miſcell. erud. antiqu. 10. p. 542. unde repetiit Tournefort. H. *Santorin* ſ. *Sant-Erini*, quaſi inſula Sanctae Irenes, ſub cuius tutela poſt fuit, uti exiſtimat Tournefort p. 314. Atqui hic potius audiendus eſt, quam Dapper, qui Theraſiam facit *Santorin*, Theram

Gozi, contra inſcriptiones etiam. Sic et Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 201. Theraſiam dicit h. *Santorini.*

Gyaros) Gr. Γύαρος, (ἡ), unde Γυαρεὺς apud Stephanum. Eadem etiam in plurali effertur *Gyara* a Graecis et Latinis, veluti Arriano diſſert. 4, 4. et alibi hoc numero, Philone in Flaccum p. 539. (Mangey) Philoſtrat. in Apollon. 4, 16. Iuvenal. 1, 73. Apud Philoſtrat. in vita Apollonii 7, 16. vitioſe olim Τύαρα, pro quo recte Olearius Γύαρα repoſuit, etſi ibi in ſingulari dici poteſt, ſi vera eſt lectio Iuvenalis 10, 170. *Gyarae ſcopuli*, forte pro *Gyari*, uti legunt edd. antiquiores. Ab Andro aberat 62 M. P. (Plin. 4, 23. ſ. 12.) Caryſto et Andro vicinam facit Antigonus in hiſt. mirab. c. 21. et circuitu patebat 12 M. P. (idem c. l.) quod probat Tournefort T. 2. lettre 8. p. m. 31. Sporadibus adſcribunt cum noſtro Stephanus h. v. Suidas h. v. Cycladibus Artemidorus apud Strabon. 10. p. 334. ſ. 485. Ampelius cap. 6. quibus tamen eximit Strabo c. l. ut numerus priſcus 12 Cycladum conſtaret. Plinius, uti ante in Thera vidimus, Sporadibus dat 4, 23. ſ. 12. Cycladibus 8, 43. ſ. 29. Idem in priori loco oppidum eius notat. Strabo c. l. inſulam ipſam κώμιον ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον fuiſſe teſtis oculatus ſcribit. Omnino autem paupertatem et ſterilitatem inſulae teſtantur Strabo et Tournefort c. l. docentque epitheta adiecta, veluti λυπροτάτη, (Philo c. l.) *immitis et ſine cultu hominum*, (Tacitus Ann. 3, 69.) *aquae egena*, (id. 4, 30.) *brevis*. (Iuvenal. 1, 73. qui *ſcopulos* notat 10, 170.) Qua de cauſa Romani exſules in illam relegabant, uti conſtat ex Iuvenale et Tacito. Mures ex ea fugaſſe incolas Plinius 8, 43. ſ. 29. et 82. ſ. 57. tradit, plures ab iis ferrum corrodi, veluti Antigonus cap. 21. (ex quo repetit Stephanus,) Suidas, Theophraſtus apud Plin. 8, 82. ſ. 57. Hinc etiam viri docti apud Ariſtot. de mirab. auſcult. cap. 24. pro Κύπρῳ

emendant Γυάρῳ, etsi prius refert ex Aristotele etiam Aelian. Hist. Anim. 5, 14. Cf. Niclas et Beckmann. ad Aristotelem et Antigonum c. c. l. l. Porro narratur, ἄχερδον (spinae genus, de quo Beckmann ad Aristotelem de mirab. ausc. c. 155.) letalem in illa insula esse. Vid. Antigonus c. l. ex quo Stephanus refert, et ad illum Beckmann. In hodierno nomine dissenserunt olim recentiores Geographi, uti docet Dapper des isles de l'Archipel pag. 268. at esse *Joura* contra alios probavit Tournefort pag. 50. ex quo pete insulae prolixiorem descriptionem.

Hippuris) Gr. Ἱππουρὶς, quam hoc nomine commemorant Apollon. Rhod. 4, 1712. et Plinius 4, 23. s. 12. TZSCHVCKE. Plinio (c. l.) duae diversae sunt insulae *Hippuris* et *Hippurias*. Sic namque legunt vetusti Codd. non *Hippurissa*, aut *Hippuriscus*, uti male substituit Hermolaus. Sed quis adeo Graece ignarus, qui non videat, idem esse Ἱππουρὶς et Ἱππουριὰς, et eiusdem insulae nomen? Hippuriscus vero Stephani vitiosum est vocabulum. Ἱππουρίσκος νῆσος Καρίας. Manifeste haec appellatio conflata est ex duabus vocibus, nempe Ἱππουρὶς et Κῶς. Simili ratione ex Μαινάκη et Ἔβωρα ipsum Μαινόβωραν fecisse superius (ad 2, 6, 7.) ostendimus. VOSSIVS. Omisit nomen alterum adiectum Harduinus in Plinio, quasi perperam geminatum. Verum nomen est *Hippuris*, quod et situs docet. Stephanus enim Cariae facit insulam. Apollonius prope Anaphen ponit, cum qua etiam coniungit et Astypalaea Plinius. Ex illo adparet etiam Salmonium, Cretae promontorium, evectos eo venisse Argonautas. Schol. ad c. l. Therae vicinam fuisse eiusque etiam mentionem a Timosthene et Pythenaeto factam scribit. Forte h. *Fidoulse*, quod in tabulis Pococki inter Anaphen et Astypalaeam notatur.

Dionyſia) De ea ſat dictum eſt in not. crit. pag. 592 ſq. Quare paucis hic defungi licet. *Dionyſiam* proprie dictam eſſe putat Stephanus a Baccho, qui Ariadnen, quam Minos, pater, perſequeretur, huc ex Naxo deportavit, et κατὰ παραφθορὰν Donyſiam vocavit. Stephani verba repetit Euſtathius ad Dionyſ. v. 530. cum eadem nominis cauſa. At eandem ineptam iudicat ad noſtrum locum Voſſius derivatque a crebra terrae concuſſione, ἀπὸ τοῦ δονεῖν, verumque nomen contendit *Donuſa.* Ita quidem teſte Harduino apud Plinium 4, 23. ſ. 12. omnes libri, et multi apud Virgil. Aen. 3, 125. et Cirid. v. 476. In utroque quidem loco Heyne dedit *Donyſa*, ſed ad poſteriorem *Donuſa* pro vero nomine habet, quod et reperitur in Taciti Ann. 4, 30. Nempe τὸ υ Graecorum ſaepe apud Latinos tranſit in *u*, quod etiam in illis, ubi *y* eſt uſitatius, quidam libri paſſim retinent, ut *Illuricus, Boruſthenes* —. Sic pro *Sulla* Graeci Σύλλας, pro Tullius Τύλλιος. Dapper c. l. pag. 268. metri quidem cauſa a Virgilio ſic dictam cenſet pro *Dionyſiam*, ſed ea lex non ſcripta erat Tacito et Plinio. Promiſcue igitur *Dionyſia* et *Donyſa* vel *Donuſa* dicta videtur, quod non ſolum adfirmat Stephanus, ſed et declarat Plinius 4, 19. ſ. 12. conf. 4, 23. ſ. 12. ubi plures inſulas corruptis nominibus prolatas antea veris et uſitatis refert. Si ordinem tenent Virgilius, Mela et Plinius, de quo tamen minime contenderim, ſita fuit prope Cythnum, Oliaron, Paron et Patmon. Tum vero repugnat Stephanus, qui νῆσον μικρὰν Ῥόδου vocat. At facile in ſocietatem illorum revocatur, ſi cum Heynio ad Virgilii Cirin v. 476. legas νῆσον μικρὰν Σποράδων, vel μίαν τῶν Σποράδων. Si Donyſa noſtra eſt, Virgilius in utroque loco vocat *viridem*, quod Servius explicat vel ſilveſtrem, vel a colore marmoris Lacedaemonii.

Cythnus) Gr. Κύθνος, unde Κύθνιος paſſim in auctoribus et numis. Item Κυθνώδης, de quo infra. Dicta

eſt antea, teſte Stephano, *Ophiuſſa* et *Dryopis*, (o), poſt a conditore *Cythno* nomen ſortita eſt. (idem) *Dryopis* innuit Dryopicam originem, quam et probat Herodot. 8, 46. Cycladibus adnumerant auctores alii, uti Strabo 10. p. 354. ſ. 485. Plinius 4, 22. ſ. 12. Stephanus h. v. Suidas h. v. Harpocration h. v. Dicaearchus p. 25. (Hudſ.) Scylax p. 22. (Hudſ.) Cum Helena in recenſu Cycladum coniungit Scylax, cum Ceo et Seripho Dicaearchus et Strabo, inter Oliarum et Rhenen ponit Ptolem. 3, 15. Urbem illi dat Scylax. Veteres in primis celebrant τυρὸν Κύθνιον, veluti Pollux Onom. 6, 10. Stephanus, Euſtathius ad Dionyſ. v. 525. eumque cum Siculo inter cibos maxime veteribus probatos ponit Pollux. Cauſam egregii ſaporis ex cytiſo, qui frutex in illa inſula inventus et inde in Cycladas et urbes Graecas translatus ſit, petit Plin. 13, 47. ſ. 24. Saepe tamen de eo Κύθνιος corruptum legitur. Sic apud Diog. Laert. in vita Epicuri 10, 11. τυρὸς Κυθρίδιος, ubi Menagius malit Κύθνιος, etſi fluctuatur; ap. Aelianum hiſt. an. 16, 32. Κύνθιος, (uti *Cinthos* libri apud Antonin. in itin. pag. 528. et Κύνθιοι in Herod. 8, 46.) de quibus vid. Bochart. in Chanaan 1, 14. notata a me ad Strabon. 10. p. 485. Pariſ. et viri docti ad nominatos auctores, quibus adde de eo caſeo Arnaldum in animadv. crit. cap. 30. p. 170. Quod pro Γύθιος τυρὸς eandem vocem reſtituere vult Holſten. ad Stephan. pag. 177. in Luciani dialogis meretriciis 14. adſentiente Trillero ad Aelian. c. l. renititur non temere Geſnerus, quem vide; et ſic forte Γύθιος ex Luciani loco reponi poſſe apud Diog. Laert. c. l. ſuſpicatur Menagius. In numis adeo orbem conſpicuum eo ſpectare putarunt Begerus ſpicil. ant. p. 29. et Winckelmann. pierr. grav. de Mr. Stoſch p. 75. de quo dubitandum eſſe docuit Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. pag. 328. Ceterum hoc inductus Bochartus c. l. ex Punica lingua nomen ducit, ut ſit quaſi *inſula caſei*. Porro pictorem Cythnium memorat Stephanus, cuius nomen, quod ibi excidit, adfert

Euſtath. c. l. Fuit ille Κυδίας, de quo expoſuit Plin. 35, 40, 26. ſ. 11. et ex recentioribus Iunius in catal. pictor. p. 60. Cum olim ab Amphitryone Cythnii graviter vexati eſſent, in proverbium abiit Κυθνώδης συμφορὰ, de quo praeter Suidam et Zenobium Eraſmus in adag. 3, 1, 71. Heſychius tamen h. v. ſcribit Κυθνώλης, etſi de inſula explicat. Illud etiam probat Helladius apud Photium Cod. 279. p. 1587. Sed ad Ἄργους χωρίον τι καλούμενον Κύθνιον hiſtoriam refert; quod forte ſpectat Dryopas, qui in ea Peloponneſi parte conſederant. Cf. Pauſan. 4, 34, 6. et quae ſupra dixi. Cythnios aliquando colonos in Cyprum miſiſſe, diſcitur ex Herodoto 7, 90. H. creditur eſſe *Thermia*, uti vocat ex recentioribus Kinsbergen p. 58. Cauſam ducit ex aquis calidis, quas emittit haec inſula, Tournefort voyage T. 2. lettre 8. p. 11. ubi plura. Idem corruptum inde nomen *Fermia* et *Fermina* etiam notat. De iis aquis iuxta mare et Thevenot voyage (1689.) P. 1. p. 344.

Chalcia) Gr. vel Χαλκεία, ut in Scylace p. 38. Hudſ. vel Χαλκία, ut in Strabone 10. pag. 337. ſ. 488. Theophraſto hiſt. plant. 8, 3. (ubi inſula Rhodiorum vocatur.) Ita *Chalcia* vocatur etiam a Plinio 4, 23. ſ. 12. 17, 3. Alibi 4, 19. ſ. 12. in loco quidem corrupto appellatur *Chalcis*. Idem 5, 36. ſ. 31. vocat *Chalcen*, uti Χάλκην Thucyd. 8, 41. extr. Vid. de hac variatione Palmerius ad Gr. auct. p. 347 ſq. et quae notant viri docti ad Thucyd. c. l. Prope Rhodum ponit Scylax et ſubiungit inſulas Telon, Craſum (leg. Caſum) et Carpathum, et hinc Rhodiorum inſulam dicit Plin. 17, 3. cum Theophraſto c. l. Propius ſitum omninoque inſulam deſcribit Strabo. Nempe a Telo aberat ſtadia 80, a Carpatho 400, ab Aſtypalaea bis tantum. Habuit urbem cognominem, portum templumque Apollinis. Plinius 17, 3. fertilitatem in aliquo loco ſingularem laudat. Uterque in Sporadibus ponit, quarum tamen ordinem et ſeriem valde disiicit

Nofter. Sec. Dapper. c. l. p. 164. h. eft *Calchi* f. *Caravi*, in tabulis nauticis vel *Charci*, vel etiam *Cartie*. Tabulae Pocockianae exhibent *Carki* et *Carcha*.

Icaria) Gr. Ἰκαρία, ut Strabo 10. p. 336. f. 488. Ptolem. 5, 2. Agathemer. 1, 1. et 5. Diodor. 4, 77. Apollodor. 2, 6, 3. Anton. itiner. p. 523. — Alii Ἴκαρος (ἡ), *Icaros*, ut Plinius 4, 23. f. 12. Scylax p. 22. et 55. Hudf. Thucyd. 3, 29. 8, 99. Stephanus h. v. Heraclides de politiis Gr. h. v. Athenaeus 1, 24. in. Arrian. de exp. Alex. M. 7, 20. Euftath. ad Dionyf. v. 520. et 609. — Inde formatur Ἰκάριος in auctoribus et numis, quod et probat *Icarium pelagus*. Sed et aliud gentile exhibet numus, quem ignoravit Rafchius, in catalogo d'Ennery p. 589. ubi legitur Ἰκαριεων ab Ἰκαριεὺς, de quo Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 2. pag. 567. Quod Holften. ad Stephanum p. 144. addit *Icariotis* ex Virgilio in Culice (non in Ciri) v. 264. ab Icario formatur, cuius ibi filia Penelope intelligitur. Ante vocata eft *Doliche*, *Macris* et *Ichthyoeffa*. Plin. c. l. Stephanus h. v. Priora nomina, quae idem declarant, a forma, de qua poft, accepit. Δολιχὴ enim eft μακρὰ, interprete Hefychio. Cf. Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 187. Dolichen ante dictam effe Icariam, refert Apollodor. c. l. Μακρὶς de Euboea et Icaria notat Schol. Ariftoph. ad nub. v. 212. Longam formam confirmat Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 210. Ἰχθυόεσσα, quod habent Plinius, Athenaeus, Stephanus et Euftath. ad Homer. Il. 2, 145. vel, uti eft in Heraclide h. v. Ἰχθυοῦσσα (vulgo fimplici σ) dicta eft, uti explicant Heraclides, Athenaeus et Euftathius, a pifcium egregiorum copia. Inde nomen *Icaria* ducit a Punica lingua, ut fit quafi infula pifcium, Bochart. in Chanaan 1, 8. extr. At auctores veteres ab Icaro petunt, Daedali filio, qui in alata fuga delapfus in hanc infulam decidit, auctore Strabone 14. pag. 439. f. 639. aliisque, quos adfert Munckerus ad Hyginum

fab. 40. p. 89. et de ipſa fabula Fiſcherus ad Palaephatum 15, 1. Secundum Heſychium eo adpulſus eſt (παρέβαλεν). Ab inſula *Icarium mare* nomen nactum eſſe adfirmant Plin. c. l. Strabo 8. et 10. c. l. Euſtathius ad Dionyſ. v. 520. Schol. Ariſtoph. ad nub. v. 212. Contra alii iidemque etiam antiquiores auctores mare ab Icaro nomen accepiſſe tradunt, in quibus Palaephatus 15, 5. cui adde Ovid. Metam. 8, 230. Triſt. 1, 1, 90. quo et adludit Horat. 2. od. 2, 3. Cf. Servius ad Aen. 6, 14. Pauſanias 9, 11. et inſulam, quae ante nomen certum non habuerit, et mare ab Icaro vocatum refert, cum eoque conſentit Diodor. 4, 77. Nempe discrepant auctores; alii in mari demerſum periiſſe, alii mortuum eiectum, alii vivum eo deveniſſe ſcribunt. Mortuum ſepeliiſſe Herculem quidam tradunt, et hinc ab eo nomen impoſitum ſcribit Apollodor. 2, 6, 3. In longitudinem patet inſula 17 M. P. (Plinius c. l.) pro quibus Agathem. 1, 5. habet 300 ſtadia i. e. fere 38 M. P. quod recte de circuitu valere monuit Tennulius. Ita enim Strabo lib. 10. c. l. Secundum Plinium ſita eſt ab exortu ſolſtitiali Deli 50 M. P. a Samo 35 M. P. Binas in ea urbes fuiſſe notat Scylax p. 22. Hudſ. et ſic Plinius, qui addit tamen tertiam omiſſam. Nomina dat Strabo 10. c. l. Totidem etiam hodie notat Tournefort Tom. 1. lettre 9. pag. m. 95. Strabonis tempore (vid. lib. 10. c. l.) deſerta paene erat, et paſcuis Samiorum gregum inſerviebat. Strabonem hic refert Euſtath. ad Homer. Il. 2, 145. p. m. 146. Siccam et montanam dicit Thevenot voyage — au Levant (ed. 1689.) P. 1. p. 349. Tum Strabo 14. p. 439. ſ. 639. templum Dianae, quod Tauropolium dictum ſit, ibi commemorat, de quo vid. Spanhem. ad Callimachi c. l. Cycladibus adnumerat Schol. Ariſtoph. ad nub. v. 212. H. *Nicaria*, quaſi ἐν Ἰκαρίᾳ. Plura Tournefort c. l. Ceterum inſulam haud procul Euphratis oſtiis hoc nomine adpellari iuſſit Alex. M. teſte Ariſtobulo apud Arrian. de exp. Alex. M. 7, 20.

Cinara) Ita vocatur etiam a Plinio 4, 23. f. 12. Κίναρος ab Athenaeo lib. 2. extr. et Plutarcho de exfilio p. m. 576. (ed. Lpf.) ubi minus recte vitiofum nomen putat Xylander. Nomen a *cynara* vel *cinara* traxiffe innuit Athenaeus. *Cactus* hic erat, eodem tefte, quem Romani *carduum* vocabant, inter edulia numeratus. Vid. quae Athenaeus de eo disputat et ad eum Cafaubonus. Plura dabunt Salmaf. ad Solinum cap. 19. f. 22. pag. m. 161 fq. et in primis Schneiderus ad Columellam 10, 235. H. *Artichaut.* Secundum Plutarchum infula erat σκληρὰ, ἄκαρκος κ. φυτεύεσθαι κακὴ, quare cum Gyaro componit. De fitu neuter quidquam. Plinius iungit cum Lero et Sicino. Tum, quia Leron unam Calydnarum quidam putarunt, Calymnam alteram, uti ex Strabone lib. 10. extr. difcitur, fi feriem tenuit Plinius, prope Calymnam quaerenda fit, de qua infra. At haec incerta funt.

Nifyros) Gr. Νίσυρος, unde Νισύριοι apud auctores (Herod. 7, 99. —) et in numis. Addit Holften. ad Stephan. p. 227. Νισυρῖτις ex epigrammate in Anthol. Gr. lib. 1. pag. 76. (vid. Tom. 3. pag. 240. f. Tom. 4. p. 207. ed. Iacobs.) Penultimam, quae hic corripitur, producit Homer. Il. 2, 676. Olim dicta eft *Porphyris*, quod referunt Plin. 5, 36. f. 31. Stephanus, Suidas h. v. et Euftathius ad Homer. c. l. nempe, ut explicant, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν, quod tamen a vicinia Co, unde avulfa, repetit Bochartus in Phaleg 3, 4. Nomen *Nifyrus* a νέω vel νῶ (i. e. νήχομαι) et σύρω repetunt Eufiath. ad Dionyf. v. 525. et Suidas h. v. διότι, ut ille ait, ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ Ποσειδῶνος τριαίνῃ, ἐπεσύρη τῷ γίγαντι Πολυβώτῃ νέοντι, ὅ ἐστιν οἰχομένῳ. Quam fabulam referunt alii etiam, quibusdam paullo mutatis, Strabo lib. 10. extr. Apollodor. 1, 6, 2. Stephanus h. v. Suidas h. v. Quas nugas recte cenfet Bochart. in Chanaan 1, 7. ipfe ex re Punicum nomen putat

Nissoreth, quasi fragmentum Co insulae. At hinc Neptunus in numo dextra tridentem gerens. Cf. Eckhel doctrina num. P. 1. Vol. 2. pag. 601. A Cnido, prope quam in alto mari sitam scribit Strabo 14. p. 451. s. 656. distabat 12 M. P. (Plin. 5, 36. s. 31.) a Telo et Co stadia 60, (Strabo lib. 10. extr.) et circuitu patebat 80 stadia. Erat teres, celsa et saxosa, (Strabo c. l.) tantaque lapidum molarium copia abundabat, ut et vicinis affatim suppeditare posset (idem). De lapide molari etiam Eustath. ad Dionys. c. l. Hinc Νισυρῖτις πέτρα in Anthol. c. l. Laudatissimos ibi reperiri etiam pumices scribit Plin. 36, 42. s. 21. ex emendatione Harduini pro *Scyro*, quam probat Theophrastus de lapid. p. 394. (ed. Heins.) Οἶνον etiam χρηστὸν commemorant Eustath. ad Dionys. c. l. et ad Il. 2, 676. pag. 241. s. 318. et Suidas. Praeterea in ipsa insula Strabo lib. 10. extr. memorat urbem cognominem, portum (cf. et Suidas p. m. 91.) et Neptuni templum. Cum Nostro etiam adnumerat Sporadibus, alii Cycladibus, ut Stephanus, Eustathius ad Homerum et Dionys. c. c. l. l. etsi hic a nonnullis inter Sporadas numerari addit. Olim *Cares* possederunt, post *Thessalus*, Herculis filius, occupavit, (Diodorus 5, 54. in.) cuius filius Antiphus cum Phidippo Graecos copiis adiuvit in bello Troiano. (Homer. Il. 2, 678 sq.) In bello c. Xerxe sub imperio fuerunt *Artemisiae* Halicarnassensis. (Herodot. 7, 99.) Cum antiqui incolae terrae motibus absorpti periissent, *Coi* incoluerunt, post pestilentia desolatam frequentarunt colonis *Rhodii*. (Diodor. c. l.) H. uti vult Dapper des isles de l'Archipel p. 173. *Nizaria* s. *Nisara*. In tabula Pocockiana legitur *Niciro*.

Lebinthus) Gr. Λέβινθος, Strabo 10. pag. 336. s. 487. Stephanus s. v. Δρεπάνη. Ab illo et Plinio 4, 23. s. 12. adiungitur *Leros*. Ovidius art. am. 2, 81. et Metam. 8, 222. ubi Daedali fugam ex Creta describit, relicta Delo et Paro a dextra Lebinthum (*Lebynthum*

ediderunt Heinſ. et Burmann.) et Calymnen habuiſſe ſcribit, ex quo adparet, prope Icariam inſulam fuiſſe, ultraque Aſtypalaeam ex priori loco. Minime igitur eſſe poteſt *S. Iohan*, uti in tabula Pocockiana notatur. Dapper c. l. pag. 185. h. dici putat *Leuta* ſ. *Levita*, quod magis convenit. Sporadibus accenſent etiam Strabo et Plinius.

Calymnia) Gr. Καλυμνία, uti et notat hanc formam Stephanus. Nam uſitatior eſt Calymna. Gr. Κάλυμνα, unde Καλύμνιος, et a priori forma Καλυμνιάτης apud Stephanum. In Ovidio de art. am. 2, 82. et Metam. 8, 222. *Calymna* editur et *Calymne*. Magna autem eſt de hac inſula et multiplex disputatio. Variatur enim in ipſa ſcriptura, quam libri in multas partes invertunt, vel depravant. Sic *Paliſinne*, *Palymne*, *Calydne* in Ovidio c. c. l. l. ubi vid. Heinſius. Sic apud Suidam ſ. v. Κάλυμνος Καλυδιῶνος vulgo pro Καλυδνῶν, quod docet Etymol. M. auctor. Sic pro Καλυμνίων in Herod. 7, 99. quidam malunt Καλυνδέων, quod pro Καλυμνίους videtur reponendum certius in Dione Chryſoſt. orat. 31. p. 593. (Reisk. ſ. 326.) Maxime tamen fluctuantur inter *Calydna* et *Calymna*, veluti ap. Ovidium, Strabonem lib. 10. extr. Nempe ipſi auctores in efferendo vero nomine fluctuati videntur, aut duplex geſſit inſula. Idem fit in numero, cum Calydnae vel Calymnae promiſcue dicantur. Cf. Homer. Il. 2, 677. et ibi Euſtathius, idem ad Dionyſ. v. 530. ubi monet Καλύδνιον μέλι τῷ Ἀττικῷ ἐνάμιλλον a Stephano vocari Καλύμνιον, praeeunte quidem Strabone 10. extr. Plinius, qui 4, 23. ſ. 12. Calydnam vocat, idem nomen retinet 11, 13. ubi eius mel laudibus effert, de quo etiam Ovid. Metam. c. l. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 677. pag. 241. ſ. 319. et ad Dionyſ. v. 530. Neque ſolum in numero nominis Grammatico, ſed et ipſarum inſularum diſcrepant, de quo prolixius ex Homeri loco differit Strabo lib. 10. extr. Alii enim olim Calydnas Sporadas ab Homero indicari putarunt, quarum

una fuerit Calymna. Alii duas ſtatuerunt Calydnas, Lerum et Calymnam. Scepſius, Calydnas, ut Athenas et Thebas, de uno et ſingulari loco dici. Ipſe, ut a Niſyriis et Caſiis vicinae inſulae dicantur, ſic prope Calymnam ſitas, quae tunc forte vocata fuerit Calydna. Sic Stephanus Calymnam a Calydna diſtinguit, quas, cum vicinae fuerint, promiſcue Calydnas et Calymnas dictas eſſe cenſet Holſten. ad Stephan. p. 157. Unam tamen exiſtimaſſe Diodor. Sic. 5, 54. in. inde adparet, quod, quam Homerus Calydnas vocat, ille ſingulari numero effert. Idem monet de Calymna et Calymnis Stephanus, etſi male Calydnam a Calymna ſeiunxiſſe videtur, quod tamen et Plinius 4, 23. ſ. 12. facit, diverſos auctores ſecutus. Ita et de ſitu parum certi fuiſſe auctores videntur. Sporadibus accenſent Strabo, Plinius cum Noſtro. Ad Cariam refert in eiusque vicinia ponit Scylax p. 39. Hudſ. Cum Lebintho et Aſtypalaea in Daedali volatu coniungit Ovidius c. c. l. l. cum Niſyro, Carpatho et Caſo Strabo c. l. A Carpatho Calymnam 25 M. P. removet Plinius c. l. Nec in hoc ſitu diſſentit Homerus 2, 677. et cum Cois et Niſyriis, quibus praefuit Artemiſia, Calydnios iungit Herodotus 7, 99. ubi de noſtrae inſulae incolis malim intelligere. Facit porro huc hiſtoria eius, quam exhibet Diodorus c. l. Hic enim narrat, *Cares* olim eam cum Niſyro tenuiſſe, poſt *Theſſalum*, Herculis filium, unde Homerus Il. 2, 679. intelligatur, poſt bellum Troianum naves 4 Agamemnonis eiectas hominesque cum inſulanis permiſtos ibi ſubſediſſe, inde *Coos* ad ſuam ditionem redegiſſe, dum *Rhodii* colonos eo mitterent. Remotae igitur ſunt ab hoc ſitu Calydnae, etſi huc refert Euſtathius ad Dionyſ. v. 530. et inter Sporades ponit, quas commemorat Lycophron v. 25. ubi Troadis inſulas rectius explicat Tzetzes, cui ſuffragatur Strabo 13. pag. 415. ſ. 604. qui circa Tenedon locat, quam et ipſam ita a quibusdam vocatam eſſe addit. Plura de utrisque Calydnis Politus ad Euſtath. Il. 2, 677. Tom. 2. p. 680. ubi ſimul notat,

male ad Plotas insulas in mari Siculo Calydnas Homericas referri a Schol. Apollonii 2, 285. Unam nostrae insulae urbem *Coon* commemorat Plin. 4, 23. s. 12. sed idem 5, 36. s. 31. tres, *Notium*, *Nisyrum*, et *Mendeterum*, ut dubia et parum stabilia haec videantur. Cf. et Berkel. ad Stephan. p. 440. De melle supra dictum, unde ad Punicam linguam, quasi sit insula dulcis, delabitur Bochart. in Chanaan 1, 7. In tabulis Pocockianis hodiernum nomen notatur *Colmine.*

Syme) Gr. Σύμη, unde Συμαῖοι (etiam in numis) et Συμεύς sec. Stephanum, quem reddit Eustath. ad Homer. Il. 2, 671. Antea dicta est *Metapontis* et *Aegle.* (Stephan. et Eustath.) *Syme* a Syme Ialysi filia. (idem cum Eustath.) Athenaeus 7, 12. p. m. 296. Ialemi ac Doridis filiam facit, quem tamen ex Stephano emendat Casaubonus. In nominis origine consentit et Diodor. Sic. 5, 53. in. At in ipsa narratione ab Athenaeo paullum discrepat. Refert enim, insulam olim desertam (sic et Athenaeus) incoluisse primum cum Triope eo profectos, ductore Chthonio, Neptuni et Symes filio. Athenaeus ex Mnasea narrat, Glaucum rapta Syme, post uxore, in eam traiecisse. De Syme Glauci cf. et eadem in Eustath. ad Il. 2, 508. Bochartus in Chanaan 1, 7. quod paullo infra Cnidum in angulo sita fuerit, a Syriaca voce *Suma*, i. e. angulus, nomen petit. Locum illi adsignat Plin. 5, 36. s. 31. medium inter Rhodum et Cnidum. Cnido alii propius admovent, in iis Strabo 14. pag. 451. s. 656. Thucyd. 7, 42. 43. Athenaeus 6, 18. p. m. 262. Prope Cariam omnino ponit Athen. 7, 12. ad quam etiam refert Scylax p. 39. Hudf. Hinc νῆσος Καρική apud Stephan. et Eustath. c. l. Ptolemaeus 5, 2. habet in Carpathio et Rhodiaco mari. Eius etiam situm indicat Herodot. 1, 174. ubi Cnidiorum regionem australem mari coerceri dicit, in quo sit Syme ac Rhodus. Circuitum illi dat Plin. 35 M. P. et 500. Recentiores, quos adlegat Dapper des

isles de l'Archipel p. 162. coartant illud ſpatium et ad 30 M. P. redigunt. Sic cum Plinius illi portus 8 tribuit, duos tantum ille refert. In iis numis, quos protulit cum inſcriptione Συμαιων, Ceres cum ſpicis, tamquam fertilitatis inſigne, adparet. At ſterilem inſulam facit Savary p. 38. (Germ.) et ſaxoſam; vinum tamen, quod paſſim provenit, laudat. Πέρδικας μαχίμους φέρειν notat Euſtath. ad Homer. c. l. Hiſtoriam inſulae contexuit Diod. Sic. 5, 53. Poſt primos colonos, de quibus ſupra, eius rex fuit *Nireus*, qui Cnidum ſimul tenuit, et in bello Troiano Graecos adiuvit copiis. (Cf. Homer. 2, 671. et Diodor. 5, 53.) Poſt *Cares* occuparunt, unde et Καρικὴ νῆσος hoc ſenſu ap. Euſt. ad Il. 2, 671. intelligi poteſt, qui cum propter ſiccitatem reliquiſſent, vacua manſit, dum claſſis *Lacedaemoniorum* et *Argivorum* adveheretur. Succeſſerunt denique coloni novi ex *Cnidiis* maxime et *Rhodiis*. (Diod. c. l.) Hodie varie vocatur, uti refert Dapper c. l. *Simio*, *Simios*, *Simie*, *Sumberchi* ſ. *Simbequirs*. In tabula Pocockiana eſt *Simia*.

Sporades) Gr. Σποράδες. De cauſis nominis Euſt. ad Dionyſ. v. 530. λέγονται τάχα μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, μάλιστα δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τ. Κυκλάδων. Οὐ γὰρ κατ' αὐτὰς ὡρισμένον ἔχουσι τόπον, ἀλλ' οἷον διεσπαρμέναι εἰσὶ πολλαχοῦ· ὅπου γε Σποράδα τινὲς καὶ τὴν ἔνδον τ. Ἑλλησπόντου εἶπον Προικόννησον. Κατὰ δέ τινας, διὰ τὸ πολυπληθὲς κ. πυκνὸν, Σποράδες νῆσοι καλοῦνται. Εἴποις γὰρ ἂν, φασὶ, κατεσπάρθαι οἷον αὐτάς. Brevius et ex etymo Graeco Mela cum aliis. Comprehenduntur hoc nomine inſulae, quae per Aegaeum mare inter Cretam, Peloponneſum, Graeciam, Euboeam, et hinc verſus Aſiam in mari Icario, Myrtoo et Rhodiaco diſperſae iacent ita quidem, ut propius abſint a continenti. Nam quae in medio mari ſitae ſunt, Cyclades ſolent fere adpellari. Utrarumque terminos ſtatuit Plin. 4, 22. ſ. 12. litora Icaria, Myrtoa,

Aegaeum mare, Creticum et Carpathium, extendique dicit in longitudinem per 700 M. P. in latitudinem per 200. Hinc de Cycladibus quibusdam dubitat Constantin. Porphyrog. de themat. 1, 17. Neque tamen, quod Suidas scribit, ipsae etiam Cyclades vocantur, sed ex inconstantia auctorum aliae his, aliae illis adscribuntur, ut superiora declarant. Nempe vox ipsa vaga est, et latius potest extendi. Sic *Melon*, *Siphnon*, *Cimolum* modo Sporadibus, modo Cycladibus tribuunt. Quidam latius adeo evagantur, et extremas fere Aegaei maris insulas huc referunt, veluti Stephanus *Proconnesum* in Propontide; idem, vel Hecataeus apud eum, *Tenedon* contra Troada; Constantin. Porphyrog. de them. 1, 17. *Chium*, *Lesbum*, *Lemnum* versus Hellespontum; Dicaearchus p. 26. Hudf. *Scyron* Euboeae mediae obiectam; Tzetzes ad Lycophron. v. 176. *Aeginam* Epidaurico litori proximam, quam adeo dat Cycladibus Stephanus; Plinio 4, 23. f. 12. *Helenen* in Atthide. — Hinc etiam numero discrepant auctores. Duodecim esse scribit Suidas, omissis singularum nominibus. Totidem, additis nominibus, adfert Chron. Paschale p. 27. (Ven.) *Euboeam*, *Creten*, *Siciliam*, *Cyprum*, *Coum* (sic), *Samum*, *Rhodum*, *Chium*, *Thasum*, *Lemnum*, (Λίμνος), *Lesbum*, *Samothracen*. Dicaearchus v. 36 sq. pag. 26. Hudf. has recenset: *Cimolum*, (quam in Cycladibus iterum obtrudit) *Theram*, *Ion*, *Naxum*, *Scyron*, *Peparethum*, *Theram* et *Therasiam*. Strabo lib. 10. fin. inter Sporadas censet *Amorgum*, *Lebinthum*, *Leriam*, *Patmum*, *Corassias*, *Icariam*, *Astypalaeam*, *Telum*, *Chalciam*, *Nisyrum*, *Carpathum*, *Casum*, *Calymnam*. Antea Cycladum, quae olim 12 ferebantur, numero eximit Prepesinthum, Oliarum et Gyarum. Plures enumerat Plin. 5, 23. f. 12.

Sicinus) In Graecis duplici forma effertur, vel Σίκηνος, uti Strabo 10. p. 334. f. 484. Stephanus h. v.

vel Σίκινος, uti Ptolemaeus 3, 15. extr. Etym. M. h. v. Apollon. 1, 625. et ibi Scholiaftes. Atque haec fcriptura verior habenda eft, quod fyllaba illa variata corripitur ab Apollonio, uti Σικινίτης in Solonis carmine apud Diog. Laert. 1, 47. Ita Plinius 4, 23. f. 12. *Sicinus*, cum alias *Sicenus* dicendum effet. Nempe ι et η mutari crebro folent, etfi inveteratum in Strabone errorem declarat Stephanus. Τὸ ι tuentur etiam numi, in quibus Σικι legitur. Cf. Rafche Lex. num. T. 4. P. 2. p. 904. Olim dicta eft *Oenoe* (Οἰνόη), uti notant Apollon. c. l. Plinius et Stephanus, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἀμπελόφυτον, ut explicat Schol. Apollonii et Etymologus, quod numorum figna innuunt, et recentiora tempora confirmant. Vid. Tournefort voyage T. 1. lettre 6. p. m. 304. Secundum Apollonium et Xenagoram ap. eius Schol. nomen pofterius accepit a Sicino, Thoantis et Neidos filio. Sporadibus adnumerat Plinius. Ex Hebr. *Siccen*, a paupertate, dictam autumat Bochartus in Chanaan 1, 14. Verfus orientem prope Ion infulam ponit Strabo, circa Cretam Stephanus, ante Euboeam Schol. Apollonii. Nempe in medio fere loco fita eft, etfi propius admota Cretae. H. uti notat Dapper des isles — p. 384. *Sicino*, in tabulis nauticis *Zetine*, *Setine* f. *Setin*. Tournefort c. l. ubi de hiftoria infulae etiam, adfert *Sikino*.

Siphnos) Gr. Σίφνος et ex depravatione ufitata Σήφνος Chron. Pafchale pag. 27. (Ven.) Inde Σίφνιος in auctoribus et numis. Dicta eft antea *Meropia* et *Acis*. (Plin. 4, 22. f. 12.) A Stephano commemoratur Μερόπη, ubi Berkelius malebat Μερόη. Sed illud praeter Plinium probat etiam Nicolaus Damafcenus in excerptis Peirefcianis ex lib. 4. pag. 495. Siphni nomen fumfit a Siphno, Sunii filio. (Stephanus et Nicolaus Damafc.) Circa Cretam ponunt Nicolaus Damafcenus c. l. et Stephanus, circa Creticum mare Euftathius ad Dionyf. v. 525. a quo accuratius removeri, non folum

Cycladum ſitus, ſed et hodiernum nomen docet. Ita Plinius 4, 22. ſ. 12. a Delo 15 M. P. abeſſe refert ex recenſione quidem Harduini, qui interpoſitum vulgo antea Scyri nomen a Codd. ignorari intellexerat, etſi alii ad Myconum referunt. Ptolemaeus 3, 15. extr. ſubiicit Paro, et inter Seriphon et Paron ponit Scylax pag. 22. Hudſ. Cf. et Antonin. itin. pag. 529. (Weſſ.) Circuitum illi dat Plin. 28 M. P. cum 40 numerentur, ut notat Tournefort T. 1. lettre 4. pag. 205. Thevenot (v. infra) habet 36 miliaria. Olim emenſus erat Malacus, certe Siphniorum ὅρους ſcripſerat, teſte Athenaeo 6, 19. Urbem habuiſſe refert Ptolemaeus, cuius nomen fuiſſe *Apolloniam* patet ex Stephano h. v. Hodie iacet in ruinis. Siphnii fuerunt ab Athenis *Iones*; (Herodot. 8, 48.) in pugna apud Salaminem Graecis unam navem 50 remorum praebuerant. (idem c. l.) Auri et argenti fodinis, quas tamen vix hodie norunt incolae, (Tournefort) prae ceteris locupletatam fuiſſe, narrant plures, in quibus Herodotus 3, 57. Pauſan. 10, 11. Euſtathius c. l. Suidas h. v. et quidam alii. Vid. Bochartus in Chanaan 1, 14. qui inde Punicae originis nomen facit. Fertilem eſſe negat Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 207. Locum dedit proverbiis, e quibus Stephanus adfert Σίφνιον ποτήριον, et Σιφνιάζειν. Hoc de libidinoſo geſtu motuque explicant Suidas et Heſychius. Addit Strabo 10. pag. 334. ſ. 454. Σίφνιος ἀστράγαλος δι' εὐτέλειαν, unde repetit Euſtathius c. l. De hodierno nomine Dapper c. l. p. 357. memorat *Siſanto* ſ. *Siſanno* et *Siphano*, Italis *Siſana*. Prius uſitatiſſimum nautis adfirmat. Tournefort, qui etiam inſulae hiſtoriam contexuit, habet *Siphanto*. Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 207. *Siſanto* et *Siſano*. (ed. Paris. 1689. 8.) P. 1. p. 343.

Seriphus) Gr. Σέριφος, unde *Seriphius* in utriusque linguae auctoribus et in numis. Penultimam poetae

producunt. Sporadibus, contra atque alii, adſcribit Stephanus. Circuitum illi dat 12 M. P. Plin. 4, 22. ſ. 12. quod ſecus habere adfirmat Tournefort voyage Tom. 1. lettre 4. pag. m. 214. quippe qui notat 36 M. P. et amplius. Primum a *Polydecte* et *Dictye*, fratribus, frequentatam eſſe, tradit Apollodorus 1, 9, 6. *Corinthiorum* coloniam innuere videtur Chimaera in numis, uti ſuſpicantur viri docti. Vid. Wachteri archaeolog. c. 8. pag. 98. et in primis Spanhem. de uſu — numiſm. l. p. 265. Cf. praeterea quos laudat Raſche in Lex. num. T. 4. P. 2. p. 680. *Ionas* vero ab Athenis fuiſſe Seriphios refert Herodot. 8, 48. ipſam inſulam ſaxoſam et aſperam plures. Hinc πετρώδης Strabo 10. p. 536. ſ. 487. τρηχεῖα Hegeſippus in Anthol. Gr. T. 1. p. 188. Iacobs. εὐτελεστάτη Schol. Ariſtoph. ad Acharn. v. 540. et Seriphium ſaxum pro Seripho ipſa Tacitus Annal. 4, 21. extr. Rem ita habere teſtatur Tournefort c. l. Mirum igitur recte videtur, cur Ovidius Metam. 7, 464. *planam* vocet, quem etſi tuetur Heinſius, quod et plana et campeſtria loca poſſint eſſe lapidoſa, ſatis tamen ex ſuperioribus convincitur. Rectius *parvam* vocat Metam. 5, 242. cum Iuvenale 6, 564. Atque ita in priori loco Ovidii quidam legere maluerunt. Weſſeling. tamen ad Antonin. itin. p. 528. quia in Codd. etiam ſit *plenam*, latere putat *Theram*. Deſertis et aſperrimis inſulis adnumerat Seneca in conſol. ad Helviam c. 6. Ceterum inde nomen per metatheſin Punicum *Reſiph*, lapidibus ſtratum, ducit Bochartus in Chanaan 1, 14. Ex hac eius natura, ut Strabo c. l. diſerte monet, fabulam finxerunt poetae, Perſea, Gorgonis capite praetento, omnes incolas in lapides convertiſſe. Vid. Palaephatus cap. 32. (ubi in priori parte pro εἰς ἀγορὰν, ſine ſenſu, leg. videtur εἰς τὸ Ἄργος ex Eudociae violario p. 38. vel εἰς ἄγραν.) Strabo c. l. et inde Euſtath. ad Dionyſ. v. 525. Apollodorus 2, 4, 3. — Adtigit etiam Pindarus in Pyth. 12, 21. Atque eadem de cauſa factum eſt, ut, quod de Gyaris ſupra notavi,

Romani in eam exfules mitterent. Vid. Tacit. Ann. 2, 85. 4, 21. Iuvenal. 6, 564. 10, 170. Plutarch. de exfilio p. 375. (Lipf. f. p. 602.) Seneca in confolat. ad Helviam c. 6. — Memorant quidam, ranas in illa infula mutas effe, veluti Antigonus in hiftor. mirab. c. 4. Ariftoteles de mirab. aufcult. cap. 71. Plinius 8, 83. f. 58. Aelian. 3, 37. aliique, quos ad illos auctores laudant viri docti. Quod quidem non reiiciendum cenfet Beckmann. ad Ariftot. p. 144. cum et alibi id obfervetur, uti de canum filentio. Caufam ex aquae frigore repetunt Theophraftus apud Aelianum c. l. et Tzetzes chil. 8. hift. 167. v. 95. Fabulae id a Iove Perfea impetraffe ferunt, ne dormientem porro interpellarent. (Aelianus H. An. 3, 37.) Ita prope Mifnam in receffu facro, (heilige Grund) D. Bonifacius ranas ad filentium redegiffe olim credebatur, cuius oftenti eadem caufa fuit. Exhilarato enim illo loco, folisque calore temperata aqua, nunc clamant. Inde vero poteft explicari et probari Tournefort c. l. p. 218. quippe qui adfirmat, fatis eas fuiffe loquaces. At hinc in proverbium abiit βάτραχος Σερίφιος vel ἐκ Σερίφου, quod adtingit Stephanus, et Suidas f. v. cum Apoftolio proverb. 5, 42. βάτραχος explicat de mutis. Vid. quae de eo conlegit Erafmus in adagiis 1, 5, 31. p. m. 168. Urbem habuiffe cum portu, narrat Scylax c. l. Paruiffe olim regibus, Polydectis commemoratio docet apud Apollodorum c. l. etfi folus ille occurrit ex regibus. Infulani foli cum Siphniis et Meliis contra Xerxen in Graecorum partibus fteterunt. (Herodot. 8, 46.) *Athenienfibus* fuiffe fubditam indicat Schol. Ariftoph. c. l. qui νῆσον Ἀθηναίων vocat. Hodie *Serpho*, uti vocat Tournefort, apud quem plura de hodierna infulae conditione. Ut tradit Dapper des isles de l'Archipel pag. 356. Graecis h. dicitur *Serfo*, Franco-Gallis et Batavis *Seriphe* f. *Serphou* vel *Serfou*; Anglis *Serfanto*; Italis *Serfino*.

Rhenea) Varie effertur in Graecis maxime, et tres formas memorat Stephanus, Ῥήνη, Ῥηνὶς et Ῥηναία. Ῥήνη habet Scylax pag. 22. Hudſ. ut *Rhene* Plin. 4, 22. ſ. 12. Hyginus fab. 276. ubi Micyllus volebat *Rhenia*, diſſentientibus Munckero et Stavereno. Ῥηναία habent Homer. in Apollin. v. 44. Herodot. 6, 97. etſi ibi quibam Codd. Ῥηνέα, quod pro Ῥηνεία magis Ionicum cenſet Weſſeling. Theocrit. 17, 70. comprobante Scholiaſte, Hyperides apud Harpocrationem h. v. Frequentiſſimum eſt Ῥηνεία, ut etiam in Stephano malit Holſten. pag. 272. Atque ita Thucyd. 1, 13. 3, 104. Strabo 10. p. 335. ſ. 486. Diodor. Sic. 12, 58. Antigon. in hiſtor. mirab. c. 11. Aelian. hiſt. anim. 5, 8. Pauſan. 4. extr. et alii, quos producunt Weſſeling. ad Herodot. et Diodor. c. c. l. l. Waſſe ad Thucyd. c. l. Holſten. ad Stephan. p. 272. ubi et de varietate ſcripturae. In Plutarchi Nicia c. 3. editur Ῥηνία, ſed cum Codd. discrepantia et Ῥήνεια vult Dorvill. in obſerv. miſcell. Vol. 7. pag. 109. ubi de ſcriptura. Ῥύνεια corrupte apud Conſtantin. Porphyrog. de them. 1, 17. Ῥηνὶς Stephani quis habeat praeterea, ignoro, nec haec in Varr. Lectt. auctorum reperitur. Gentilia inde idem notat Ῥηναιεὺς et Ῥήνιος. Holſten. malit addere Ῥηναῖος pro Ῥηναία, uti a Κρήτη ducitur Κρηταῖος. Ita incolae dicti occurrunt apud Athenaeum 4, 22. Quod idem Ῥήνιος ex numo adfert apud Triſtanum Tom. 2. p. 455. Τηνίων ibi legendum eſſe, monuit Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 334. Quod refert Plinius, Anticlides *Celaduſſam* vocavit, Hellanicus *Artemin*. Illud a ſtrepitu undarum (κελαδεῖν), hoc a Diana. Prius ad Punicam vocem *Rhaama*, vel *Rheema* deducit Bochartum in Chanaan 1, 14. Dorvillius in miſcellan. obſerv. crit. Amſtelod. Vol. 7. p. 108. nomen forte a ῥὴν, unde πολύῤῥην, derivari poſſe putat, ut Delos Λάγεια dicta ſit a λαγώς. Zoſimus 5, 27. in. Ravennam olim Ῥήνην dictam ſcribit, διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι. (ſc. in Italia.) *Ortygiae* nomen

addi poteſt ex Strabone c. l. etſi ad Délon alii referunt. Vicinam Delo fuiſſe, omnes adfirmant, remotam ſtadiis tantum 4. (Strabo) Tournefort voyage — T. 1. lettre 7. p. m. 343. „le canal entre les deux Delos n'a guères plus d'un demi-mille de largueur vers le grand Rematiari. (ecueil).“ Poſt p. 374. probat Strabonem. Idem etiam adparet ex eo, quod utramque inſulam ponte iunxit Nicias et Apollini chorum pompamque traduxit, teſte Plutarcho in vita cap. 3. Olim etiam eam Polycrates, Sami tyrannus, qui Cambyſis tempore vixit, in ditionem ſuam redactam Apollini conſecravit et catena ad Delum adligavit, uti refert Thucyd. 1, 13. 3, 104. Quare et inde Rhenaei dicti ſunt vel habiti Delii, de quo vid. Caſaubon. ad Athenaeum 4, 22. Teſtatur et hodiernum nomen. Idem veriſſime et ea de cauſa uſurpatur, quod parere in Delo non licebat, ut narrat cum Thucydide c. l. Diodor. Sic. 12, 58. Uterque ſubiicit, et ſepelire in Delo nefas fuiſſe, ſed omnes in Rheneam transvectos, quod et confirmat Strabo. Sacram et ipſam fuiſſe Apollini, ex ſuperioribus diſcitur et diſerte canit Theocritus 17, 70. Ἔρημον νησίδιον vocat Strabo, νῆσον μικρὰν Stephanus, quod miratur Tournefort c. l. p. 377. cum Delum aliquantum ſpatio ſuperet, et etiamnunc opulentiae ſigna exhibeat. Feles in Rhenea non inveniri, notat Antigonus c. l. Ipſa et Delos hodie adpellantur *Dili*, et rupes ſunt deſertae, praedonum latebrae, quarum maior *Rhenea*, minor antiqua *Delos*. At iam dudum communi Deli nomine Rheneam veniſſe, diſcitur ex Schol. Theocriti ad Idyll. 17, 70. Vid. Tournefort c. l. pag. 342 ſqq. ubi plura, et ex antiquis libris et numis, et Dorvillius in obſerv. miſcell. Vol. 7. p. 108 ſqq.

Paros) Gr. Πάρος. Incolae Πάριοι etiam in numis. Stephanus porro ex Apollonio (Dyſcolo) notat, cum reprehenſione quidem, *Parianus*. Ita tamen eos adpellaſſe videtur Ioſephus Antiqu. Iud. 14, 10, 8. uti

ex nexu confici potest. Cf. not. crit. ad 2, 7, 6. p. 492. *Pariana civitas* apud Cicer. ad diverf. 13, 53. ad Parion in Propontide refertur. *Parinum* caput, i. e. Parii marmoris, in loco Ciceronis vexato Verrin. 4, 57. ex Codd. 4 fuis et libro Cuiacii dedit Lallemandus, fine exemplo tamen; Graevius propter Codicum *Parinum* malit eodem fenfu *Parium*. Varia ante geffit nomina, quam vulgare ufu firmaretur. Secundum Plin. enim 2, 22. f. 12. primo *Platean*, (πλατεῖαν), poftea *Minoida* vocarunt. Plura nomina adpofuit Stephanus, qui ex Nicanore adfert 1) Παχτίαν, uti in Plinio dederat Frobenius, vel inculcaverat; quo auctore, fe nefcire fatetur Harduinus. Salmafius tamen malebat in Stephano Ἐπακτίαν, quafi litoralem. Addit Stephanus 2) Μινῴαν, quae eft *Minois* Plinii. Caufa nominis difcitur ex Apollodoro 2, 5, 9. qui narrat, Minois filios 4 illam infulam tenuiffe, a Rhadamantho traditam fuiffe Alcaeo Diodor. Sic. 5, 79. Vid. Heyne ad Apollodor. p. m. 376. et quos producit Nov. Commentar. Soc. Goetting. T. 1. P. 2. p. 74. *Minoiam* habet Solin. c. 17. f. 11. quod a Minoe fubacta fuerit. Sequitur 3) *Demetrias*, de quo nihil fub ipfa hac voce, a cultu fine dubio Cereris. 4) *Zacynthus*, quo nomine fingularis infula fupra adfuit. Originem petit a Punica voce *Zachuth*, fublimitas, Bochart. in Chanaan 1, 14. quod utraque fuerit montofa et inaequalis. 5) *Hyria*, quod nec magis adtigit fuo loco. 6) *Hyleeffa* (Ὑλήεσσα); cuius caufa patet. 7) *Cabarnis*, a Cabarno, qui Cereri raptum filiae prodidit. Commemorantur inde Cabarni, facerdotes Cereris, ab Hefychio h. v. et Suida f. v. Ὀργεῶνες. Dabit multa de hoc nomine St. Croix recherches fur les myftères p. 395 fq. Bochart. recurrit ad Poenos fuos. Manfit *Paros*, quod ducit, auctore Callimacho, Stephanus a Paro, Parafii filio, Arcade, a quo conditam infulam fcribit Heraclides de politiis f. v. Παρίων. Primum eam tenuerunt *Cretenfes*, (Stephanus, Solinus c. l.) unde et Minois dicta eft. Succefferunt *Arcades*. (Stephanus et

Heraclides.) Abfuit a Delo fec. Plinium 4, 22. f. 12. 38 M. P. a Naxo 7500 P. dimidioque fuit minor, quam Naxus, quae patuit circuitu 75 M. P. Alii plus adferunt, fed Plinio adfentitur Tournefort voyage Tom. 1. lettre 5. p. 242. Thevenot voyage (ed. 1689.) P. 1. p. 331. habet 50 milles de circuitu. Urbem commemorat ex Archilocho Stephanus h. v. quae hodie excitata putatur effe *Parechia* f. *Parichia*. (Tournefort c. l. pag. 255.) Duos etiam habuit portus. (Scylax p. 22. Hudf.) Ephorus apud Stephanum vocat εὐδαιμονεστάτην κ. μεγίστην (quod verum, fi opulentiam intelligas) τότε (Miltiadis tempore) τῶν Κυκλάδων, et *opibus elatam* Nepos in Miltiade 7, 2. Colonias etiam mififfe Thafum et Parium in Propontide refert Strabo 10. p. 335. f. 487. Inclaruit olim maxime *marmore*, quod fimpliciter poetis *lapis Parius* paffim dicitur, notatum etiam fic a Strabone c. l. Antonino in itiner. p. 528. et ipfa infula *marmorea*, (Ovid. Metam. 7, 465. Virgil. Cir. v. 476.) *nivea*. (Virgil. Aen. 3, 126.) Effodiebatur maxime in Marpefo, vel Marpeffo monte, quem Marpeffam vocat Stephanus, in cuniculis, ad quos lux diurna penetrare non poterat. Hinc *Marpefia cautes* apud Virgil. Aen. 6, 471. ubi vid. interpretes et Oberlinus ad Vibium Sequ. p. 336. A cuniculis illis nomen Paros ex Pera, Punica voce, natum putat Bochartus in Chanaan 1, 14. Lapidem illum coeperunt poftea *Lychniten* adpellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor eft Varro apud Plin. 36, 4, 2. f. 5. Hinc λίθον λυχνέα vocat Athenaeus 5, 9. p. m. 205. Statuas ex eo factas paffim celebrant auctores, diferteque Strabo 10. p. 335. f. 687. optimam praedicat πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. Inferviebat porro ornandis aedificiis, veluti templo Delphico, (Herodot. 5, 62.) Labyrintho Aegyptio. (Plin. 36, 19. f. 13.) De lapicidinis ipfis, etfi nunc obrutae funt obductaeque, et ipfo marmore vid. Tournefort c. l. pag. 239. et Sauveboeuf Reifen Tom. 2. pag. 191. Secundum Salmafium ad Soli-

num cap. 11. f. 17. p. m. 129. idem marmor dicebatur etiam *Lygdus*. Certe Hefychius h. v. Λύγδος λίθος explicat ὁ Πάριος, uti Schol. Pindari ad Nem. 4, 131. eiusque usum ad unguenta commemorat Plinius 36. 13, 1. f. 8. et Ifidorus orig. 16, 5. Inde *Lygdinus lapis* paffim eiusque candor eximius apud auctores laudatur, et ad humani corporis partes candidas transfertur, veluti τράχηλος. (Anacreon. 28, 27.) Qui plura defiderat de hoc lapide, confulat Blafii Caryophili de marmor. antiqu. commentar. pag. 48. Olearium ad Philoftrati Icones p. 763. Weffelingium, qui eos indicat ad Diod. Sic. 2, 52. cum Salmafio ad Solinum c. 35. f. 56. Fifcherum ad Anacreontem c. l. et quem addit Drakenb. ad Sil. Ital. 12, 246. Natum ibi effe *Archilochum*, acrem illum mordacemque poetam, memorat Strabo c. l. ex quo intelligitur, qui fint *Parii iambi* apud Horat. epift. 1, 19, 23. Affertur porro proverbium ἀναπαριάζειν ex Ephoro apud Stephanum, quod explicat ψεύδεσθαι τὰς ὁμολογίας, Euftathius ad Dionyf. v. 525. μεταμέλεσθαι, nempe, uti hiftoria adpofita uterque declarat, quod Parii pacta cum Miltiade olim inita violaverant. Cf. et Apoftolius proverb. cent. 3, 62. Erafmus adag. 3, 2, 67. p. m. 675. Celebratur hodie chronicon f. marmor Parium, in quo hiftoriae Graecorum primae lineae a Cecrope, Athenarum rege, ad annum tertium Olymp. 106. ductae funt, de quo vid. Meufelii bibl. hiftor. Vol. 3. P. 2. pag. 330 fqq. Ipfum exhibet praeter alios cum commentario doctiffimo Semlerus in Sammlung von Erläuterungs-Schriften und Zufätzen zur allgemeinen Welthiftorie Tom. 1. 160^{b} — 260^{b}. Infula h. vocatur a Francis *Paris*. Vid. Tournefort c. l.

Myconos) In Graecis penultima variatur. Μύκονος, Strabo 10. p. 335. f. 487. Herodot. 6, 118. Thucyd. 3, 29. Scylax p. 22. Hudf. Stephanus h. v. Aefchylus in Perfis v. 882. Agathemer. 1, 1. et quidam alii.

Vid. Waſſe ad Thucyd. c. l. Hinc adparet, quam recte contendat Holſten. ad Stephanum p. 213. Strabonem et Euſtathium ad Dionyſ. v. 525. item ad Odyſſ. 4, 500. p. 185, 24. ſcribere per ο, reliquos fere per ω. Neque adeo in Euſtathio conſtant ſibi libri, quippe Cod. Steph. habet ω. At per ω Zenobius Cent. 5. proverb. 7. et ſic Μυκώνιος idem 5, 21. uti apud Athen. 1, 7. vulgo, Ptolem. 3, 15. omninoque pauci. Priorem tamen ſcripturam probat recte Holſtenius ex Lucilii hemiſtichio apud Donatum ad Terent. Hecyram 5, 4, 26. cui ſuffragantur alia poetarum loca, veluti Statii Achill. 1, 205. et in primis numi. Μύκων habet etiam Zenobius 5, 21. ut quidam Codd. in Aeſchylo c. l. et *Micon* Cod. Medic. in Ovid. epiſt. 21, 81. An *Mycone* etiam dicta fuerit, uti ex Virgilio Aen. 3, 76. adſtruit Berkelius ad Stephanum p. 569. de eo recte dubitatur, et vitium potius habetur librariorum, poſt Heinſii disputationem ad Ovid. epiſt. 21, 81. ex multis locis ſublatum. Cf. etiam Pierius et Heyne ad Virg. c. l. Gentile *Myconius*. Nomen a *Mycono* quodam, ſec. Stephanum, de cuius loco Weſſel. ad Diodor. 2, 62. ſec. Bochartum in Chanaan 1, 14. a Punica voce *Muc-on*, quaſi cenſu tenuem, ob inopiam. A Delo diſtat ſtadiis 500, (Antonini itiner. p. 527.) vel ſi cum quibusdam huc referre malis, quod ad Siphnum videtur pertinere apud Plin. 4, 22. ſ. 12. 15 M. P. Uterque tamen nimis diducit ſpatium, quod 3 M. P. tantum eſſe adfirmat Tournefort voyage Tom. 1. lettre 6. p. 350. Cf. et Weſſeling. ad Antonin. c. l. De circuitu nihil in priſcis auctoribus, quem recentiores faciunt 25—30 M. P. Haec tamen illi memoranda adferunt: Centauri ex fabulari narratione ab Hercule proſtrati inſulae ſubpoſiti iacent, de quo Strabo c. l. et ex eo Stephanus et Euſtathius ad Dionyſ. c. l. Hinc probatur in Strabone lectio quorundam librorum ὑγιεινοτάτους pro ὑστάτους i. e. validiſſimos, quam propoſuerat Pierius ad Virgil. c. l. et ad Stephanum p. 213. defenderant Holſtenius et Berkelius pag. 570. Cf. tamen,

quae ibi notavi. Natum inde proverbium notant iidem *πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον*, de rerum coniunctione, quas natura divisit, ubi ex Stephano in voce *διηρτημένα* Strabonem etiam emendant. Cf. Erasmus in adag. 2, 4, 47. p. m. 473. Memoratur porro ab iisdem insulanorum naturale vitium *calvities*, de quo etiam Donatus ad Terentium c. l. et Plinius 11, 47. s. 37. qui sic nasci adfirmat, renitente Tournefort c. l. pag. 33. etsi mature anno 20 — 25. capillis privari adfirmat. Insulae *σμικρότητα* et *εὐτέλειαν* notat Zenobius proverb. 5, 21. et *λυπρὰν νῆσον* vocat Athenaeus 1, 7. incolas ipsos tenacitatis et avaritiae nomine traduci addit. Hinc vulgo dictum *Μυκονίων δίκην* de iis, qui non vocati conviviis se ingerunt. Cf. Erasmus c. l. 4, 8, 24. p. m. 998. *Vinum* tamen laudat Plinius 14, 9. s. 7. cui adsentitur Tournefort c. l. p. 331. Hinc in numis adparet uva et Bacchus. Sed et fertilitatem in iis spicae indicant, quod nec prorsus renuit Tournefort c. l. Cf. de numis Eckhel de numis vett. anecdotis Tom. 1. p. 159. idem in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 333. et Rasche in Lex. num. Tom. 3. P. 1. p. 998. Hodie fere desertam esse refert Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 200. *Dimastum* insulae montem memorat Plin. 4, 22. s. 12. duas urbes Scylax c. l. H. uti notat Dapper des isles de l'Archipel pag. 354. *Micoli*, *Michono* s. *Micheno* et in tabulis nauticis *Micona*. Uti refert Tournefort p. 333. qui plura habet de h. insula, a Francis vocatur h. *Micouli*.

Syros) Gr. *Σύρος*, uti Strabo 10. p. 335. s. 487. Stephanus h. v. Apuleius Florid. 2. p. m. 313. Homero est *Συρίη* vel *Συρία* Odyss. 15, 402. iudice etiam Strabone. Aliis etiam *Σύρα*, veluti Suidae s. v. *Φερεκύδης*, etsi Kusterus malit *Σύρος*, Diogeni Laert. 1, 119. Hesychio Milesio de viris illustr. s. v. *Φερεκύδην* p. m. 39. Gentile *Σύριος*. In numis tamen etiam *Συριεων*. Vid. Rasche Lex. numar. T. 5. P. 1. p. 425. et Eckhel doctrina

num. P. 1. Vol. 2. p. 337. De confusione Scyri et Syri satis dictum est in not. crit. p. 540. quod idem de gentili valet. Homerus supra Ortygiam i. e. Delum vel Rheneam locat, prope Delum Suidas s. v. Φερεκύδης. Circuitu patere 20 M. P. prodidere veteres; Mutianus 160, uti refert Plin. 4, 22. s. 12. Tournefort voyage T. 2. lettre 8. p. m. 2. habet 25 M. P. Urbem cognominem olim habuisse, ex inscriptione probat Tournefort c. l. p. 3. Duas commemorat, suppresso tamen nomine, Homerus Odyss. 15, 411. Idem v. 404 sq. vocat ἀγαθὴν, εὔβοτον, εὔμηλον, οἰνοπληθῆ, πολύπυρον, nec renuit hodie Tournefort. *Phoenices* eam olim adiisse, et commercia cum incolis miscuisse, patet ex Homero Odyss. 15, 414 sq. quod movet Bochartum in Chanaan 1, 14. ut a Punica voce *Sira*, per aphaeresin pro *Asira*, i. e. dives, nomen insulae derivet. Male νῆσος Ἰωνικὴ vocatur a Stephano, qui vel corruptus est, vel Psyra (τὰ) Strabonis 14. pag. 444. s. 645. cum Syro commiscuit, monente ibi Holstenio, nisi Ionicam coloniam innuit. Omnes enim propter viciniam Deli recte Cycladibus adscribunt. Inlustrata est maxime natalibus *Pherecydis*, Philosophi clarissimi et antiquissimi, de quo consule Coelii Rhodigini lectionn. antiquar. 14, 13. Bruckeri histor. crit. philos. T. 1. p. 982 sqq. Fabricium in bibl. Gr. Vol. 2. p. 661. (ed. Harles.) et qui ibi laudantur. Syrium multi diserte vocant, uti et pro Syrus dudum voluerunt, vel reposuerunt viri docti. Quod Grotius ad Matth. 7, 6. ex Syria oriundum dicit, aut erravit, aut Homericum nomen Syria spectavit, notante Menagio ad Diog. Laert. 1, 119. De *Heliotropio*, quod ex Homero Odyss. 15, 403. in insula illa fuisse quidam putant a Pherecyde factum, magna est disputatio virorum doctorum, cum alii de occidente intelligant simpliciter. Vid. Menagius ad Diog. Laertium c. l. Bochartus c. l. Harduinus ad Plin. 4, 22. s. 12. et in primis Sturzius in fragmentis Pherecydis pag. 35 sq. De insula cf. Tournefort Tom. 2. lettre 8. p. m. 1 sqq.

Thompſon Vol. 1. p. 296. et quae conlegit Dapper des isles de l'Archipel pag. 270. qui hodie vocari ait Italis *Syro*, tabulis nauticis *Sira* ſ. *Zyra*. Tournefort habet *Syra*.

Tenos) Gr. Τῆνος, unde Τήνιος in auctoribus et numis. Olim, quod tradit Plin. 4, 22. ſ. 12. dicta eſt *Hydruſſa* et *Ophiuſſa*. Utrumque nomen adfert etiam Stephanus; prius Euſtathius ad Dionyſ. v. 525. Hydruſſae nomen ab aquarum abundantia ducunt. Harduinus tamen ad Plinium malit repetere ab hydris, quod Schol. Ariſtophanis ad Plutum (v. 718.) ſcribat: ἐν τῇ Τήνῳ ὄφεις κ. σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο — θηριώδης δοκεῖ εἶναι, quod locis quibusdam adlegatis probat. Praeiverat tamen Bochartus in Chanaan 1, 14. qui propter Doricam formam Τάνος Phoenicae inſulam *Thannoth* i. e. ſerpentum explicat. Hinc vero poſterius nomen melius intelligitur. *Tenus* dicta eſt a conditore Teno, (Stephanus et Euſtathius) eumque quidam capite cornuto in numis indicari credunt, (cf. Raſche Lex. num. T. 5. P. 1. p. 919 ſq.) quod tamen ad ſuperiorem cauſam refert etiam Harduinus, quia Heſychio τηνία ſit ἔχιδνα. Ab Andro diſtabat paſſus mile, a Delo 15 M. P. et cum oppido 15 M. P. porrigebatur. In circuitu variant recentiores. Tournefort (mox) p. m. 46. habet 60 M. P. Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 200. tantum 14. Schol. Apollonii Rhod. ad 1, 1300. παράκειται Δήλῳ, quare et recte Cycladibus adnumeratur, et ex commiſtione cum noſtra Tenedos. Vid. ad 2, 7, 4. Oppidum unum eodem, quo inſula, nomine refert Galenus de ſimplic. medic. facult. lib. 9. p. 117. (Tom. 2. ed. Baſil.) Oppidum in ea commemorat etiam Strabo 10. p. 336. ſ. 487. quod tamen haud magnum fuiſſe addit. In eius ruinis exſtructus h. ſtat vicus *S. Nicolo*. (Tournefort voyage Tom. 2. lettre 8. p. m. 45.) At extra urbem in luco, eodem Strabone teſte, fuit Neptuni templum, ſpectatu dignum, in quo ad eius ſacra cele-

branda ex vicinis insulis confluebant. Mentionem eius iniicit Tacit. Annal. 3, 63. Hodie ne vestigia quidem eius inveniri testatur Sauveboeuf Reisen Tom. 2. pag 202. Quod ex Philochoro refert Clemens Alexandr. in adhort. ad gentes p. 26. ed. Potteri, Neptunus tamquam medicus colebatur. Certe in numis etiam multis conspicitur, eoque spectat serpens, qui tridentem ambit. Scatuisse olim *serpentibus* supra notatum est, idemque testatur Aristoteles de mirab. auscult. cap. 162. si spuria sunt verba, quae Tenum ad Thessaliae urbem nusquam memoratam referunt, iudice Heynio ad c. l. pag. 420. At Τῆνον ὀφιόεσσαν diserte vocat Antimachus ap. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 718. de quo vid. et Schellenberg. ad Antimachi reliquias pag. 103. et ad Aristoph. c. l. Spanhemius. Eos sustulisse Neptunus dicitur ciconiarum ope sec. Hesych. At Hesychius Miles. de rebus Constantinopol. p. m. 49. de Constantinopoli id narrat. Hodie plane evanuisse adfirmat Tournefort p. 47. Fontem in hac insula esse, cuius aquae vinum non permisceatur, refert Athenaeus 2, 6. p. m. 43. ex quo repetit Stephanus. *Vini* praestantiam in numis indicat racemus, eamque laudat etiam Tournefort c. l. p. m. 46. Tenios olim navibus valuisse adparet ex Herodoto 8, 82. ad Plataeas Graecos contra Mardonium Persarum ducem adiuvisse, ex Pausania 5, 23, 1. sub *Atheniensium* ditione fuisse, ex Thucydide 8, 69. quibus erepta et in servitutem redacta est ab *Alexandro*, quod videtur, Pheraeorum tyranno. (Demosth. contra Polyclem in. p. 1207. ed. Reisk.) Postea pervenit in *Romanorum* potestatem, et *Antonius* Rhodiis donavit, sed paullo post ademit, durius imperantibus. (Appian. de B. Civ. 5, 7.) *Herinnam* poetriam ibi natam esse, refert Stephanus. Hodie, quod scribit Dapper des isles de l'Archipel p. 266. Italis dicitur *Tino*, Franco-Gallis *Tene*. Tournefort c. l. habet *Tine*. Uterque plura dabit de insula. Cf. etiam Wheler voyage T. 1. lib. 1. p. 79—83.

Naxus) Gr. Νάξος, unde Νάξιοι, porro Ναξιακός, uti Andriscus Ναξιακά scripsit teste Parthenio in Eroticis cap. 19. Antiquiora nomina recenset Plinius 4, 22. s. 12. hoc ordine. 1) *Strongyle.* Suffragantur Diodor. Sic. 5, 50. in. et 51. Parthenius c. l. et Schol. Apollonii Rh. ad 4, 761. Urbem insulae hoc nomine facit Solin. c. 17. s. 11. in quo male cepit Plinium, uti monent Salmas. ad Solin. c. l. p. m. 129. et Harduin. ad Plin. c. l. Causa nominis petita est a figura, quasi rotunda. Certe Tournefort voyage T. 1. lettre 5. p. m. 255. *Son circuit est presque ovale, et fait deux pointes.* 2) *Dia*, quod maxime est usitatum, praecipue poetis, quorum loca sunt obvia. Cf. Ovid. Metam. 3, 690. A. Am. 1, 528. Homer. Odyss. 11, 234. Apollon. Rhod. 4, 425. Theocrit. 2, 46. Catullus 64, (al. 63.) 52. ubi difficultates quidem movit Vossius, qui de Cretensium insula, h. *Standia*, vult intelligi, quas removit Doering. Fidem illi nomini faciunt plures, veluti Diodor. Sic. 4, 61. 5, 51. Callimachus apud Etymol. s. v. Δία. Schol. Homeri, Theocriti et Apollonii ad c. c. l. l. Stephan. s. v. Δία et quos ad eum laudat Berkelius p. 300. et Staveren. ad Hygin. fab. 43. p. 107. Auctores nominis Otum facit et Ephialten Diodorus Sic. 5, 51. cum debellatis Thracibus insulam sibi subiecissent, eosque in Naxo mortuos tradit. Pindarus Pyth. 4, 156. Cf. Homer. Odyss. 11, 317. et Pausan. 9, 22. Hoc tamen nomine plures dictas esse docet Schol. Theocriti c. l. ex quo recte emendatur Stephanus s. v. Δία, qui tantum quatuor habet. Sic contra Cretam commemorant Diam Strabo 10. pag. 333. s. 484. Plinius 4, 20. s. 12. Ptolemaeus 3, 17. eamque in Catulli loco hinc intelligebat Vossius. At in narrationibus de Baccho et Ariadne Dia de Naxo intelligi debet, quod discitur ex Diodoro Sic. 4, 61. Cf. Heyne ad Apollodor. 5, 33. p. m. 578. 3) Successit *Dionysias.* Ita etiam ab aliis dictam esse adfirmat Diodor. Sic. 5, 52. Deducit hoc nomen Plinius a vinearum fertilitate; Diodorus, quod

ibi Bacchus nutritus fuerit, Solinus c. l. vel quia hoſpita Libero patri, vel quod fertilitate vitium vincat ceteras. Hinc in numis diota. Vid. Beger. theſ. Brandenb. T. 1. pag. 432. Eckhel doctrin. n. vet. P. 1. Vol. 2. pag. 335. 4) *Sicilia minor*, quia τῶν Κυκλάδων κρατίστη ἐστὶν, uti explicat Agathemer. 1, 5. 5) Denique *Callipolis*, quod alibi non inveni. Nomen *Naxus* varie derivant, alii a Naxo, quem Polemonis filium, Naxi regem facit Diodor. 5, 51. Carum ducem, (ſic et Euſtath. ad Dionyſ. v. 525.) Endymionis filium, Stephanus; a Naxo quodam omnino Suidas h. v. Alii a νάξαι i. e. θῦσαι, διὰ τὰς θυσίας ἐξαιρέτους τινὰς ἐκεῖ γινομένας, uti explicat Euſtath. ad Dionyſ. v. 525. Cf. Stephanus ex Euphorione, Suidas ſ. v. Νάξης. Pro θῦσαι tamen Salmaſ. ad Solin. c. l. pag. m. 129. ex Heſychio reponit βύσαι, quem vide et Staveren. ad Hygin. c. l. De ſacrificiis probat Bochartus in Chanaan 1, 14. ſed ex more ad Syram originem recurrit. A Paro aberat 7500 P. a Delo 18 M. P. circuitu patebat 75 M. P. dimidioque maior erat, quam Paros. (Plinius c. l.) Supra Parum ponit Pauſan. 9, 22. Recentiores tamen ex incolarum etiam narrationibus ampliorem faciunt circuitum. Vid. Dapper des isles de l'Archipel p. 348. Tournefort voyage Tom. 1. lettre 5. p. m. 255. Tavernier voyages (ed. 1724.) Tom. 1. p. 434. qui circuitum facit 26000 miliarium. Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 196. habet 120 miliaria. (ſ. P. 1. p. 326. ed. 1689.) Maximam Cycladum facit Kinsbergen v. Archipelagus p. 132. et ſic κρατίστην quidam in Agathemeri loco intelligunt. Vid. ad Allgem. Welt-Geſch. T. 7. (4.) p. 40. Strophadibus (ſorte Sporadibus) minus recte adſcribunt Dicaearchus p. 26. (Hudſ.) et Martian. Capella lib. 6. p. 213. Urbem commemorant Plinius, Ptolemaeus et Solinus, de quo ſupra; hodiernam ruinis veteris alicuius ſuperſtructam putat Tournefort p. m. 256. Tres tamen h. ibi urbes easque bonas eſſe multosque pagos, unum

tantum portum ſcribit Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 433. In magna inſulae bonitate, quam et recentiores laudant, (Herodot. 5, 31. καλὴν κ. ἀγαθὴν vocat cum Euſtathio ad Dionyſ. c. l. Pindarus λιπαρὰν Pyth. 4, 157. ubi Schol. explicat εὐδαίμονα. Cf. Bochartus in Chanaan 1, 14.) praedicatur fertilitas vini dulciſſimi, unde nomen *Dionyſias* ducit etiam Plinius. Cf. Diodor. 5, 52. extr. Propert. 3, 15, (17,) 27. Archilochus adeo teſte Athenaeo 1, 24. p. m. 30. illud cum nectare comparabat. Inde nata videtur fabula de fonte, qui dulciſſimum vinum ſcaturiat, ut referunt Stephanus et Suidas, auctore quidem hic Heraclide. Hinc ipſa inſula *Bacchica Naxos* dicitur a Statio Achill. 2, 4. et *bacchata iugis* a Virgil. Aen. 3, 125. et illi in primis cara fuiſſe dicitur, eiusque ſedes. Vid. Heyne ad Virg. c. l. et Barth. ad Stat. Theb. 7, 686. Sic ipſe Bacchus apud Ovid. Metam. 3, 637. *illa mihi domus eſt.* Hinc multi numi Bacchi imaginem referunt, inſignibus variis ornatam. Vid. Raſche Lex. num. Tom. 3. P. 1. p. 1116. et Eckhel doctr. num. P. 1. Vol. 2. pag. 333. Ita hodie vinum laudatur, et Tournefort p. m. 255. de Naxiis ſic: *les Naxiotes ſont les vrais enfans de Bacchus.* De vino cf. etiam Sauveboeuf Reiſen Tom. 2. p. 192. et Tavernier c. l. p. 433. uti omnino de maxima inſulae amoenitate et eius fertilitate. De vino etiam Thevenot c. l. Naxias mulieres octavo menſe parere Iunonis beneficio, vel quod Bacchus ſic natus fuerit, ex Aſclepiade refert Stephanus, notatque etiam Suidas. Inſulam antiquiſſimis temporibus tenuerunt *Thraces* amplius 200 annos, (Diodor. 5, 50.) in quorum locum, cum ſiccitate compulſi emigraſſent, ſucceſſerunt *Cares* ante Theſei tempus ſub rege *Naxo*, qui inſulam Naxum vocavit. (id. 5, 51.) Bello ſubactam Lygdami, a quo in tyrannide recuperanda adiutus erat, permiſit Piſiſtratus, (Herodot. 1, 61. et 64.) quem eieciſſe poſt videntur Lacedaemonii, ſi vera eſt emendatio in Plutarcho de malignitate Herodoti p. 411.

ed. Reisk. (ſ. p. 859.) Tandem eam occuparunt *Iones* ab Athenienſibus oriundi, uti diſcitur ex Herodoto 8, 46. Priſtinam eius potentiam multa declarant. Subiecerat imperio ſuo Parum et Andrum; (Herod. 5, 31.) Darii tempore 8000 ſcutatorum habuit et naves multas longas, (idem 5, 30. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. c. l.) etſi a Perſis expugnabatur eiusque urbs incendebatur. (id. 6, 96.) In proelio ad Plataeas Graecos adiuviſſe, narrat Diodor. Sic. 5, 52. qui eorum opulentiam Bacchi dono tribuit. In bello Peloponneſiaco partibus Athenienſium ſe adiunxit, a quibus cum defeciſſet, expugnata et prima ſociarum civitatium in ſervitutem eſt redacta. (Thucyd. 1, 98.) Tenuerunt poſtea Romani, et Antonius donavit Rhodiis, ſed non multo poſt ademit propter imperii duritiem. (Appian. de bell. civ. 57.) Naves eorum peculiare nomen habuerunt, κάνθαροι, de quibus vid. Suidas ſ. v. Ναξιουργὴς, et quae ibi habet Kuſter. Tom. 2. pag. 596. et Weſſeling. ad Diodor. Sic. Tom. 1. p. 373. Homeri ſepulcro *venerandam* inſulam dicit, vel, ut alii, *memorandam* Martian. Capella lib. 6. p. 213. (Grot.) Ceterum pauca antiquitatis veſtigia ibi hodie conſpiciuntur, praeter portam templi Bacchici, quam aere inciſam exhibet Tournefort c. l. p. 261. qui et plura de hac inſula conlecta dabit. Cf. etiam Thompſon Vol. 1. p. 281 ſqq. Tavernier c. l. ubi et de templi ruderibus. H. *Nicſia* et *Nixia* Italis et Batavis, *Naxis* Franco-Gallis, uti adfirmat Dapper c. l. At Tournefort adfert *Naxie* et Kinsbergen c. l. *Naxia*, Thevenot *Nixia*.

Delos) Gr. Δῆλος, unde apud Stephanum ducuntur Δήλιος, (in auctoribus multis et numis) Δηλία, (forte Δήλια) de ludis Deliacis. Vid. Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 1. *Delium templum* Apollinis (Liv. 35, 51. in.) vel ager illi ſacer apud Appian. in Syriac. c. 12. Δηλιὰς, (Callimachus in Delum v. 256. et alibi.

Cf. Spanhem. ad Call. v. 1. Δηλιὰς etiam apud Suidam de nave, quae alias θεωρὶς dicebatur.) Δηλίτης, de quo dubitat Berkelius, qui malit Δηλιαστὴς i. e. ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορὸς ex Hesychio h. v. Vox eadem et alibi occurrit. Vid. Petiti commentar. in leges Atticas p. m. 91. et Spanhem. ad Callim. in Del. v. 314. Addit Δηλιάτης Holsten. ad Stephan. p. 96. ex numis a Ligorio productis. At dubia est, vel nulla Ligorii in his fides, quare numos reiecerunt viri docti. Vid. Eckhel in doctrina numor. P. 1. V. 2. p. 329. et, quem laudat, Dorvillius in miscell. observ. crit. Amst. 1736. Vol. 7. p. 86. Possessivum Δηλιακὸς habent etiam cum Graecis Latini, ut Lexica docent. Multa olim gessit nomina, a Plinio 4, 22. s. 12. adposita, in quibus sunt 1) *Cynthia* ex Aeglosthene. Pro eo Κύνθος habet Stephanus, uti in Plinio volebat Spanhem. ad Callim. v. 37. et in Schol. Apollonii ad 1, 308. pro Δῆλος ante Ἀστερία, ut in Servio ad Aen. 3, 72. Barthius ad Statii Theb. 4, 796. Nomen a Cyntho, Oceani filio, ducit Stephanus, interpretes a Cyntho insulae monte, unde et Apollo Cynthius. 2) *Ortygia*. Ita plures, etsi praeteriit Stephanus. Antonin. in itiner. p. 527. habet *Ortyx*. Caussas adferunt varias. Alii ducunt a coturnicibus, (Gr. ὄρτυγες,) quae ibi primum visae, vel lubenter commoratae sunt. Sic Athenaeus 9, 11. p. m. 392. Solin. 17. s. 11. Isidorus orig. 14, 6. Eustath. ad Homer. Odyss. 5, 123. p. 213, 34. 6, 162. p. 456, 18. Alii ab Asteria, sorore Latonae, in coturnicem conversa et huc delata, ut Antonin. in itiner. c. l. Lutatius ad Statium Theb. 4, 796. Tzetzes ad Lycophron. v. 401. et inde Eustath. ad Odyss. 5, 123. p. 213, 33. Schol. Apollonii ad 1, 308. quod et ad Latonam ipsam conversam referunt Schol. Callimachi in Apollin. v. 59. Servius ad Virgil. Aen. 3, 72. ad Iovem coturnicis specie cum Latona congressum Schol. Pindari in Pythiorum argumento in. Ab Ortygia tamen Aetolica cum Delum, tum alia loca eiusdem nominis tamquam

illius colonias adpellata tradit Schol. ad Apollonium 1, 419. ex Phanodico et Nicandro in Aetolicis. Vid. qui de hoc nomine et fabula egerunt prolixius Berkelius ad Stephanum p. 297. Muncker. et Staverenus ad Hygin. fab. 53. et quos laudant, in primis Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 37. et in Apollin. v. 59. Ortygiae quidem illius Aetolicae nusquam alibi occurrit mentio. At fuit Ortygia Ephesina, ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ τῆς πλείστης, ubi fabulae ponunt partum Latonae et Ortygiam nutricem, aliaque, quae ex Strabone 14. p. 440. f. 639. discuntur, cum quo cf. Tacit. Ann. 3, 61. Neque qui Ortygiam infulam faciunt, omnes de Delo intelligunt, fed diverfas praedicant, veluti Homer. in Apollin. v. 16. Orpheus hymn. 34, 5. ubi idem verfus legitur, et Diana in Ortygia, Apollo in Delo editus partu dicitur. Vid. quae disputat Ilgen ad Homer. c. l. p. 193. ubi et de Ortygia prope Siciliam, Syracufarum parte. Sic Strabo diferte Rheneam olim Ortygiam dictam fuiffe adfirmat 10. pag. 335. f. 486. etfi Euftathius ad Dionyf. v. 525. ad Delum refert. Intelligitur hoc ex utriusque vicinia, de qua fupra. Natalia autem eorum Deorum multae gentes fibi vindicabant olim, de quo vid. Verheyk. ad Antonin. Liber. c. 35. et quos adducit. 3) *Afteria*, quo nomine aliam infulam fupra §. 10. habuimus. Ita vero Delum dictam fuiffe, docent praeter Plinium Callimach. in Delum v. 37. Schol. Apollonii ad 1, 308. Stephanus f. v. Δῆλος, Apollodorus 1, 4. in. Hefychius f. v. Ἀστερίη, Tzetzes ad Lycophron. v. 400. Solin. 17. f. 11. atque fic intelligi debet in narratione de Latonae parte apud Antonin. Liberal. c. 35. in. Quidam nomen ab Afteria ducunt, quae cum vim Iovis fugeret, in coturnicem converfa eft, unde Ortygia et Afteria perinde valeat, et ad idem tempus pertineat; (vid. Antonin. itiner. pag. 527. Apollodorus —) pertinetque ad eandem, quod διὰ τὸ σχῆμα fic vocatam fcribit Schol. Apollonii, quia fec.

Callimach. in Delum v. 38. ἀστέρι ἴση e coelo desiluit, Iovem fugiens, etsi ex Pindaro aliam caussam ibi adfert Graevius. A cultura Apollinis ducit remotius Solinus c. l. Cf. et de Asteria Spanhemius ad Callim. c. l. Burmann. ad Ovid. Metam. 6, 108. et Muncker. ad Hygin. fab. 53. Plerique autem veterum mythologorum et Grammaticorum, in iis Hyginus, Tzetzes, Lutatius ad Stat. c. l. Eustath. ad Homer. Il. 1, 9. prius dictam Ortygiam s. Asteriam, post Latona auctore demum Delum. Sed a Plinio alia praeterea nomina subiiciuntur. 4) *Lagia.* Habet et Solinus et a venatibus explicat, a leporum frequentia Harduinus ad Plinium. Sic hodie leporum ibi esse et cuniculorum copiam adfirmat Dapper des isles — pag. 375. quod de solis cuniculis contendit Tournefort voyage Tom. 1. lettre 7. p. m. 372. rectius quidem, quod et addit, cum duo illa bestiarum genera se invicem non ferant, sed conficiant. Pro eo Stephanus habet *Πελασγία*, ut et Veneta in Plinio, quod damnare non audet Holstenius ob Pelasgorum errores vagos et ampla vestigia. 5) *Chlamydia.* Sic et Stephanus a figura forte, uti Straboni 2. p. 81. s. 118. χλαμυδοειδὴς de terra habitata. 6) *Cynaethus,* quod repetit inde Solinus. Nempe a κυνὸς et αἴθω, ab ardore canum venaticarum. 7) *Pyrpile*, ab igne ibi reperto, ut explicat etiam Solinus, ubi Salmasius p. m. 126. tuetur *Pyrpole*, uti iam antea edebatur, et in Plinio emendat, a πυρπολεῖν. Cf. Spanhem. ad Callim. in Delum v. 200. Quod *Zacynthum* quidam olim etiam adpellarunt, reiicit Stephanus, addit tamen ex Nicanore *Scythias*, pro quo Salmasius adscripserat *Cynthias*, suffragante Berkelio, etsi Cynthus, quod idem, praecessit. Holstenius, forte, inquit, quod Cynthius Apollo idem, qui Hyperboreus, Scythicum numen, cui accedit cum prolixiori expositione Spanhem. ad Callimach. in Del. v. 292. Idem ex Hesychio sub h. v. addit *Agathusa.* Philo de mundi corruptibil. p. 510. (Mang.) *Anaphe,* ὅτι ἀναφανεῖσα

δήλη ἐγένετο, quem tamen miſcuiſſe imperite cum Anaphe, Sporadum inſula prope Theram, iudicat Holſten. ad Stephanum pag. 34. cum quo cf. Spanhem. ad Callimach. in Delum v. 52. et quae ad Philon. c. l. monuit Mangeyus, Bochart. in Chanaan 1, 15. *Delus* dicta eſt ſec. Stephanum vel a genitura, vel a vaticiniis. Illud ſpectat Latonae partum, cuius cauſa mobilem antea inſulam ſtabilem fecit; quae nota ſunt. Cf. quae habet Spanhemius ad Callimachum in Delum v. 53. et 273. ut alios taceam. Hoc de vaticiniis explicatur, quae ibi clariora edebantur. Vid. Euſtathius c. l. et quae ad Stephanum p. 297. Berkelius. Tertiam alii addunt cauſam, quod poſt diluvium Ogygium, cum tenebris alia laterent tecta, ipſa prima adparuerit, ſole conluſtrata, ut Iſidorus Orig. 14, 6. vel ex mari omnino prima emerſerit, ut Plin. 2, 89. ſ. 87. Ariſtoteles apud eundem 4, 22. ſ. 12. Philo c. l. Ammian. 17, 7. Servius ad Virgil. Aen. 3, 73. Euſtath. ad Dionyſ. v. 525. Circuitum illi dat Plinius c. l. 5 M. P. in quo fere conſentiunt recentiores. Quinque miliaria habet Thevenot voyage — au Levant (1665.) p. 200. Situs ad Rheneam proxime ex iis, quae de Rhenea ſupra ſunt dicta, diſcitur. Idem Plinius Cycladum mediam vocat. Recte, quia inde Cyclades dictae ſunt, quod Delum ἐκυκλώσαντο, uti eſt apud Dionyſ. v. 526. multique alii tradiderunt, de quibus cf. Schrader. ad Avienum v. 704. et Berkelius ad Stephanum p. 297. Porro *longe clariſſimam* vocat Plinius. Inclaruit enim plurimis rebus, et in veterum libris maxime celebratur, adeo ut Virgilius Georg. 3, 6. exclamet: *Cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.* Summam gloriam et famam illi tulerunt natalia Apollinis et Dianae, de quibus ſupra, eorumque cum matre cultus ad remotiſſimas gentes propagatus, adeo ut et Hyperborei dona huc miſiſſe dicantur, de quo ad 3, 5, 2. Celebratur maxime ſplendidum Apollinis templum, cui inſula praecipue conſecrata erat, quod ab Eryſichthonio, Cecropis filio, condi-

tum fcribunt Eufeb. in Chron. p. 76. Cedrenus p. 67. (Ven.) et alii. Eius aram artificiofam ex cornibus compactam inter 7 mundi miracula referri, adfirmat Plutarch. de animalium folertia p. 91. (ed. Lpf.) Cf. de illo fano Spanhem. ad Callim. in Delum v. 24. et in primis exercitatio de infcriptionibus Deliacis in mifcellan. obfervatt. crit. Amftelod. Vol. 7. T. 1. cap. 2. p. 10. c. 3. p. 19 fq. Hinc in numis Apollinis caput adponitur. Colebatur ille miffis in Delum legationibus, (nota θεωρία et θεωρὶς Athenienfium vel ex Platonis Phaedone) ludis, (Δήλια vocabantur) quos quinto quovis anno agebant, (Thucyd. 3, 104. et quae ibi Duker. et Meurfius in Gr. feriata p. 83.) magno facrorum apparatu, de quo vid. Strabo 10. p. 334. f. 485. Spanhem. ad c. l. v. 314. Hinc quafi erat τὸ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπόριον, ut vocat Paufan. 3, 23. μέγα καὶ πολυχρήματον Strabo 14. p. 460. f. 668. quem et cf. 10. p. 335. f. 486. Sed plura congeffit Spanhem. c. l. v. 316. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 152. Auctus fuit ille mercatus deleta a Romanis Corintho, ut adfirmat Strabo lib. 10 c. l. Effecit id loci fanctitas, commoditas portus fitusque, (Strabo lib. 10. c. l.) etfi alias arida erat et faxofa, unde κραναὰ, τραχεῖα, πετρώδης paffim adpellatur, et valles tantum habebat fertiles. Cf. Spanhem. c. l. v. 268. Bayer. in opufc. p. 488. ed. Klotz. Urbem notant Ptolem. 3, 15. et Strabo c. l. eamque cognominem infulae fuiffe adfirmat Servius ad Virgil. Aen. 3, 73. et 79. ubi *Apollinis urbs* dicitur. Plures tamen olim habuiffe urbes adparet ex Callimacho in Delum v. 266. qui vocat πολύπτολιν, ubi vid. Spanhem. Hodie antiqui fplendoris multa reperiuntur veftigia, et tot tantique marmoris acervi, ut novae urbi temploque fufficere videantur, de quibus ex Sponio et Whelero plurima refert Dapper des isles — p. 368 fq. ubi etiam tabulis expreffa funt monumenta relicta. Cf. Tournefort c. l. p. 348 fqq. et Sauveboeuf Reifen Tom. 2. p. 201. qui infulam hodie non inhabitari adfirmat. Notandus porro eft celeber mons

Cynthus, h. *Castro*, (Tournefort p. m. 367.) quippe a quo non solum insula, ut supra dictum, nomen sortita est, sed et Latonae gemini cognominati sunt, qui inde *Cynthii* adpellantur. Vid. quae adfert Staverenus ad Hygin. fab. 140. p. 247. Vulcanus, ut est in fabulis, accepta Calauria, Latonae dederat. Cf. Eustath. ad Dionys. v. 498. Anius, eius rex, tempore Troiani belli commemoratur a Virgil. Aen. 3, 80. ubi multa de eo retulit Servius. Hic cum insulas captas ducibus suis distribueret, Rhadamanthus Delum sortitus est, ut refert Diodor. Sic. 5, 79. etsi ibi Anionem vocat, sed Anium 5, 62. De Anio cf. in primis Dionys. Hal. 1, 50. et 59. Olim *Cares* tenuisse evincit Thucyd. 1, 8. sed a Minoe expulsos esse, qui et eo colonias deduxerit. Post sui iuris fuisse et reges habuisse, docet Anii mentio. *Athenienses* eo colonos miserunt Nileo duce, uti docent viri docti ad Vellei. Paterc. 1, 4. et tributariam habuerunt. Pisistratus circa Olymp. 54. forte, ut expugnatam, cum barbari iterum occupassent et inquinassent, eam lustravit, ut, quatenus a templo prospici posset, cadavera eruta in alium insulae locum transferrentur, (Herodotus 1, 64. Thucyd. 3, 104.) quod post ita repetitum est in tota insula, ut nec mori, nec parere in ea liceret, de quo supra in Rhenea. Cum, irruentibus in Graeciam Persis, Delii Tenum aufugissent, revocati benevole et honorifice habiti sunt. (Herod. 6, 97.) In bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus submoti, Adramytteum in Asia concesserunt; (Thucyd. 5, 1. Pausan. 4. 27.) paullo tamen post oraculi monito reducti sunt. (Thucyd. 5, 32.) Eversa Corintho maxime convaluit, qua instaurata, *Athenienses* eam occuparunt, (Strabo 10. p. 535. s. 486. et quae ex monumentis adferuntur in observ. misc. Vol. 7. p. 7.) post *Mithridates* expugnavit, (Appian. de bello Mithrid. c. 28.) et devastavit, (Strabo c. l.) quo recedente in *Romanorum* potestatem pervenit, (Strabo c. l.) qui Atheniensibus dederunt a. u. 588. (Polyb. legat. 98. s. 30, 18. extr.)

quo facto insulani in Achaiam commigrarunt, ubi civitatis iure donabantur. (Polyb. 32, 17.) Plura ad historiam insulae memorata aut conlecta dabunt Callimachus in hymno in Delum et ad eum maxime Spanhemius, Tournefort c. l. Thompson Vol. 1. p. 295. Wheler T. 1. p. 83 sqq. Dapper des isles de l'archipel p. 360—375. Vindingii Hellen h. v. Allg. Weltgesch. (4.) Vol. 7. p. 54. sqq. et quos recenset Meuselius in bibl. histor. Vol. 3. P. 1. pag. 231. sq. Sallier, auctor (d'Orville) exercitationis de inscrr. Deliacis supra laudatae in observ. miscell. qui et civilem conditionem Deliorum diligentius exsequitur, Zeibichius et Kallius. Hodie ipsa et Rhenea vocantur *Dili* (Δῆλοι), de quo ad Rheneam supra. Aliis vero etiam *Sdiles*, *Sdili*, *Sdille* et *Lisdelis*, uti notat Dapper c. l. quae nata sunt ex male intellecta ratione Graeca εἰς Δήλους. *Dilo* tamen scribit Sauveboeuf in Reisen T. 2. p. 201. *Sdrille* Thevenot voyage — du Levant (1665.) p. 200. (s. ed. 1689, p. 332.)

Andros) Gr. Ἄνδρος, unde Ἄνδριος, in scriptoribus et numis. In vulgus nota est *Andria* Terentii. Tulit olim alia nomina, quae recenset Plinius 4, 22. s. 12. nempe 1) *Cauron* ex Myrsilo, forte a vento, cui fuit exposita, uti ἠνεμόεις poetae de excelsis insulis. Forte a loco insulae, cuius nomen videtur servare portus h. *Gaurio*. (Tournefort voyage T. 2. lettre 8. p. m. 42.) 2) *Antandron* ex eodem. Sic Martianus Capella lib. 6. p. 213. (Grot.) Antandron ex Cycladibus tamquam notiorem cum Delo adfert. Usitatius dicitur de Aeolidis urbe ab Andriis condita, de qua ad 1, 18, 2. 3) *Lasiam* ex Callimacho, a natura soli. 4) *Nonagriam*. 5) *Hydrussam*, ut supra de Teno notatum est. 6) *Epagrin*, quae partim obscura sunt. *Andri* nomen accepit ab Andro quodam, (Eust. ad Dionys. v. 525.) quem Anii filium, Apollinis nepotem, faciunt Conon narrat. c. 41.

Ovid. Metam. 13, 649. Servius ad Virgil. Aen. 3, 80. Anii fratris filium Stephanus h. v. (uti pro 'Ανανίου recte nunc datur) qui tamen etiam Eurymachi filium eum memorat. *Andrea* vocat Pauſan. 10, 13. cum Diodoro 5, 79. cui eſt ex ducibus iis, quibus Rhadamanthus inſulas captas diſtribuit. A ſitu ad Geraeſtum nomen illi Phoenicium, quaſi *Ad-Rus*, dat Bochart. in Chanaan 1, 14. Circuitu patet 96 M. P. (Plinius c. l.) etſi ampliorem faciunt incolae. (Tournefort p. 56.) Miliaria 80 numerat Thevenot voyage P. 1. p. m. 45. A Geraeſto Euboeae aberat 10 M. P. et a Teno paſſus mille. (Plinius, quem probat Tournefort p. 44.) Portum commemorat Scylax p. 22. quem *Gaureleon* vocat Livius 31, 45, 3. eique caſtellum adiunctum fuiſſe videtur *Gaurion;* (vid. Xenophon hiſt. Gr. 1, 4, 22. et Weſſeling. ad Diodor. 13. 69.) urbem (Liv. c. l.) unicam eodem, quo inſula, nomine, ut in reliquis maris Aegaei praeter Lemnum, Galenus de ſimpl. medic. facult. lib. 9. p. 117. (Tom. 2. edit. Baſil.) de cuius ruderibus cf. Tournefort p. 58. qui et de aliis. Fontem in templo Liberi Muciano CS. teſte commemorat Plinius 2, 106. ſ. 103. et 31, 13. ſ. 2. qui ſtatis diebus vini ſapore fluat. Cf. et Pauſan. 6, 26. Bacchi cultum numi etiam oſtendunt. In bello adverſus Graecos, quo tempore ſub *Naxiorum* erant poteſtate, (Herod. 5, 31.) Perſarum partes ſecuti ſunt Andrii, quare Themiſtocles poſt pugnam ad Salamina inſulam, vel urbem obſedit pecuniaque multavit. (Herodot. 8, 111. ſq.) Poſt *Athenienſibus* paruiſſe videtur, quia Pericles eo colonos miſit. (Plutarch. in vita c. 11.) In bello Peloponneſiaco ſocii fuerunt Athenienſium (Thucyd. 4, 42.) et tributarii. (id. 7, 57.) Paullo poſt, (Olymp. 93.) cum ab iis defeciſſent, Alcibiades cum claſſe eo miſſus, Gaurium caſtellum cepit, ipſosque vicit, ſed relicto praeſidio alias inſulas petiit. (Xenophon hiſt. Gr. 1, 4. extr. Diodor. Sic. 13, 69.) Inde *Alexandro M.* ceſſiſſe videtur, et ad

Antigonum veniſſe, qui cum praeſidia, ut Graeciae civitatibus, ita et his inſulis impoſuiſſet, reducto praeſidio eam liberavit Ptolemaeus. (Diodor. Sic. 20, 37. conf. 19.) Subegit rurſus *Philippus* Macedoniae, et praeſidium impoſuit. Sed exorto bello cum Romanis, ab his erepta et *Attalo* ſocio data eſt, qui ne deſertam haberet inſulam, et Macedonum fere omnibus, et quibusdam Andriorum, cum emigrandi veniam pacti nactique eſſent, ut manerent, perſuaſit. (Liv. 31, 45. in.) Cum Attali regno ad *Romanos* transiit, e quibus Antonius *Rhodiis* donavit, ſed ob aſperitatem imperii ſtatim ademit. (Appianus de bell. civ. 5, 7.) H. *Andro;* Thevenot voyage P. 1. p. m. 45. *Andra,* qui et fertiliſſimam omnium in Archipelago dicit. Batavis *Andrea*, uti refert Dapper pag. 269. Tournefort tamen, quem cum Dappero conſule, habet *Andros*, ut Kinsbergen, Batavus. Cf. et de hac inſula Lucas voyage dans la Grèce — Tom. 1. chap. 31. p. 286.

Cyclades) Gr. Κυκλάδες a Κυκλὰς, quod paſſim reperitur, uti apud Euſtath. ad Dionyſ. v. 525. Senec. Herc. Oet. v. 803. Nominis uſum antiquum Herodot. 5, 30. indicat. Cauſam nominis adponit Mela, ſed diſtinctius Plin. 4, 22. ſ. 12. *Cyclades circa Delum in orbem ſitae, unde et nomen traxere.* Solin. 17. ſ. 11. *Cycladas autumant inde dictas, quia, licet ſpatiis longioribus a Delo proiectae, in orbem tamen circa Delum ſitae ſunt, et orbem κύκλον Graii ferunt.* Sic fere Iſidorus orig. 14, 6. Graece Dionyſ. v. 526. αἳ ἀμφὶς ἰοῦσαι Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ τοὔνομα Κυκλάδες εἰσί. Sic ex eo Priſcian. v. 549. Avien. v. 704. Ita et Strabo 10. p. 334. ſ. 485. Addit Ammianus 22, 8. in. *quod omnes ambiunt Delum partu Deorum inſignem.* Martianus Capella lib. 6. p. 213. *a circulata ordinatione* dictas ſcribit. Sed vid. de nomine earum Spanhem. ad Callimachum in Delum v. 3. aliique, quos laudat Staverenus ad Hyginum fab. 276. p. 396. Plerique in ſuperiori

causa consentiunt. Servius tamen ad Virgil. Aen. 3, 126. ea reiecta, hanc adfert, *quod longo ordine eas circumire necesse est.* Isidorus Orig. 14, 6. ex quorundam opinione dictas refert propter scopulos, qui circa eandem (Delum) sunt. In ipsarum numero singularumque nominibus valde discrepant auctores, prout aut ad Delum earum situm revocant, vel latius extendunt. Neque, qui priorem rationem sequuntur, consentiunt. Sic initio numerabantur 12, quibus post aliae accesserunt, ut diserte scribit Strabo 10. p. 334. s. 485. Eodem teste Artemidorus, initio ducto ab Helena, recensuit has: *Ceon*, *Cythnon*, *Seriphum*, *Melum*, *Siphnum*, *Cimolum*, *Prepesinthum*, *Oliaron*, *Naxum*, *Paron*, *Syron*, *Myconum*, *Tenum*, *Andrum*, *Gyarum*, quibus, ut numerus 12 constet, eximit Strabo *Prepesinthum*, *Oliarum* et *Gyaron.* Ipsa igitur Delus proprie non fuit Cyclas, quippe ad quam Cyclades referrentur. Interposuit tamen Noster, quare etiam in universum dixit: *quia in orbem iacent.* Sic alii, uti Plinius 4, 22. s. 12. Callimachus in Delum in. Dicaearchus p. 25. (Hudſ.) Martianus Capella lib. 6. p. 213. Chron. Paschale p. 27. (Ven.) Schol. Apollonii ad 1, 308. Stephanus s. v. Δῆλος, Ampelius c. 6. aliique, faciuntque Cycladum mediam, laxiori nempe sensu, ut supra κύκλος. A promontorio (Euboeae) Geraesto initium petit Plinius et circa Delum cum aliis ponit, variato tamen numero. Dicaearchus ponit ὑπὲρ Γεραίστου πρὸς τ. μεσημβρίαν τῇ Εὐβοίᾳ· in mare Myrtoo circa Atticam Scylax p. m. 22. In Myrtoo et Icario mari Agathemer. 1, 3. Sed ut artiori conspectu comprehendi auctorum diversae opiniones possint, ad Melam singula contendam. Sic Scylax p. m. 22. reiecta Sicino (Scyros enim pro Syros ponitur) addit *Ceon*, *Helenam*, *Cythnum*, et ante p. 19. circa Lacedaemoniam regionem recenset Cycladas *Melum*, *Cimolum*, *Oliarum*, *Sicinum*, *Theram*, *Anaphen*, *Astypalaeam*, quae fere aliis sunt Sporades. Plinius,

omiſſa Sicino, quam dat Sporadibus, addit *Prepeſinthum*, *Cythnum*, *Oliarum*, et libri quidam *Scyron*. Dicaearchus, omiſſis Sicino, Rhenea, Paro, Syro, Naxo, addit *Ceon*, *Cythnum*, *Cimolum*. Hyginus fab. 276. novem adfert, etſi vitiatis aliquarum nominibus, quae comprobante Munckero Micyllus ex Strabone c. l. emendavit in notis, nempe *Myconus*, *Tenos*, *Paros*, pro *Micos*, *Tenedos*, *Tardos*, ſic ut, omiſſis Sicino, Siphno, Rhenea, *Syro*, addat *Gyaron*. Ptolemaeus 3. 15. omittit Rheneam, Myconum et Delon, additque *Philocandrum* in recenſu earum, quam *Pholegandrum* alii vocant. Vid. Holſten. ad Stephan. p. 347. Schol. Thucyd. ad 1, 4. omittit Sicinum, pro Syro ponit *Scyron*, adiungit *Icarum*, *Ceon*, *Cythnum* et *Amorgum*; monet tamen ab aliis 12 tantum numerari. Ampelius numerat 12, ſed 11 tantum ſubiicit, in quibus ſunt *Gyaros*, *Pharos*, (vitioſe) *Tenedos*, (pro Tenos) *Cythnus*, *Melos* et *Donuſa*. Ex noſtris tantum recenſentur *Paros*, *Myconos*, *Naxos*, *Delos* et *Andros*. Sed vid. de illo loco Oudendorp. ad Iul. Obſequ. c. 100. et quae ipſe ibi notavi. Euſtathius ad Dionyſ. v. 525. plus 12 a veteribus ferri dicit, ipſe, praeteritis Sicino, Rhenea, addit *Cythnum*, *Amorgum*, *Ium*, *Niſyrum*. Solinus c. 17. (11.) aliquas tantum commemorat, in iis *Chium* (uti libri antiqui, alii Ium) interponitque adeo *Euboeam*. In quibusdam fluctuantur auctores inter Cycladas et Sporadas, quod ex dictis adparet de Cythno, Io, Oliaro, Melo — Cf. ſupra de Sporadibus. Sic Strabo lib. 10. fin. Amorgum dat Sporadibus, Euſtathius c. l. Cycladibus; Ion Stephanus Cycladibus, Plinius et Dicaearchus cum Mela Sporadibus, quibus Strabo adnumerat etiam Niſyrum, Stephanus, Euſtathius Cycladibus, uti Aſtypalaeam Cycladibus Stephanus h. v. Sporadibus Strabo 10. fin. neutris Mela. De Teno, Melo eandem diſcrepantiam notat Euſtathius ad Dionyſ. v. 530. Sic Scyron inter Cycladas numerat Servius ad Virgil. Aen. 2, 477. quem et ſequitur Heyne;

quod tamen de Syro rectius dicatur. Tenedon adeo vel Cycladibus tribuunt, ut Isidorus orig. 14, 6. Ampelius c. 6. vel Sporadibus, ut Stephanus. Nempe quidam, maxime posteriores, longius extendunt earum spatium. Ita Isidorus orig. 14, 6. constitutas esse ait in Hellesponto inter Aegaeum et Malelum mare, pelago etiam Myrtoo circumdari. Eadem habes in Antonini itiner. p. 526. tantum; Maliaeum mare, etsi libri variant, i. e. Maliacum sinum Thessaliae in Mela et Plinio. Orosius 1, 2. p. 32. (Haverc.) numero 53, uti Isidorus c. l. et vetus orbis descriptio c. 58, 3. (multi Codd. Orosii 54.) esse dicit, eodemque auctore ab oriente est Rhodus, a septemtrione Tenedos, a meridie Carpathos, ab occasu Cythera, unde fines a maribus addit. Hinc intelligitur, qua ratione Isidorus Tenedon, Carpathon, Cythera ponere, et Rhodon earum metropolin facere potuerit. Eadem sententia haesit Stephano, qui Cycladibus tribuit Cariae insulas *Casum*, *Telum*, *Nisyron*, Macedoniae *Icon* et *Peparethum*. Tabulam Cycladum, quas faciunt Scylax, Dicaearchus, Artemidorus, Strabo, Eustathius, Mela, confecit Taylor ad marmor Sandvicense p. 61. Olim, quod tradit Diodor. Sic. 5, 84. Cyclades insulae desertae erant, quarum plerasque Minos, coloniis missis, frequentavit. At saltu facto ad Cretenses defertur, si alios audias, qui *Phoenices* eas et *Cares* tenuisse tradunt. (vid. Thucyd. 1, 8.) De Phoenicibus quidem, si latiori sensu Cycladas sumas, testantur nomina regum, possessorum, et insularum ipsarum, de quibus vid. Bochartus in Chanaan 1, 14. etsi hic solito more liberius evagatur. Cares in insulis olim habitasse, (Isocrates in Helenae laudat. extr.) iisque relictis in continentem migrasse, discitur ex Herodoto 1, 171. Strabone 14. p. 454. f. 661. De maris Aegaei insulis diserte adfirmat Conon narrat. 47. qui et tempus designat, quo Phoenices a Caribus ex Rhodo eiecti sunt. Phoenices igitur multas insulas occupasse, negari vix potest, et paullo post Cares iis successisse vi-

dentur, quod et tradit Conon, Caribus Minos cum Cretenſibus, quia Herodotus et Strabo adfirmant, Cares inſulanos, tum Leleges dictos, Minoi paruiſſe. Hic enim, cum maria infeſtarent, claſſe inſtructa praedones ſustulit, et colonias in plerasque inſulas deduxit. (Thucyd. 1, 8. Diodor. 5, 84.), Neque tamen eo tempore inſulas reliquerunt, ſed ſubiecti Minois imperio naves ſubminiſtrarunt. (Herodot. 1, 171.) Poſt demum, uti quidem Cretenſes Herodoto retulerant, a Dorienſibus et Ionibus ex inſulis eiecti ſunt, etſi Cares continentis terrae ſe indigenas iactabant. (idem c. l. cf. Conon c. l.) Alii tamen a Minoe expulſos eos fuiſſe narrant, uti Thucyd. 1, 4. quem locum reſpicit Servius ad Virgil. Aen. 8, 725. qui Salluſtium addit, Iſocrates Panathen. p. m. 572. (ed. Wolf.) Cf. Waſſe ad Thucyd. c. l. Sic Schol. Apollonii ad 2, 518. Cares a Minoe expulſos refert, unde Apollonio Μινωΐδες νῆσοι dicantur. Diodorus c. l. quae de Minoe hactenus dicta ſunt, ultra Troianam tempeſtatem reiicit, poſt quam Cares, maris imperio potiti, Cycladas ſubegerunt, Cretenſibus vel exterminatis, vel ſociis adſumtis. Sic, ſed poſt bellum Troianum, diſerte de Syme Diod. 5, 53. ante illud de Calydna et Niſyro 5, 54. in. Igitur de nonnullis valet. Pelasgos etiam, a Curetibus ex Theſſalia expulſos, olim Cycladas tenuiſſe, tradit Dionyſ. Halic. 1, 18. in. Attamen et ſic Phoenices eas adierunt, quod certe de Syro teſtatur Homerus Odyſſ. 15, 414. Aucta poſt firmataque Graecorum potentia, cedentibus Caribus, *Graeci* plerasque occuparunt, (Diodor. c. l.) ex Graecis maxime *Athenienſes.* (Iſocrates c. l.) Poſt tamen *Lacedaemonii* tenuerunt, cum maris imperio valerent; a quibus Conon (Olymp. 96.) in ſuas partes avertit. (Diodor. Sic. 14, 84.) Reliqua in ſingularum inſularum hiſtoria expoſita ſunt.

§. 12. *Super*) Potius dixerit: *infra eas.* Nam quod magis ad ſeptemtrionem vergit, id antiquitus

habitum fuit ſuperius; at inferius, quod ad meridiem, qualis eſt Crete reſpectu praecedentium. Sed *ſuper* hic notat a tergo, ut c. 4. [§. 2.] huius libri *ſuper Lucaniam* dicuntur eſſe Brutii. IAC. GRONOVIVS *MS.* 1. *Super* in Mela progreſſionem ad ulteriora loca ſolet indicare. Quo ſenſu hic etiam intelligi poteſt, cum a Cycladibus ad Cretam procedat et inde ulterius ad Hadriam, etſi ſuperiora interpoſitis aliis ordinem et ſeriem ſitus turbarunt. Vid. de *ſuper* ad 1, 2, 5.

medio mari) Adludit ad verſum Virgilii [Aen. 3, 104.] *Creta Iovis magni medio iacet inſula Ponto;* et certe *media* iuſte dicitur, ſi reſpiciatur ad Hellespontum et ad Africam. IAC. GRONOVIVS *MS.* 2. Expreſſit Virgilius Homericum Odyſſ. 19, 172. Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ, μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. Salluſtius teſte Servio ad Virgil. c. l. explicaverat: *longe a continenti.* Ipſe id innui putat, quod omnes dubitant, in quo ſit mari, cum parte Libycum, parte Aegyptium, parte Achaicum, parte Ionium reſpiciat; perinde igitur eſſe, ac ſi Virgilius dixiſſet *medio Pontorum*, quod Latinitas non recipiat. Ariſtides in orat. Cyzicena T. 1. p. 257. (Iebb.) explicat, ubi verſum Homeri refert: ἐν ἀφθόνῳ τῇ κύκλῳ θαλάττῃ κεῖσθαι, et ſic de aliis inſulis dici notat. Ita quidem Ἀστερὶς μέσσῃ ἁλὶ inter Ithacam et Samum ponitur ab Homero Odyſſ. 4. extr. et Delus a Virgilio Aen. 3, 73. *mari medio*, quod et Cycladas videtur ſpectare; vel omnino eſt in *alto*, uti et ad c. l. explicat Heyne. Ampliori et inſigniori tamen ſenſu alii intelligunt de Creta, quia tot maribus adluatur, ut incertum ſit, cui vere poſſit adtribui, uti exponit Solinus c. 17. ſ. 11. *Pronius*, inquit, *eſt Cretam dicere, quam abſolvere, in quo mari iaceat.* Sic Eudoxum reprehendit Strabo 10. p. 327. ſ. 474. qui in Aegaeo mari poſuerat. Ipſe ponit inter Cyrenaicam et Graeciam a Sunio ad Laconicam, et adlui dicit a ſeptemtrione mari Aegaeo

atque Cretico, a meridie Libyco, quod contiguum eſt Aegyptio. Sic ſitum deſcribit etiam Solinus c. l. et Ariſtoteles de rep. 2, 10. πάσῃ ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, unde etiam cenſuit, naturam ipſi hoc ſitu quaſi Graeciae imperium adſignaſſe. Cum Mela Cycladas et Sporadas interius in mari ſitas eſſe dixerit, hoc quidem ſenſu de Creta intelligi nequit, ut ſit remotius a continente et in alto, magisque probanda videtur prior explicatio.

ingens) 1520 milles de circuit; Belon obſervat. 1, 5. p. 6.

centum urbibus) Sic Plin. 4, 20. ſ. 12. *Creta centum urbium clara fama.* Virgil. Aen. 3, 106. fere ut Noſter: *Centum urbes habitant magnas.* Horat. odar. 3, 27, 33. *centum potens urbibus Crete;* epod. 9, 29. *nobilis centum oppidis.* Seneca Troad. 820. *ſpatioſa urbibus centum.* Ovid. A. A. 1, 297. *centum ſuſtinet urbes.* Cf. Ovid. epiſt. 10, 67. Hygin. fab. 275. Malalas in Chronogr. lib. 14. pag. 23. (Ven.) Inde apud Graecos ἑκατόμπολις paſſim vocatur. Vid. Homer. Il. 2, 649. Scylax p. 19. Hudſ. At in Odyſſea 19, 174. illi tantum 90 urbes tribuuntur, quae loca varie conciliare tentant. Alii explicant πολύπολις, ut numerus certus fuerit poſitus pro incerto, quam explicationem adtigerunt etiam Euſtathius et Schol. ad Odyſſ. c. l. et Schol. ad Iliad. c. l. Sic *chiliopolim Spaniam* ab uno ex philoſophis (hiſtoricis) dictam refert Geogr. Ravenn. 4, 42. in. quo forte Strabonem 3. p. 112. ſ. 163. innui putat Porcheron. Neque tamen id in utrumque locum videtur cadere poſſe, nec conſtantem rationem declarat. Aliam explicationem ad Homeri loca adferunt Euſtathius et Schol. decem urbes fuiſſe everſas vel ab Idomeneo, cum ab expeditione Troiana rediret, et inſula prohiberetur a Leuco, quem adoptatum inſulae cuſtodem interea reliquerat, vel a Leuco rebellante, ut alias terreret. De Leuco cf. Lyco-

phron. v. 1215. et quae ibi Tzetzes. Ab hoſtibus Idomenei quidam everſas fuiſſe ſcripſerunt, teſte Strabone 10. p. 330. ſ. 480. Ephorus nonaginta Ulyſſis tempore fuiſſe, iisque additas ab Althaemene, Doricae coloniae duce, decem. (Strabo c. l.) Ipſe Strabo, reiecta explicatione de hoſtibus Idomenei, tempora iudicat diſtinguenda eſſe. In Odyſſea enim Ulyſſem inductum loqui de ſuo poſt bellum Troianum, de ſuo Homerum ipſum in Iliade. Vid. Euſtath. ad Il. 2, 649. p. 237. ſ. 313. Propagata eſt haec fama ad poſteriores et ad eorum ſcripta manavit, ut ſuperiora loca declarant. Vid. Heinſ. ad Sil. Ital. 14, 40. et Meurſius in Creta 1, 5. Plinium uſitate reddunt Solinus et Martianus Capella. Centum illas urbes nominatim recenſuerat Xenio de Creta, teſte Tzetze ad Lycophr. v. 1214. Meurſii catalogo *Prianſum* addi poteſt, unde Πριάνσιοι in Marmorr. Oxon. n. 57. Plurimas fuiſſe adfirmat Strabo 10. pag. 328. ſ. 476. Plinius 4, 20. ſ. 12. recenſet 39 et praeterea aliarum circiter 60 memoriam exſtare addit, quarum omnium nomina conquiſivit Meurſius 1, 6 — 15. unde adeo adparet, centum amplius commemorari. Quod in numis tantum occurrere *Allaria* putat et in vetere epigrammate Eckhel doctr. num. T. 1. Vol. 2. p. 303. errat. Eſt enim Stephani Ἀλλωρία pro Ἀλλαρία, ut dudum monuerunt viri docti, et gentile probat. De aliis vid. idem ex numis c. l. et ſqq. Quod Ptolemaeus 3, 17. tantum 40 adfert, plerasque ſuo tempore intercidiſſe indicat. Sub Claudio enim terrae motibus agitatam fuiſſe ſupra notavi, cui gravior ſub Valentiniano ſucceſſit. Zoſimus 4, 18. in. Hinc Servius ad Virgil. Aen. 3, 106. cum antea fuerint 100, poſt ad 24 redigit, et 22 tantum Hieroclis Synecdem. p. 649. (Weſſel.) Geographus Ravennas 5, 21. recenſet 24. Sed aliquantas tantum ex plurimis, quas legerit, ſe deſignaturum promittit. Inde dubium eſt iudicium, quod veteres reſpicere poteſt. Antiquiſſimam earum facit *Lyttum* Polyb. 4, 54. f. maximas et celeberri-

mas Strabo c. l. et ex eo Euſtath. ad Dionyſ. v. 88. et 498. *Cnoſſum*, *Gortynam* et *Cydoniam*. Quae in numis occurrunt, conlegit Eckhel in doctrina numor. T. 1. Vol. 2. p. 303 ſqq. Ceterum ſic Laconica etiam dicta ἑκατόμπολις. Cf. Strabo 8. p. 259. ſ. 362. et Euſtath. ad Il. 2, 494. p. 199. Baſil. Belon obſervat. 1, 5. p. 7. ſuo tempore tres ſuperfuiſſe eximias, *Candie*, *Canée*, *Rhetymo*, ſcribit.

Crete) Gr. Κρήτη, unde Κρὴς, Κρηταῖος, Κρητεὺς, Κρητῆος, Κρητήϊος, Κρηταιεὺς, Κρήσιος, Κρησὶς, Κρητικὸς ducuntur a Stephano, quae exemplis inluſtrant et probant viri docti. Κρησὶς σίδα, quod eſt apud Nicandr. in Alexipharm. v. 490. et a Schneidero pro Κρῆσας redditur Heſychio, etſi Κρήσιος mavult Holſtenius ad Stephan. p. 174. Κρήτης pro Κρὴς olim legebatur in Polybio 7, 15, 2. 8, 17. in. Latina *Cres*, *Creſſius*, *Cretis*, *Cretaeus*, *Cretenſis*, *Creticus* ex Lexicis cognoſcuntur. Poetice etiam Κρῆται dici numero plurali, notat Stephanus. Sic certe in Homero Odyſſ. 14, 199. ubi Κρητάων εὐρειάων, pro quo Il. 13, 453. Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ, ut alibi. Factum tamen ideo putat Euſtathius, ut inſulae magnitudinem indicaret. Archilochus, uti vult Stephanus, ſecundum Euſtathium ad Dionyſ. v. 501. per pleonasmum vocavit Κρεήτην. De antiquioribus nominibus Plinius 4, 20. ſ. 12. haec: *Crates primum Aeriam dictam, deinde* (Harduinus leg. coniicit pro *dictam, deinde* — *Idaeam deinde*) *poſtea Curetin, et Macaron nonnulli a temperie caeli appellatam exiſtimavere.* 1) De *Aeria*, Cratete auctore, idem teſtatur Solin. 17. ſ. 11. Idem omnino tradit Stephanus ſ. v. Κρήτη, etſi ſub eadem voce ad Cretae oppidum refert cum Heſychio et Gellio 14, 6. qui idem de Aegypto adfirmat, ut Stephanus, ad quem alias terras addit Holſten. pag. 9. 2) *Curetis*, quod nomen a Curetibus impoſitum in Cretam abiit per ſyncopen, uti notat Euſtath. c. l. Stephanus, etſi ille habet Κουρήτη,

hic Κορήτη. *Curetim* dictam confirmat etiam Solinus c. l. 3) Nomen *Macaron* explicat ipſe Plinius, probatque Tournefort voyage Tom. 1. lettre 2. p. m. 109. Μακαρόνησον habet Solinus, i. e. Μακάρων νῆσον, unde ellipſis patet. Cf. etiam Martianus Capella lib. 6. pag. 212. Eadem de cauſa *Macaria* dicta Cyprus, Lesbus, Rhodus. Cf. Mela 2, 7, 4. Ab aliis tamen paſſim alia nomina commemorantur, veluti Αἰγαῖον ὄρος a Capra Olenia, Iovis nutrice. Vid. Schol. ad Heſiodi Theog. v. 485. et Graev. lectt. Heſiod. c. 23. in. *Idaea* apud Stephanum. Diodor. Sic. 3, 61. ducit ab Idaea Iovis, Cretae olim regis, uxore. Cf. Meurſ. in Creta 1, 3. Forte a monte Ida, uti Troia dicta eſt *Idaea* a cognomini monte, teſte Schol. Sophoclis ad Aiacem v. 433. Sic Delos a Cyntho monte Cynthia et aliae. *Chthoniam* addit Stephanus, et *Telchiniam* ſ. v. Τελχὶν, ad quem Holſten. p. 318. de eo adfert Suidam h. v. (immo Etymol. M.) et Stobaeum Serm. 38. p. 225. Cf. etiam ſupra de Rhodo. Iovem in Creta, Rheam ſecutos ex Rhodo, nutriiſſe et Curetas dictos tradit Strabo 10. p. 325. ſ. 472. Denique *Aſteriam* habet Heſychius h. v. quo nomine etiam Delos et Rhodus inſigniuntur, et ſingularis inſula praeſertim utitur, de qua ſuprá. Poſſis ab Aſterio derivare, cuius filiam quidam, ut Apollodor. 3, 1, 2. faciunt Cretam. De origine et cauſis nominis Cretae discrepant veteres. A Crete nympha alii vel Heſperidis filia, vel Heſperidum una; (Plin. 4, 20. ſ. 12. et ex eo iisdem fere verbis Solinus et Martian. c. c. l. l. Stephanus et quae disputant Salmaſius ad Solin. c. l. p. 119. Harduin. ad Plin. c. l.) alii a Crete Iovis et Idaeae nymphae filia; (Stephanus, Euſtathius ad Dionyſ. v. 501.) alii a Crete, rege quodam indigena; (Stephanus, Scymnus Chius v. 546. Cedrenus p. 64. Venet.) alii a Curetibus incolis, ut quaſi pro Κουρήτη per ſyncopen enata fuerit Κρήτη; (Euſtathius, qui ſic τ. παλαιοὺς ſtatuiſſe adfirmat, Syncellus p. 83. ſ. 105. p. 100. ſ. 125. Κορήτης habet Stephanus) a Curetum rege Plinius ex

Philiſtide cum Solino et Martiano. A Creta, Hammonis uxore, cuiusdam ex Curetum familia filia, ducit Diodor. Sic. 3, 70. Sed de Creta traduntur varia, de quibus Meurſius in Creta 1, 2. Optimum cenſet a Κρὴς derivare Κρήτη Stephanus. Bochartus in Chanaan 1, 15. a *Creth* vel *Ceritha* vel *Creta* Palaeſtinae regione repetit. De magnitudine poſtea, uti de rebus et operibus, quibus illa ex recenſu etiam Noſtri inclaruit. Adiiciam igitur aliqua, quae ad Cretae ſolum et indolem ſpectant. Dionyſ. v. 502. λιπαρὰν vocat et εὔβοτον, *pinguem* Priſcian. v. 527. Cf. Avien. v. 674. Πίειρα eſt Homero Odyſſ. 19, 173. Cf. ſupra in nomine *Macaron*. Strabo 10. pag. 327. ſ. 475. etſi totam montoſam et ſilveſtrem facit, convalles tamen habere fertiles adiicit. Solinus 17. ſ. 11. *mira ſoli indulgentia, arborum proventus abundantes.* Eximiis autem omnis generis plantis, herbis et arboribus abundabat, uti pluribus docuit Meurſius de Creta 2, 7 ſq. pag. 94—116. quem in nonnullis ſubplet diligentia Spanhemii ad Callimach. in Cererem v. 38. De fertilitate cf. etiam Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 428. Idem Spanhemius videndus de cupreſſu et lentiſco ad Dian. v. 201. de iisdem aliisque paſſim Plinius, qui 25, 53. ſ. 8. perſuaſionem fuiſſe dicit, quidquid in Creta naſcatur, infinite praeſtare ceteris eiusdem generis alibi genitis, et quae conlegit Tournefort voyage Tom. 1. lettre 1. p. 29 ſqq. Idem c. l. lettre 2. p. 108. vocat *un riche pays*, etſi minus cultam hodie eſſe monet. *Largam vitem* commemorat etiam Solinus c. l. et *paſſum vinum* laudat Plin. 14, 11. ſ. 9. et Athenaeus 10, 11. pag. 440. ex recentioribus maxime Tournefort lettre 2. p. m. 107. et Belon obſerv. 1, 19. p. 21. Creticarum canum agilitatem et ſagacitatem praedicant multi, veluti Aelian. hiſt. an. 3, 2. Arrianus de venat. c. 3. aliique, quos commemorat de Ballu ad Oppian. Cyneget. 1, 373. Nec hodie degeneraſſe teſtatur Tournefort p. 113. Nempe ipſi Cretenſes venationi erant dediti, et curſibus

montanis adſuefacti, (Aelian. c. l. Maximus Tyr. diſſ. 23, (7.) 2. Athenaeus 14, 7. —) et hinc ſagittarii egregii feruntur, de quo multa veterum loca congeſſerunt Bochart. in Chanaan 1, 15. Hemſterhuſ. ad Luciani Nigrin. c. 37. et Tournefort p. 100. Sed et adhuc eam laudem tuentur. (Belon obſervat. 1, 5. p. 6.) Iaculandi autem et venandi artem edoctos fuiſſe, ut alia plura, veluti ſocietates vitae, diſciplinam, gladios, caſſides, armatas ſaltationes, a Curetibus priſcis tradit Diod. Sic. 5, 65. Ceterum in moribus male audiunt, notumque eſt Epimenidis dictum Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαὶ, quod et Paulus ad Tit. 1, 12. repetit, priorem partem habet Callimachus in Iov. v. 8. Hinc ἠπεροπῆες in Nonni Dionyſ. 8, 118. Gravis de iis locus ap. Polyb. 4, 8, 11. Plura de eorum vitiis Meurſius 4, 10. Ex veteribus Strabo 10. p. 333. ſ. 483. de amoribus; de dolis Euſtath. ad Il. 2, 649. p. 237. ſ. 313. et quae Politus Tom. 2. p. 669. Hinc κρητίζειν, fallere, ψεύδεσθαι, ut Apoſtol. prov. 11, 59. explicat, et σκέψις Κρητικὴ, i. e. doloſa; (Polyb. 8, 18. 5.) tum nota τρία κάππα κάκιστα, Cappadocia, Creta et Cilicia. Multa dabunt Spanhemius ad Callimach. c. l. et in primis interpretes ad Paulum c. l. et Meurſius in Creta 2, 4. 3, 4. Hodiernos incolas his vitiis purgat Tournefort pag. 101. diſſentiente quidem Pococke (1791.) Tom. 2. p. 384. et Tavernier voyages (ed. 1724.) T. 1. p. 430. iisque olim caruiſſe teſtantur Homeri loca, veluti Odyſſ. 13, 256. ubi Ulyſſes Cretenſem ſe ſimulat, ut dictis maiorem adderet fidem. Quod ἄθηρον inſulam vocat ex aliorum teſtimonio Plutarchus in libello de capienda ex hoſtibus utilitate inſpectat beneficium Herculis, qui ob honores ipſi delatos eam a feris, veluti urſis, lupis, ſerpentibus, purgavit, uti refert Diodor. Sic. 4, 17. ad quem cf. Weſſeling. et Meurſius in Creta 2, 8. Serpentes tamen ibi reperiri ipſorum Cretenſium fide memorat Brodaeus Miſcellan. 5, 11. confirmatque teſtis Pococke Reiſen (1791.) Tom. 2. p. 383.

Ipſam inſulam ſub Claudio terrae motibus totam fuiſſe concuſſam ſcribit Malalas lib. 10. p. 105. (Ven.) Sed iam aliqua de Cretae incolis et dominis antiquis delibanda ſunt. A *Cerethaeis (Crethim)* ſ. Palaeſtinae Cretibus hos inſulanos ſatos fuiſſe, nec ante Minoem Cretam dictam putat Mazoch. ad tab. Heracl. p. 535. ubi de iis ex Bocharto in Chanaan 1, 15. additis ſuis, multa. Sed antiquiſſimos incolas ipſi Cretenſes, teſte Diodoro Sic. 5, 64. in. *Eteo-Cretenſes*, αὐτόχθονας, nominant, qui etiam in Homero Odyſſ. 19, 176. memorantur, et a Scholiaſte ſic etiam explicantur, uti a Strabone 10. p. 327. ſ. 475. qui addit iis *Cydones*, quos Homerus etiam producit c. l. et Odyſſ. 3, 292. Reliquos, quos idem in priori loco addit, *Achivos*, *Dorienſes* et *Pelasgos*, advenas putat Strabo, ſimulque aliorum opiniones addit. De Eteo-Cretenſibus teſtatur et Scymnus Chius v. 541. tamquam indigenis. Sic Mazoch. ad tab. Heracl. pag. 97. Cydones ſecundos fuiſſe incolas, tertios Achaeos, Dores et Pelasgos exiſtimat. De Pelasgis idem Strabo ex Homero repetit lib. 5. p. 153. ſ. 221. eosdemque a Curetibus ex Theſſalia expulſos partim in Cretam abiiſſe ſcribit Dionyſ. Halic. 1, 18. Tectamo duce et poſt Cretae rege, tempore Iovis Cretenſis, unde Minos natus, cum Aeolenſibus Cretam occupaſſe Diodor. Sic. 4, 60. Idem 5, 64. ex Cretenſium narrationibus primos incolas facit *Idaeos Dactylos*, quibus ſucceſſerunt *Curetes*, (idem c. l.) a quibus Iovem nutritum in Creta ferunt Apollodor. 1, 1, 5. Strabo 10. p. 325. ſ. 472. Callimach. in Iov. v. 52 ſq. Dionyſ. Halic. 2, 61. Diodor. Sic. 5, 70. aliique. At non licet immorari incertis de Curetibus hiſtoriis, de quibus vid. Spanhem. ad Callim. c. l. Heyne ad Apollodor. c. l. p. 15 ſq. et quos memorat. Neque ſibi ipſe conſtat Diodor. Siculus, quod excuſat 5, 80. extr. et ex inconſtantia fabularum de Iove, de Minoe etiam ducit; poſt adventum autem Aeolum et Pelasgorum duce Tectamo regnaſſe in Crete narrat Aſterium, eius filium, qui, cum liberis careret, Iovis

filiis Minoi et Rhadamantho regnum reliquit. Contra 5, 80. cum expoſuiſſet ſuperiora de Curetibus Iovisque et aliorum Deorum generatione in Creta, narrat multis poſt ſaeculis ſuperveniſſe Pelasgos, hos ſecutos Dores duce Tectamo, Dori filio, deinde maximam barbarorum multitudinem eo confluxiſſe, quos Rhadamanthus et Minos in unam ſocietatem redegerint. Et ſic ante Minoa barbaros Cretam incoluiſſe adfirmat Herodotus 1, 173. Graecos in bello Troiano duce Idomeneo adiuviſſe, conſtat ex Homero Il. 2, 645. Qui tum populi aliunde advecti Cretam frequentarint, ſupra dictum eſt. Poſt Troianam tempeſtatem a Talthybio coloniam ex *Mycenis* eo deductam fuiſſe, refert Schol. Homeri ad Odyſſ. 19, 175. *Doricam* Athaemene duce Ephorus apud Strabonem 10. pag. 330. ſ. 480. *Tyrrhenos* ex Lemno et Imbro expulſos Plutarchus in Gr. Quaeſt. p. m. 186. (ed. Lpſ.) *Graecorum* varios populos inſulam inhabitaſſe, tradit Scylax pag. 18. Hudſ. quod ante bellum Troianum factum eſſe ponit Herodot. 7, 171. Sic Lyttum, antiquiſſimam urbem, Lacedaemoniorum coloniam facit Polyb. 4, 54. f. Multi eorum reges producuntur, in quibus Minos et Rhadamanthus; poſt abolito regio imperio ſenatores conſtituti, (Ariſtoteles de republ. 2, 10.) de quorum imperio, diſciplina et inſtitutis bonis ex Ephoro prolixe Strabo 10. p. 331. ſ. 480. et quae conlegit Meurſius in Creta 3, 8. 9. p. 161 ſqq. Maris olim imperium tenuiſſe et in re nautica claros fuiſſe teſtatur Strabo 10. p. 331. ſ. 481. et inde Euſtath. ad Il. 2, 649. p. m. 257. At in peius poſtea ruerunt diſſidiis, quae multi auctores vario tempore orta narrant, veluti Polyb. 4, 53. 6, 46. ita ut, reparata concordia, Philippum ad res conſtituendas advocarent. (Polyb. 7, 12.) Tandem, ut alia praetermittam, a Metello miſere vaſtata et *Romanis* ſubiecta eſt. Vid. Florus 3, 7. et quae ad eum notantur. Adfirmat Dio Caſſ. 36, 2. ante id tempus perpetua libertate fruitos eſſe, nec externis dominis paruiſſe. Libertatem iis deſtinaverat Antonius, ut narrant Cicero

orat. Philipp. 2, 38. et Dio 45, 32. 46, 23. Partem tamen insulae idem postea liberis suis ex Cleopatra susceptis donavit. (Dio 49, 32. extr.) Augustus in ordinandis provinciis cum Cyrene coniunxit: (Strabo lib. 17. extr. et quae porro notavit Wesseling. ad Hieroclis Synecdem. p. 649.) De rebus Cretensium plures olim exposuerant, de quibus Meursius 1, 1. Tulit etiam homines claros, in quibus fuerunt *Minos*, legum lator, et alter θαλαττοκράτωρ, (de quibus vid. Banier in hist. de l'academie des inscr. Tom. 3. p. 45 sqq.) *Epimenides*, *Thales*, poetae — de quibus Meursius 4, 11 sq. ut omnino de Creta rebusque Cretensium, quas referunt etiam historiae. Geographiam insulae exhibent Tournefort voyage T. 1. lettre 1. et 2. p. m. 21 sqq. Thompsons travels Vol. 1. p. 259 sqq. et qui post itinera sua descripserunt. H. quod notum, *Candia.* Ut notat Dapper des isles — p. 385. Arabibus *Icrit* et *Icritis*, Turcis *Guirit.* Savary tamen von Candia (ed. Reichard. Lps. 1789.) p. 65. ubi et sqq. memorabilia insulae adfert, ab Arabibus vocari adfirmat *Kandakh.* Hodierni Graeci scribunt Κρήτη, sed efferunt *Kriti;* nunquam usurpant nomen *Candia.* (Bioernstahl Briefe T. 4. p. 359.) Sed Belon observat. 1, 5. p. 7. dicit ab urbe *Candie* vocari *Candie.*

Samonium) Straboni Σαμώνιον ἄκρον 10. pag. 327. f. 474. quod idem vocat ἑῷον, ut τὸ νότιον, Κριοῦ μέτωπον. Utrumque eodem modo et situ commemorat Ptolem. 3, 17. Plinius 4, 20. f. 12. Nostrum imitatus sic reddit: *qua longissima est ad orientem Sammonium* (sic Hard.) *promontorium adversum Rhodo; ad occidentem Criumetopon Cyrenas versus expellit.* Idem etiam Σαλμωνὶς vocari, adparet ex eo, quod Dionysius v. 111. ἑώϊον Κρήτης ἄκραν facit. Sic non solum cum Dionysio Priscian. v. 113. et Avienus v. 164. sed et ante Apollon. Rhod. 4, 1693. ubi Schol. notat, etiam Σαλμώνιον vocari. Idem apud Lucam in act. apostol. 27, 7. est Σαλμώνη,

ubi varia adtulit Wetſtenius. H. *Capo Salamon* vel *Salamone.* Falſo tamen adhuc creditum eſſe, proxime ad orientem ſpectare, adfirmat Kinsbergen Beſchreibung des Archipelagus, cum id vere et proprie ſit *Sidero*, pag. 3. *Sidero* Pococke Tom. 2. (1791.) p. 346. ponit ad orientem hibernum, et *Salamoni* (ſic) ad orientem aeſtivum. Eſſe autem Samonium, vel Salmonium, ipſum nomen probat. Alterum, quod Noſter memorat, eſt Κριοῦ μέτωπον, de quo iam antea. Occurrit in Dionyſio v. 90. *Arietem* vocat Avienus v. 135. qui *ultro minans petat obvia fronte*, quo ad vim verbi propriam adludit. Priſcian. v. 92. 93. Graecum nomen habet et per interpretationem *arietis rupem.* Nominis cauſam Dionyſius ducit a forma, Schol. addit, vel a conliſione et ſtrepitu aquarum. H. *Capo Crio*, vel, quod etiam notat Dapper des isles — p. 387. in tabulis nauticis *Capo S. Gioano Baptiſta.* In latere occidentali ponit etiam Ptolemaeus c. l. cum Plinio c. l. verſus Cyrenas hic. Strabo c. l. accurate deſignat. Dicit enim, inſulae partem occidentalem in duo diviſam eſſe promontoria, quorum unum *Criu-metopon* ſpectet meridiem, alterum *Cimarum* ſeptentrionem, quod Tournefort voyage T. 1. lettre 2. p. m. 95. putat eſſe *le cap des Grabuſes*, *(Capo Garabuſa)* quod Kinsbergen c. l. proxime occidentem ſpectare adfirmat. Notanda tamen plura Cretae promontoria, quae ab antiquis commemorantur. Sunt autem, ut breviter adtingam, praeeunte Ptolemaeo, haec, additis ex Dappero c. l. recentioribus adpellationibus: in latere occidentali praeter Criu Metopon *Corycus*, h. *Coryco*, *Cambruſſia*, *Cambraſia*, in tabulis nauticis *Capo Buſa.* Alii tamen volunt eſſe h. *Ponta di Cornaca* ſ. *Cornica.* Pococke (1791.) Tom. 2. pag. 350. vocat *Capo Buzo*, illudque effici adfirmat ex montium depreſſioribus iugis, quae etiam hodie montes *Grabuſe* adpellantur. Quidam Strabonis *Cimarum* alio nomine idem eſſe putant, quia ad occidentem, et Ptolemaeus duo facit promontoria, quorum unum eſt *Criu*

metopon, alterum *Cimarum* ad ſeptentrionem vergens. *Cimarum* autem Tournefort c. l. pag. 95. *le cap des Grabuſes* vocat. Contra Pococke p. 355. *Grabuſa* inſulam facit deſertam, quae *Capo Buzo* finire videatur. At Cimarum a Strabone inſulam dici, non legi. Quod Cimarum Strabonis idem exiſtimat Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 64. quod Ptolemaei *Cyamum*, a ſitu aberrat. In auſtrali latere 1) *Hermaea*, h. *Ponta di Trividi.* 2) *Leon*, h. *Capo Lion*, vel *Lionda.* Pococke p. 361. dicit: *Capo Matala.* 3) *Erythraeum*, h. in tabula Pocockiana *C. Stomachri Giallo.* 4) *Hiera petra*, h. *Giera Petra.* 5) *Ampelus*, h. *Ampela* ſ. *Sacra.* In orientali praeter Samonium *Zephyrium*, h. *C. di Altelin* ſ. *di Mirabello.* Pococke p. 346. *C. Sidero.* In ſeptentrionali 1) *Dion*, h. *Fraſchia*, aliis *Caſſoſo.* (*Saſſoſo* Homanno in tabulis.) 2) *Drepanum*, h. *C. di Melechio* ſ. *Metecha*, aliis *Ponta di Drepano;* Pocockio pag. 378. *Trapani;* Tournefortio p. 39. *Melier* ſ. *Melecca*, ubi vid. quae diſputat. 3) *Cyamum*, quod *Cimarum* Strabonis habere Cellarium ante notavi, h. *Buſa*, aliis *Cheſimi*, Pocockio p. 348. et 379. *Melecca.* 4) *Pſacum*, h. *Spado*, in quo conſentit Pococke p. 348. *Dictynnaeum* prom. Strabonis 10. p. 334. ſ. 484. eſſe putat Tournefort p. 95. Idem ex ſitu adparet. Accedit *Itanum* ex Plinio 4, 20. ſ. 12. verſus auſtrum vergens, ubi *Itanum* tantum urbem habet Ptolemaeus. Commemoratur etiam a Stephano h. v. H. *Capo Sacro* nautis. Inconſtantia, aut diſcrepantia nominum oritur etiam ex incerta, aut falſa ſitus notatione in Ptolemaeo, de quo pluribus diſquirit Pococke.

maior) Qua ſit forma, inde adparet, et ex uſu verbi *immitto*, quod ſupra §. 5. adhibuit, diſcitur, ut hic *immittere* de promontoriis ad orientem et occaſum, quorum meminit. Plinius 4, 20. ſ. 12. Noſtrum, mutatis verbis, reddit: *altero latere ad auſtrum, altero ad ſeptemtrionem verſa inter ortum occaſumque porrigitur.* Ex eo

Martianus Capella 6. p. m. 212. et Solinus 17. ſ. 1. qui τῷ *porrigitur* addit: *tractu longiſſimo.* Scylax pag. 18. Hudſ. στενὴ κ. τέταται ἀπὸ ἡλίου δυσμῶν πρὸς ἡλίου ἀνατολάς. Ita vero habere multorum teſtimonia comprobant. Strabo 10. p. 327. ſ. 474. ex Soſicrate longam facit 2300 ſtadiorum, (i. e. fere 288 M. P.) et amplius, cui tamen latitudo minime reſpondeat. Cum Soſicrate conſentit Agathemer. 1, 5. qui tamen 2, 14. habet tantum 1500 ſtadia, in alterutro loco corruptus. Plinius c. l. *Latitudine nusquam* 50 *M. P. excedens, et circa mediam ſui partem maxime patens, longitudinem implet* 270 *M. P.* Scylax c. l. et pag. 56. longitudinem facit 2500 ſtadiorum i. e. fere 313 M. P. Hieronymus apud Strabonem c. l. 2000 ſtadiorum, Oroſius 1, 2. pag. 32. (Haverc.) 172 M. P. latitudinem 50. Tournefort p. m. 98. a Cimaro prom. ad Samonium numerat 250 M. P. latitudinem metitur fere 55 M. P. Kinsbergen c. l. p. 4. longitudinem maximam facit 35 miliarium Hollandicorum, latitudinem 10. Circuitus patet, uti eſt in variis auctoribus, 5000 ſtadia et paullo amplius i. e. 625 M. P. (Soſicrates apud Strabon. c. l. ubi ſimul notat, ab Hieronymo fieri maiorem) Agathemer. 1, 5. ſtadia 4100, ut Artemidorus apud Strabonem c. l. quae faciunt 512 M. P. Plinius c. l. 589 M. P. et Martian. Capella c. l. 588. Hyginus fab. 275. prave XXC ſtadia. Belon obſerv. 1, 5. refert 1520 M. P. quo reiecto Tournefort p. 99. ponit 600, ex conſenſu etiam incolarum. Dapper c. l. ex aliis adfert 455 M. P.

famigerata) Verbum minus frequens in boni aevi auctoribus, nec in Melae aequalibus, etſi *famigerator* in Plauto de eo occurrit Trin. 1, 2, 178. 182. qui rumores ſpargit.

adventu) Trita haec. Nempe Iupiter adſumta tauri forma raptam ex Phoenicia per mare eo vexit, unde nati ſunt Minos, Rhadamanthus, Sarpedon. (Diodor. 4, 60.

Apollodor. 3, 1. in.) Tractarunt hanc fabulam praeter mythographos, v. c. Hyginum 178. plurimi, in iis Apollodorus c. l. Moſchus idyll. 2. Achilles Tatius in. Anacreon 35. prolixius Ovidius Metam. 2, 833 ſqq. Faſtor. 5, 604 ſqq. paſſimque alii, quos commemorat Fiſcher. ad Palaephat. c. 16. qui exploſit hanc fabulam, et Taurum Cnoſium facit, qui bello Tyriae regioni inlato praeter alias puellas etiam Europam abripuerit. De aliis explicationibus, veluti de nave, vid. quos ibi laudat Fiſcherus, et adde Banier T. 2. p. 26 ſq. Exornarunt fabulam data opera poetae in carminibus, quae inde *Europia* nomen ſortita ſunt. Vid. Heyne ad Apollodor. p. 524. Tenuit etiam ea numarios et alios artifices.

Paſiphaës) Congreſſus ille foedus cum tauro innuitur, quem non ſolum multi narrarunt, a Fiſchero ad Palaephatum c. 2. indicati, ſed et pictores adeo adtigerunt. (Philoſtrat. icon. 1, 16.) Natum inde eſſe Minotaurum, eumque poſtea in labyrintho incluſum, et tandem a Theſeo interfectum, ex narrationibus et fabulis conſtat. Cf. praeter alios Diodor. 4, 77. Ovid. Metam. 8, 152 ſqq. Hygin. fab. 40. — Exhibent illius imaginem picturae Herculanenſes T. 1. tab. 5. monumenta alia et numi, de quibus vid. Eckhel in doctrina num. P. 1. Vol. 1. p. 130. Quod vulgo putant, artifices diſſentire ab auctorum deſcriptione, quippe qui corpore humano, capite taurino inſigniant, cum contra in monumentis exhibeatur, de quo vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 4, 77. et quos laudat, eos docte refutavit Eckhel c. l. et probata ex certiſſimis ſignis utrorumque conſenſione contendit, taurum cum facie humana in Siciliae et Campaniae numis monſtrum aliud iis terris domeſticum reſpicere. Discrepare tamen vere in nonnullis artifices et ſcriptores, notavi in conlocatione mammae Amazonibus relictae. Aſterium autem vero nomine Minotaurum inde dictum eſſe, tradit Apollodor. 3, 1. f. eundem Aſterionem vocat a Theſeo victum

Paufan. 2, 31. in. qui idem eft, promifcua forma paffim expreffus. Cf. Heyne ad Apollodor. p. 538. Idem p. 537. ortum habuiffe putat hanc narrationem ex antiquo aliquo opere fymbolico, quod Cretae fervabatur capite taurino, homini impofito. Plura dabunt Meziriac ad Ovid. epift. p. 359 fq. Banier T. 4. p. 389 fqq. In fpectaculis adeo rem foedam celebratam fuiffe docet Strabo 10. p. 328. f. 476. et de fua aetate Martialis in libello fpectac. epigr. 6. Cf. Lucian. de faltatione c. 49. ubi etiam de Daedalo, Ariadne.

Ariadnae) Quae fuit Minois ex Pafiphae filia fec. Apollodor. 3, 1, 2. aliosque, et Thefea adiuvit eius amore capta, dato filo, ut confecto Minotauro ex labyrintho redire poffet. Cf. praeter alios Ovid. Metam. 8, 172 fq. et epift. 10. Diodor. 4, 61. et in primis Plutarchus in Thefeo cap. 19. ubi prolixius, expofitis etiam aliorum narrationibus, de hac re disferuit.

feritate) Et natura fua, et quod quotannis feptenos pueros totidemque puellas tributi nomine ab Athenienfibus miffos devoraret. *Fato* fpectat mortem a Thefeo inlatam, ut ex fuperioribus auctoribus conftat. Eius caedes, quod ex Scholiafte in Ariftoph. vefpas v. 312. conligere licet, argumentum fuit fabulae Euripideae, Thefei nomine infcriptae.

Daedali) De Daedalo vulgata omnia inde ab Homero (Il. 18, 592.); cuius etiam nomine fabulae infcritae olim exftiterunt Platonis Comici, Ariftophanis, Sophoclis. Rem omnino teftatur Strabo 10. p. 328. f. 476. Is ingenii folertia excellens perite excoluerat ftudium architecturae et artem ftatuariam, quam inventis novis amplificavit. Diodor. Sic. 4, 76. Paufan. 7, 4.

et alibi. Sic fabricaverat bovem ligneam Paſiphaes, (Palaephatus 2, 1. —) ſimulacra ſponte ſe moventia, (id. 22, 1. —) vocem adeo edentia. (Schol. ad Eurip. Hec. v. 838.) De alis adſcitis res decantata; quam ad velorum inventionem referunt, ut Pauſan. 9, 11. vel ad navigationem omnino, ut Palaeph. c. 13. Alia addit Plin. 7, 57. ſ. 56. in quibus tamen de inventore variatur. Omnino autem de eius operibus vid. quae congeſſerunt Iunius in catalogo architectorum h. v. et quos praeterea laudat Fiſcherus in indice Palaephati ſ. v. Δαίδαλος, quibus addi poteſt Banier T. 4. p. 450 ſqq. et Meurſius de Creta 2, 2. Inde vero δαίδαλος et δαιδάλεος de rebus artificioſe factis apud Homerum paſſim et apud poſteriores. Reſtat ex commemoratis celeberrimum, labyrinthus inquam, quem ſine dubio Mela, quod proxime Cretam ſpectat, hic intelligit. Errat enim Dapper des isles — p. 594. qui Melam eum deſcripſiſſe dicit, quippe quod de Aegyptio verum eſt. At deſcripſerunt noſtrum Virgil. Aen. 5, 588. ſq. Ovidius Metam. 8. 159 ſq. Plinius 36, 19, 2. ſ. 13. ubi quatuor fuiſſe docet, Aegyptium, Cretenſem, Lemniacum et Italum. Multi alii breviter adtigerunt et indicarunt, quo ſpectant eius πλοκαὶ, (Diodor. 1, 97.) *inextricabilis error, doli tecti* et *ambages*, (Virg. Aen. 6, 27.) *inobſervabilis error*, (Catullus 63, ſ. 64, 115.) καμπαὶ πολύπλοκοι, (Apollodor. 3, 2. extr.) ἑλιγμοὶ, (Plutarch. in Theſeo c. 19. in.) *ſemiferi Gortynia tecta iuvenci*, (Claudianus conſ. 6. Honorii v. 634.) *caeca monſtri domus*, (Seneca in Hippol. v. 649.) uti *domum* vocant Ovidius c. l. et Virgilius Aen. 6, 27. οἴκημα Apollodorus c. l. Catullus aliique *tectum*. Vid. Meurſius in Creta 2, 2. Auctor Daedalus, qui eius exemplar ex Aegyptio ſumſiſſe dicitur (Diodor. 1, 61. et 97. Plinius c. l.) Prope Cnoſum fuiſſe, multa auctorum loca indicant, diſerteque adfirmant Pauſan. 1, 27. extr. et in primis Philoſtratus in vita Apollonii 4, 34. Qua de cauſa etiam in multis Cno-

ſiorum numis adparet. Vage igitur Claudianus in loco memorato *Gortynia tecta* vocat. Aetate Plinii nulla eius amplius veſtigia exſtitiſſe, ipſe adfirmat l. c. Idem iam teſtatur de ſua aetate Diodor. Sic. 1, 61. qui aut a rege aliquo deſtructum eſſe, vel temporis longinquitate corruiſſe putat. Nec in operibus Daedali, quae ſua aetate ſuperfuiſſe adfirmat Pauſan. 9, 40. eius mentionem inicit. Mirum igitur, qui ſub Nerone monſtrari advenis potuerit, quod ſcribit Philoſtratus c. l. niſi de ruderibus intelligas, vel ab Auguſto inſtauratum dicas. Vid. Barthelemy dans les memoires de l'academie — T. 24. p. 47. Qui hodie oſtenditur labyrinthus in Creta, accurate deſcriptus a Tournefort voyage Tom. 1. lettre 2. p. 76 ſqq. et ſitu et indole a priſco diverſus eſt. Quem enim veteres deſcribunt, ad formam Aegyptii conſtructus, etſi centeſimam tantum eius partionem, teſte Plinio c. l. imitabatur, ſupra terram fuit domus, quod ſuperiora loca indicant, ampla, viarum ambagibus perplexa, et prope Cnoſum exſtructa; hodiernus meatus eſt et cuniculus per collem ad radices Idae montis verſus meridiem actus, adeo ut quidam lapicidinam fuiſſe hunc putent, uti Belon obſerv. 1, 6. Pococke T. 2. p. 367. (ed. 1791.) quod refutavit Tournefort c. l. nec patiuntur ea, quae retulit Savary (1779. ed. Reichard) p. 76 ſq. qui et deſcripſit luculenter, et ipſe fili ope perluſtravit. Sic auctor Etymol. M. h. v. Labyrinthum montem fuiſſe dicit cum antro. Cedrenus etſi alia diverſe narrat p. 98. (ed. Ven. ſ. pag. 122.) Labyrinthum vocat χώραν, in cuius ſpecum Minotaurus a Theſeo exagitatus confugerit. At nec veteres de labyrintho ſibi conſtitiſſe videntur. Ita nimirum Palaephatus c. 2, 9. ſcribit: *ὁ νεανίας* (Minotaurus) *ὄρυγμα ποιήσας βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυτὸν εἰς ἐκεῖνο.* Poſt adpellat εἱρκτήν, in qua Theſeus eum interfecit. Philochorus apud Plutarchum in Theſeo c. 16. in. labyrinthum φρουρὰν fuiſſe dicit, unde incluſi effugere non potuerint.

Numi tamen conſentiunt cum auctorum narrationibus, et forma quadrati, in quo crucis ſpecies, deſignant.

Tali) Gr. Τάλως. Non hic intelligi poteſt Talus ille Daedali ex ſorore nepos et diſcipulus ſagaciſſimus, qui cum magiſtrum ſuperaret, et plura inveniſſet, veluti ſerram, rotam figularem aliaque, quae partim Plinius 7, 57. ſ. 56. Daedalo ipſi adſcribit, ab eo invidiae ictu necatus eſt, cuius cauſa, ut mortem deſtinatam effugeret, ipſe in Cretam aufugit. Vid. Diodor. 4, 76. et quae congeſſit Heyne ad Apollodor. 3, 15, 9. p. m. 891. et Banier Götterlehre V. 4. p. 440 ſq. Nihil enim eius res ad Cretam pertinent, quas Attica ſibi vindicat. Fuerunt enim plures Tali, qui paſſim confunduntur, etiam a Meurſio in Creta 4, 14. notante Heynio ad Apollodor. 1, 9, 26. p. m. 220. Cf. et Sturz ad Hellanic. p. 121. Noſter Cretenſis fuit, Minois filius, (Lucianus in Philopſeude c. 19.) vel Ἡφαιστότευκτος datus Minoi, (Suidas ſ. v. Σαρδάνιος γέλως ex Simonide, Schol. et Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 20, 302.) *aeneus*, (Apollon. Argon. 4, 1638. Apollodor. 1, 9, 26. Suidas c. l. Lucian. c. l. et de ſaltatione c. 49. Orpheus argon. v. 1348. Tzetzes ad Lycophron. v. 1218.) vel quia erat ex aeneo genere i. e. ex aetate aerea, (Apollonius, Apollodorus cc. ll.) vel quod tabulis aeneis leges inſculptas per Cretam circumferebat, quibus obſervandis erat a Minoe praepoſitus; (Plato in Minoe pag. 139. Bipont. ſ. pag. 320.) *gigantea forma*, (Orpheus c. l.) ita tamen, ut vena per corpus deſcenderet, quae tenui cuticula obducta erat, vel clavum impactum habebat, quo extracto ſanguine exhauſtum interfecit Medea. Ita nempe variant Apollodorus et Apollonius. Hic inſulam luſtrabat (Lucianus cc. ll. qui περίπολον vocat) ter quotannis, (Plato c. l.) aut ter die, (Apollodor. c. l. ter die etiam Agatharchides de mari

rubro c. 4. p. 8. (Hudſ.) qui addit, vitam in talo habuiſſe, etſi ibi vulgo corrupta eſt lectio) et, cum Argonautas accedere vidiſſet, lapidibus petitos arcuit, ſed a Medea vel veneficiis, uti etiam vult Apollonius, vel vi victus occubuit, aut Poeantis telo periit, uti pluribus refert Apollodorus, ad quem pag. m. 220 ſqq. plura dabit Heyne, cui videtur fuiſſe aenea ſtatua inſigni magnitudine in litore ſ. promontorio a Phoenicibus poſita. Idem ex Apollonii ſchol. fabulam Sophoclis hoc nomine notat.

ſepulti Iovis) Res apud multos veteres auctores legitur, etſi varia forma. Vid. Callimach. in Iov. et ibi Spanhemius, Rittershuſ. ad Oppiani Cyneg. 3, 8. p. 90. Barthius ad Statii Theb. 1, 278. p. 82. et qui eos laudat Bunemannus ad Lactant. 1, 11, 46. e quibus auctorum plurimorum loca indicavit Barthius. In oppido Cnoſo illud ſepulcrum fuiſſe refert Lactantius. Iactaſſe id non ſolum Cretenſes, ſed et oſtendiſſe, adfirmant auctores, veluti Cicero de Nat. D. 3, 21. Lucianus in Iove tragoedo c. 45. de ſacrificiis c. 10. — et de ſuo tempore Varro apud Solin. c. 17. ſ. 11. aliique, veluti Theophilus, Arnobius, quos memorat du Freſne ad Lactant. T. 1. p. 53. Quod refert Dapper des isles — p. 398. terrae motu everſum eſt primo conſulatu imperatorum Valentiniani et Valentis an. 360. et inde ab ipſius aetate ante annos 600 rudera monſtrata ſunt. Supereſſe tamen teſtatur Villamontius, qui vixit initio ſaeculi 17. in itin. 2, 5. ſed antrum Minois dicit ita ab incolis adpellari. Antrum Iovis ab eius ſepulcro diſtinguit et utrumque ſuo tempore oſtenſum adfirmat Minucius Felix c. 22. f. Pococke T. 2. (1791.) p. 371. incolarum fide refert, hodie in Ida monte oſtendi, ex eiusque hiatu tantum erumpere ventum, ut introire nemo audeat. Savary von Candia p. 63. (ed. Reichard) idem adfir-

mat de ſaxorum quidem acervis congeſtis. Dapper c. l. pag. 390. prope hodiernam urbem Candiam montem eſſe ait, quem Batavi vocent *Moſes Tempel*, Itali *monte Iove*, (Pococke T. 2. p. 371. vocat *Ioukta*, quod nomen hodie eſt Iovis) a Iove ibi ſepulto. Ferunt etiam antiqui ſepulcri eius inſcriptionem, quae teſte Ennio, vel potius Euhemero apud Lactant. c. l. et in epitome ad Pentadium 13, 4. fuit Ζὰν Κρόνου, de qua forma Ζὰν pro Ζεὺς vid. Gronovii obſerv. in ſcriptorr. eccleſ. c. 17. p. 181. Dorica dialecto in numis dici Ταν putat Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 301. Ipſum nomen Ζᾶν explicat Diodor. Sic. 3, 61. f. nempe Iovem Ζῆνα dictum eſſe διὰ τὸ δοκεῖν τοῦ καλῶς ζῆν αἴτιον γενέσθαι τ. ἀνθρώποις, illudque reportaſſe dicit exemtum rebus humanis, quod vivus beneficiis plurimis homines adfeciſſet. Vid. quos ibi Weſſeling. laudat. Suidas ſ. v. Πῆκος, pro quo melius alii Πῖκος, ad Picum refert, qui fuerit Iupiter, et ſepulcro inſcriptum ait: ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πῆκος ὁ Ζεύς. Vid. de hac inſcriptione, quam multi ex poſterioribus commemorant, Chilmeadus ad Malalae chronogr. lib. 5. p. 39. (Ven.) not. 15. Chronicon Paſchale p. 36. (Ven.) Picum hunc in Creta ſepultum Semiramidis filium, cognomine Iovem, facit Cedrenus in compendio hiſtor. p. 15. (Venet. f. p. 15.) Ptolemaeus Hephaeſtion lib. 2. hiſtoriarum apud Photium p. m. 475. ſepulcrum illud Iovis dictum, Olympi illius Cretenſis eſſe ſcripſit, qui Saturnum Iovi ereptum educavit et religionem edocuit. Scholiaſtes Callimachi ad hymnum in Iovem v. 8. Minois ſepulcrum fuiſſe tradit, hac inſcriptione: Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος, prioribus verbis tempore exeſis relicta poſteriora Διὸς τάφος, unde Cretenſes ad Iovem retulerint. Ceterum multi etiam Iovem in Creta genitum, nutritum et educatum ferunt, etſi in loco variant. De Dictaeo monte Agathocles apud Athenaeum 9, 4. p. m. 375. Diodor. Sic. 5, 70. de Ida indicat Callimach. in Iov. v. 6.

ubi vid. Spanhem.; de monte Argaeo Hesiod. Theogon. v. 484. vel Aegaeo, uti mavult ex scholiis ad Arati phaenomena v. 53. Salmasius ad Solinum 45. s. 47. p. m. 626. Alii in Dictaeo monte genitum, et in Idae antro nutritum fabulantur. Vid. Schol. Arati c. l. Hinc vero Creta vocatur Διὸς μεγάλοιο τιθήνη, (Dionys. v. 501.) *nutrix Tonantis*, (Avien. v. 673.) Διόςτροφός, (Philostratus in vita Apollonii 4, 34.) ipse apud auctores *Creticus* et *Cretensis*, in numis Κρηταγενης. Vid. Eckhel de doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 301. Alii aliter de Iovis incunabulis, cum et plures Ioves iactentur. Cf. Pausan. 4, 33. in. Mendacem tamen in eo dicit Lucanus lib. 8. extr. et ψευδήμονα τύμβον vocat Nonnus Dionys. lib. 8. v. 231.

Gnosos) Gr. Κνωσὸς, Κνωσσὸς, vel utrumque per Γ etiam, de qua variatione dictum est in not. crit. p. 545. Idem valet de gentili Κνώσιος. Olim eadem dicta est *Caeratus* a fluvio praetereunte, uti tradunt Strabo lib. 10. p. 328. s. 476. Eustathius ad Dionys. v. 498. qui quidem Κέρατος habent, minus recte, Schol. Callimachi ad Dian. v. 44. et Hesychius, qui etiam *Trittam* antea dictam esse notat. Sita erat ad boream, (Scylax p. 19. Huds.) et a boreali mari aberat stadiis 25, (Strabo c. l.) quod debet esse mare Creticum. Versus boream etiam, sed contra Peloponnesum ponit Eustath. in Homer. Il. 2, 645. p. 236. Basil. etsi monente Wesselingio ad Diod. Sic. 5, 78. magis Asiam, quam Peloponnesum spectat, ut et c. l. Diodorus tradit. Ita tamen, ut Eustathius, etiam Phranza in Chronico (saec. 15.) lib. 1. c. 36. Etsi in urbibus mediterraneis numeratur a Plin. 4, 20. s. 12. Ptolemaeo 4, 17. navale tamen eius refertur Heracleum (ει) et a Strabone c. l. etsi Minos Amniso navali, ubi Lucinae templum fuit, usus est. (idem) Cf. de Amniso Homer. Odyss. 19, 188. ubi Scholiastae notant, urbem et fluvium Cretae fuisse. Plura Cellarius in Geogr. ant. 2, 14, 114. Ad septemtrionem spectasse, discitur ex

Dionyſ. v. 498. ubi cf. Euſtathius. A Gortyna removet 23 M. P. tabula Peutingeriana, Strabo 120 ſtadiis, quae efficiunt 15 M. P. Sita erat in planitie et circuitu complectebatur 30 ſtadia (Strabo). Conditores urbis varii referuntur, veluti *Minos*, (Diodor. Sic. c. l.) *Curetes.* (Syncellus p. 100. ed. Ven. ſ. 126.) Olim fuit magna urbs et regia Minois, (Homer. Odyſſ. 19, 178. et inde Strabo c. l. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 498.) diuque etiam primas tenuit, adeo ut cum Gortyna, Lytto excepto, toti inſulae dominaretur. (Polyb. 4, 53.) Poſt depreſſa eſt, et multis privilegiis ſpoliata, dignitate in Gortynam et Lyttum translata, etſi metropolis dignitatem et inde recuperavit. (Strabo c. l.) Strabonis aetate colonia eo eſt deducta. (idem c. l.) Famam addidit urbi Iovis ſepulcrum et labyrinthus, de quibus ſupra. Dianam ibi praecipue cultam fuiſſe, docent numi. Cf. etiam Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 44. et de urbe ipſa Meurſius in Creta 1, 8. p. 26 ſq. An ſuperſit hodie, et quo nomine, nihil monet Dapper. At Ortelius in theſauro h. v. *Cinoſa* h. dici notat ex Erythraeo; Ferrarius in Lex. Geogr. h. v. pagum eſſe refert, veterem urbem exciſam; Pococke T. 2. p. 369. (ed. 1791.) pauca rudera in campo ſupereſſe, qui *Candake* vocetur. De ruderibus idem teſtatur Savary von Candien (ed. Reichard) p. 68. et Graecis h. vocari ait *Cnoſſu.*

Gortynia) Graeci varie efferunt, iidem etiam auctores, ut Strabo. Γόρτυν, Γόρτυνος, habent Homer. Il. 2, 646. Odyſſ. 3, 294. Plato de legib. lib. 4. p. 169. (ed. Bipont. ſeu p. 708.) Strabo lib. 10. p. m. 329. (478.) Stephanus h. v. Dionyſ. v. 88. Γόρτυν, υνος declinari ab Homero, poſteros quosdam Γορτύνην dicere notat Euſt. ad Odyſſ. 3, 294. p. 129, 15. Γόρτυνα vel Γορτύνα Scylax p. 19. Hudſ. Ptolem. 3, 17. Tzetzes ad Lycophr. v. 1214. Heſych. h. v. Inde accuſativum Γόρτυναν a nonnullis ductum, notat Stepha-

nus, (uti legitur utrumque in Strabone 10. p. 328. f. 476. Alios produxit Gavel in obferv. mifcell. nov. T. 4. p. 454.) ipfum nominativum etiam τρισυλλάβως efferri Γόρτυνα, unde Γορτύνης Euftath. ad Dionyf. v. 88. Γορτύνη habet Suidas h. v. Hierocles in Synecdemo p. 649. (Weffel.) Γορτύνῃ in dativo Polyb. legat. 23, 15. in. Strabo 14. p. 445. f. 647. et fic Γορτύνης pro —νος legit 10. p. 329. f. 478. Cod. Mofcov. Denique Γόρτυς commemoratur, unde Γόρτυν in accuf. a Stephano, qua quidem forma ferius dictam ait, comprobantibus numis fub Traiano, Hadriano. Vid. Rafche Lex. num. T. 2. P. 1. p. 1523. Eckhel doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 313. Ita vocat Schol. Thucyd. 2, 85. Ex Latinis *Gortyna* Plinius 4, 20. f. 12. Lucan. 3, 186. Prifcian. v. 91. Solin. 17. f. 11. *Cortynia* pro Gortyna etiam adhuc legitur in Varrone de R. R. 1, 7. Apud Senecam in Troad. v. 819. legitur *Gortyne*, pro quo tamen Schroederus propter adiectum *parva* malit *Gyrtone*, quae fuit urbs Theffaliae. Gentile inde dutum *Gortynius* in utraque lingua et in numis frequentatur. Inde Γορτυνίων πόλις apud Strabonem 10. p. 329. f. 478. pro ipfo urbis nomine. Alia funt Γορτυνὶς νύμφη ap. Callimach. in Dian. v. 189. γαίῃ Oppian. Cyneg. 2, 378. Γορτυνία fc. χώρα Strabo 10. p. 328. f. 476. et Γορτυναία Theophr. hift. plantar. 1, 15. Γορτυνικὸν γένος Plato de leg. c. l. *Gortyniacus arcus* Ovid. Metam. 7, 778. Alia nomina urbis recenfet Stephanus, in quibus funt *Lariffa*, *Hellotis* (*Hellotia* Etym. M.) et *Cremnia*, de quibus vid. Berkel. p. 278. Gortynae nomen fortita eft a Gortye heroe, uti volunt Stephanus, Suidas, a Gortye, Rhadamanthi filio, Paufan. 8, 53. (fed vid. mox.) A Tauro, Cretae rege, qui Europam rapuit, conditam fcribit Euftathius ad Dionyf. c. l., quod fic auget Chron. Pafchale p. 35. (Ven.) ut nomen Gortynae a Tauri matre, Pici Iovis nepte, ductum fuerit. Sic Cedrenus p. 20. (Ven.) Taurum, Europae raptorem, facit conditorem,

nomen ducit ab eius matre. Europae raptum ſpectat *Hellotis*, antiquum nomen, quippe quo Europam a Cretenſibus adpellatam ſcribit Stephanus et alii ad eum memorati. Ex Gortyna Peloponneſi (Pauſan. 8, 4.) huc incolas migraſſe tradit Plato c. l. cum quo cf. Pauſan. 8, 53. Urbs ſita erat in planitie, (χθαμαλὴν γαῖαν vocat Oppian. c. l.) et mare Libycum (verſus notum Scylax p. 19. Hudſ.) ſpectabat, a quo abſuit 90 ſtadiis (Strabo 10. p. 329. ſ. 478. Gregorius Phranza in Chron. 1, 36. qui tamen habet 60 ſtadia); et quamquam ſic fuit in mediterraneis, (Ptolem. c. l. et Plin. 4, 20. ſ. 12.) habuit tamen portus duo, Lebenem, qui diſtabat 90 ſtadiis, et Metallum, qui 130. (Strabo c. l.) Olim cincta fuit muris, (Homer. Il. 2, 646.) quos deſtructos poſtea tandem ex aliqua parte inſtauravit Ptolemaeus Philopator, (Strabo c. l.) vel magiſtratus. (Phranza c. l.) Urbs circuitu complectebatur 90 ſtadia, (Strabo c. l.) quare mirum eſt, qui *Gortyne parva* adpellari poſſit a Seneca in Troad. c. l. de quo ſupra. Perfluebat eam Lethaeus fl. (Strabo c. l.) vel, ut vult Euſtath. ad Homer. c. l. praeterfluebat, (παραῤῥέει) quod et adfirmat Solinus 17. ſ. 11. Tum videtur hic fluvius alio nomine dictus eſſe *Gortynius*, quippe ad quem Gortys urbem condidiſſe dicitur ap. Pauſan. c. l. Per eum Tauri dorſo Europam vectam eſſe Gortynii ferebant, teſte Solino c. l. Fabulae memoriam aluit etiam platanus, folia nunquam dimittens, (Theophraſtus c. l. Varro de R. R. 1, 7. Plin. 12, 5. ſ. 1.) ſub qua Iovem cum Europa concubuiſſe Graeci narrabant, (Theophr. c. l. Plin. c. l.) unde ad numos tranſiit. (Vid. Raſche et Eckhel cc. ll.) Incolae coluerunt Apollinem, qui inde *Gortynius* dictus eſt, (Antonin. Liberal. c. 25.) Dianam, quam ſua lingua *Britomartin* vocabant, uti refert Solinus c. 17. ſ. 11. Sed de Britomarti plura dabunt Salmaſ. ad Solin. c. l. pag. m. 121. et quae congeſſerunt docti viri ad Callimach. in Dian. v. 190. Innotuit etiam ex fuga Hanni-

balis, de quo Nepos c. 9. Si dignitatem urbis ſpectas, ſecundum poſt Cnoſum tenuit locum, (Strabo 10. c. l.) cumque ea in Creta dominata eſt olim, (Polyb. 4, 53.) etſi poſt, diſſidio orto, invicem ſe conficere tentarunt. (id. 4, 53. 23, 15.) Recentiori tempore ad dignitatem metropolis evectam eſſe, teſtantur acta concilii Epheſini p. 453. Hodie in ruinis iacet, eiusque antiqua monumenta vel amota, vel obruta ſunt, adeo ut exigua rudera ſuperſint, teſte Savary von Candien (ed. Reichard) p. 75. Quae ſupererant ſuo tempore, deſcripſit Tournefort voyage T. 1. lettre 2. p. m. 68. ubi et ſqq. de hac urbe. Situs eius quaerendus ubi h. *Ajousdeka*. (Pococke Reiſen (1791.) T. 2. p. 364.) Ex antiquis plurima conlegit Meurſius in Creta 1, 10. Cf. et Dapper des isles — pag. 400.

Lyctos) Gr. Λύκτος et inde Λύκτιος. (Ariſtoteles de rep. 2, 10. —) In numis tamen praefertur *Lyttus* et *Lyttius*, quam ſcripturam etiam tenent libri Polybiani 4, 53. et 54. quibus accedunt monumenta priſca lapidum apud Gruter. pag. 1085. et numorum. Vid. Raſche Lex. num. T. 2. P. 2. p. 1933. et Eckhel in doctrina numor. P. 1. Vol. 2. p. 316. Antiquiorem igitur eam ſcripturam cenſent viri docti, Weſſeling. ad Diod. Sic. 16, 62. et ad Hieroclis Synecdemum p. 650. Spanhem. ad Callimach. in Apoll. v. 33. Schweighaeuſer. ad Polyb. 4, 53. Quam quidem opinionem Strabonis auctoritate 10. pag. 328. ſ. 476. ſtabiliunt, ubi ſcribit Lyctum a poeta (Homero) Lyttum vocatam eſſe. Homeri locus eſt Il. 2, 647. ſed ibi hodie editur Lyctus conſentientibus libris omnibus. Nec aliter legit Euſtathius et Guarinus bis refert Lyctus, quod et in contextu poſuit Caſaubonus. Cui ſcripturae favere videtur etymologia a Lycto, Lycaonis filio, unde nomen impoſitum ſcribit Stephanus et ex eo Euſtathius ad Homer. c. l. cum alterum Lyttum derivent a λύττον, vel λυττὸν, ut accentu ab urbe diſtinguatur, quod eſt τὸ

ἄνω κ. ὑψηλὸν, ita etiam explicante vocem Hesychio. Memoratur etiam Lyctii filia, ex qua Minos Lycastum, unde urbi nomen, suscepit. (Diodorus Sic. 4, 60.) Numi autem recentiora Homero tempora adtingunt, et Lyctus praeponit Stephanus, qui Lyttum quosdam dixisse subiicit. Hoc unum obstat, quod Strabo ipse postea constanter scribit Lyctus, quod quidem librariis tribui potest. Utrumque tamen nomen in usu fuisse, sed ab auctoribus Lyctum magis frequentatum et post servatum videtur. Pro eo tabula Peuting. 8. habet *Litium*, Geogr. Ravenn. 5, 21. *Licium*. Eadem urbs, notante Hesychio, adpellata etiam est Καρνησσόπολις. In mediterraneis ponit cum Scylace p. m. 20. Ptolem. 3, 17. et Plin. 4, 20. s. 12. A Cnoso aberat stadiis 120, a mari Libyco 80. (Strabo c. l.) Eius navale fuit *Cherronesus*. (Eustath. ad Homer. c. l. ex Strabone 10. p. 330. s. 479.) Fuit urbs Cretae antiquissima, eademque colonia Lacedaemoniorum cognatione cum Atheniensibus iuncta, (Polyb. 4, 54. cf. Strabo 10. p. 331. s. 481. Diodor. 16, 62. Aristotel. de republ. 2, 10.) quae, etsi depressa Cnoso ad magnam dignitatem evecta erat, (Strabo c. l.) post tamen a Cnosiis diruta est a. u. 534. (Polyb. 4, 54. Diod. Sic. 16, 62. et ibi Wesseling.) Cives omnium Cretensium optimos fuisse adfirmat Polyb. 4, 54, 6. eosque urbe pulsos cum Lampaeis commistos esse, a quibus benevole excepti erant. Attamen idem (23, 15.) Lyctiis postea (a. u. 570.) Diatonium, sive oppidum sive agrum, Cnosiis ademtum, datum esse a Gortyniis scribit. Pagum hodie esse notatur in Ferrarii Lexico Geogr. h. v. cuius tamen nomen non adfertur. Pococke Tom. 2. pag. 363. s. 326. (1791.) sitam fuisse putat, ubi h. locus est *Toxida*, ruinas ostendens, quae tamen ex vetere excidio vix remansisse videntur.

Lycastos) Gr. Λύκαστος, etsi Stephanus, teste Eustathio ad Homer. Il. 2, 647. (nam in illius epitome deest) monet, ab incolis Λυκαστὸς efferri, usu tamen id

non invaluiſſe. Incola *Lycaſtius*, veluti in anthologia Gr. T. 1. p. 259. (ſ. p. 173. Iacobs.) Λυκάστιον Cnoſiis ademtum a Gortyniis et Rauciis adtributum, ager, non oppidum, fuiſſe videtur apud Polyb. 23, 15. iudice Berkelio ad Stephanum p. 520. nec diſſentiente Schweighaeuſero. Nomen traxit a Lycaſto indigena (Stephanus et inde Euſtath. ad Homer. Il. 2, 647.) vel Lycaſto, Minois filio, quod addit truncato hodie Stephano Euſtathius: Lycaſtum, Minois filium, memorat Diodor. Sic. 4, 60. de quo etiam cf. Parthenius in Eroticis c. 35. In mediterraneis ponit Ptolemaeus 3, 17. cum Plinio 4, 20. ſ. 12. ἀργινόεντα vocat Homerus c. l. εὔκαρπον Nonnus Dionyſ. 13, 235. Strabonis aetate in ruinis devaſtata iacebat. (10. pag. 330. ſ. 479.) Poterat igitur noſter commode omittere, ſi ſtatuerat ſui temporis geographiam explicare.

Holopyxus) Vix alii praeter Noſtrum et Plinium 4, 20. ſ. 12. memorant, nec niſi eos adlegat Meurſius de Creta 1, 11. p. 40. Omiſerunt eam plane Ortelius, Ferrarius in recenſu locorum.

Therapnae) Nemo et hanc praeter Noſtrum, Plinium 4, 20. ſ. 12. et Solin. c. 17. ſ. 11. habet. Vid. not. crit. ad h. l. p. 547 ſq.

Cydonea) Varie effertur ab auctoribus, Κύδων et Κυδωνία, et hinc a Latinis. Neque tamen aliena fuit forma *Cydonea*, uti ex Floro 3, 7, 4. aliisque, et ex gentili adparet. Haec autem leguntur, Κύδωνες, Κυδώνιοι, Κυδωνιάται, Κυδώνειοι, de quibus omnibus dictum eſt in not. crit. p. 549. Κυδωναῖος habet praeterea Stephanus, forte pro Κυδώνειος. Tum Κυδωνικὸς idem, quod eſt apud Theocrit. 7, 12. Porro memorat in feminino Κυδωνὶς, quod etiam de urbe legitur, ut monui in not. criticis. Adde Κυδωνιάς de Diana in Orphei hymn. 35, 12. Antea dicta eſt, notante Stephano, *Apollonia*, quam

quidem a Cydonia diſtinguit Plin. 4, 20. ſ. 12. ut incolas utriusque Diodor. Sic. in excerptis de virtut. et vitiis T. 2. p. 579. (Weſſel.) Sed duae huius nominis urbes memorantur in Creta a Stephano h. v. Cydonia dicta eſt ſec. eundem a Cydone Apollinis et Acacallidis, ex Minoe genitae, filio. Conſentiunt Alexander in Creticis apud Schol. Apollonii Rh. 4, 1492. Pauſan. 8, 53. qui etiam ex Cretenſium narrationibus repetit, et Schol. Theocriti ad c. l. ita tamen, ut faciant Mercurii filium. In hoc praeterea prave legitur Acallidis, uti in Codd. Stephani. Vid. de ea etiam Heyne ad Apollodor. 3, 1, 2. p. m. 556. Haec quidem a Cretenſibus ferebantur. Alii tradiderunt, Tegei ſ. Tegeatae filium ex Arcadia in Cretam migraſſe, nomenque urbi noſtrae dediſſe, uti frater Gortyniae urbi. Cf. Pauſan. c. l. A Minoe ipſo conditam refert Diodor. Sic. 5, 78. Quod idem de Samiis narrat Herodot. 3, 44. et 59. colonos ſpectat. Sita erat ad Boream, (Scylax p. m. 18.) ad mare et ſpectabat Laconicam, (Strabo 10. pag. 330 ſ. 479. Diodor. Sic. 5, 78. qui hinc verſus occidentem ponit, ut Phranza c. l. et ad montes Tityros. Ad occidentem etiam Strabo 10. p. 327. ſ. 475.) inter Gortyniam et Cnoſum, a qua utraque diſtabat 800 ſtadiis (idem). Portum clauſum habuiſſe adfirmat Scylax c. l. De variis diſſidiis et bellis cum aliis civitatibus, Cnoſo maxime et Gortynia, Polyb. 4, 55. et alibi, Liv. 37, 60. Fruſtra eam obpugnavit Olymp. 108. et cum ſuo ipſius et exercitus interitu Phalaecus, Phocenſium dux. (Diodor. Sic. 16, 63. Pauſan. 10, 2. extr.) Obſeſſam (a. u. 585.) a Gortyniis, duce Nothocrate, liberavit Eumenes, Pergami rex, cuius fidei ſe permiſerant incolae, (Polyb. 28, 13.) cepit tandem Metellus. (Florus 3, 7, 4. —) Opulentam fuiſſe, hinc adparet, quod *matrem* adeo *urbium* vocat Florus c. l. Ob praeſtitum auxilium contra Antonium libertatem ei donavit Auguſtus. (Dio Caſſius 51, 2.) Inclaruerunt incolae maxime ſolertia in aptandis arcubus, quibus celebrat Claudianus in epigr. 5, 36 ſq.

Hinc *Cydonia ſpicula*, (Virgil. eclog. 10, 59. Sil. Ital. 2, 109.) *arundo*, (Sil. Ital. 10, 261.) et ſimilia, quae de Cretenſibus ſaepe omnino valent. Nota porro ſunt *mala*, quae Latini vocant *cotonea*, Graeci *cydonia*, (Plin. 45, 10. ſ. 11.) etſi et in Latinis Graeca forma uſum obtinuit, ex urbis eius agro alio advecta. (Q. Ser. Sammon. c. 25.) Cf. de iis etiam Heſych. ſ. v. κυδώνιον, et Athenaeus 3, 6. pag. 81. Dubitat tamen Euſtath. ad Odyſſ. 3, 292. p. 128, 31. an inde nomen traxerint. H. putatur eſſe *Canea*, quod evincere in primis ſtuduit Tournefort voyage T. 1. lettre 1. p. m. 34. ubi multa de hodierna urbe, de qua etiam Pococke T. 2. p. 348. (1791.) et Savary von Candien (ed. Reichard. 1789.) p. 96. *Canée* h. Belon obſervat. 1, 5. p. 7. De antiqua urbe Meurſius in Creta 1, 8. p. 29 ſq.

Marathuſa) Urbs obſcura, ſi vera eſt lectio, de qua ſatis dictum eſt in not. crit. ad h. l. uti de adiecta *Dictynna.*

Idaei montis) Eadem forma, qua ſupra 1, 18, 3. de Ida Troadis monte. De noſtro ſic etiam Strabo 10. p. 327. ſ. 475. et Virgil. Aen. 3, 105. uti Δικταῖον ὄρος Callimach. in Dian. v. 196. et alia plura. Plinius adeo 4, 20. ſ. 12. ubi Cretae montes recta fere forma recenſet, hunc vocat Idaeum. Theophraſtus hiſt. plant. 4, 1. adeo Ἰδαῖα ὄρη, uti Callimach. in Iov. v. 6. nempe de ſummitatibus. Proprie enim, ut mons Troadis, Ἴδη apud Dionyſ. v. 503. Ptolem. 3, 17. — Cf. alia loca ab Oberlino ad Vibium pag. 329 ſq. conlecta. Latinis *Ida*, ut Avieno in deſcr. orbis v. 675. Vibio de montibus h. v. Solin. 17. ſ. 11. — Nomen traxit ſec. Schol. Homeri ad Il. 4, 475. ab Ida, Iovis nutrice. Ita etiam eam vocat Apollodorus 1, 1, 3. Alii, veluti Callimachus in Iov. v. 33. Nedam, ubi multa adtulit Spanhemius. Proprie autem Ida dicitur de montibus Cretae et Troadis, et poſtea hoc

nomen etiam ad alios omnino translatum eſt, uti diſerte notat Helladius apud Photium pag. 1592. cuius cauſas adferunt varias, uti ἀπὸ τοῦ ἴδη, ἡ βοτάνη, (Schol. Theocriti ad 1, 105.) vel ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν κ. θεάσασθαι — πόῤῥω — τὰ κάτω. (idem et Helladius c. l.) Secundum Suidam h. v. πᾶν τὸ σύμφυτον ὄρος Ida dictum eſt. Ita etiam quidam volunt, Idam Troiae a Cretenſibus advenis ſic vocatam eſſe, uti narrat Strabo 13. p. 416. ſ. 604. Strabo 10. p. 527. ſ. 475. omnium inſulae montium facit altiſſimum, (unde *Panacra* apud Callim. in Iov. v. 51.) qui ambitu ſuo ſtadia 60, (dedi ex MSS. 600) complectatur. Altiſſimum inſulae locum eius verticem eſſe adfirmat etiam Tournefort voyage Tom. 1. lettre 1. p. m. 63. Conſentiunt Kinsbergen p. 5. et Savary von Candia (ed. Reichard) pag. 81. ubi etiam nivibus et nubibus tectum deſcribit. Hinc Dionyſ. v. 504. illi tribuit μέγεθος περιώσιον et Avienus deſcr. v. 675. *Cretam ſuper adſiitit Ida.* Solinus etiam 17. ſ. 11. tradit cum Priſciano v. 528. ante ſolis ortum ſole fulgere, quod de Phrygiae Ida alii narrant, qui cum noſtro paſſim ab auctoribus confunditur. Vid. Scaliger ad Propert. 3, 1, 32. et Spanhem. ad Callimach. in Iov. v. 6. In media inſula ponitur a Strabone c. l. cum quo conſentit Tournefort c. l. p. 62. *Umbroſum montem* vocat Priſcian. v. 527. πολύδενδρον κ. μεγαλόδενδρον Euſtath. ad Dionyſ. v. 498. quod et indicat Suidae locus. Hinc in illo memorantur *quercus*, (Dionyſ. v. 503.) *orni.* (Avien. v. 676.) Quod quidam huc referunt *vitem*, veluti Tournefort c. l. pag. 62. et ex eo, more ſolito, auctores hiſtoriae catholicae T. 6. (Halae 4.) p. 575. ad Troadis montem pertinet, quia commemorantur *Phalacrae* apud Theophraſt. hiſt. plantar. 3, 17. et ipſa a Plinio 14, 4. ſ. 3. *Alexandrina vitis* vocatur. Idae tamen huius *vinum* maxime laudat Savary von Candia (ed. Reichard) p. 67. Fruſtra vero a ſe vitem quaeſitam eſſe adfirmat Tournefort p. m. 63. omninoque montem ſterilem fere eſſe nudumque dicit, conſentiente Pocockio

Tom. 2. p. 375. (ed. 1791.) Commemorat Tournefort tamen tragacantham, (la gomme Adragant) quam defcribit. Inclytum montem vocat Tacitus hift. 5, 2. in. cuius accolae Idaei aucto in barbarum cognomento *Iudaei* dicti fuerint. Caufam celebritatis Mela addit ex Iove ibi nutrito, in quo quidem variatur. Quidam enim ferunt in Dicta natum, in Ida educatum, uti Diodor. Sic. 5, 70. Athenaeus 9, 4. extr. quem ibi laudat Weffeling. Cf. et Apollodor. 1, 1, 3. et Apollon. 3, 134. Iuvenal. 13, 41. Alii in Idaeo monte natum volunt, uti Callimach. in Iov. v. 6. qui poft v. 34. eius educationem in receffu, vel antro Cretenfi factam fubiicit. Vid. ad utrumque locum Spanhemius. In antro Dictae montis ab apibus paftum canit Virgil. Georg. 4, 151. confentitque Columella 9, 2. De apibus etiam Callimach. in Iovem 50. et quos ibi Spanhemius laudat. De Dictaeo idem Virgil. Aen. Georg. 4, 152. Antrum autem de Iovis incunabulis plures commemorant. Hinc ipfe Iupiter vocatur *Idaeus*, de quo vid. Valef. ad excerpta Peirefc. p. 133. et Spanhemius ad Callimach. in Iov. v. 6. Idem in numis legitur. Per eum Cretenfes foedera fanxiffe, docet Polyb. 27, 16. Ipfa vero Creta inde dicta eft Διὸς μεγάλοιο τιθήνη, (Dionyf. v. 501.) de quo fupra. H. vocatur vel *Ida*, vel in lingua Graeca hodierna *Pfiloriti*, quafi ὑψηλὸν ὄρος. Tournefort p. m. 61. Cf. et Dapper des isles p. 390. et Belon obfervat. 1, 5. p. 6. et 1, 16 fqq. ubi prolixe defcribit. Ut refert Pococke c. l. ab accolis vocatur *Upfilorites*. Praeter Idam plures fuerunt in Creta montes, qui ab auctoribus commemorantur, veluti *Cadifius*, *Dicte*, *Corycus*, *Styracion*, *Berecynthus*, (Diod. Sic. 5, 64.) et in primis *montes albi*, de quibus Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 41. et Tournefort T. 1. p. m. 31. De omnibus prolixius Meurfius. Recte igitur Cretam νῆσον ὀρεινὴν vocat Strabo 10. pag. 327. f. 475. confirmante id etiam nuper Kinsbergio c. l. p. 4 fq. Mela illorum celeberrimum pofuit, at mirum videatur, qui dicere potuerit *inter colles —fama*

Idaei montis, quae non ſolum inter ſe pugnant, ſed et alios montes deprimunt. Colles eius quidem indicat univerſe etiam Priſcianus v. 527.

Aſtypalaea) Gr. Ἀστυπάλαια. Scylax pag. 19. Hudſ. Ἀστυπάλη, quod corruptum cenſet Bentleius in reſponſo ad Boylium p. 180. propter gentilia. At ſic a Κρήτη, Κορώνη. Vid. Berkel. ad Stephan. p. 427. Tum quia Ἀστυπαλαῖος etiam in Aeliano H. An. 16, 39. legatur, omnino Ἀστυπάλη non reiiciendum putat Lennep. ad Phalarid. epiſt. 35. p. 128. Inde Ἀστυπαλαιεὺς (ſic in Phalaridis epiſt. 4. in. et paſſim alibi) et Ἀστυπαλαιάτης apud Stephanum. Prius etiam in numo, quem Pellerinius edidit, legitur. Goltzius ſua fide in theſ. p. 210. adfert etiam Ἀστυπαλαιτων, ex quo tamen Stephanum corrigendum cenſet Berkelius p. 189. Latine *Aſtypalaeenſis*, uti recte edidit in Cic. de Nat. Deor. 3, 18. Daviſius et poſt Erneſti, cum antea legeretur *Aſtypalenſis*. *Aſtypalaeicae* cochleae commemorantur a Plinio 30, 11. ſ. 4. 15. ſ. 6. et alibi. Dicta eadem eſt etiam *Pyrrha*, Caribus eam poſſidentibus, deinde *Pylaea*, poſt Θεῶν τράπεζα διὰ τὸ ἀνθηρὸν αὐτῆς, uti refert Stephanus. Nomen *Aſtypalaea*, ut addit idem, accepit ab Aſtypalaea, Ancaei matre, quam Neptuni uxorem faciunt Pauſan. 7, 4. et Apollodor. 2, 7, 1. ille etiam Phoenicis filiam et Europae ſororem. Cf. praeterea Schol. Apoll. 1, 188. Ex Punica lingua repetit Bochartus in Chanaan 1, 7. ut ſit quaſi *humilis*. Stephanus ex una eademque inſula duas facere videtur. Quam enim inter Rhodum et Cretam conlocat, noſtra eſt ſine dubio. Alteram Cycladibus adſcribit, uti Scylax c. l. quae a Strabone 10. pag. 336. ſ. 488. inter Sporadas recenſetur, ſequente Euſtathio ad Dionyſ. v. 530. et Plinio 4, 23. ſ. 12. Nempe ſic forte notatam in diverſis auctoribus invenerat, quod et arbitratur Dapper des isles — p. 185. ubi de hac inſula expoſuit. Eandem eſſe utramque, iam olim ſuſpicatus erat Ortelius in the-

ſauro h. v. Nam etſi Strabo c. l. in Carpathio mari ponit, ut Martianus Capella lib. 6. p. 199. et Euſtathius ad Dionyſ. v 530. qui addit Carium pelagus, et Ptolemaeus 5, 2. in Myrtoo, minime tamen hic ſitu discrepat, cum aperte Myrtoum mare in Cariae confinio repraeſentet. Strabo porro eam cum reliquis Sporadibus inter Co, Rhodum et Cretam ponit, unde Stephani error deprehenditur. A Cadiſto Cretae monte aberat 125 M. P. (Plinius c. l.) a Chalcia prope Rhodum 800 ſtadiis (Strabo c. l.) i. e. 100 M. P. *Iuxta* Cretam igitur apud Noſtrum hic valet ſupra Cretam ſeptentrionem verſus. Circuitu habebat 88 M. P. (Plinius) Ἱκανῶς πελαγίαν vocat Strabo, quod eſt, ſatis in alto mari ſitam et a continenti remotam. Nempe ſic πελάγιος dici ſolet de inſulis, obponique πρόσγειος, de quo uſu vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. 4, 77. Idem Strabo illi urbem dat cum Ptolemaeo, quam liberam ſuo tempore vocat Plinius. Olim eam *Cares* tenuiſſe ſupra notavi. *Megarenſium* poſt fuiſſe diſcitur ex Scymno Chio v. 550. qui νῆσον πελαγίαν vocat, Achillem ſanctiſſimum coluiſſe ex Cicerone de Nat. Deor. 3, 18. Serpentes ibi non naſci ſcribit Antigonus c. 11. contra tantam leporum multitudinem, ut incolae oraculum propterea conſuluerint, Athenaeus 9, 14. pag. 400. Cf. etiam Euſtath. ad Il. 1, 39. p. 27. in. Baſil. Athenaei narrationem ſecutus. H. *Stampalia.*

Naumachos) Obſcura inſula, quae Plinio 4, 20. ſ. 12. eſt *Naulochus*, et ponitur ante Samonium, Cretae promontorium; uti *Zephyre.* Idem c. l. iungit *Chryſen* et *Gaudon*, et utramque contra Hierapytnam ſitam fuiſſe ſcribit, quae videtur eſſe Hierapetra Ptolemaei 3, 17. verſus mare Libycum. Cf. etiam Porcheron ad Geogr. Ravenn. 5, 21.

Caudos) De ſcriptura ſatis dictum in notis crit. ad h. l. Νησίον vocat Lucas 27, 16. Prope Cretam locant

Plin. 4, 20. f. 12. Ptolem. 5, 17. et Hierocles in Synecdemo pag. 651. (Weffel.) Discrepant tamen Ptolemaeus et Plinius, quod ille contra Hierapytnam cum Chryfa fitam fcribit, hic, fi numeros fequaris, in obpofita parte iuxta Criu metopon ponit. Quare Cellario in Geogr. ant. 2, 14, 117. diverfa utraque videtur. Cf. etiam Ortelius in thef. f. v. *Claudos.* At cum prope Cretam fimili nomine haec una commemoretur, quae fitu cum Ptolemaei notatione convenit magis, quam cum Plinii, fi Lucae narrationem de Pauli navigatione compares, fita fuiffe videtur contra Phoenicen urbem et Hermaeam promontorium, ubi in tabulis Pocockianis eft h. *Gozo* f. *Gafda.* Vulgo tamen et ufitate *Gozo* prope hodiernam Maltam ponunt, fic ut dubium hic fit illud nomen. Urbem in ea notat Ptolemaeus, maximosque ibi fuiffe onagros Suidas f. v. Καυδώ. Diverfa ab hac eft *Gaudos,* (plerisque *Gaulos*) quam inter Siciliam et Africae Cercinam ponit Diodor. 5, 12. ad Melitam Procopius 1, 14. extr. Glauconis infulam vocat Ptolemaeus 4, 3. extr. Calypfus eam infulam quosdam olim putaffe, difcitur ex Strabone 1. p. 30. f. 44. 7. p. 207. f. 299. etfi in utroque loco malim Γαῦλος. Multi eam cum noftra commifcent, quos commemorare non neceffe eft. Infra a Mela ea adtingitur.

Mufagorus) Ignotae nec ab aliis praeter Plinium 4, 20. f. 12. commemoratae infulae, de quarum terminatione in not. crit. ad h. l. Sitae erant, tefte Plinio, iuxta Κριοῦ μέτωπον. Nomen hodie non habere et rupes potius, quam infulas effe, fcribit Dapper des isles — p. 483.

Carpathos) Gr. Κάρπαθος, unde Καρπάθιος. Homero per metathefin Il. 2, 676. eft Κράπαθος. At male apud Stephanum Homeri verfus adlegatur, qui eft Dionyfii v. 500. unde etiam pro Homero Dionyfium

repoſuit Berkelius, qui et Κῶ de vicinia mutavit in Cretam. At, puto, Homeri verſus excidit, haeſit Dionyſii, unde nata eſt confuſio. *Carpathum* in caſu recto habet Plin. 4, 23. ſ. 12. pro *Carpathus*, ut alibi. Πορφυρίδα olim ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρέων, (ut aliae) dictam eſſe etiam notat Euſtathius ad Il. 2, 676. Propter celerem fructuum maturitatem ſic dictam ſcribit Iſidor. Orig. 14, 6. Bochart. in Chanaan 1, 7. ex Punica lingua ob ſitum ad oram Cariae nomen ducit. Strabo lib. 10. extr. vocat ὑψηλὴν, illique circuitum dat 200 ſtadiorum, ipſius longitudinem 100 facit Scylax p. m. 56. Prope Con ponit Stephanus cum Schol. Apollonii ad 4, 1636. et Homeri ad c. l. Reliqui verius prope Cretam, cum inter Carpathum et Con maxima Doridis pars interiaceat. Quare etiam Cretam ipſe poſuit Berkelius. Certe ſic vage notavit Stephanus, et forte ex eo Scholiaſtae. Strabo c. l. a Caſo abeſſe ſcribit 70 ſtadiis, (fere 9 M. P.) a Chalcia 400, a Leuce, acte Libyae, 4000, a Creta 100 Scylax c. l. totidemque navigatione a Rhodo. Contra Aegyptum ad meridiem ponunt alii, ut Iſidor. Orig. 15, 6. Servius ad Virgil. Georg. 4, 387. Aen. 5, 595. Habuit olim 4 urbes, in quibus Niſyrus. (Strabo et Schol. Homeri.) Sed Tetrapolin inde dictam minus bene fingit Dapper des isles — p. 172. Unam tantum urbem, Poſidium, commemorat Ptolem. 5, 2. Scylacis tempore fuit τρίπολις. (idem p. m. 58.) Olim ibi regnavit *Proteus*, relicta Pallene Theſſaliae, ad quam tamen poſtea reverſus eſt, uti notat Servius ad Virgil. Georg. 4, 387. Dum maris imperium tenebat Minos, eius claſſiarii inſulam tenuerunt. (Dio 5, 54.) Phidippo, vel Antipho belli Troiani tempore paruiſſe videtur ex Homero c. l. Poſt *Ioclus*, Argivus, oraculi iuſſu excitatus, coloniae eo deducendae auctor fuit. (Diodor. Sic. 5, 54. extr.) *Rhodiorum* inſulam dicit Plinius 5, 36. ſ. 31. Vaſtarunt eam olim lepores, unde natum proverbium ὁ Καρπάθιος τὸν λαγὼν, auctore Euſtathio ad Dionyſ. v. 498. Cf. ad Homer. Il. 1, 39. p. m. 27. alii-

que, quos memorat Politus pag. 76. Carpaſias naves magnas et ſpatioſas inde nomen habuiſſe, notat Iſidorus c. l. quod aegre probetur. Certius eſt, quod multi adfirmant cum Noſtro, ab ea vocatum *mare Carpathium*. Eius termini, quod fit in vicinis maribus, varie et fluxe ſtatuuntur. Cum Icario iungit Strabo 2. p. 85. ſ. 124. et ad Rhodum, Cretam, Cyprum et primas Aſiae partes extendit. Sic alibi 10. p. 336. ſ. 488. verſus meridiem cum Icario iungi dicit Carpathium, cum hoc Aegyptium, verſus occaſum Creticum et Libycum, in eoque ponit multas Sporadum inter Con maxime, Rhodum et Cretam. Servius ad Virgil. Aen. 5, 595. ponit inter Aegyptum et Rhodum. Sic Cyprus eſt in hoc mari apud Antonin. in itiner. p. 526. (Weſſ.) eadem cum Pataris Lyciae, Rhodo, Aſtypalaea apud Plinium 2, 112. ſ. 108. Alibi 5, 28. ſ. 27. a Telmeſo Lyciae et Aſia proprie ſic dicta incipit, et Aſiaticum etiam dici addit. Scaris frequentem eſſe memorat idem 9, 29. ſ. 17. muraenas eius vernaculas adiungit Columella 8, 16. extr. Inſula, quod notum, h. *Scarpanto*.

Apſoros) Gr. Ἄψωρος apud Stephanum, qui facit Illyrici urbem ex Herodiani lib. 8. etſi eandem eſſe ſubiicit, quae Apſarus, antea Apſyrtus, in Ponto Euxino. Ἄψορος in Ptolemaeo 2, 17. ſ. ubi eſt inſula prope Liburniam, in qua refert urbes duas Crepſam et Apſorrum. Abſoritani memorantur ab Hygino fab. 16. At difficilior hic obiicitur quaeſtio, utrum vere fuerit inſula ab Abſyrtide ſeparata, an eadem utraque, quae coniuncta uno nomine ab aliis Abſyrtides memoratur. Super quo Voſſius haec notavit: Error eſt, quod Apſorron et Apſyrtida tanquam diverſas inſulas prodiderit, cum eadem ſit inſula et idem nomen, alterumque ex altero corruptum eſſe adfirment veteres. Niſi forte duas putarit eſſe inſulas, quia diviſa eſt in medio ac ponte iungitur, oppidoque, in quo ſolo vetus remanet nomen. Appellatur enim *Oſero* vel

Aſvero, voce manifeſte corrupta ex Apſoro. Hactenus VOSSIVS. Berkelius ad Stephanum pag. 205. notat illum auctorem, quod urbem Illyrici ſtatuerit, cum a Geographis, memorat autem unum Melam, inſula Apſorus deſcribatur; niſi exiſtimes, ita ſubiicit, in iſtac inſula urbem eiusdem nominis fuiſſe. Voſſio ſuffragantur Weſſeling. ad Antonini itiner. p. 519. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 8, 129. qui unam eſſe inſulam ex Ptolemaeo diſci contendunt. Certe Ptolemaeus c. l. Apſorum tantum adfert, Apſyrtin plane ignorat, etſi ex hoc ſilentio nihil efficitur. Contra Strabo et Plinius unice Apſyrtides hic commemorant cum Stephano tamquam inſulas maris Hadriatici. Poſtremus tamen ſ. v. Φλάνων agnoſcit Apſyrtum inſulam, quae Plinii eſt Apſyrtium 3, 25. ſ. 21. (uti etiam exiſtimat Ortelius in theſauro ſ. v. *Abſorus*) per locorum poſitorum ſeriem. Videntur igitur duae inſulae fuiſſe, quae vel ſingulatim dictae ſunt Apſorus, vel Abſyrtus, vel Abſyrtium et Apſyrtides coniuncte. Apſyrtus enim transiiſſe poſtea videtur in Apſarus, uti de loco Ponti Euxini adfirmat Arrianus in eius periplo p. 6. Hudſ. cum Procopio de B. G. 4, 2. et Stephano ſ. v. Ἀψυρτίδες. Apſarus poſtea converſus eſt in Apſorus, quod ſuadet Hyginus fab. 23. et 26. ubi narrat, Colchos, qui cum Apſyrto venerant, oppidum condidiſſe, quod ab Apſyrti nomine Abſorin adpellarint. Forte *Abſoron*, uti coniicit etiam Berkelius ad Stephanum p. 204. Sic ad Pontum Euxinum commemoratur fluvius Abſarus a Plinio 6, 4. Scylace p. m. 32. Appiano in Mithrid. cap. 101. qui Ptolemaeo 5, 6. eſt Apſorrus. Artemidorus porro, teſte Stephano in epitome, urbem et inſulam Abſyrtum commemoravit. Quod ſi, ut ante notatum, in Abſorum eſt converſum, habebis etiam ex eo Noſtri inſulam hoc nomine. Plura vide ad hanc rem de Abſyrtide.

Dyscelados) De hac ſatis, quatenus licuit, dictum eſt in not. crit. ad h. l.

Abſyrtis) Gr. Ἀψυρτίς. Numero ſingulari effert, pro quo pluralem habent alii, veluti Strabo 2. pag. 85. ſ. 123. 7. p. 218. ſ. 315. Scymnus Chius v. 373. Plinius 3, 30. ſ. 26. Stephanus h. v. Tzetzes ad Lycophron. v. 175. etſi habet etiam Συρτίδες, uti Codd. Apollodori 1, 9, 24. Porro Orpheus v. 1029. Euſtath. ad Dionyſ. v. 488. Priſcian. v. 515. Ἀψύρτου νήσους vocat Dionyſ. v. 488. *Apſyrti cautes* et *rupes* Avien. v. 655. Nempe nomen traxiſſe dicuntur ab Abſyrto, qui, dum Medeam ſororem inſequebatur, ab ipſa ibi interfectus eſt. (Strabo in poſteriori loco, Plinius, Stephanus. Cf. etiam Apollodor. 1, 9, 24.) Alii tamen ad Pontum Euxinum referunt eius necem. Sic Tomis occiſum atque inde loco nomen impoſitum vult Ovidius Triſt. 3, 9, 6. Prope Colchida id factum narrat cum Arriano in periplo Ponti Euxini pag. 6. (Hudſ.) Procopius de bello Goth. 4, 2. in loco, qui inde Abſyrtus, poſt Abſarus dictus eſt, eiusque tumulum ſervavit. Occiſum in Phaſin proiectum et inde in mare fluctibus delatum ad inſulas, quae ab eo Abſyrtides vocatae fuerint, canit Orpheus Argon. v. 1029 ſq. Fluvius etiam Apſarus ad Pontum Euxinum commemoratur, de quo ſupra. Quidquid eſt de hac narratione, Abſyrtides ad hoc mare pertinent, et a Colchis nomen traxiſſe feruntur, qui ibi reſederunt, unde et fabula de caede orta. Cf. Hyginus fab. 23. et 26. Dionyſ. v. 489. et ibi Euſtathius, Priſcian. v. 516. Ponuntur autem in mari Hadriatico, (Stephanus c. l.) ad ortum maris Ionii, (Dionyſ. v. 487. cum Priſciano v. 515. et Avieno v. 654.) ad oram Illyrici, (Strabo 2. p. 85. ſ. 123.) iuxta Iſtrorum agrum, (Plin. 3, 30. ſ. 26.) in Iſtria contra Polam, (Hyginus fab. 23.) An fluvius Abſyrti nomine ſit in his oris, de eo diſputant viri docti ad Lucanum 3, 190. quos adi. Hodie putantur eſſe *Cherſo* et *Oſero*, quas deſcripſit prolixe Alberto Fortis in Saggio d'oſſervazioni ſopra l'iſola di Cherſo ed Oſero, Venet. 1771. 4.

§. 13. *Issa)* *Isia* corrupte apud Geogr. Ravenn. 5, 24. Gr. Ἴσσα, unde Ἰσσεὺς apud Stephanum et Strabon. 7. p. 218. s. 315. Ἰσσαῖοι apud Polyb. 2, 11, 12. Liv. 31, 45, 10. Plin. 5, 26. s. 22. et in primis Zonaram Ann. 8, 19. Ἴσσιοι apud Appian. in Illyr. c. 7. *Issenses* naves Liv. 43, 9, 5. *Issaici* lembi id. 32, 21, 27. Iuxta Dalmatiam et Illyricum ponit Stephanus, iuxta Dalmatiam Ptol. 2, 17. ad oram Illyrici Agathemer. 1, 5. in Liburnicis Apollon. 4, 565. quarum facit notissimam cum Tragurio et Pharo Strabo 7. p. 218. s. 315. in Ionio sinu late Zonaras c. l. in Hadriatico mari Athen. 1, 22. prope Pharum Scylax p. m. 28. prope Tragurium Plinius 3, 30. s. 26. Urbem eius nobilissimam vocat Hirtius de b. Alex. c. 47. aliique eodem nomine, quo insulam, commemorant, in iis Polyb. 2, 8, 5. Diversa est insula, quam commemorat Dionys. Hal. 1, 14. et palude cinctam prope Maruvium ponit. Forte ea est, quam natantem ad Cutilias se vidisse ait Seneca in Qu. natur. 3, 25. et describit Macrob. Saturn. 1, 7. A Graecis habitatam indicat Scylax c. l. Cf. quae de Dionysii Hal. loco disputat Cluver. in Ital. ant. Lib. 2. p. 683. Post, cum a regibus teneretur, defecit et in Romanorum fidem se tradidit a. u. 525. uti narrant Polyb. 2, 11. Zonaras c. l. et qui citantur ad Dionis fragmenta Peiresciana n. 151. T. 1. p. 63. (ed. Reimari.) Tragurium Issae coloniam facit Strabo c. l. cum quo cf. Polyb. 32, 18. et quae ibi notavit Schweighaeuserus. Vinum ex Agatharchide laudat Athenaeus c. l. Prolixe de hac insula exposuit Io. Lucius de regno Dalmatiae et Croatiae lib. 1. p. 10 sq. Cf. etiam Fortis viaggio in Dalmazia Vol. 2. p. 162. H. *Lissa.*

Pityia) Varie in Graecis hoc nomen effertur, Πιτύα vel Πιτύεια, quo et redit alia forma Πιτυοῦσσαι et Πιτυώδεις, uti diversae insulae dictae sunt, quod discitur ex Geographis. Cf. Stephanus h. v. et Eustath. ad Homer. Il. 2, 829. Noster hic secutus esse videtur

Apollonium 4, 565. qui Liburnides infulas recenfet Iffam, Dysceladum, Pityiam (Πιτύειαν) et Corcyram nigram. Quod ibi Schol. notat, Homerum redditum effe, ad formam pertinet et fcripturam vocis. Homerica enim infula fuit Hellesponti inter Priapum et Parium, quam et habet ipfe Apollon. 1, 933. et defcribit Strabo 13. p. 405. f. 588. Omnes dictae videntur a feracitate pinuum. Alia ignota funt et obfcura de noftra infula.

Hydria) De hac nihil aliunde conftat. Tantum a Geogr. Ravenn. 5, 24. in hoc tractu et fitu commemoratur *Didria*, quae eadem effe videtur. Ortelius in thefauro h. v. coniicit, forte effe *Adriam* Hieronymi.

Electrides) Gr. Ἠλεκτρίδες. In fingulari Ἠλεκτρίδα νῆσον habet Apollon. Rhod. 4, 505. et 580. Incolae, tefte Stephano, Ἠλεκτρῖται et Ἠλεκτρινοὶ iuxta vernaculam. Graeci eas fere ponunt contra oftia Eridani, veluti Apollon. Rhod. 4, 506. a quo etiam limo adgefto natas fuiffe quidam narrant. Cf. Ariftoteles de mirabil. aufcult. cap. 82. et Stephanus h. v. qui illum reddidit. Alii contra oftia Padi, quippe quem Eridanum crederent, de quo Strabo 5. p. 149. f. 215. Plin. 37, 11. f. 2. et hinc in Hadriatico mari; iuxta Abfyrtides 3, 30. f. 26. cum quibus coniungit Scymnus Chius v. 375. Ipfe tamen Plinius vanitatis Graecae certiffimum documentum indicat, nec unquam conftitiffe, quas earum defignent. Sic idem 37, 11. f. 2. nullas ibi adpofitas effe, in quas quidquam curfu Padi devehi poffit, adfirmat. Porro 4, 30. f. 16. Gleffarias effe in Germanico mari, Electridas adpellatas a Graecis recentioribus, quod ibi electrum nafceretur, refert. Diverfitatis caufa eft in veterum diverfis opinionibus de Eridano, ad quas accedit ignoratio electri, uti pluribus docet Plinius 37, 11. f. 2. Ab electro enim nomen traxiffe, dubitatione vacat. Sic Eridanum de Pado intelligunt, vel ex aliis referunt,

praeter ſuperiores Polyb. 2, 16, 6. Strabo 5. pag. 149. ſ. 215. Ampelius cap. 6. Servius ad Virgil. Georg. 4, 372. Euſtath. ad Dionyſ. v. 288. — Plures producit Munckerus ad Hygini fab. 154. p. 225. (Staver.) Hyginus ipſe a Pherecyde ſic primum vocatum eſſe adfirmat cum aliis, quamquam, ſi Batrachomyomachia eſt Homeri, ubi v. 20. memoratur, antiquius nomen videatur. Rhodanum alii eundem putarunt, uti et monet Plin. 37, 11. ſ. 2. atque hinc Rhodanum et Eridanum ſaepe confundunt, de quo vid. Holſten. in Ortelii theſaur. p. 2. Weſſeling. ad Diodor. 5, 22. et 25. etſi vitio ſcripturae id factum putat Oberlinus ad Vibium p. 182. Ita Rhodanum repoſuit pro Eridano Schneiderus in Oppiani ἁλιευτ. 3, 625. In Gallorum regione ponit quidem Eridanum Pauſanias 1, 3. extr. ita tamen, ut de Rhodano vix intelligi poſſit; Gallos enim illos habitare ait in extrema Europa ad vaſtum mare, cuius fines propter gurgitis aeſtum, ſcopulos et belluas immanes adiri navibus nequeant. Late igitur Gallos de populis ſeptentrionalibus intelligit, etſi, quos proxime innuat, vel quem fluvium, dici non poteſt. In Celtica terra ponit Tzetzes chil. 4. hiſt. 137. ubi ex Plutarcho fabulam de Phaethontis lapſu explicat. Strabo c. l. contra nusquam terrarum Eridanum inveniri contendit. In extrema quidem Europa ad occidentem poni Eridanum vulgo refert Herodotus 3, 115. ſed eius vanitatem Graeco eius nomine convinci putat. Recentiores fere, etſi propter electrum nec de Pado, nec de Rhodano intelligi poſſe concedunt, verum tamen fluvii nomen latere putant, quod ex terra repetendum ſit, ubi electrum naſcitur. Quod cum de Boruſſia notum ſit, iam Cluverius in Germania antiqua 3, 34. p. 635. ſic Viſtulam veteribus dici putavit a fl. *Reddaune*, qui prope Gedanum in Viſtulam ſe exonerat, quam coniecturam curioſam vocat Spenerus in notitia Germ. ant. 2, 2, 15. pag. 81. hodie tantum non omnes amplectuntur. Müller ad Guthrie — Weltgeſchichte

Vol. 17. T. 1. p. 13. credit, *Boden* f. *Rotten* adpellativum esse cuiusvis fluvii in lingua vernacula illa, et hinc postea Eridanum Italum cum Borussiaco mutatum esse. Rem fere sic explicant auctores infra laudandi. Phoenices Borussiae litus, electri natale, adierunt, (ita quidem de illorum audacia adfirmari posse putat Heeren in Ideen über die Politik — der alten Welt p. 134.) aut ab aliis gentibus interiectis mercati sunt, et ad Graecos devexerunt cum notitia populorum, qui ibi habitarunt, *Venedi* dicti, et *Eridani* fl. Venedi postea in Venetos mutati sunt, quos ad Hadriaticum mare habitare nossent, et hinc electri natale translatum in Italiam, et Eridanus ad Padum, illius terrae fluvium clarissimum. Hinc mista omnia et utriusque regionis narrationes vel verae, vel fabulosae in unum locum confusae. Electrum enim succinum in Pado non invenitur, et olim quaerentem Lucianum nautae riserunt, ut narrat ipse de electro f. cygnis cap. 1. Refutat etiam de Pado fabulam Diodor. Sic. 5, 23. et nusquam, nisi in Oceani insula Basilea e regione Scythiae inveniri, a fluctibus eiectum, narrat. Ex antiquis originem fabulae de electro Padi breviter indicavit Plinius 37, 11. f. 3. (ex eoque Solinus c. 23. f. 20. qui Plinium explicat) et testimoniis aliorum confirmavit; ex insulis Oceani septentrionalis a barbaris primo in Illyricum esse inlatum, deinde per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines delatum, unde acceperunt maris Hadriatici accolae. Apud quos cum primum Romani vidissent, ibi etiam natum putasse. Nuper (1796.) Io. Gottfried Hasse, der aufgefundene Eridanus — multa de electro eiusque commercio ex Gr. et Lat. auctoribus congessit. Electrum ignis vi natum putat, quod post Hagen in oratione publ. ibidem impugnavit. De mercatura Heinze Abhandlung im neuen Kielischen Magazin Vol. 2. p. 359 sqq. Mannert Geographie T. 1. p. 74 sqq. Berghaus Gesch. der Schifffarth P. 1. p. 203. Cf. etiam Sprengel Gesch. der Geogr. Entdeck. Qui prolixius haec

expoſita aut exornata quaerit, dabunt Schloezerus in Allgem. Welthiſtorie Vol. 31. pag. 8. et 34. et quos ille laudavit, et Beckmann ad Ariſtotel. mirab. auſcult. c. 82. pag. 164. Bayerus in commentar. academ. Petropolit. Vol. 7. p. 346. ſive in opuſculis a Klotzio editis p. 425. Grupen in origin. Germaniae 1. pag. 319. Cluverii Ital. ant. 1, 34. p. 387. (ubi multa de Eridano) et parerga hiſtorica edita Dantiſci 1762. 4. p. 166 ſq. Cf. et Dithmarus ad Tacit. Germ. 45. Bayerus tamen de amne *Duna* intelligit, qui Marciani Heracleotae ſit Ῥούδων, (Ptolemaeo 3, 5. Ῥούβων) ubi vero electri proventus nullus. Electrum autem ſic debet noſtro ſenſu intelligi et uſu de ſuccino Boruſſiaco, cuius hiſtoriam dedit Hartmannus, in qua etiam multa de locis eorumque antiqua forma adpoſuit. Electrum enim varie apud veteres dicitur, velnti de metallo ex auri et argenti miſtura, de lapide aurei coloris, de lacrimis arborum, quod fabulam de Phaethontis ſororibus converſis traxit, de bitumine minerali, uti pluribus docuit Salmaſ. in Solin. p. m. 761. 778. et alibi, et Geſnerus in commentariis ſocietatis regiae ſcient. Goetting. Tom. 3. p. 88. Ex antiquis cf. Plin. 37, 11. ſ. 2. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 288. ut alios taceam. Iam vero pro locorum diverſitate, in quibus ſuccinum illud inveniri credunt auctores, varie etiam has inſulas ponunt. Ita Diodorus 5, 23. unice id inveniri putat in Baſilia inſula e regione Scythiae ſupra Galliam, quod et credidit Timaeus teſte Plinio 37, 11. ſ. 2. ex quo alia plurima loca potes cognoſcere. Ipſe Electridas adfirmat eſſe Gleſſarias in Germanicum mare ſparſas ab adverſo Britanniae 4, 30. ſ. 16. et 37, 11. ſ. 3. Gleſſum enim a Germanis electrum adpellari, et hinc a Romanis unam earum inſularum Gleſſariam adpellatam, Germanico Caeſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtraviam a barbaris dictam; Electridas autem a Graecis recentioribus ob electrum ibi repertum vocari. (Plinius in utroque loco.) De gleſſo, ſuccino, adſentitur Tacitus de Germ.

cap. 45. illudque inter maris vada atque in ipſo litore ab Aeſtyis legi ſubiicit. Si quae igitur vere fuerunt Electrides inſulae, in illo tractu veteris Germaniae quaeri debent, etſi, quae fuerint, hodie non conſtat. Nimis enim a vero ſitu recedere videntur, qui ad oram Holſatiae ponunt, ut nuper quidam contenderunt. Cf. Neues Kieliſches Magazin Tom. 2. p. 539 ſq. et Schleswig-Holſteiniſche Provinzialberichte paſſim, quos libros indicavit Beckmann ad Antigonum p. 237. Poteſt tamen eſſe, ut, quia in Hadriaticum mare narratio de electri origine translata eſt, in inſulis illud fuerit expoſitum, quibus inde nomen dederunt, prope Padum, quem ſimul addiderunt. Sic Fortis putat, eas in Italia fuiſſe, ſed a mari abſumtas. Vid. Saggi ſcientifici e letterati dell' academia di Padova T. 1. quem librum ſuppeditavit Beckmann c. l.

nigra Corcyra) Strabo 7. pag. 218. ſ. 315. ἡ μέλαινα Κέρκυρα ſ. ut Codd. habent Κόρκυρα, uti lib. 2. p. 85. ſ. 124. de qua ſcriptura dictum ſupra ad 2, 7, 10. Alteram formam habet etiam Agathemer. 1, 5. In Scylace p. m. 8. eſt Κέρκυρα ἡ μέλαινα, ut in Apollonio Rh. 4, 571. omiſſo tantum articulo. Euſtathius ad Dionyſ. v. 492. Κέρκυρα vel Κόρκυρα ἡ μέλαινα καλουμένη. Pro eo Ptolem. 2, 17. extr. Κόρκουρα ἡ μέλαινα, Conſtantin. Porphyr. de adminiſtr. imp. cap. 30. τὰ Κούρκουρα et poſt cap. 36. extr. ἡ Κούρκρα ἤτοι τὸ Κίκερ. Sic Plinius 3, 30. ſ. 26. *Corcyra, Melaena cognominata. Nigram* dictam putat Cellarius in Geogr. ant. 2, 9, 138. a ſilvis procerarum arborum, quibus prope contecta eſt, cuius teſtem adlegare poterat Apollon. Rhod. 4, 569 ſq. Ab Aenea conditam adfirmat Dictys Cretenſ. 5, 17. Incolae ex altera inſula iudicari debent. Strabo lib. 2. c. l. in Ionio ſinu, (uti Euſtath. c. l.) quem facit Hadriatici maris partem, conlocat, et cum Tragurio et Pharo coniungit; idem lib. 7. c. l. cum Scylace c. l. ad Naronem Dalmatiae fluvium prope Pleraeos; ad Dalmatiam Ptole-

maeus c. l. ad oram Illyrici Agathemerus c. l. inter Pharum et Illyricum Plinius 3, 30. f. 26. Ab Melita aberat ftadiis 20. (Scylax.) Oppidum habuiffe Cnidiorum, referunt Strabo lib. 7. c. l. et Plinius. Κάρστρον vocat Conftantin. c. l. cap. 36. et ipfam infulam μεγάλην dicit. H. putatur effe *Curzola.*

Tragurium) De urbe fupra ad 2, 3, 13. Infulam faciunt Strabo 2. p. 85. f. 124. lib. 7. p. 218. f. 315. Ptolemaeus 3, 17. extr. qui ei oppidum tribuit. Iffenfium coloniam dicit Strabo lib. 7. c. l. ex quo emendatio probatur in Polybio 32, 18. in. Qua ratione fupra in urbibus, hic in infulis poni potuerit, etfi inconftantiam auctoris indicat, optime difcitur ex Conftantino Porphyrogen. de adminiftratione imperii c. 29. ubi dicit: τὸ Κάστρον τὸ Τετραγγούριν (fic et antea vocat) μικρόν ἐστι νησίον ἐν τῇ θαλάττῃ ἔχον καὶ τράχηλον ἕως τῆς γῆς στενώτατον δίκην γεφυρίου — Sed vid. ad 2, 3, 13. Ceterum nomen impofitum effe putat Eckhel in doctrina numorum T. 1. Vol. 2. pag. 159. a metropolitis Iffenfibus, quod feu capris ea ora abundaret, feu caper ex quacunque caufa Iffae effet fymbolum. Huc quidem deducit vox Graeca τράγος, unde ductum nomen videtur.

Diomedia) Gr. Διομήδεια, a quo gentile Διομηδεὺς, vel, quod melius cenfet Stephanus, Διομήδειος. Diomedis infulam etiam cum Dionyfio v. 483. eiusque interpretibus Prifciano v. 511. et Aviano v. 648. vocat Plinius 12, 3. f. 1. idemque confpicuam fuiffe refert Diomedis monumento 3, 30. f. 26. eiusque gratia platanum primum invectam, priori loco. In numero tamen discrepant auctores. Unam facit Nofter, unam commemorant Ariftoteles de mirab. aufcult. cap. 80. Feftus fub h. v. in qua fepultum fcribit Diomedem, Suidas h. v. Dionyf. c. l. cum fuis, Tzetzes ad Lyco-

phron. v. 603. Solinus 8. f. 2. et Aelian. hift. anim. 1, 1. Servius ad Virgil. Aen. 11, 271. Electridem five Tebram haud longe a Calabria effe dicit. Nempe in ea habitare Diomedis focios in aves converfos. Numero plurali leguntur apud Strabonem lib. 2. p. 85. f. 124. αἱ Διομήδειοι. Idem 6. p. 196. f. 284. duas facit. Totidem etiam numerat Plinius 3, 30. f. 26. quarum alteram *Teutriam* a quibusdam adpellatam effe addit. Ex duabus unam incoli, alteram, in qua evanuerit Diomedes, eiusque focii in aves converfi fint, etfi aliis disfentientibus, defertam effe refert Euftath. ad Dionyf. v. 483. praeeunte quidem Strabone. Quinque adeo commemorat omnino Ptolem. 3, 1. extr. Quod enim Cellarius in Geogr. ant. 2, 10, 4. fcribit, aliique repetunt, maximam earum effe *Trimetum*, quam Ariftoteles, Mela et Solinus fimpliciter Diomediam vocent, in Ptolemaeo quidem non legitur, et apud Tacitum Ann. 4, 71. hodie *Trimerus* editur, qui nec diferte indicat, Diomediarum eam effe. Uni vero et praecipuae acceffiffe poft aliis nominibus aliae videntur, uti ex fuperioribus difcitur. Hinc etiam, quae de Diomede, unde nomen adhaefit, eiusque fociis in aves converfis et tumulo narrantur, incertam fedem habent. Ponitur autem in mari Hadriatico, (Ariftoteles c. l. aliique) pro quo mare Ionium Ptolemaeus c. l. in Ionio finu et mari Hadriatico, (Tzetzes ad Lycophr. v. 603.) ad Apuliam, (Solinus c. l. Plinius 10, 61. f. 44.) contra Garganum promontorium Apuliae. (Strabo lib. 6. p. 196. f. 284.) Celebrem faciunt auctores, veluti Plinius 3, 30. f. 26. 10, 61. f. 44. tumulo Diomedis et delubro, maxime Diomedeis avibus, in quas focii Diomedis converfi erant; *erodios* easdem dicunt Aelianus, Stephanus et Servius ad Virgil. Aen. 11, 271. De iis earumque natura et indole non folum diligenter loca auctorum indicavit, fed et disquifivit Beckmann ad Ariftotelem c. l. De ipfa infula, quam adiit et defcripfit Benedictus Cocho-

rella, vid. Heyne in excurſu 1. ad Virgil. Aen. 11. Primaria hodie *iſola di Tremiti* eſſe putatur.

Aeſtria) Obſcura inſula, quam nemo praeterea adfert. Voſſio eadem videtur, quae Εἶστρις vocatur a Scylace p. m. 7. ad Liburniam, longitudine ſtadiorum 310, latitudine 120.

Saſon) Gr. Σάσων, uti Polyb. 5, 110, 2. Strabo 6. p. 194. ſ. 281. (Σάσωνα) Scylax p. m. 10. Sic *Saſon* Lucan. 2, 627. 5, 650. Sil. Ital. 7, 480. 9, 469. In Ptolemaeo 3, 13. extr. eſt Σασώ. Plinius 3, 30. ſ. 26. in caſu recto *Saſonis* ſc. inſula, uti plene dicitur in tab. Peuting. 6. Utrumque inſula Saſo et Saſonis in Antonini itin. pag. 489. et 520. legitur. Nomen eius ab orientis voce *Seſaa* i. e. excidium, quia vadoſa ſit, arceſſit ſuo ingenio Bochart. in Chanaan 1, 23. Poſtea *Aſſon* ea dicta eſt, uti notant Scholia ad Polyb. 5, 110. apud Schweighaeuſerum. De ſitu varia adferuntur ab auctoribus. Ptolemaeus ponit ad Macedoniam in Ionio mari; in introitu Ionii maris Polybius; Calabrum a ſitu vocat Lucan. 2, 627. Hadriacum propter viciniam Sil. Ital. 7, 480. prope montes Ceraunios in Epiro ponit Scylax. Haec laxius. Propior et verior ſitus ex locorum vicinia notata diſcitur. Sic ab Orico removet Plinius 3 M. P. a Brunduſio ſtadiis 400 medioque inter Epirum et Brunduſium traiectu Strabo; ab Hydrunte ſtadiis 400 Antonini itiner. p. 489. adprobante Deliſle in memoires — de Paris T. 4. p. 184. et Weſſelingio ad Anton. c. l. Μικρὰν vocat Scylax et *humilem vadis* Lucan. 5, 650. quod de vadoſo eius litore, quo cincta fuit, explicat Palmerius in Gr. ant. 1, 33. quem de hac inſula vide. H: *Saſena.*

Pharos) Gr. Φάρος, ut ſupra de Alexandrina ſ. Aegyptia. De genere Φάρος diſputatur. Maſculinum

faciunt Codd. Polybii 5, 108, 7. cum alibi femininum ſit, ubi quidem de tota inſula ſic dici putat Schweighaeuſer. Sic etiam Conſtantin. Porphyrog. de adminiſtr. cap. 30. *Phariam* tamen cum Ptolemaeo 3, 17. extr. adpellat Plin. 3, 30. ſ. 26. *Faria* dicitur in tab. Peuting. 5. C. apud Geogr. Ravenn. 5, 24. In Conſtantino Porphyrog. c. l. cap. 36. extr. Φάρα. Dictam olim fuiſſe *Paron* refert Strabo 7. p. 218. ſ. 315. qui Pariorum coloniam facit cum aliis, veluti Stephano h. v. ex Ephoro, Scymnus Chius v. 425. comprobante id maxime Diodoro Siculo 15, 13, qui narrat, Parios Olymp. 98, 4. oraculi iuſſu coloniam, adiuvante Dionyſio tyranno, huc deduxiſſe. Male igitur Φαρίων κτίσμα legi apud Stephanum monuerunt interpretes et alibi etiam ad Cluverium Holſtenius p. 171. et antea Caſaubonus ad Strabon. c. l. Idem vitium occupat fragmentum Eratoſthenis ex libro 3. apud Schol. Apollonii ad 4, 1215. ubi vulgo Φαρίων ἄποικος legitur. Hinc a Scylace vocatur νέα Φάρος et νῆσος Ἑλληνίς. Idem aliique coniungunt cum Iſſa; Dalmatiae adponit Ptolemaeus, Illyrici orae Agathemer. 1, 5. in mari Hadriatico Stephanus cum Noſtro. Quod addit *Brunduſio adiacens, ut Pharos Alexandriae*, ex ſuperioribus intelligitur. Nam ſatis a Brunduſio eſt remota. Urbem habuit cognominem, eamque munitam, (Polyb. 3, 18, 8.) quam captam diruerunt Romani, cum ab iis Demetrius Pharius, inſulae dominus, defeciſſet. (Polyb. 3, 19, 12. Appianus in Illyricis cap. 8.) Factum id eſt a. u. 534. Ante Agron, Illyrici rex, bello captam hanc inſulam cum aliis tenuerat, Pharoque Demetrium praefecerat. Qui cum Romanis in bello Illyrico, cum Agrone ob praedationes maritimas orto, eam prodidiſſet, mercedem perfidiae tulit, ſed poſt ipſe latrociniis mare infeſtavit, aliosque ſollicitavit, ut refert Appianus in Illyricis c. 7 ſq. Poſt a. u. 539. in foedere Philippi Macedonis cum Hannibale ſancitum eſt, ne Romani inſulae domini manerent, ſed

Demetrio redderent. Polyb. 7, 9, 13. Ipſam cum vicinis fertiliſſimam et pulcerrimam facit Conſtantin., c. l. Hodie *Lieſina* putatur.

§. 14. *Sicilia)* Gr. Σικελία, et inde Σικελός, (Dionyſ. v. 344. 402.) Σικελιώτης apud Stephanum et ipſos auctores. De utriusque discrimine cf. Euſtath. ad Hom. Odyſſ. 20, 383. p. m. 741, 13. Σικελικός, ut πέλαγος apud Polyb. 1, 42, 4. et alios. Latini *Siculus*, *Sicelis*, *Sicilienſis*, quae ſunt ex Lexicis nota. Eius nomina varia recenſet Plinius 3, 14. ſ. 8. ſic: *Sicania Thucydidi* [6, 2.] *dicta*, *Trinacria pluribus*, *aut Triquetra*, *a triangula ſpecie.* 1) *Sicaniam* vocat non Thucydides ſolum, ſed et alii auctores Graeci, veluti Dionyſ. Hal. 1, 22. Diodor. Sic. 5, 2. — ex Latinis Iuſtin. 4, 2. in. Sil. Ital. 2, 334. Hinc ſaepe dicuntur *Sicani*. Quaeſitum vero eſt, an *Siculi* et *Sicani* discreparent, quod negat Bochartus in Chanaan 1, 30. adfirmant Ryckius in diſſ. de primis Italiae colonis cap. 1. Cluver. in Sicilia ant. 1, 2. p. 26. d'Orville in Siculis cap. 9. p. 162. qui Siculos ſeptemtrionales plagas incoluiſſe docet, Sicanos meridionales, ſec. Thucyd. c. l. et Diodor. Sic. 5, 6. (cf. Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 20, 383. p. m. 741, 18.) occidentales. Heyne tamen ad Guthrie — allgem. Welt-Geſch. P. 4. p. 79. ſuſpicatur, *Sicani* nomen tantum in Gr. poetis et aliis auctoribus fuiſſe. Nomen diu ante Troiana bella a Sicano rege tuliſſe, qui cum ampliſſima Iberorum manu acceſſerit, narrant Solin. cap. 11. ſ. 5. et Martian. Cap. lib. 6. p. 207. qui conſentientes habent Iſidor. orig. 9, 2. et in primis Dionyſ. Hal. c. l. Contra Bochartus c. l. ſuo more a שכנים derivat i. e. vicini, ſc. Phoenicibus. 2) *Trinacria*, nomen in poetis maxime frequentatum παρὰ τὸ τρεῖς ἔχειν ἄκρας, ut ait Stephanus, etſi hic ſubiungit, quosdam a Trinacro rege, Neptuni filio, nomen duxiſſe. Cf. Schol. Apollonii ad 4, 965. In priori cauſa conſentiunt et alii, ut Schol. Apollon. ad 4, 291.

Euftath. ad Homer. Odyff. 11, 106. p. m. 421, 24. (etfi hic per Θ.) et ad Dionyf. v. 467. In Homero Odyff. 11, 106. et alibi vocatur Τρινακία, quod et inde probat d'Orville in Sic. Vol. 1. cap. 9. p. 163. contra Strabonem 6. p. 183. f. 265. et antiquiorem formam putat vel ab antiqua Siculorum urbe *Trinacia*, vel a τρίναξ, tridens, (cf. et Stephanus) minime euphoniae caufa eiecto ρ, quod Cluverus c. l. arbitratur, quippe quod potius ea de caufa inferatur. Pro Τρινακὶς autem d'Orville in Strabone leg. cenfet Θρινακία, quod tamen eodem modo dictum effe poffit, quo Ἰταλὶς, Θεσσαλίς. Tandem a Siculis, qui ex Italia tribus aetatibus ante bellum Troianum eo delati erant, vocata eft *Sicilia.* Cf. Dionyf. Hal. c. l. Diodor. Sic. 5, 2. alii. Antiquiffimum et primum nomen faciunt Trinacriam f. Trinaciam Thucydides, Diodor. Sic. Dionyf. Hal. Iuftinus c. c. l. l. quod probant Homerus et Apollonius Rhod. etfi ille etiam Sicaniae nomen novit. (Odyff. 24, 306.) 3) A 3 promontoriis dicitur etiam paffim *Triquetra*, de cuius fcriptura cf. Quinctil. 16, 30. Pro eo *infula Triquetris* dixit Lucret. 1, 718. Cf. de his nominibus eorumque caufis maxime Cluver. in Sic. ant. 1, 2. ubi addit *Solis infulam* et *Cyclopum terram.* (paffim in Homero.) Ob figuram Δ in numis adponitur Siciliae fymbolum. Cf. d'Orville Sicula p. 295. 438. Prifci incolae feruntur *Cyclopes*, (Iuftinus, alii) quibus *Laeftrygonas* adiungit Thucydides. Cf. Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 67. Succefferunt *Sicani*, quos tamen alii indigenas et priores fuiffe volunt, (cf. Thucydides, Diodor. Sic. 5, 6.) alii ex Hifpania a Sicano fl. immigraffe. (Thucydides, et in primis Diodorus.) Denique ex Italia advecti Siculi infulam occuparunt et Sicanos in remotam eius partem depulerunt. (Thucyd. Diodorus, Dionyfius.) Cf. Cluverius et Bochartus c. c. l. l. Olim Siciliam magnae Graeciae accenfitam fuiffe, adfirmat Strabo 6. pag. 175. f. 253. Cf. etiam Euripid. in Cycl. v. 296. etfi id plane negat

Fazellus de reb. Sic. Dec. 1. lib. 1. c. 2. Contra posterioris aevi Graecos inferiorem Italiam vocasse Siciliam, docet Holsten. ad Stephan. p. 347. Ambitum eius 4400 stadiorum facit Posidonius apud Strabon. 6. p. 183. s. 266. ubi plura de dimensione habes; 4360 Diodor. Sic. 5, 2. Agrippa apud Plin. 3, 14. s. 8. 618 M. P. quae efficiunt 4944 stadia; Solinus c. l. 3000 stadiorum. Thevenot voyages P. 1. p. m. 11. habet 700 miliaria; et sic alii variant. De eius insigni fertilitate, quam plurimi celebrant, vid. Fazellus c. l. cap. 4. et Cellarius in Geogr. ant. 2, 12, 6. Fertilitatem testantur etiam numi adpositis spicis. Plura autem de Sicilia congesserunt Cluverius, Fazellus, Bonanni aliique, quorum libros complectitur thesaurus Siciliae; praeterea d'Orville in Siculis, quibus eruditum commentarium ad numismata Sicula adiecit P. Burmannus secundus. Ex antiquis commemorantur *Alcimus*, *Silenus*, *Phanias*, *Theophilus*, *Philistus*, quorum scripta interciderunt.

adnexa — abscissa) Pleni sunt libri veterum hac narratione, quorum loca diligenter conlegit Cluver. 1, 1. variis dicendi formis distincta: *iuncta Italiae, continenti cohaesit*, — contra *abscindi, avelli, separari.* Atque inde *Rhegium* dictum esse contendunt multi, ut Festus Pompei. h. v. Strabo 6. p. 178. s. 258. Plin. 3, 14. s. 8. Isidor. Orig. 13, 8. et quos memorant Barth. ad Claudian. de raptu Proserp. 1, 140. Heinsius ad Sil. Ital. 14, 15. Cluver. c. l. nominique illi adspirant, de quo monui in not. crit. ad 2, 4, 8. p. 540. De re ipsa varie veteres iudicant. Noster *ferunt;* Sallust. apud Servium ad Virgil. Aen. 3, 419. et Isidor. c. l. Seneca in consol. ad Marcian. c. 17. *constat;* Strabo 6. p. 178. s. 258. qui Aeschylum eius opinionis auctorem in primis adfert, οὐκ ἀπεικὸς, etsi idem alibi in medio relinquit, ut paullo post, et lib. 1. p. 41. s. 60. alios ita credidisse scribit; Plinius c. l. Solinus c. 8. s. 2. simpliciter adfirmant. Et sic hodie ex orae utriusque similitudine in ter-

rae fitu congruo idem probant multi, ut Fazellus 1, 1. cap. 3. Buffon in allg. Natur-Gefch. P. 2. p. 28. (ed. Berol.) At movit iam dubitationes Cluver. p. 4 fq. et ex Diodor. Sic. 4. f. docet, iam Hefiodi aetate, (igitur ante Aefchylum) incertam et controverfam fuiffe omnem hanc de Siciliae avulfione narrationem, et nuper Fortis in epift. ad comitem Baffegli, (quarum interpretationem exhibet der Teutfche Merkur 1787. p. 15 fqq. menfe Iulio) tamquam fabulam acrius explofit et phyficis argumentis refutavit. Rem autem accidiffe putat remotiffimis temporibus, et ab undis effectam, quae mare internum protulerint; cui opinioni etiam favet d'Orville in Sic. c. 15. p. 268. ubi praeterea alios laudat. Fazellus c. l. adeo ad diluvii tempora caufam et originem reiicit; fatis id quidem vage. Contra Marianus Valguarnera, (cf. Cluver. p. 6.) plane, Siciliam Italiae adnexam fuiffe, negat. Neque tamen cum Cluverio fcitiffima eius argumenta dixerim. At quod hic addit, a fluviis in fretum delabentibus ortum, forfitan fit validius. Nuperrime tamen Galanti in defcrizione delle Sicilie T. 1. ut antea Dolomieu, contendit, cum Italia cohaefiffe, quod probat ex Apenninorum notabili progreffione fimilique ftructura usque in Siciliam. Acceffit etiam Bartel in Briefen über Sicilien Tom. 2. p. 11. cum aliis. Praeterea aliquando iterum cum continenti Italiae connexum iri fufpicatur Spalanzani in itinere per Siciliam.

freto) Varie adpellatur, maxime tamen *fretum Siculum*. Gr. πορθμὸς Σικελικὸς, (Scymnus Chius v. 284. —) vel Σικελίας, (Ariftotel. de mirab. aufcult. cap. 142. in.) *Sicilienfe fretum*, (Cicero de N. D. 5, 10.) mutatis aliis Σικελὸς ῥόος, (Dionyf. v. 85.) ὁ Ἰταλίας πορθμὸς, (Antigon. hift. mirabil. c. 138.) *Hadriaticum fretum*, (Orof. 1, 2.) ὁ περὶ τὴν Σκύλλαν πορθμὸς, (Plato epift. 7.) *Scyllaeum fretum*, (Cicero pro Sextio c. 8.) Σκυλλαῖος πορθμὸς, (Athenaeus 7. p. m. 311.)

paſſim etiam *Tyrrhenum fretum* et *Rhegium*, *Charybdis.* (Thucyd. 4, 24. Lucan. 4, 46.) Plura dabunt Gualther. in animadv. ad inſcr. peregr. Vol. 5. theſ. Sic. p. 904. Cluver. in Sicil. ant. 1, 5. p. 61. ſ. d'Orville in Siculis Vol. 1. c. 1. p. 8. Saepe autem ſimpliciter et nude *fretum* dicitur, ut docuerunt Duker. ad Flor. 1, 26. Oudendorp. ad Iul. Caeſ. de B. G. 1, 29. et ſic πορθμὸς Pauſan. 6, 4, 2. quamvis id ex nexu intelligitur. Ita *fretum* de Gaditano abſolute dicitur. De noſtri longitudine loca veterum comparavit Cluver. p. 63. c. l. ipſe computatis omnibus p. 76. circiter 28 M. P. eſſe iudicat. Plinius 3, 14. ſ. 18. habet 12, vel ſecundum alios 15 M. P. Latitudo iudice Cluverio, ubi minimum, eſt MD. P. ubi plurimum, 12 M. P. Thucydides c. l. inter Rhegium et Meſſanam terminat. Ceterum in eandem ſententiam dixit Lucretius 1, 721. *anguſtoque fretu rapidum mare dividit undis Italiae terrai oras a finibus eius.*

alterno curſu) Ita deſcribit etiam Pauſan. 5, 25. in. luculentius Tzetzes in Chiliad. 11, 561. quamvis male tria maria, quibus aeſtuet, adferat, ab occaſu Tyrrhenum, ab meridie Siculum ſimul et Creticum, a ſeptemtrione et ortu Hadriaticum, eaque ipſa diverſa adeo faciat, cum duo tantum ſint, a meridie Siculum ſ. Hadriaticum ſ. Ionium, a ſeptemtrione Tyrrhenum. Aliorum loca facile ſunt obvia. Poetico ornatu deſcripſit Iuſtin. 4, 1. At de aeſtus illius ſingulis diebus iteratione disputatur ex Homero Odyſſ. 12, 105. ubi haec: Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ; quem numerum reddiderunt alii poetae, quorum potiora loca ibi congeſſit Clarkius. Reprehendit eo nomine Homerum Voſſius in inſtit. Poet. 1, 3, 8. quod iam olim feciſſe Polybium ex Strabone 1. p. 17. ſ. 25. diſcitur. Hic enim vel librarii peccatum eſſe dicebat, vel ex hiſtoriae ignoratione id dictum. Utrumque vitium inlatum ſuſtulit poſtea idem Strabo, qui amplificationis tragicae metusque

iniiciendi caufa id factum putat. Euftathius ad Homer. c. l. p. m. 480. in. δὶς fcribendum monet. Scripturae tamen id vitium effe non poffe, inde iudicat Ernefti, quod Virgilius eundem numerum reddiderit. Certe fic legiffe videtur Virgilius. Alii ternarium numerum pro incerto pofitum effe, exiftimant, ut d'Orville in Sic. c. 1. p. 9. De caufa disquirit Cluver. 1, 5. p. 75. qui etiam p. 69. agitari toties mare adfirmat, quoties vehementiori ventorum flatu, Auftri maxime, fretum concitetur. D'Orville c. l. fe per totos dies tranquillum vidiffe, idemque ex aliis audiiffe teftatur.

Scyllae —) Decantatae illae funt veteribus maxime poetis, fabulis etiam adfperfae. Loca congeffit Cluver. 1, 5. p. 64 fq. Cf. et Banier Götterlehre Vol. 5. p. 260. Staveren. ad Fulgentii Mythol. 2, 12. p. 686. ubi in primis de explicatione fabulae ex faxi natura et forma, quae paffim expreffa cernitur, ut docet Heyne ad Virgil. eclog. 6, 74. Scyllam ἀκρωτήριον vocat Schol. Apollon. 4, 825. ubi et de fabula. *Charybdis* autem proprie eft hiatus terrae vel maris vorticofi, quo mare abforbetur, atque hoc ufu etiam aliis locis tribuitur, veluti inter Apameam et Antiochiam Charybdis commemoratur apud Strabonem 6. p. 190. f. 275. unde etiam veteres Grammatici fic omnino explicant, ut Hefychius, Suidas, Didymus — Vid. Cluver. pag. 66. c. l. ubi praeterea de eius loco quaefivit. Plerique ponunt prope Meffanam, unde *Zanclaea* dicitur apud Ovid. Trift. 5, 2, 3. et alibi; Homerus fub ipfo Pelorio promontorio, minus bene. Vid. Odyff. 12, 101 fqq. Ipfe Cluverius, qui diligenter et curiofe illa loca indagavit, tandem ad Meffanenfem portum fub Pharo fe reperiffe dicit, et hodie adpellari ait *Calofaro* et *la Rema*. Cf. Thevenot voyages T. 1. p. m. 8. Minus tamen prope Charybdim mare commotum effe atque fe placidum vidiffe adfirmat et defcribit Bartel (Briefe über Sizilien) Tom. 2. pag. 67. f. fluctus autem in circulos, gyros agi,

Idem fere tradit Spalanzani (Reiſen in beyde Sicilien) Tom. 4. c. 26. tantum fluctuum tumultus audiri; at de Scylla adſentitur idem Homero, in cavernis ſaxorum aquas frangi, unde fabula de canum latratu orta fuerit.

promontoriis) Improprie hic dicuntur, cum tres illae extremitates, quibus Sicilia in mare protenditur, depreſſae ſint et planae, immo arenoſae etiam. Errorem hunc invexit Homerus 12, 73. ſ. ubi σκόπελοι poetico incremento, eumque exceperunt alii, qui hinc de *ſcopulis, mole, cautibus eminentibus* — loquuntur. Melius alii Siciliam vocant τριγλώχινα, (Pindarus ap. Euſtath. ad Dionyſ. v. 467.) τρίδειρον. (Lycophr. v. 966.) Ovidius Metam. 13, 724. *tribus excurrit in aequora linguis*, quamvis ibi, aliorum deſcriptionibus ductus, Heinſius, et quos laudat, de promontoriis intelligit. In *triſcelo* poſitam dicit Hygin. fab. 276. ubi vid. Munckerus. Et ſic Τρινακρία ſ. Τρινακία dicta eſt Sicilia. Nempe habent quidem et hic Graeci ἄκρας, ſed vel Homeri auctoritate ita dixerunt, vel de extremitate omnino ſ. faſtigio quolibet in altum et latum excurrente intellexerunt. Ptolemaeus de aliis promontoriis Siciliae adhibet ἄκρον, de his tribus ἄκρα. De *Delta* cf. ad 1, 9, 2. p. 264.

§. 15. *Pachynum)* Veteres maſculino genere plerumque efferunt, (Πάχυνος) et praeter Noſtrum et Plinium vix inveneris, qui neutrum adhibeant. Cf. not. crit. p. 569. Idem de quantitate mediae ſyllabae notandum eſt. Cum plerique producant, corripuerunt Dionyſ. v. 469. 471. eumque ſecuti Priſcianus v. 480. 482. Avienus v. 635. Situm verſus orientem varie indicant auctores, ut Dionyſius πρὸς αὐγὰς, Priſcianus *ſub ortum*, Avienus *in matutinos ortus;* Ovidius Metam. 13, 725. *ad Auſtros;* Oroſius 1, 2. *ad euronotum;* Solin. c. 11. ſ. 5. ut Martian. Cap. 6. p. 208. *in Peloponneſum et meridianam plagam* ſ. *meridiem;* Plinius 3, 14. ſ. 8.

cum Nostro *in Gracciam.* Non temere sic singuli, variam situs rationem secuti. Ceterum in Pachyni latere laevo portus fuit, cuius meminit Cicero in Verrin. 5, 34. Hodie *Capo Passala* s. *Passaro*, quod habet Thevenot voyages T. 1. p. m. 11.

Lilybaeum) Gr. Λιλύβαιον, unde Stephanus ducit Λιλυβαῖος, Λιλυβαίτης et Λιλυβηΐς. A Dionysio v. 469. vocatur Λιλύβη, ab Oppiano Cyneg. 1, 172. ab Orpheo v. 1248. Λιλυβῆον, ut quidam legunt, in edd. Gesneri, Schneideri usitata forma Λιλύβαιον, ab Apollonio Rh. 4, 919. Λιλυβηΐς ἄκρη. Porro apud Virgil. Aen. 3, 706. occurrunt *Lilybeia vada*, Λιλυβαῖτις χώρα ap. Polyb. 1, 39, 12. Praeterea *Lilybaetanus* dixit Cicero in Verrin. 4, 14. quam formam probant etiam numi. Pro eo *Lilybitanus populus* in Sponii Miscell. eruditae ant. p. 184. Situm vel ad Africam, obpositam, (Noster, Eunapius de vitis philos. p. m. 18. alii) vel ad zephyrum s. occidentem, (supra nominati auctores) quod et fit in Peloriade. Nomen sumsisse putat Cluver. 2, 1. p. 234. s. a *Lilybe;* at de *Lilybaeo* puteo id refert Diodor. Sic. 13, 54. qui et memorat urbem cognominem, ut Oros. 4, 10. unde superiora intelliguntur. Eius ruinis h. superstructa est *Marsala.* (Vid. Bartel Briefe T. 3. p. 360.) Ipsum promontorium, quod notat Cluver. 2, 1. p. 231. vocatur *Capo Boeo*, aliis *Capo Boco* s. *Bove* s. *Marsalla.* (Thevenot c. l. Bartel Tom. 2. pag. 12. Houel Reisen pag. 47. s.)

Peloris) Dictum est de nomine et forma in not. crit. p. 564 sqq. H. *Capo di Faro*, vulgo *la Faro*, vel *Capo della torre di Faro*, nempe a Pharo ibi exstructa, unde et adiacens fretum *il Faro di Messina.* Inde Latinis dicitur *Peloritanus*, ut *ora.* (Solin. c. 11. s. 5.) Celebrantur eius *conchae* et *cochleae.* Vid. Casaubon. ad Athen. 1, 4. s. 6.

Caufa nominis —) Eandem iactant etiam alii auctores, ut Valer. Max. 9, 8. ext. 1. Salluft. apud Servium ad Virgil. Aen. 3, 411. et Iſidorum Orig. 14, 7. — In eo tamen diſcedunt, quod Noſter Hannibalem ex Africa in Syriam fugiſſe dicit, illi a Petilia Africam cum claſſe repetiiſſe narrant. Utrumque inepte, illud tamen magis. Nec enim a Petilia per fretum Siculum traiicitur in Africam, nec magis ex Africa per illud in Syriam. Miſceri autem ſic tempora conſtat. Nam ex Italia traiecit in Africam adcitus a civibus ſuis; (Liv. 30, 35. f.) in Syriam aliquo tempore poſt. (Nepos in vita 7, 6.) Monet tamen Livius 30, 37. f. fuiſſe, qui traderent, ſtatim ex Italia ad Antiochum eſſe profectum. Schol. Lucani ad 2, 438. dum idem narrat, unde venerit Hannibal, non addit. Sed quidquid eſt, ne ſic quidem difficultas evaneſcit, nec Hannibal ignorare potuit, Italiam a Sicilia freto eſſe disiunctam. Quare hanc narrationem recte exploſerunt, quidam etiam Pelori promontorii nomen Hannibale antiquius docent, uti Cluver. in Sic. ant. 1, 6. p. 78. Bochart. in Chanaan 1, 28. Reyna in notizie di Meſſana T. 1. intr. pag. 78. Penzel. ad Strabon. Vol. 1. p. 384. prodigioſam adeo cenſet Gualtherus in animadverſ. ad inſcrr. peregr. in Vol. 5. theſ. Sicil. p. 896. Certe Servius ad Virgil. Aen. 3, 411. diſerte ſe legiſſe ait, ante etiam Pelorum dictum. Contra veriſimile putat propter viciniam orarum Bartel (Briefe über Sizilien) Tom. 2. p. 5. quod quidem adfirmari poſſit de ignorantibus, et qui primum illa loca adierint, ut de hoc freto diſerte refert Iuſtin. 4, 1. f. et de aliis Strabo 1. pag. 7. f. 10. 9. p. 278. f. 405. (ubi ſimile exſtat exemplum) Livius 28, 6, 9. Alias etiam alii adferunt nominis cauſas, uti ab anguſta ſede Servius ad Virgil. Aen. 3, 687. a magnitudine, (πέλωρ, πελώριος) Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 9, 187. p. m. 346, 34. Ceterum recte miratur I. GRONOVIVS *MS.* cur in hoc promontorio tam curioſus fuerit Mela, praeſertim cum derivatio illa ſit inepta et falſa.

§. 16. *Meſſanam)* Gr. Μεσσήνη, (Strabo 6. p. 184. f. 266 fq. —) unde Μεσσήνιοι. (Polyb. 3, 26, 6.) Numi tamen fere praeferunt α, ut a auctores Latini. Vid. not. crit. p. 568. Hinc *Meſſanenſes* dicuntur, ut apud Feſtum p. m. 124. Olim dicta eſt *Zancle*, (Herodot. 7, 164.) quo nomine etiam intelligitur apud Ovid. Metam. 15, 290. Sil. Ital. 1, 662. et ex periphraſi ap. Ovid. Faſtor. 4, 474. Eius veſtigia adparent etiam in numis, de quibus cf. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 219. et Raſche in Lex. num. Tom. 6. P. 1. p. 1222. In nominis cauſa diſſentiunt. Alii ducunt a ζάγκλον f. ζάγκλη, quod fuerit illorum lingua idem, quod δρέπανον f. σκολιὸν, ob ſitus formam, (ut Thucyd. 6, 4. Strabo 6. p. 185. f. 268. Stephanus h. v. qui Saturni falcem admiſcet Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 12, 104. p. m. 480. in.) a *Zanclo* eius loci rege vel gigante alii, (Diodor. 4, 85. Stephanus) alii a *Zancle* fonte. (Stephanus.) Cf. Burmann. ad d'Orville Sicula p. 291. et quos laudat p. 296. Conditores urbis latrones facit Thucydides 6, 4. conl. Pauſania 4, 23, 3. qui e Cumis, Chalcidica urbe, advenerant, adſumtis poſtea colonis ex Euboea, quibus expulſis Iones ſucceſſerunt. Zancle deleta, Anaxilas f. Anaxilaus, Rheginorum tyrannus, aliam urbem condidit, cui ab Meſſene, patria ſua antiqua, nomen dedit. (Thucyd. 6, 5. Pauſan. 4, 23, 4. Macrob. Saturn. 1, 11.) Hinc opus Meſſeniorum in Peloponneſo facit Strabo 6. p. 185. f. 268. et ex eo Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 12, 104. p. m. 480. m. Poſt acceſſerunt Mamertini, gens Campana, qui urbem vi ceperunt et Mamertinen vocarunt, ex quo certe *Mamertini* de urbis incolis in numis etiam dicuntur. Vid. Polyb. 1, 7. Strabo c. l. Diodor. eclog. p. 493. Plin. 3, 14. f. 8. et qui de iis diligenter diſſeruerunt Cluver. c. l. et Bentleius in diſſert. de epiſt. Phalarid. p. 146. Fata urbis enarrat Fazellus de rebus Sic. Dec. 1. lib. 2. cap. 2. aliique, quos excepit T. 9. theſ. Sic. Cf. etiam d'Orville in

Sic. V. 1. c. 1. p. 4. ſqq. H. *Meſſina*, quae urbs an. 1783. gravi terrae motu eſt conquaſſata.

Tauromenium) De ſcriptura, quae in antepenultima per *e* et *i* variat, dixi in not. crit. p. 568 ſq. Commemoratur a multis auctoribus, in numis etiam celebratur. Ovidius Faſtor. 4, 475. metri cauſa vocat *Tauromenon*, Solin. c. 11. ſ. 5. *coloniam Taurominiam.* Inde Ταυρομενίτης (etiam in numis) et Ταυρομένιος. (Stephanus.) De origine nominis expoſuit Diodor. 14, 59. ducitque a manſione Naxiorum circa Taurum. Ita vero ſui oblitum eſſe cenſet Cluver. 1, 7. p. 91. quod lib. 16, 7. paullo aliter de hac urbe eiusque auctore et tempore retulerit, etſi narrationem de Andromacho conditore ex Plutarcho etiam in Timoleonte cap. 10. potiorem habet. Defenderunt tamen Diodorum Havercampus ad Parutae numiſm. p. 907. et Weſſeling. ad priorem Diodori locum. Contra Vibius Sequ. h. v. nomen a Tauromenio fl. inter Syracuſas et Meſſenam ducit, etſi ſecus videatur, ſi interpretes audias. Strabo tamen lib. 6. p. 185. ſ. 268. Zanclacorum coloniam facit. Antea dicta eſt Naxos, (Plin. 3, 14. ſ. 8. Solin. c. l.) etſi Strabo c. l. inter utramque urbem diſtinguit. Conciliantur tamen Diodori verbis 16, 7. qui narrat, Naxo a Dionyſio everſa, Andromachum Naxi exſules in unum congregaſſe illisque Taurum collem prope Naxum habitandum conceſſiſſe. Utramque videtur etiam diſtinguere Antonin. in itin. p. 87. ubi tamen conſuli poteſt Weſſelingius. Nempe Naxos Strabonis aetate perierat, (6. p. 185. ſ. 267.) cum ſtaret ſub Thucydide. (Cf. 6, 50.) Tauromenium poſt coloniam fecit Auguſtus, (Diodor. Sic. 16, 7.) unde *coloniam* vocant Plinius, Solinus. Vinum laudat Plin. 14, 8. ſ. 6. In eius litoribus a Charybdi abſorpta eiici, putant, de quo cf. Pacatus in Panegyr. ad Theodoſ. Aug. c. 26. ſ. et quos ibi memorant Cellarius et Arntzenius. Egregia adhuc obſert

antiquitatis monumenta, de quibus vid. d'Orville in Sic. Vol. 1. c. 15. p. 255 fqq. Praeterea de hac urbe narrant Fazellus de reb. Sic. dec. 2. lib. 2. c. 3. et quos nominat Bartel T. 2. p. 111. c. l.

Catinam) De fcripturae varietate in penultima vid. not. crit. p. 571. Incolae Καταναῖοι in auctoribus et numis. An etiam Καταvεῖς, quod addit Stephano Berkelius pag. 460. cf. Facius ad Paufan. 10, 28, 2. Latin. *Catinenfes*, uti volunt libri in Cicer. Verrin. 5, 45. alibi *Catinienfis*, interpofito *i*, adfertur, ut Carthaginienfis, quod omiffo etiam *i* reperitur, ut notatum eft ad 3, 9, 3. De noftra voce, quae praeterea vel *i* vel *a* gerit in antepenultima, cf. Garaton. ad Cicer. c. l. Oudendorp. ad Frontin. 3, 6, 6. et A. Gronov. ad Iuftin. 4, 3, 4. Καθάνη vitiofe adpellatur, ut alia, in veteris orb. defcr. c. 58, 8. Nominis duplicem caufam commemorat Stephanus, vel ab eo, quod Theoclis Chalcidenfis navis defcendit in Amenaum flumen et Dorienfes νᾶν expulfo υ dicunt, vel a κάτω, quia fub Aetna fuit exftructa. At Bochart. in Chanaan 1, 28. derivat a קטנא i. e. parvus, quod ante Naxiorum adventum ruerit oppidulum, quod explofit d'Orville in Siculis c. 13. p. 209. ubi etiam de aliis etymis disquirit. Conditores habuit Naxios, ut tradunt Strabo 6. p. 185. f. 268. Scymnus Chius v. 285. et in primis Thucyd. 6, 3. qui quinto anno poft Syracufas conditas id factum effe addit, i. e. Olymp. 13. a. 1. ut vult Cluver. 1, 9. p. 118. Cf. de conditoribus Burmann. in praef. ad thef. Sicil. Vol. 6. p. 6. ubi contra Carreram docet, οἰκιστὴν Thucydidis effe κτίστην, maioremque urbis antiquitatem impugnat. Hiero I. expulfis veteribus incolis novisque introductis *Aetnam* adpellavit, et fe Aetnaeum tamquam conditorem urbis proclamari etiam iuffit, cum iterum in Pythiis ludis viciffet, ut adparet ex Pindaro in infcr. Pyth. 1. cum Scholiafte etiam ad Nem. 9. in. Adtigerunt eam mutationem praeterea Strabo 6. p. 185. f. 268.

et Diodor. Sic. 11, 49. numique adludunt, de quibus vid. Havercamp. ad Parutae numism. Syracuſ. pag. 304. (in theſ. Sicil. Vol. 2.) Hierone tamen mortuo, ut narrant auctores, priſtini incolae redierunt, expulſisque novis urbem recuperarunt. Cicero et Pindarus praedicant eius opulentiam. Aetnae incendiis ſaepe eſt divexata, (Strabo) et tandem gravi terrae motu ſaec. 12. ſubverſa. Monumenta adhuc ibi conſpicua deſcripſit et aere expreſſa exhibuit d'Orville p. 214 ſq. c. l. Cf. praeterea de hac urbe Cluver. c. l. et Fazellus de reb. Sicul. dec. 2. lib. 7. c. 5. H. *Catina.*

Megarida) De forma dictum eſt in not. crit. p. 571. *Hybla* antea nominabatur, et quidem *parva*, cum tres fuerint Hyblae in Sicilia, ut ex Stephano h. v. adparet, qui noſtrae cives *Galeotas* et *Megarenſes* dictos eſſe adfirmat. Pauſan. 5, 23, 5. duas tantum novit et Γερεάτις cognomen adfert, ubi Γαλεῶτις corrigendum cenſet Facius. Thucydides tamen 6, 62. alia etiam forma dixit Γαλεᾶτιν. Accedit porro, quod ſola haec Hybla fuit maritima. Poſt immigrantibus Megarenſibus accepit nomen *Megara.* Vid. Cluver. 1, 11. p. 153. 2, 8. p. 355. ubi emendatur etiam Stephanus, d'Orville in Sicul. cap. 10. p. 172. ſ. Burmann. ibi Vol. 2. p. 484. et quos memorat. Condita urbs videtur eodem tempore, quo Naxus; igitur Olymp. 11. ex Scymno Chio v. 276. ad quod tempus ducit etiam Thucyd. 6, 4. In conditoribus tamen diſſentiunt Strabo 6. p. 185. ſ. 267. ex Ephoro, qui Dorienſes, Theocle duce, nominat, maiori quidem parte Megarenſes, et Thucyd. 6, 4. a quo commemoratur Lamis, Megaris profectus. Strabonis aetate, ut ipſe ſcribit c. l. non amplius ſtabat, et ſic hodie pauca eius et incerta veſtigia ſupereſſe adfirmat d'Orville c. l. nulla Bartel (Briefe über Sicilien) T. 3. p. 13. Celebratur mellis praeſtantia a Virgilio ecl. 1, 55. 7, 37. Silio Ital. 14, 199. ideoque Hyblae nomen perduraſſe ſcribit Strabo, numusque praeterea

apud Parutam tab. 117. n. 13. apim oſtendit. Vid. Havercamp. in commentar. p. 717. in theſ. Sic. Vol. 6.

Syracuſas) Gr. Συρακοῦσαι, unde Συρακούσιοι, etiam Latinis, qui tamen et dicunt *Syracuſani*, de quo vid. Oudendorp. ad Frontin. 1, 8, 11. et 11, 18. In numis tamen frequentatur Συρακοσιοι, de quo Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 242 ſqq. Urbs a multis commemoratur, quos producit Cluver. 1, 12. p. 138. Qui tamen metropolim Siciliae fuiſſe putarunt, ut Fazellus de reb. Sic. dec. 1. lib. 4. c. 1. prolixius eos refutavit d'Orville in Sic. c. 11. p. 199. Conditorem Archiam fuiſſe ex Heraclidis Corintho profectum, narrat Thucyd. 6, 3. cum Strabone 6. p. 186. ſ. 269. Scymno Chio v. 278. Scholiaſte Ariſtoph. ad equ. 1089. aliis. De origine a Corinthiis cf. Burmann. ad d'Orville Sicula pag. 333. Quod addunt Strabo, Scymnus, Archias adſociavit ſibi Dorienſes, qui ad Zephyrium Italiae habitabant, unde Dorica lingua uſi ſunt incolae, et δωρίζειν domeſticum et proprium fertur, ut docet Theocrit. 15, 91 ſq. Quod ex Thucydide adparet, condita eſt urbs Olymp. 11. a. 2. ante Chr. N. 735. in quo tamen diſſentiunt Hieronymus, magis etiam Strabo et Scymnus. Nomen vel a Syra et Coſſa, Archiae filiabus, vel a quodam lacu, vel ab Arethuſa petit Geneſius de rebus Conſtantin. lib. 4. pag. 56. Ven. Conſtabat quinque urbibus ſ. inſignioribus partibus, etſi *quadruplices* vocant Cicero in Verrin. 4, 53 ſq. et Auſon. de claris urbibus ep. 10. vel quia quatuor tantum fuerunt inhabitatae, vel quia poſt coaluerunt duae. Fuerunt autem *Inſula*, *Syracuſae*, *Tycha*, propter antiquam in ea Fortunae templum, et *Neapolis*, quia poſtrema aedificata erat. De cauſa, cur *Epipolas*, (ut vocant Thucyd. 6, 75. et alibi, Liv. 25, 24, 9. propter eminentiam ſec. Thucyd. 6, 96.) Cicero praeterierit, vid. d'Orville in Sicul. p. 177 ſq. praeter Cluver. c. l. qui et poſt p. 167. de duobus portubus diſſerit. Male hic, ut alibi, in eandem

rem Fazellus de reb. Sic. dec. 1. lib. 4. c. 1. cum aliis Strabonem de tetrapoli producit, quippe qui diſerte pentapolim vocat. Ambitum urbis ſtadiorum 180 facit Strabo c. l. Hinc vero eius amplitudinem cum Athenis ex Thucydide et Plutarcho comparat Meurſius de Fortuna Attica cap. 3. p. 21. Potentiam navalem declarant numi cum Neptuni tridente et gubernaculo navis. Vid. Burmann. ad d'Orville Sic. p. 349. 478. Fata urbis commemorant praeter alios Thucydides et Polybius. Tandem illa expugnata a Marcello, et ſigna aliaque plurima eius ornamenta Romam translata ſunt. (Polyb. 8, 37. 9, 10. alii.) Poſt etiam vaſtata a Sexto Pompeio, ſed ab Auguſto inſtaurata eſt. (Strabo c. l.) De imperii forma multa conlegit Heyne in opuſc. academ. Vol. 2. p. 256 ſqq. Cives claros tulit Theocritum, Callimachum, poetas, Moſchum, grammaticum, Archimedem, mathematicum. Hodie eo loco excitata ſtat, ubi olim fuit Ortygia, reliquae partes devaſtatae iacent, etſi veſtigia antiquitatis cernuntur, in iis theatri, cuius Cicero meminit. Cf. de ea Fazellus c. l. Goltzius in theſ. Sic. Vol. 6. p. 226 ſqq. d'Orville c. l. Bartel Briefe über Sicilien T. 3. p. 3. et 78 ſqq. alii.

Arethuſam) Gr. Ἀρέθουσα. Fons decantatus a veteribus, cuius naturam et indolem deſcribit ipſe Mela. De fabula cf. Ovid. Metam. 5, 573 ſqq. de curſu vel origine ex Alpheo ſubter mare huc evecto eadem, quae Mela, adferunt Pindarus Nem. 1. in. Virgil. Aen. 3, 694 ſqq. Seneca natur. quaeſt. 3, 26. 6, 8. Antigon. in hiſtor. mirab. cap. 155. Plin. 2, 106. ſ. 103. aliique, quos memorat Cluver. in Sic. ant. 1, 12. p. 158. Imaginem ſiſtunt monumenta, quae repetierunt Montfaucon, (in ant. expl. T. 3. Pl. 7, 2.) Gronovius, (in theſ. ant. Gr. Vol. 2.) et Lippertus. (in dactyl. Milen. 2. n. 94.) Ipſam vero narrationem de ſubterraneo meatu ridet Strabo 6. p. 187. ſ. 271. licet Pauſanias 5, 7, 2. Delphici oraculi auctoritate confirmari poſſe putet, aliique etiam fontes in

Germania terras ſubeant iterumque alibi reddantur. (Vid. Monumenta Paderbornenſ. pag. 220.) De fluviis res eſt notiſſima, eorumque recenſum agunt Plinius 2, 106. ſ. 103. et Freinshem. ad Curt. 6, 4, 4. De Alpheo etiam nunc accolas in eadem opinione verſari, teſtatur Brydone (Reiſen) epiſt. 12. p. 239. et Fazellus de reb. Sic. dec. 1. lib. 4. c. 1. temerarios eos vocat, qui credere nolint, exaruiſſe tamen ſua aetate an. 1506. ad 4. id. Januar. adfirmat. Cluver. c. l. dubium eſſe dicit, utrum in occidentali inſulae latere ad magnum portum fuerit, an in minori portu, quam poſteriorem opinionem ex auctoribus adſtruit. At ea de cauſa inique et acerbe delirare eum iudicat Bonani in anticha Siracuſa lib. 1. cap. 1. p. 18. Brydone c. l. narrat, mediocri ab Arethuſa intervallo ingentem aquae dulcis fontem reperiri, e mari ebullientem, qui ab aliis *occhio di Zilica*, ab aliis Arethuſa vocetur, uti fere Pindarus Olymp. 2, 16. Σικελίας ὀφθαλμὸς de Agrigento dicit. Piſcibus olim abundaſſe, tradunt Cicero in Verrin. 4, 53. et Sil. Ital. 14, 53. et ſic paſſim in numis repraeſentatur. Cf. Havercamp. in Parutae numiſm. Syracuſana tab. 56. p. 191. 199. 200. et alibi p. 334. (in theſ. Sic. Vol. 6.) Cognomines fontes commemorat Euſtathius ad Dionyſ. v. 473. et Odyſſ. 13, 408. p. m. 524, 35.

Acragas) Gr. Ἀκράγας. In Latinis variant *Acragas* et *Agragas*, de quo vid. not. crit. p. 572 ſq. Pro eo tamen ſua forma dicunt etiam *Agrigentum*. Gentile in Gr. Ἀκραγαντῖνος, quod exceperunt etiam Latini, ut Lucret. 1, 717. etſi ab *Agrigentum* derivant etiam *Agrigentinus*, ut Cicero in Verrin. 2, 50. Utrumque exhibent numi Graeci et Latini. Vid. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 2. p. 192 ſqq. Fuit Rhodiorum colonia per Gelenſes. Illi enim Gelam condiderant, unde coloni profecti ſunt Agrigentum. Vid. Thucyd. 6, 4. Scymnus v. 291. Schol. Pindari ad Olymp. 2, 16. quod

in Olymp. 99. ante Chr. n. 584. reiicit Cluverius 1, 5. p. 202. in an. 600. Bochart. in Chan. 1, 29. Nomen autem nactum eſſe a cognomini fluvio, tradunt Aelian. V. H. 2, 33. Thucyd. 6, 4. Stephanus, alii, contra ac putat Bochart. c. l. a כרך, quaſi ἄκρα. Vid. d'Orville Vol. 1. cap. 5. p. 88 ſq. c. l. et de curſu fluvii praeter urbem Polyb. 9, 27, 5. Occurrit idem etiam in numis, de quo Havercamp. in Parutae numiſm. Agrigentina tab. 79. n. 24. pag. 427 ſq. (in theſ. Sic. Vol. 6.) ubi etiam plura adſeruntur. H. dicitur *Drago* ſ. *fiume di Girgenti.* (Bartel Briefe — pag. 403. c. l.) Sita urbs erat 18 ſtadia a mari, ut refert Polyb. 9, 27, 2. ubi eam deſcribit, et ob munimentorum firmitatem, pulcritudinem et magnificentiam pleriſque urbibus anteponit. *Arduam* vocat Virgil. Aen. 3, 703. ob arcem, quam ei imminere dicit Polybius. Ad mare tamen habebat emporium, de quo cf. Salmaſ. ad Solin. p. m. 79. Equorum praeſtantiam adtingunt plures, in quibus Virgil. Aen. 3, 704. Sil. Ital. 14, 209. eosque ad certamina Olympia miſiſſe, notat ad Virgilium Servius, et Theronis exemplo probat Pindarus Olymp. 2. Tumuli eos adeo honore adfectos fuiſſe, tradit Plin. 8, 64. ſ. 42. Opulentiam agrique fertilitatem laudat Diodor. Sic. 13, 81. Civem clarum tulit Empedoclem. (Lucret. c. l.) Fata urbis varia paſſim commemorat Diodorus Siculus, veluti bella. Plura conlegerunt Fazellus dec. 2. lib. 7. cap. 5. c. l. hic etiam de monumentis, Cluverius et d'Orville. H. *Girgenti.*

Heraclea) Gr. Ἡράκλεια cognomine ἡ Μινώα, uti tradunt Polyb. 1, 25, 9. Diodor. Sic. 16, 9. Liv. 24, 35. Incolae *Heracleotae* in utraque lingua, in Graeca etiam Ἡρακλεεῖς, in Latina *Heraclienſes*, uti docent loca a Cluverio 1, 17. pag. 217 ſq. notata, et Cicero in Verrin. 3, 43. ubi de hac urbe loquitur. Cognomen *Minoa* tulit vel ab ipſo Minoe, eius etiam con-

ditore, (Diodor. Sic. 16, 9.) vel a Cretensibus in Minois memoriam, uti tradit idem 4, 79. a se ipse dissentiens, immo si Heraclidem audias, tantum fuit instaurata. Hic enim antea *Macaram* dictam fuisse tradit. Unde nomen *Heraclea* tulerit, docet Diodor. 4, 22. nempe ab Hercule; conditorem facit Doriea Spartanum adsentiente Diodoro 4, 23. Herodot. 5, 43. qui regionem illam ab Hercule olim possessam occupaverat, unde etiam Hercules in numis adparet. V. Havercamp. in Parutae numism. Heracleensia p. 743 sqq. (in thes. Sicil. Vol. 7.) Colonos a Romanis eo deductos esse a P. Rupilio, (a. u. 621.) narrat Cicero in Verrin. 2, 50. Hodie urbs devastata iacet, solumque aratur; vasorum tamen fragmenta saepe eruuntur. Vid. Fazellus dec. 1. lib. 6. cap. 2. c. l. Cluverius c. l. et Goltzius in thes. Sic. Vol. 5. p. 737 sqq. qui de hac urbe exposuerunt.

Thermae) Gr. Θέρμα sc. ὕδατα, vel λοῦτρα apud Stephanum, qui vocat χωρίον, auctoritate Philisti, quia eius aetate nondum erat πόλις. Certe θερμὰ λουτρὰ Herculi ad reficiendam ex itinere lassitudinem ibi a Nymphis aperta fuisse, tradit Diodor. 4, 23. et θερμὰ ὕδατα prope Himeram et Aegestam commemorat Strabo 6. p. 189. f. 275. Hinc Θέρμαι Ἱμεραῖαι apud Polyb. 1, 24, 4. de urbe, et Ptolem. 3, 4. etsi ibi Ἵμεραι, quod ex Polybio emendat Cluver. in Sic. ant. 2, 4. p. 284. Graecorum neutrum propter Latinorum *aquae* in femininum transiisse censet idem. *Thermae* Cicero in Verr. 2, 34 sq. Θέρμη eadem videtur etiam dici a Polybio 1, 39, 13. Incolae Θερμαῖοι apud Stephanum; in numis Θερμιταν et Θερμιτων. (Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 214 sqq.) Cicero *Thermitani* in Verrin. 2, 35. 43. Quod Ἱμεραῖαι additur nomini, respicit Himerae incolas, qui, ipsorum urbe destructa, Thermis se conlocarunt, in eiusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo, uti tradit Cicero in Verrin. 2, 35.

Conditores facit Carthaginienſes Diodor. 13, 79. Plinius 3, 14. ſ. 8. coloniam vocat. An vero Thermae Himerenſes fuerint noſtrae, non temere dubitat Havercamp. in Parutae numiſm. Thermitana in introduct. p. 497. (Vol. 6. theſ. Sicil.) ex ſitu inter Pachynum et Lilybaeum contra Africam, cum Himerenſes prope Thermas vicinas, ut ex Cicerone adparet, ſitae fuerint inter Lilybaeum et Pelorida verſus Italiam, quod Mela docet cum Plinio. Sunt igitur potius *Thermae Selinuſiae*, quas adtingit Strabo c. l. Cf. etiam Salmaſ. ad Solin. p. m. 80. Utramque urbem miſcet Goltzius in Himera p. 510. (in theſ. Sicil. Vol. 6.) H. *Termine.*

Panhormus) Gr. Πάνορμος, incolae Gr. Πανορμῖται, Lat. *Panhormitani. Panormitarum* tamen forma Graeca obfert in Frontino 3, 7, 1. cod. Palatin. bonus, nec damnat Tennulius. At dominatur in Latinis *Panhormitanus*, quod et numi tuentur. Ipſa regio apud Polybium 1, 40. et Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 4, 737. p. m. 196, 31. vocatur Πανορμῖτις. Pro *Panhormus* apud Plinium 3, 14. ſ. 8. reperitur *Panhormum*, et Fazellus *Panhormium* etiam probat, (dec. 1. lib. 8. cap. 1. c. l.) quia in inſcriptionibus occurrat *respublica Panhormii.* At contra monuit d'Orville in Siculis Vol. 1. cap. 5. p. 41. leg. eſſe *Panhormit.*, quia ſuperior pars literae T extrita fuerit. Idem antea etiam contra Fazellum et Pontanum monuerat Gualtherus in animadverſ. in inſcriptiones Panormitanas p. 96. (Vol. 6. theſ. Sic.) Quod quidam, ut Fazellus c. l. praeeunte Ranzano in libello de Panormo, ex duabus inſcriptionibus Chaldaicis ibi repertis iam Eſavi temporibus civibus frequentem fuiſſe volunt, et Valquarnera a Noachi poſteris, gigantibus, exſtructam, ad ſomnia vana relegandum eſt. Urbem tamen fuiſſe vetuſtam, adparet ex Thucydide 6, 2. Cf. Cluver. in Sicil. 2, 3. p. 274. Incerti tamen

ſunt conditores, certius nomen Graecum, quod a pulcerrimo portu tuliſſe, adfirmat Diodor. eclog. 22, 14. etſi primum et Punicum nomen *Leptis* i. e. ὅρμος fuiſſe mavult Bochart. in Chan. 1, 27. A Punico *Pan-horm*, i. e. rupes cingens, derivat Villebrune. Vid. Houels Reiſen durch Sizilien pag. 17. (Gothae 1797.) Ex Hebraica lingua Schiavus, ut refert ex eo Eckhel in doctr. num. Olim ibi Carthaginienſes ſedem habuerunt, unde βαρυτάτην eorum ditionis urbem vocat Polyb. 1, 38, 7. quam Romani in bello Punico illis eripuerunt. (ib.) Diviſa erat in veterem et novam. (ib.) Poſt facta eſt colonia militaris, quod ex multis numis docet Havercamp. in Parutae numiſm. in introd. p. 51 ſq. (Vol. 6. theſ. Sic.) qui Auguſto tribuit. Et ſic *Col. Aug.* vocatur in inſcriptione apud Sponium in Miſcell. p. 176. quam et habet Gualtherus in inſcrr. Panormitan. cum animadv. p. 105. (Vol. 6. theſ. Sic.) qui ex Strabone (6. p. 188. ſ. 272.) de Auguſto conligi poſſe putat, etſi Strabo coloniae tantum facit mentionem. Ipſum eius agrum ob amoenitatem et fertilitatem hortum vocat Euſtathius c. l. Hiſtoriam urbis praeter ſuperiores dant Bartels Briefe — T. 3. p. 523 ſqq. H. *Palermo.*

Himera) Gr. Ἱμέρα, incolae in utraque lingua *Himeraei. Himereorum* legitur in Goltzii tab. antiquis ſ. inſcriptionibus p. 525. (Vol. 6. theſ. Sic.) et in Caſtelli inſcriptionibus pag. 52. Ovidius Faſtor. 4, 475. *Himera* neutrum pluralis facit. Urbis originem ad Zanclaeos refert Strabo 6. pag. 188. ſ. 272. auctores facit Euclidem, Simum et Saconem Thucyd. 6, 5. qui addit, Chalcidenſes pleroſque et Syracuſanos exſules in illam coloniam veniſſe. Et ſic Chalcidenſes conditores facit Scymnus v. 288. Floruit Pindari aetate, (Olymp. 12, 2.) poſt ab Hannibale deſtructa eſt, (Diodor. 13, 62.) et in Thermis revixit, de quo ſupra. Sic hodie in ruinis

iacet. Vid. Fazellus dec. 1. lib. 9. cap. 2. c. l. de hac urbe. Mela igitur et hic antiquiorem ſua aetate geographiam reſpicit. Natus ibi erat Steſichorus, poeta.

Leontini) Gr. Λεοντῖνοι, ut incolae ipſi. Olim *Leontinum* legebatur in Cicer. Verrin. 2, 66. quod iam emendaverat Hotomannus, etſi male ex illo loco Manutius ad Cicer. in Verrin. 3, 15. alteram formam probat. Cf. ibi Garatonius. *Leontinium* porro legitur in SCto apud Gualtherum in inſcriptionibus p. 32. (Vol. 6. theſ. Sic. ubi *a Leontinio usque Pathas.*) Sed recte ſpurium id viſum eſt Grutero. Nec enim conſules conveniunt, et *gratitudo* probari in ea inſcriptione nequit. Λεόντιον tamen praeter morem vocat Ptolem. 3, 4. et Λεοντὴ Scymnus v. 282. Regio Λεοντίνη ap. Strabon. 6. p. 189. ſ. 273. Antiquiſſimam urbem Siciliae putat Fazellus dec. 1. lib. 3. cap. 3. c. l. quia Laeſtrygonum fuerit ſedes. Thucydides 6, 3. originem refert ad Theoclem Athenienſem et Chalcidenſes Naxo profectos, unde Naxii auctores commemorantur a Strabone 6. p. 189. ſ. 273. et Scymno c. l. Sita urbs fuit in interiori Sicilia, quod et Mela adfirmat, atque in montibus, ut ex Polybii deſcriptione 7, 6. adparet, infraque praeterlabebatur Liſſus fluvius, quem *Teriam* vocat Scylax p. 4. Hudſ. per quem 20 ſtadia ad urbem navigetur. Et ſic hodiernum ſitum in 3 vallibus totidemque collibus prominentibus deſcribit Fazellus c. l. In numis expreſſum gerit leonem, quod ad etymon eius referunt. Cf. Cluverius 1, 10. pag. 126. Burmann. ad d'Orville Sicula p. 364. ubi plures laudat. At dubium id eſſe, cum urbis inſcriptio abſit, docet Eckhel in doctr. numor. P. 1. Vol. 1. p. 217. Celebrantur apud veteres *Leontini campi* propter inſignem fertilitatem et amoenitatem. Sic Cicero in Verrin. 3, 47. octavum, ad ſummum decumum ferre ait, Plinius 18, 21. ſ. 10. nimis adeo auget, quando cum centeſimo grano triti-

cum fundere ſcribit. Cf. Ruperti ad Sil. Ital. 14, 125. De pabulis ovium Ariſtoteles in hiſt. an. 3, 17. Quia olim illos campos *Laeſtrygones*, gigantum genus, tenuerunt, illi inde vocantur *Laeſtrygonii* a Plinio 3, 14. ſ. 8. Cf. Silius Ital. c. l. et de Laeſtrygonum in hoc tractu ſedibus Cluver. 1, 2. p. 15. qui tamen id refutat, ut et 2, 17. p. 465. et in Ital. ant. 3, 10. p. 1071. etſi non plane adſentitur ei d'Orville in Sic. Vol. 1. c. 9. p. 169. Hodie non tam fertiles eſſe teſtatur Bartel p. 9. (Briefe über Sicilien p. 3.) Leontinis natus erat *Gorgias* orator et philoſophus. De incolis proverbium adfert Apoſtolius cent. 1. n. 6. ἀεὶ περὶ τοὺς κρατῆρας. H. *Lentini.*

Centuripinum) De nominis varia forma dixi in not. crit. p. 575 ſq. Incolae Κεντοριπῖνοι, *Centuripini.* Quod Κεντόριπες dicit Thucydides 7, 32. corruptum putat Cluver. 2, 6. pag. 309. pro Κεντοριπῖνοι. In bellis civilibus everſam fuiſſe urbem, inde conligit d'Orville in Sic. cap. 9. p. 167. quod Strabo 6. p. 187. ſ. 272. ab Auguſto eam inſtauratam fuiſſe narrat. Σικελῶν πόλισμα vocat Thucyd. 6, 94. Ipſam vero Cicero in Verrin. 4, 23. totius Siciliae multo maximam et locupletiſſimam vocat, incolas ſummos aratores 5, 27. Nobilitata porro eſt *croci* proventu, de quo Plinius 21, 17. ſ. 6. et Solinus cap. 11. ſ. 5. item *ſalis* purpurei, Plin. 31, 41. ſ. 7. Solin. c. l. quem reſpicit Iſidor. orig. 16, 1. H. *Centorbi* ſ. *Centorvi*, oppidulum. Vid. Fazellus c. l. 10, 2. et d'Orville cap. 9. p. 167.

Hybla) Tres huius nominis in Sicilia urbes fuiſſe, dictum eſt iam ſupra. Hic ſine dubio intelligitur *Hybla maior*, ſita inter Aetnam montem et Symethum fl. h. *Giaretta* in Catanenſi agro. Υβλη μεγαλη occurrit in numo apud Parutam c. l. tab. 15. n. 101. in pluribus Υβλας μεγαλας, pro quo male Spanhemium et Burmannum legiſſe Μεγαρας, iisdem diligenter conſi-

deratis adfirmat Torremuzza. Vid. Opufcoli di autori Siciliani T. 14. p. 25. Incolae Ὑβλαῖοι, Lat. *Hyblenſes*. Quod addit Noſter, *aliaeque complures*, facile ex Cluverio, Cellario aliisque illae cognoſci poſſunt.

Henna) De adſpiratione cf. not. crit. p. 576 ſq. Incolae Ἐνναῖοι, *Hennenſes*, et *Hennaei*, unde *Hennaea Ceres* apud Sil. Ital. 1, 214. ut *Hennenſis* apud Cicer. in Orat. c. 62. Urbs ſtabat in praerupto monte, (Livius 24, 39, 8. Strabo 6. pag. 188. ſ. 272.) et ob ſitum in media Sicilia *umbilicus Siciliae* nominabatur. (Cic. in Verrin. 4, 48. et quae aliorum loca adtulit Cluver. 2, 7. p. 315.) In ſitu conſentit etiam Bartel P. 3. p. 35. c. l. et agri amoenitatem laudat, ut veteres, veluti Diodor. Sic. 5, 3. Celebratur a multis auctoribus Cereris templum raptusque Proſerpinae ibi factus, quamquam parum conſtat inter eos de loco, ut docet pluribus Staveren ad Hygin. p. 256. aliique ad Aetnam remittunt. Cf. etiam quae de eo disſerunt Carrera et Auria in theſ. Sicil. Vol. 10. et 14. Nulla ibi nunc exſtant antiquitatis rudera. Nomen hodiernum loco eſt *Caſtro Oanni* ſ. *Giovanni*. Vid. de urbe Cluver. c. l. d'Orville in Sic. cap. 7. p. 143. Bartel c. l.

§. 17. *Eryx)* Hinc *Siculus* apud Sidon. Apollinar. carm. 5, 162. Ita vero vocatur uſitate. Cicero tamen in Verrin. 2, 8. et 47. dixit *Erycus*, de qua forma vid. Erneſti in clave Cicer. h. v. et ad Tacit. Ann. 4, 43. Erat ad mare inter Drepanum et Panhormum, ut narrat Polyb. 1, 55, 7. cum oppido et celeberrimo Veneris templo. Ipſum oppidum Ἔρυξ vocatur a Polybio 2, 7, 8. Duplex tamen adfertur a Stephano Ἔρυξ et Ἐρύκη, quarum priorem ponit ad Drepanum, poſteriorem prope cognominem fluvium ad mare Siculum Havercamp. in introduct. ad Parutae numiſm. pag. 640. (in theſ. Sicil. Vol. 6.) Tum priorem a poſteriori

ortam putat eo tempore, quo Sicani a Siculis funt expulfi. Equidem promifcuam formam de una adhiberi puto, ut loca de fano et aliis docent. Cf. etiam d'Orville in Sic. cap. 9. p. 165. Nomen ducitur ab Eryce Veneris et Butae f. Vulcani filio, ut tradit Stephanus, et copiofius ex fabulis enarrant Apollodor. 2, 5, 10. Hygin. fab. 260. Servius ad Virgil. Aen. 1, 574. et alii. Erycem autem faciunt Siciliae regem f. Elymorum in Sicilia, ut Diodor. 4, 83. Apollodor. c. l. — quem Hercules occidit. Diruta eft a Carthaginienfibus, (Diodor. Sic. eclog. 23, 9.) et Strabonis aetate laborabat incolarum penuria. (6. p. 188. f. 272.) Incolae vocantur *Erycini*, Ἐρυκινοὶ vel Ἐρυκῖνοι, in numis etiam Ἐρυκεινοι; hinc Polyb. 1, 58, 2. ἡ πόλις τῶν Ἐρυκινῶν, et Orofius 4, 10. *Erycina civitas.* Cf. de urbe praeter fuperiores Bofius et Staveren. ad Nepot. 22, 1, 2. et quos laudant. Ipfe mons hodie vocatur *monte di S. Giuliano* f. *monte di Trapani.* Cf. Cluver. 2, 1. pag. 238. Fazellus dec. 1. lib. 7. cap. 3. aliique in thef. Sicil. Vol. 6. pag. 637. 649. et Bartel T. 3. p. 349. c. l. In monte urbs parva montis nomen gerit, ut idem adfirmat c. l.

delubrum Veneris) Commemorant plures. Celebrantur in illo mulieres facrorum famulae, (Strabo 6. p. 188. f. 272. conl. Cicerone in divin. in Caecil. c. 17.) et columbae, quas cum Venere hinc in Africam et Siciliam migraffe, narrant Athenaeus 9, 11. et Aelian. V. H. 1, 15. et hift. anim. 4, 2. Ab Aenea autem conditum fanum innuit etiam Virgilius Aen. 5, 759. adfirmat Hygin. fab. 260. Cf. Heyne in excurfu ad Virgil. c. l. Diodorus tamen 4, 83. Erycem conditorem facit, Aeneam donis auxiffe addit. Quod Sabinus tradit ad eundem, Veneris fimulacrum a Cl. Marcello Romam translatum eft, quae etiam habuit Veneris Erycinae fanum. Noftrum vetuftate conlapfum reficiendum cu-

ravit Claudius. (Sueton. cap. 25.) De quibus omnibus consuli potest Cluver. in Sic. ant. 2, 1. p. 238. Tenuia eius hodie exstant vestigia, (Bartél c. l.) cum olim ita coleretur, ut duae ibi centuriae stationem agerent, ut narrat Diodor. Sic. 4, 83. quorsum et pertinet inscriptio in Castelli inscrr. Siciliae p. 127.

Aetna) A multis auctoribus celebratur, quorum loca congessit Cluver. 1, 8. p. 97 sqq. qui etiam exhibuit eius imaginem aeri incisam. Ex poetis descripserunt Pindarus Pyth. 1, 38 sqq. Virgil. Aen. 3, 574 sqq. (de quibus vid. Gell. 17, 10.) Sil. Ital. 14, 58 sqq. Claudian. de raptu Proserp. 1, 164 sqq. Exstat etiam Corn. Severi vel Lucilii Iunioris Aetna. Ex prosaicis notandi Plinius 3, 14. s. 8. Solin. cap. 11. s. 5. recentiori aetate Carrera (in thes. Sic. Vol. 9.) cum magna eruditionis ostentatione, Bembus, Philotheus de Homodeis, Fazellus Sicul. rer. dec. 1. lib. 2. cap. 4. d'Orville in Sic. cap. 14. pag. 223 sqq. Ferrara, in itineribus Brydone, Spalanzani, qui exploravit diligentius, et alii. Eius incendia varia recenset Cluver. p. 104. c. l. De incendiorum vetustate nihil in Homero legitur, at adtigit Hesiodus, quem inde iuniorem putavit Eratosthenes apud Strabon. 1. p. 16. s. 23. et eadem de causa Orpheum d'Orville in Sic. cap. 14. p. 244. quamvis alii, ut Papon hist. de la Provence T. 1. p. 513. ex Homeri silentio, cum is minora adtingat, nondum illum eius aetate arsisse existimant. Ipsam vero incendiorum causam ad fabulas retulisse poetas de Typhone vel Briareo fulmine percusso et Aetnae substrato notissimum est. Vid. Hygin. fab. 152. Schol. Callim. 4, 14. Alii, qui verum sequuntur, ex variis causis ducunt, quae legi possunt apud Fazellum et Cluverium c. c. l. l. Adscenderunt nostra aetate Spalanzani, Riedesel, Hamilton, Borch, Brydone — olim Fazellus, Bembo, Philo-

theus, Borelli. — H. *Gibel.* (Thevenot voyages P. 1. p. m. 11.)

Cyclopes) Primi Siciliae cultores a plerisque poſt Homerum Odyſſ. 9, 106 ſqq. in Aetna et Leontino agro ponuntur. Cf. Thucyd. 6, 2. Spanhem. ad Callimach. in Dian. v. 52. et in primis Bochart. in Chan. 1, 30. Inde memorantur a Plinio 3, 14. ſ. 8. *tres ſcopuli Cyclopum,* h. ad portum urbis Trizza. Vid. Bartels Briefe über Sizil. T. 2. p. 136. De ſede autem eorum in Aetna cf. Euripides in Cycl. v. 366. Tibull. 4, 1, 56. et quae plura alia loca indicat Cluver. in Sic. ant. 1, 2. pag. 17 ſq.

Himera) Gr. Ἱμέρας. (Polyb. 7, 4, 2. et 5, 7.) Diodor. 19, 109. ἁλυκὸν ῥεῦμα illi tribuit. Nempe cum in duas partes diviſus decurrat, una ſalſam vehit aquam, altera dulcem, etſi auctores in ſingulis discrepant. *Salſum* ſ. *amarum* facit fluvium, qua in aquilonem fluit, *dulcem*, ubi ad meridiem flectitur, Solin. cap. 11. ſ. 5. Contra narrant alii, in iis Vitruvius 8, 3. Boccatius de fluminibus h. v. quos vera tradere teſtatur Cluverius 1, 16. p. 212. Idem vero etiam Melam et, qui eum ſequuntur, Solinum, Vibium h. v. cum Vitruvio c. l. Antigono in hiſt. mir. cap. 148. erroris convincit, quod eundem amnem in duas partes dividi narrent. Quem enim unum fontem putent, diverſos eſſe 40 amplius M. P. inter ſe disſitos, et male ex uno fluvio duos facere, cum eodem etiam tractu alter fluvius eſſet Himera, h. *Termini*, cuius oſtium in Tuſcum exibat aequor, ille hodie adpelletur ex re *Salſi.* Non igitur ſunt gemini alvei unius fluvii, ſed ipſi fluvii diverſi, uti iam olim etiam intellexiſſe videtur Sil. Ital. 14, 234 ſq. Vid. d'Orville in Sic. cap. 4. p. 26. ubi adſtruitur ſententia Cluverii. Cf. etiam cap. 6. p. 112. Et ſic diverſos ſtatuit Bartel in Briefen über Sizilien

T. 2. pag. 18. nempe h. *Salſo* et *Termini*, monte *Nebrode*, h. *Modunia*, diviſos, olim utrumque Himeram dictum. Forte tamen mutatio ex terrae motu inlata eſt. Cf. etiam Salmaſ. in Solin. pag. 80. et Oberlin ad Vibium p. 130.

admodum) Significat *fere*, prout ea voce uſus videtur Curtius lib. 4. [c. 9, 24.] *mile admodum equites praemiſerat*, quod huc ſatis quadrat, et Livius lib. 40. [cap. 59, 2.] *armorum hoſtilium magnam vim transtulit, nullam pecuniam admodum* i. e. fere, et ſupra [cap. 6, 8.] *atque inde ingreſſis totus admodum pervius.* CIACCONIVS.

§. 18. *Aeaee)* Homerus Odyſſ. 10, 135. 11, 70. 12, 3. Αἰαίη, ubi etiam diſerte inſula vocatur. At quod Noſter de Calypſus ſede addit, in dubium vocatur. TZSCHVCKE. Homerus decimo Odyſſeae et Apollonius quarto [v. 661.] Argonauticorum Circen ſcribunt habitaſſe inſulam Aeaeam, non Calypſo, quas ſecutus Virgilius tertio [v. 386.] Aeneidos Aeaeam appellavit inſulam Circes, ubi Aeacae nomen eſt inſulae, non cognomen Circes, ut Servius putavit. Neque enim Circe dicta eſt Aeaea, aut unde putat Servius, aut ab inſula, quam habitavit, ſed ab Aea, urbe Colchorum, auctore Strabone in primo. [p. 14. ſ. 21.] Quia vero Ulyſſes utramque amavit et inſulae, quas habitaverunt, in eodem ſunt mari Tyrrheno, non longe a ſe disſitae, Pomponius pro *Circe* accepit *Calypſo.* In quem errorem incidit etiam Ariſtoteles ſecundo Ethicorum non longe a fine, quod Aſpaſius quoque eius interpres notavit. Propertius etiam in tertio [12, 31.] Calypſo Aeaeam appellavit, non quod *Ogygia* inſula, quam habitavit, alio nomine dicta ſit Aeaea, et ab inſula cognominata ſit Aeaea; nam inſulam, quam Calypſo incoluit, Homerus *Ogygiam* nominat in ſeptimo

Odyſſeae; [v. 244.] Apollonius *Nymphaeam* in quarto, [v. 574.] et ab utroque disſentiens Callimachus [apud Strabonem 7. p. 207. ſ. 299.] *Gaudon;* nemo *Acaeam.* Dicta eſt igitur Calypſo a Propertio Aeaea ab eadem urbe Colchorum *Aea*, in qua regnavit *Aeetes*, frater Calypſus; Solis enim ambo filii fuerunt ſecundum quosdam, referente celeberrimo apud Graecos Grammatico Tzetze in Lycophronis expoſitione; [v. 174.] licet Homerus Odyſſeae ſeptimo [v. 245.] Atlantis filiam Calypſo faciat, non Solis, et Homerum ſecutus Apollonius in quarto. [v. 575.] Meminit et Aeaeae inſulae, quam Circe habitavit, Procopius hiſtoricus in primo. [de B. Goth. c. 11.] Porro ab *Aea* ſive *Aeaea*, Colchorum urbe, deduci gentile nomen Aeaeus, Stephanus docet. Addo ex interprete Homeri in decimo Odyſſeae [v. 135.] Aeaeam inſulam fuiſſe prius, quod nunc eſt promontorium *Circaeum* ab illa denominatum ex quorundam opinione. PINTIANVS. Calypſus inſulam alii in Atlantidem transtulerunt, de quo Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 1, 35. contra Troglodytas ponit Oroſius 1, 2. alii, ut Philoſtratus in vita Apollonii 7, 4. et 17. apud Puteolos propter Circen, quam et Calypſo eandem putabant. Et ſic Banier in Götterlehre Tom. 5. p. 270. errorem Melae, quem et ſequitur Hyginus fab. 125. ex utriusque commiſtione natum putat, etſi hunc ex Mela defendere conatur Meziriac ad Ovid. epiſt. 6. p. 65 ſq. Aliorum narrationes dedit Pintianus. Homerus vero adpellat *Ogygiam* eamque deſcribit Odyſſ. 1, 50. ex quo loco aliisque conficit Cluver. 2, 16. pag. 446. fuiſſe *Melitam*, Melam autem inſigniter errare, qui Aeaeen adpellet, cum Homeri Aeaee ſit Circaeus mons in Italia. Cluverio adſtipulatur ſubſidiis undique conlectis Abela in Melita illuſtrata p. 122 ſqq. (in theſ. Sic. Vol. 15.) Cf. etiam quae adtulerunt interpretes Hygini ad fab. 125. et 127.

Gaulos) Gr. Γαῦλος. Neutro genere tamen *Gaulum ſpectabile ponto* legitur apud Sil. Ital. 14, 274. ubi vid. Ruperti. Inde *plebs Gaulitana* in inſcr. apud Cluver. in Sic. ant. 2, 16. p. 444. ubi de hac inſula agit. Cf. not. crit. pag. 580. In Gr. Γαυλίτης. [Stephanus et numi.] Phoenicum coloniam vocat Diodor. 5, 12. Cf. Scylax p. 50. Hudſ. Quod forte hinc Stephanus Carthagini admovet, ab ea longe verſus Siciliam diſtabat. Poſtea colonos Graecos, neſcio quam recte, ex Sil. Ital. 14, 248. et 272. ſ. conligit Cluverius. Eius terram ſcorpiones necaſſe, tradit Solinus c. 32. ſ. 29. quod de vicina Galata legitur apud Plin. 5, 7. quem prave reddidit, de Gaulo autem et nunc adfirmat Fazellus de reb. Sic. dec. 1. lib. 1. cap. 1. Portus laudat Diodor. c. l. H. a Siculis et Italis vocatur *Gozo*, ab indigenis, ut notat Cluverius, *Gaudoſch*, ſed ſec. Fazellum c. l. *Gaudici*.

Melita) Gr. Μελίτη. (Strabo 17. p. 874. ſ. 834. alii.) Incolae Μελιταῖοι, Melitenſes. Quod huc in Menandro ex Gruteri inſcr. pag. 405. retulit Μελιτεὺς Abela in Melita illuſtrata pag. 214. hoc ad nomen tribus Atticae pertinet. At Μελιταίων in decreto publico in Caſtelli inſcription. Sicil. p. 82. quam formam etiam praeferunt numi. Penultimam corripiunt poetae, ut Apollon. 4, 572. Ovid. Faſtor. 3, 567. Cluverius 2, 16. p. 425. Homeri (Odyſſ. 6, 3—8.) *Hyperam*, contra ac veteres Grammatici ſtatuunt, Phaeacum ſedem fuiſſe probare ſtudet, quibus expulſis Carthaginienſes cum ora maritima Siciliae occuparint. At Hyperam urbem Siciliae, non inſulam, fuiſſe a Phaeacibus habitatam, qui a Cyclopibus vicinis vexati in Scheriam (Corcyram) commigrarint, ex ipſo Homero evincit Schlichthorſt in Geogr. Homeri p. 14. Carthaginienſium coloniam vocat Diodor. 5, 12. Cf. quae ex Thucydide de iis disſerit Havercamp. ad Parutae numiſm. Melitenſ. p. 836. (in theſ. Sic. Vol. 7.) et de tranſitu primorum Graecorum in hanc inſulam

Abela in Melita illuſtrata lib. 2. not. 4. pag. 128 ſqq. et pag. 154 ſqq. Portuum commoditatem et incolarum ex mercatura quaeſitam opulentiam laudat Diodorus c. l. Fertilitatem notat Ovidius c. l. numi etiam indicant, quae neglectu tantum agriculturae nunc imminuta eſt. Cf. Niderſtedt in Melita veteri et nova cap. 6. (in Gronovii theſ. Vol. 6.) Celebres erant veſtes Melitenſes propter mollitiem et ſubtilitatem, de quibus vid. Weſſeling. ad Diodor. c. l. Cluver. c. l. Havercampus pag. 848. c. l. Hinc Verres hac inſula tamquam textrino uſum dicit Cicero Verr. 4, 46. Maxime tamen inclaruit D. Paulli naufragio, quod commemoratur in act. apoſtol. 27. et 28. etſi fuerunt, qui ad alteram Melitam in ſinu Hadriatico ad Illyricum id referre mallent. Sed de noſtra id idoneis argumentis evicerunt Cluver. c. l. Caietanus in iſagoge ad hiſt. ſacr. Siculam cap. 19. p. 149. Fazellus dec. 1. lib. 1. cap. 1. c. l. Maſutius in vita Paulli lib. 11. c. 10. qui aliter ſentientes etiam refutavit, aliique. Quare et hodie D. Paullo eſt ſacra. Nunc, quod notum eſt, vocatur *Malta.*

Coſſura) Gr. Κόσσουρα. (Strabo 2. p. 85. ſ. 123. uti edidit pro Κόσουρα Siebenkeeſius, quod ſic alibi ſcribit.) Sed cf. not. crit. p. 581 ſq. de nominis variata forma. Iacebat ante Lilybaeum, ab hoc et Clupea Africae diſtans utrimque 88 ſtadiis (Strabo 6. p. 191. ſ. 277.) *Sterilem* vocat Ovid. Faſtor. 3, 567. et ſic hodie aquarum et frumenti indigam eſſe adfirmat Fazellus 1, 1, 1. c. l. Primos colonos fuiſſe putat Havercampus in Parutae numiſm. Coſſyr. p. 851. (in theſ. Sic. Vol. 7.) Phoenicas, tum Graecos, poſt Romanos. Eidem nunc eſt *Pantalaria*, Melitenſibus *Kauſara.*

Calatha) De variata ſcriptura cf. not. crit. p. 582. Plinius 5, 7. cum Gaulo coniungit, et ſcorpiones necare narrat, ut 35, 59. ſ. 19. Nimis eam Noſter Italiae admovet. H. *Galita.*

Aeoli) Varie deſignantur, vel, ut hic, *Aeoli inſulae*, vel *Aeoliae*, vel *Liparaeorum* ſ. *Liparenſium* a maxima earum Lipara, (Strabo 6. p. 190. ſ. 275. Plin. 3, 14. ſ. 8.) vel Ἡφαιστιάδες, *Vulcani* ſ. *Vulcaniae*. (Plin. c. l.) De illis fuſius exponit Cluver. in Sic. ant. 2, 14. pag. 395 ſqq. Plerique veterum 7 numerant cum Noſtro, uti monet etiam Euſtath. ad Homer. Odyſſ. 10, 2. p. m. 377, 30. ubi etiam nomina adfert, cum Homerus ipſe unam tantum agnoſcat. Iſidorus tamen habet 9, ut tabula Peutingeriana et Servius ad Virgil. Aen. 1, 52. etſi hic ad Aen. 8, 416. cum aliis 7 pronuntiat. Appianus de B. Civ. 5, 105. in. ad 7 revocat earum numerum, quod corruptionibus librariorum tribuit Cluverius. Ptolemaeus 5, 7. f. ſeparatim inſulam Vulcani et Aeoli ponit, reliquas aliis intermiſcet. Qui ſeptem numerant, varie etiam illas recenſent. Sic Strabo 6. p. 191. ſ. 276. pro *Oſteode*, *Hiera* et *Heraclea* ponit *Evonymum*, *Thermiſſam* et *Ericuſam*; Thermiſſam ἱερὰν Ἡφαίστου vocat. Et ſic ſimpliciter alii adferunt *Hieram*, et pro *Ericuſſa* et *Phoenicuſſa* notant *Phoenicoden* et *Ericoden*, unde facile diiudicantur depravata earum nomina apud Pomponium Sabinum ad Virgil. Aen. 1, 52. et in tabula Peutinger. errorque Iſidori, qui easdem diverſas facit. Cf. Diodor. 5, 7. Plin. 3, 14. ſ. 9. Solin. cap. 12. ſ. 6. Quod Mela *Oſteoden* adponit, facit id praeter aliorum auctoritatem ipſumque ſitum. Cf. not. crit. p. 583. Homerus c. l. quod antea notavi, unam tantum novit, Αἰολίην νῆσον, quam poſt Πλωτὴν vocat, de quo varias explicationes contulit Euſtathius. Aliam vero atque Aeoliam poſt dictam intelligit Scholiaſtes; Cluverius c. l. *Liparam*. Apollonius autem Argon. 3, 42. Πλαγκτὴν vocat Hieram ex mente Scholiaſtae, vel propter errores Ulyſſis circa Italiam et Siciliam, vel propter vagam olim inſulae ſedem, etſi monente Scholiaſte quidam etiam de Lipara intellexerunt. Sed cf. de illa varietate nominum Vindingius in Hellene p. 541. Fazellus 1, 1, 1. c. l. et Mauro-

lycus in indice oppidorum — insularum praefixo historiae Sicaniae in thes. Sicil. Vol. 4. Omnes autem sitae sunt inter Italiam et Siciliam (Diodor. c. l. alii) magnitudine aequales praeter Liparam et Evonymon, e quibus illa maxima, haec minima. A natura autem dictae Vulcaniae, uti legitur apud Plinium et Solinum, licet ad Hieram et Strongylen tantum referri posse putet Cluverius. Nostra aetate illas vel universas descripserunt de Luc, Hamilton, Dolomieu, Spalanzani.

Osteodes) Occurrit apud Plin. 3, 14. s. 8. Diodor. Sic. 5, 11. qui et prolixe nominis caussam exponit, ab ossibus Carthaginiensium adversus duces rebellantium et fame necatorum. In tab. Peutinger. 6. E. vocatur *Ostodis*, apud Geogr. Ravenn. 5, 23. *Ostodos*. Circa Usticam sedem habuisse, et parvam insulam fuisse putat Cluver. in Sicil. ant. 2, 14. pag. 416. qui et Melam reprehendit, quod in Aeoliis recensuerit, de quo antea dictum est.

Lipara) Gr. Λιπάρα (ἡ), passim tamen etiam *Liparae*, numero plurali, dicitur, de quo cf. Oudendorp. ad Iul. Obseq. c. 89. et ad Frontin. 4, 1, 31. et Duker. ad Flor. 2, 2, 9. Saepe adeo sic incertum est, utrum una, an omnes Aeoliae intelligantur. De utroque numero monet etiam Stephanus, ad quem p. 191. Holsten. aliqua loca similia adfert. Sic Orosius 6, 18. *apud Mylas et Liparas*, etsi alibi, 4, 8. in singulari utitur, eadem forte de caussa. Inde Λιπαραῖος notante Stephano, (Diodor. 5, 10.) quod etiam in nummis legitur. Latini vel *Liparaeus*, (Iuvenal. 13, 45.) vel *Liparensis*. (Cicero in Verr. 5, 37.) Antea dicta est Μελιγουνὶς, (Stephanus, Callimachus in Dian. v. 48. Strabo 6. p. 190. s. 275. Plin. 3, 14. s. 9. Parthen. cap. 2. Hesychius h. v. aliique apud Bochartum in Chan. 1, 28.) post a Liparo rege nominatam tradunt Geographi et historici veteres (Diodor. 5, 7.) et Grammatici. (Eustath. ad Dionys. v. 461. Stephanus.)

Aliam caufam adfert Schol. Callimachi ad c. l. Bochart. in Chan. 1, 28. a *Nibras*, lampas, fax, Phoenicia voce derivat, melius a λιπαρὸς, quod liquidiorem flammam ederet, d'Orville in Sic. c. 3. p. 20. Poft *Aeolus* tenuit, unde *Aeolia Lipare* dicitur a Virgilio Aen. 8, 416. ad quem Ulyffes venit, etfi quidam ad Strongylen referunt, quos tamen refutare ftuduit Cluverius. *Cnidiorum* coloniam faciunt Thucyd. 3, 88. Strabo c. l. Scymnus v. 262. Diodor. Sic. 5, 9. Paufan. 10, 11, 3. Ciceronis tempore folito incultior fuiffe videtur, quia in Verrin. 3, 37. agrum eius *ieiunum* et *miferum* vocat, nifi fic maiorem Verri conflare voluit invidiam, quia Diodor. c. l. καρποφόρον πρὸς τὴν τροφὴν dicit. Alias in ea laudantur *portus*, *thermae*, *alumen*. (Diodor. 5, 10.) Flammas olim eieciffe notant etiam auctores, de quibus omnibus cf. Cluver. 2, 14. pag. 401 fqq. Infulas autem Aeolias omnes aliquando *Liparas* vocatas effe, quod tradit Euftath. ad Dionyf. v. 461. et fufpicati funt Dukerus ad Flor. 2, 2, 9. Oudendorp. c. c. l. l. et ad Lucan. 4, 404. impugnat d'Orville cap. 3. p. 19. c. l. quia reperiatur faepe infula Liparae. Apollinem coluiffe, quod dona Delphos faepe miffa etiam numorum tituli declarent, exiftimat Havercamp. ad Parutae numifm. Liparenf. p. 83. (in thef. Sic. Vol. 7.) De Vulcano res eft certior ex numis. Vid. Eckhel in doctr. num. P. 1. Vol. 1. p. 270. Cf. etiam de infula Fazellus 1, 1, 1. c. l. Raspius in hift. inful. nat. lib. 2. cap. 19. 20. Dolomieu (Reife) et Spalanzani Reifen T. 2. c. 15. p. 208 fqq. praeter fuperiores. H. pumicibus abundat, quos toti Europae fubminiftrat.

Heraclea) In tab. Peuting. 6. F. *infula Herculis* circa Liparam; in Antonini itiner. pag. 517. *Heraclia*, quae forte antea dicitur *Heracleotes*, ut putant Weffeling. et antea Cluver. in Sic. ant. 2, 14. pag. 415. terminatione Graeca. Hic ex fitu in tabula arbitratur h. effe *Bafiluzzo*.

Didyme) Gr. Διδύμη. A figura ſic dictam tradit Strabo 6. p. 191. ſ. 276. quippe in duas rupes ſ. colles eſt diſtincta. Veſtigia ignis in faucibus adparent. Fuit vitium aliarumque frugum feraciſſima. Hanc apud Stephanum male vocari *Cymen* pro *Didymen* monuit quidem Cluver. 2, 14. p. 414. ſed melius Berkelius ad Stephanum p. 498. et Holſten. pag. 178. ex male intellecto Pindari loco Pyth. 1, 54. errorem derivant, apud quem intelligitur *Cuma* prope Neapolim. H. *Salini*, ut quidam putant, at Dom. Marius Niger in Sicil. deſcr. p. 42. (in theſ. Sic. Vol. 1.) id de Hiceſia adfirmat, Didymen h. eſſe *Alendi*.

Phoenicuſſa) Etiam *Phoenicodes* dicitur a palmis, ut *Ericuſſa* ab ericis, ut tradit Strabo 6. pag. 199. ſ. 277. cum Stephano. Illa vocatur h. *Felicur*, haec *Alicur;* illa in ortum Liparam verſus ſita, haec in occaſum. Spalanzani (Reiſen in beyde Sicilien) T. 3. c. 17. et 18. habet *Felicuda* et *Alicuda*, etſi Dolomieu utramque unam fuiſſe putat.

Hiera) Varie adpellatur; Straboni c. l. *Thermiſſa*, Plinio 3, 14. ſ. 9. *Theraſia* priori nomine, qui poſt *Hieram* vocatam addit, quo nomine apud plures legitur. Tenuit autem hoc nomen, quia Vulcano erat ſacra, uti explicat Plinius, ipſam indicat Severus ſ. Lucilius Iunior in Aetna v. 436. Hinc et *Vulcani inſula* dicitur a Ptolemaeo 3, 4. et in tabula Peuting. 6. E. *Vulcania* a Virgilio Aen. 8, 422. quia erat Vulcano ſacra. Sic h. *Volcano*, *Vulcano*, vel etiam, B pro V poſito, *Borcano* et *Burcano*. In ea enim Vulcanus artem fabrilem exercere credebatur. (Thucyd. 3, 88.) Hinc vero Plinii Theraſiam 3, 14. ſ. 9. corruptum non male putat Cluver. pag. 407. c. l. ubi plura habes de hac inſula. Cf. ſupra ad vocem *Aeoli*. De incendiis multa leguntur in auctoribus. Quod autem Oroſius 4, 20. aliique Hannibalis ultima

aetate ex mari eam emersisse narrant, falluntur, quia iam apud Thucydidem c. l. eius sit mentio. Plura dabit Petitus in observatt. 1, 1. pag. 10 sq. Perpetuo flagrasse, de tempore suo adfirmat Fazelius de reb. Sic. 1, 1, 1. Diligenter praeter alios hanc insulam descripserunt Bartoli, d'Orville, de Luc, Dolomieu, Spalanzani.

Strongyle) Veteres Στρογγύλη, *Strongyle*, vel etiam *Strongile*, ut in tab. Peuting. 6. E. praeterea *Strongylos* apud Antoninum in itiner. pag. 516. Nam quod Cluver. 2, 14. p. 411. et Cellar. in Geogr. ant. 2, 12, 124. ex Silio Ital. 14, 259. eandem formam notant, hodie legitur *Trogilos*, ut ex bonis MSS. addicente nexu dederunt recentiores interpretes. Ita vero a rotunda figura dictam esse, tradunt Stephanus, Lucilius iunior de Aetna v. 431. alii. Hinc gentile Στρογγυλεύς. (Stephanus.) Ex fumo flammae ventos triduo ante praedicere incolae poterant. (Plin. 3, 14. s. 9. Solin. c. 12. s. 6.) Id tamen omnino ex Aeoliarum insularum fumo intellectum fuisse, adfirmat Varro apud Servium ad Virgil. Aen. 1, 52. Aeoli vero sedes hinc multis fuisse dicitur. Vid. Strabo 6. p. 191. s. 276. Plinius, Solinus, Martian. Cap. 6. pag. 208. Eustath. ad Dionys. v. 461. ex quo *Aeolia insula* apud Homer. Odyss. 10. in. et alios videatur esse Strongyle, etsi de Lipara id adstruere conatur Cluver. 2, 14. p. 412. Nostra aetate diligenter eam exploravit et descripsit, in primis qua ignis eruptiones et effecta, Spalanzani (Reisen) T. 2. cap. 10. pag. 5. sqq. H. Siculis vulgo *Strongoli*, Italis *Stromboli*.

Pithecussa) Sic Plinius etiam 3, 12. s. 6. Graeci numero plurali vel per duplex *ſ*, ut Stephanus h. v. Harpocrat. s. v. Κέρκωψ, vel per simplex, ut Strabo 5. p. 171. s. 248. Eustathius ad Dionys. v. 340. Secundum Plinium c. l. a statione navium Aeneae dicta etiam est *Aenaria*, ab Homero (Il. 2, 783.) *Inarime*, de quo cf. Schlichthorst in Geogr. Homeri p. 14. et 144. et Heyne

in excurfu 2. ad Virgil. Aen. 9, 715. qui etiam caufam confufionis adponit. Auctores discrepant; alii utramque diftinguunt, ut Nofter, Livius 8. 22. Ovid. Metam. 14, 90. Eandem vero faciunt et Aenariam Appian. de B. C. 5, 69. et Suetonius, qui in Aug. c. 96. narrat, Neapolitanis pro Capreis ab Augufto datam fuiffe Aenariam, pro qua Pithecuffam ponit Strabo 5. p. 171. f. 248. Sic cum Prochyta confundit Schol. Pindar. ad Pyth. 1, 34. Cluverius putat Prochytam adpellaffe Pithecuffam, hanc Aenariam. Nomen a fimiis impofitum tradunt Ovid. Metam. 4, 90. Harpocration f. v. Κέρκωψ aliique, et Strabo 13. p. 431. f. 626. εἰν Ἀρίμοις apud Homerum c. l. inde derivat, quod Etrufcorum lingua fimiae ἄριμοι fuerint dictae. Vid. Bochart. in Chanaan 1, 33. Refutat tamen id Plinius 3, 12. f. 6. et a figlinis doliorum caufam arceffit, quod abfurdum cenfet Bochartus. Conditores vel incolas Eretrienfes facit Strabo 5. p. 171. f. 247. ob agri fertilitatem et auri metalla, quibus ob feditionem coortam et ignis eruptiones egreffis fucceſſerunt poftea Neapolitani. Plinius 2, 89. f. 87. in Campano finu ponit. Plura dabit de ea Cluver. in Ital. ant. 4, 4. p. 1164. H. *Ifchia* putatur, quam ex terrae incendiis natam folum indicat. Vid. Spalanzani (Reifen) T. 1. cap. 5. p. 163 fqq. Alii ad Aenariam referunt, quod ex fuperioribus iudicatur.

Leucothea) Sic vocat etiam Plin. 3, 13. f. 6. qui poft Capreas recenfet. An eadem fit aliorum *Leucafia*, vel *Leucofia*, disquirit Cellarius in Geogr. ant. 2, 10, 29.

Aenaria) Eius meminerunt plures, ut Vellei. 2, 10. Cicero ad Att. 10, 13. aliique fupra a me et aliis commemorati. Nomen a ftatione navium Aeneae ducunt Feftus h. v. et Plinius 3, 12, 6. Aliter Servius in Virgil. Aen. 9, 715. et Salmaf. in Solin. p. m. 97. etfi hunc refutat ad noftum locum Voffius, qui ab aerifodinis nomen petit. Cf. Muncker. ad Hygin. fab. 125. et quae antea notavi de Pithecuffa.

Phitonia) Vid. de ea in not. crit. p. 589 ſq.

Capreae) Sic vocant Strabo 5. p. 151. ſ. 248. et alibi, Plutarch. de exſilio p. m. 577. (Lipſ.) Virgil. Aen. 7, 735. Sueton. Tiber. c. 40. alii. A Ptolemaeo 3, 1. vocatur Καπρέα, a Dione 52, 43. Καπρία. Olim eam habitaſſe Teleboas, tradunt Virgil. c. l. Tacit. Annal. 2, 67. et hinc *Teleboum domos* vocat Statius Silvar. 3, 5, 10. et a rege *Telonis inſulam* Sil. Ital. 8, 541. Cf. Heyne in excurſu 8. ad Virgil. c. l. Nobilitata eſt Tiberii commoratione, de qua Dio 52, 43. 58, 5. Sueton. in Tiber. cap. 49. Tacit. Ann. 4, 67. Pharum ibi fuiſſe, adfirmat Sueton. c. 74. c. l. Tenuerunt eam Neapolitani, quibus ereptam Auguſtus ſibi vindicavit et aedificiis inſtruxit. (Strabo c. l.) Antiquitus duo tulit oppida, poſt unum. (Idem c. l.) Situs fuit prope Surrentanam continentem. (Dio 52, 43.) H. *Capri.* Cf. de ea inſula Cluver. in Ital. ant. 4, 4. p. 1168. Capaccius in antiqu. Campaniae p. 114 ſqq. in theſ. Ital. T. 9. P. 3. de antiquitatibus et ruderibus — Ioſeph. Maria Secundus, qui praefectus eius fuit, in Gorii ſymbolis literar. Dec. 2. Vol. 3. pag. 3 ſqq. et Norbert Hadrawa's Briefe über verſchiedene auf der Inſel Capri ausgegrabene Alterthümer, Dresdae 1794. 4.

Prochyta) Gr. Προχύτη. (Strabo 5. pag. 171. ſ. 247.) Nomen a προχύναι ducit Servius ad Virgil. Aen. 9, 715. at, quod idem addit, Naevius de cognata Aeneae nomen accepiſſe ſcripſerat, quam cauſam etiam adfert Dionyſ. Hal. 1, 53. Boccatius de montibus ſ. v. Inarimes inde adpellatam ab indigenis narrat, quod ex propinquo ceciderit mons, unde edita fuerit, quod duxit ex Plinio 3, 12. ſ. 6. qui dicit, non ab Aeneae nutrice vocatam, ſed quia profuſa ab Aenaria fuerit. Nempe Aenariam et Inarimen quidam eandem ſtatuerunt. Strabo 1. p. 41. ſ. 60. avulſam tradit cum Pithecuſis a Miſeno, ſed idem 5. c. l. a Pithecuſis; Plinius ab Aenaria. Eandem

etiam Pithecufas dictam quidam putarunt, de quo fupra. H. *Procita.*

Pontiae) Numero fingulari, Ποντία, efferunt quidam, in his Strabo 2. p. 84. f. 123. 5. p. 161. f. 233. Sueton. in Tiber. cap. 54. Ptolem. 3, 1. — alii plurali, ut Liv. 9, 28, 7. Dio Caff. 59, 22. Suetonius etiam in Caligula cap. 15. ubi ex priori loco fingularem reponebat Torrentius. Sed quod monet ibi Oudendorpius, utroque numero dicunt, quia plures fuerunt Pontiae, quarum una κατ' ἐξοχὴν vocata Pontia, de quo laudat interpretes ad Varron. de R. R. 3, 5, 7. ad Antonini itiner. p. 515. et Drakenb. ad Liv. c. l. Sic *Lipara* et *Liparae.* Sita eft haec infula prope Minturnas ad Campaniam, (Strabo 5. c. l.) f. adverfum Formias. (Plin. 3, 12. f. 6.) Olim tenuerunt Volfci, (Livius) poft coloniam eo deduxerunt Romani a. U. 441. (Livius et Diodor. 19, 101.) Vid. de ea Cluver. in Ital. ant. 3, 7. p. 1015. et 4, 14. p. 1260. H. idem fere nomen retinuit, *Ponzo, Ponzio,* f. *Ponzia.*

Pandateria) De fcripturae varietate monui in not. crit. p. 591 fq. Sita erat, ut refert Martian. Cap. 6. p. 207. ultra Tiberina oftia in Firmiano prope Pontias, ad quas etiam ponit Strabo 5. p. 161. f. 233. qui addit, parvas quidem fuiffe, fed bene habitatas infulas, remotas a continente 250 ftadiis. Relegata eo Iulia, Augufti filia, (Tacit. Ann. 1, 53.) Agrippina, (Sueton. in Tib. c. 53.) Octavia. (Tacit. Ann. 14, 63.) In hodierno nomine disfentiunt. Nempe adferuntur *Pianofa,* (Guthrie allgem. Welt-Gefch. P. 4. p. 5.) quae tamen fuit vetus *Planafia;* (vid. ibi Heyne, et Swinburne Reifen durch Sicilien V. 1. p. 47.) porro *Ventotiene,* (Swinburne p. 51. c. l.) quo etiam nunc malefici relegantur; *S. Maria.* (Holften. ad Cluver. p. 214. Harduin. ad Plin. 3, 12. f. 6.) Vid. de ea Capaccius in antiquitt. Campaniae p. 141 fqq. in thef. Ital. T. 9. P. 3.

Sinonia) De hac lectione, quam probat etiam Holften. c. l. vid. not. crit. p. 592. Nihil de ea memorabile conftat. *Sanone* h. dici, putat Cluver. in Ital. ant. 3, 7. pag. 1014. Aeque ignobilis fuit *Palmaria*, h. *Palmaruota.*

§. 19. *Dianium)* Gr. Ἀρτεμισία (Plin. 3, 12. f. 6.) f. Ἀρτέμιτα. (Stephanus h. v.) Sita erat haec infula contra Cofanum litus. (Plin. c. l.) H. *Gianuti.* (Swinburne Vol. 1. p. 48. c. l.) De *Igilio* vid. not. crit. p. 594. H. *Giglio.* (Swinburne c. l.) Meminerunt eius Caefar de B. C. 1, 34. et Rutil. in itiner. 1, 325. ad quem cf. Burmannus et Salmaf. ad Solin. p. 67.

Carbania) Vid. not. crit. pag. 594. de hac et *Urgone.*

Ilva) Gr. Αἰθάλεια, ut diferte adfirmat Plin. 3, 12. f. 6. et pro Θάλεια legi debet ap. Stephan. f. v. Ἀρτέμιτα, uti exftat in Ariftotele de mirab. aufc. cap. 95. et 113. In Strabone tamen 5. p. 154. f. 223. et alibi et Diodoro Sic. 5, 13. fcribitur Αἰθαλία, ut alia. Stephanus fub nomine Αἰθάλη commemorat, ut Ptolem. 3, 1. qui tamen ab Ilva (Ἰλούα) male feparat, ut olim Strabo 1. p. 84. f. 123. Vid. Victor. Var. lect. 10, 12. Nomen hoc fortita erat ab αἴθαλος. (Diodor. 5, 13.) Nempe olim inclaruerat lapidibus, unde ferrum excoquebatur, quod prolixius defcribit Diodorus, etfi Strabo narrat, ferrum effoffum hinc in continentem efferri et liquari; cum quo confentit Varro apud Servium ad Virgil. c. l. Adtigerunt idem Virgil. Aen. 10, 174. Sil. Ital. 8, 615. Rutil. in itin. 1, 351. Cf. Heyne ad Virgil. c. l. in excurfu, et Beckmann ad Ariftotel. p. 194. c. l. Etiamnunc largiffime ferrum effundere, teftatur Swinburne p. 59 fq. c. l. aliique laudati a Beckmanno c. l. *Argoum* eius portum memorat Strabo c. l. et ab Argo navi quosdam nomen duxiffe addit. A continente (Etruria) et Corfica diftabat ad 300 ftadia,

(Strabo) unde vel error vel corruptio adparet in Diodoro 5, 13. ubi a Lipara removetur 100 fere ſtadiis. Attamen Plinius tantum a Populonio Etruriae ſeiungit 10 M. P. illique circuitum dat 100 M. P. in quo adſentitur Swinburne Vol. 1. pag. 32. c. l. Vid. de ea Cluver. in Ital. ant. 2, 2. pag. 505. Dempſter. in Etruria reg. Vol. 2. p. 228. Swinburne c. l. H. *Elva.*

Capraria) Ita etiam vocant Plin. 3, 12. ſ. 6. Ptolem. 3, 1. Rutil. 1, 439. A Varrone de R. R. 2, 3. vocatur *Capraſia*, uti forte ab Avieno in Ora v. 489. nomenque a capris ducitur. Hinc, quod et diſerte tradit Plinius, a Graecis dicitur *Aegilon*, pro quo Solin. cap. 8. ſ. 2. habet Αἰγύλαν, etſi ex Plinio alii Αἴγιλον. Et ſic in Martiano Cap. 6. p. 207. *Aegilon*, al. etiam *Aegilion.* Cluver. in Ital. ant. 2, 15. p. 418. Graecorum eſſe putat Αἰγοῦσαν ſ. Αἰγοῦσσαν ex Stephano h. v. ubi falſo dicit adſcribi Libyae, forte pro Lilybaeo, et pro Κατρία ſcribendum cenſet Καπραρία. Eandem etiam dictam eſſe putat *Aponiam*, quod conligit vel ex ſitu non longe a Lilybaeo in traiectu ad Clupeam, vel ex nomine hodierno *Favagnana, Favignana* ſ. *Favognana.* Occurrit autem ſic *Aponia* apud Hirtium de B. Afr. c. 2. in. uti et iudicat cum aliis Heinſius. Oúdendorpius edidit *Aponiana*, alii aliter volunt. Res eſt dubia. Tum Cluverius *Caprariam, Phorbantiam* ſ. *Bucinnam* et *Hieram* ſ. *Maritimam* uno nomine *Aegates* dici contendit ſ. *Aegades*, de quo ſupra §. 7. et ſic Melam erraſſe, qui Africo litori adſcribit. Sed nec docuit, has eſſe apud veteres Aegates, neque hic locus Melae concedit, et, quem ſupra indicavi ex Plinio, immo Capraria prope Siciliam conlocatur. Hodie *Caprara* ſ. *Capraia.*

freto) Oroſius 1, 2. *Sardinia et Corſica inſulae parvo freto, hoc eſt, milium viginti dividuntur;* in quo conſentientem habet Iſidor. Orig. 14, 6. Alii magis con-

trahunt. Sic utramque insulam discretam esse ait Plinius 3, 13. s. 6. minus 8 M. P. a quo non dissentit Martian. Capella 6. p. 207. et sic Strabo 5. p. 154. s. 223. intervallum statuit 60 stadiorum ex eoque Eustathius ad Dionys. v. 458. At octo tantum stadia habet Pausan. 10, 17, 6.

Corsica) Sic a Latinis, a Graecis Κύρνος vocari, tradunt plures, ut Diodor. 5, 13. Strabo 5 p. 155. s. 224. Pausan. 10, 17, 5. Plin. 3, 12. s. 6. Ptolem. 3, 2. Agathemer. 2, 4. 8. aliique sic, ut modo Κόρσικα scribant, modo Κορσική, quod posterius nomen quidam, ut Diodorus, Pausanias, ab indigenis impositum tradunt. Pro eo Κορσὶς legitur apud Dionys. v. 459. quod et reddidit Priscian. v. 471. et adponit Stephanus, minime tamen neglecta altera forma. A Procopio de B. Goth. 4, 24. aliquoties vocatur Κουρσική. Sic pro Κύρνος Isidor. in Origin. 14, 6. habet Κύρνη. Nomen Graecum adhibet Avien. v. 121. Gentile Κορσός in Gr. et Lat. a Κύρνος apud Stephanum Κύρνιος et Κυρναῖος. De causa nominis utrinsque varia adferunt Grammatici, ut Eustathius, Isidorus. Circuitu patuit 325 M. P. (Martian. Cap. 6. pag. 207.) pro quibus 1120 stadia habet Hygin. fab. 276. sed Strabo 5. p. 155. s. 224. stadia 1200. et Plin. 3, 12. s. 6. CCCXXV M. P. quae efficiunt 2600 stadia. Longitudinem Strabo facit 160 M. P. latitudinem 70. Plinius cum Martiano illam 150 M. P. hanc 50. Civitates tulit 23 et colonias, (Plinius) οἰκήσιμά τινα μέρη καὶ πολίσματα. (Strabo.) Multa recenset Ptolemaeus 3, 2. Portum pulcerrimum, Syracusium, praedicat Diodor. 5, 13. Ptolemaeo Συρακουσάνος λιμήν. Tenuerunt eam olim Phocaeenses, (Diodorus. Cf. Herodot. 1, 165. Seneca in consol. ad Helv. cap. 8.) iis eiectis Etrusci. (Diodorus.) Ligures tamen primos incolas facit Isidorus c. l. Ipsam horridam et incultam in plerisque locis describunt veteres antea nominati, in primis Seneca cap. 6. 8. 9. c. l. quod eius irae et dolori tribuit Boswel von Corsica pag. 12.

Agrum adeo *peſſimum* dicit Hyginus, ipſam montoſam, ſilvoſam Diodorus, et multis promontoriis anguloſam Oroſius 1, 2. Vid. Bergeri eclogarium Corſicum, qui multa de ea congeſſit, et praeterea Cluver. in Sicil. ant. p. 499 ſqq. et Boswel. H. *Corſica.*

longa) Cf. antea. Cum Strabone conſentit Oroſius 1, 2. Cluverius tamen p. 501. c. l. tantum agnoſcit 120 M. P. Latitudinem fere ſtatuunt 50 M. P. In maioribus inſulis interni maris commemoratur, quarum alii ſeptem, plures alii numerant, ut Scylax p. 56. Hudſ. Ariſtoteles de mundo c. 3, 5. Hygin. fab. 275. Euſtath. ad Dionyſ. v. 568. Quod *tenuem* dicit Noſter, ex comparatione longitudinis et latitudinis intelligitur. Nempe *tenuis* eſt arta, non extenſa in latitudinem, ut faſtigium. Vid. Iul. Caeſ. de B. C. 1, 45. ubi plura exempla dat Oudendorp. Cf. etiam ad Melam 2, 3, 3.

Aleria) Antiquiſſima Graecorum colonia a Phocaeenſibus Cyro regnante deducta. Vid. in primis Herodot. 1, 165. ubi eſt Ἀλαλίη, et Weſſeling. ad Diodor. 5, 13. Poſt cum Romani occupaſſent in bello Punico 1. a Sulla dictatore colonia eo deducta eſt. (Plin. 3, 12. ſ. 6.) Secundum Cluverium p. 506. primum *Alalia*, tum *Alaria*, tandem *Aleria* dicta eſt. Poſteriores vocant *Valeriam*, ut Zonaras 8, 11. et, ut quidam minus recte volunt, Florus etiam 2, 2, 16. ubi Graevius ex antiqua inſcriptione *Aleria* produxit. Eius hodie ruinae haud procul a mari conſpiciuntur, quae urbis ambitum declarant, ut adfirmat Gaudin Reiſe durch Corſica p. 93 ſq. ubi et veſtigia maris ex navibus repertis notat.

Mariana) De numero aliisque dixi in not. crit. p. 598. A Mario, cuius fuit colonia, (Plin. 3, 12. ſ. 6. Seneca in conſol. ad Helv. cap. 8.) nomen ſine dubio traxit. Inde *Marianenſis* ducitur, ut epiſcopus in con-

cilio Lateranensi. Gaudin c. l. eius rudera in templo ex saec. 10. vel 11. memorat. Gemmas ibi hodie et anulos repertos fuisse, tradit Boswel p. 22. c. l.

a barbaris) Quales fuerunt *Cervini, Tarrabini, Titiani*, alii, quos recenset Ptolemaeus 3, 2.

Sardinia) Gr. Σαρδὼ et Σαρδὼν, όνος, ut diserte adfirmat Eustath. ad Dionys. v. 82. et 458. et exempla auctorum probant. De posteriori forma vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. 4, 29. ubi Σαρδῶνος, ut passim alibi et apud Strabon. 2. pag. 73. s. 106. qui tamen alibi scribit per ο. In Chron. Paschali p. 25. Ven. vocatur Σαρδανὶς, et p. 28. Σαρδανία, ut Agathemer. 2, 4. qui c. 8. scribit etiam Σαρδωνία, alias Σαρδώ. Latini *Sardinia*, et hinc Procopius de B. Goth. 4, 24. Σαρδὼ τὰ νῦν Σαρδηνία pro Σαρδινία, uti effertur in vetere orbis descr. extr. Incolae Σαρδῷοι, passim etiam Σαρδόνιοι vel Σαρδώνιοι. Vid. Kuhn. ad Pausan. 10, 17. pag. 839. Per ω praefert Reitz. ad Luciani Lucium cap. 24. An Σαρδάνιος etiam dicatur, cf. Eustath. ad Homer. Odyss. 20, 302. p. m. 735. Latinis *Sardi*, unde *Sardum mare* Oros. 1, 2. f. Alia dabunt Lexica. Nominis caussa est incerta, vel ex fabulis repetita, nempe a Sardo, Herculis filio. Cf. Solin. c. 10. s. 4. Martian. Cap. 6. pag. 207. Isidor. orig. 14, 6. Pausan. 10, 17. A figura soleae dicta est Graecis etiam Σανδαλιῶτις, (Timaeus ap. Plin. 3, 13. s. 7.) et a forma humanae plantae Ἰχνοῦσσα. (Myrsilus apud eundem, Pausan. 10, 17, 2.) Vid. Beckmann. ad Aristotel. de mir. auscult. cap. 104. p. 219. et quos laudat. Prius hoc nomen fertur. Vid. Sil. Ital. 12, 358. et ibi laudati. Forma insulae subactae exposita erat suspensa tabula in aede Matris Matutae, notante Livio 41, 28. s. 35, 10. Alia deinceps. Insulae descriptionem ex veteribus conlectam adiecit Siciliae suae Cluverius p. 477.

angustius) Sic fere Isidor. orig. 14, 6. *In Orientem, quam in Occidentem latior prominet,* (quae Sallustio tribuit Gellius 13, 29.) *ferme paribus lateribus, quae in meridiem et septemtrionem vertunt.* Quod Noster adiecit *par et quadrata,* non satis accurate dixisse videtur, quia maxime angulosa et sinuosa est, unde cum vestigio humano et planta veteres compararunt.

spatiosior) Laterum spatia describit Plinius 3, 13. s. 7. quorum quidem numeri in edd. discrepant, summam tamen efficiunt circiter 565 M. P. quot etiam habet Martianus. Strabo 5. p. 155. s. 224. longitudinem facit 220 M. P. (Agathemer. 1, 5. stadiorum 2200.) latitudinem 98. circuitum 4000 stadiorum, Plinius 565 M. P. Aliorum mensuras dabit Cluver. pag. 478. qui Plinium probat, unde conficitur, magnitudine Siciliam fere aequare, quod praeter Diodor. 5, 15. etiam alii notarunt.

fertilis) Fertilitatem cum hominum frequentia notant Polyb. 1, 76, 6. 82, 7. Strabo c. l. Aristoteles in mir. ausc. cap. 105. Pausan. c. l. Claudianus de B. Gild. v. 509. Cf. etiam Diodor. 5, 15. — At iidem etiam cum aliis adtingunt coeli gravitatem et aeris pestilentiam, et Cicero in epist. ad divers. 7, 24. Sardum dicit *patria sua pestilentiorem.* Solinus et Isidorus c. c. l. l. commemorant praeterea *solifugas,* noxias bestiolas, licet serpentes ibi non reperiantur, et *herbam Sardoniam, apiastro similem,* quae efficit, ut diducto ore homines, quasi ridentes, interficiantur. Hinc Σαρδώνιος γέλως celebratur, de quo cf. Schol. Luciani ad Lucium cap. 24. Suidas h. v. Erasmus adagior. 3, 5, 1. Coelius Rhodigin. antiqu. lect. 12, 16. Pestilentia aeris ex paludibus explicatur et montibus, quibus venti arcentur, quo minus permeare possint.

coeli) Sic Orof. 1, 2. p. 28. Havercamp. *Hibernia coeli foliquc temperie magis utilis.* Pro *coeli* Cod. Prag. quem verfavi, male *folis.* Cf. ad 1, 4, 2. p. 109.

antiquiffimi —) Sardo duce primi e Libya profecti eam tenuiffe narrantur. Vid. Paufan. c. l. Sil. Ital. 12, 359. Strabo c. l. Ifidor. 14, 6. Solin. c. 10. f. 4. — Poft Graeci, Ariftaeum ducem fecuti, ibi confederunt, inde Hifpani, tum Iolao duce alii ex Thefpienfibus et Attica terra advenae; poft Aeneae aliquot comites, Ilio everfo profugi, Graecis incolis fe permifcuerunt, deinde iterum Afri, Graecis omnibus obpreffis, eam occuparunt. (Paufan. c. l.) Secuti Carthaginienfes, quibus fuccefferunt Romani. (Strabo 5. c. l. Diodor. 5, 15. Polybius 1, 88. et alibi, Liv. 20, 4.) Cf. etiam Cluver. p. 481 fqq. c. l. De variis populis confulendi Strabo c. l. Plin. 3, 13. f. 7. Ptolemaeus 3, 2. Plura congefferunt de incolis Fara de rebus Sardois in thef. Sic. Vol. 15. et Salvatore Vitale, qui tamen caute, quod falfa et fabulofa admifcent, audiendi funt.

Ilienfes) De iis dictum in not. crit. pag. 600. Unde huc venerint, antea ex Paufania notatum eft. Diferte enim hic narrat, Troianos illos in montana loca confugiffe, munitionibus fe tutatos effe et fuo tempore Ilienfium nomen tenuiffe. Quare iidem etiam hic ab aliis auctoribus commemorantur, ut Livio 41, 10, 6. Sil. Ital. 12, 362. Plin. c. l. Inde *forum Troianum* dictum videtur, de quo cf. Weffeling. ad Antonini itin. p. 82. Alii tamen, ut Strabo c. l. et Diodor. 5, 15. Iolaeis f. Iolaenfibus id tribuunt, quod Paufanias Ilienfibus, quamquam et hic Iolaum, advenarum ducem, ante Troianos commemorat, et Ἰολάϊα χωρία fua aetate dicta fuiffe notat, de qua diverfitate disferit Cluver. p. 485. c. l. qui tamen Diodoro et Straboni maiorem fidem habendam exiftimat,

utrumque autem nomen ita ex herois antiqui nomine paullo obſcuriori in notius detorſum.

Caralis) Alii *Calaris*, ut hi antea, de quo disſerui in not. crit. pag. 601 ſq. Numero plurali efferunt Liv. 23, 40. in. Hirtius de B. Afr. cap. 98. Incolae *Caralitani* apud Plin. 3, 13. ſ. 6. In praecipuis urbibus cum Sulcis commemorat Strabo 5. p. 155. ſ. 225. et *urbem urbium* vocat Florus 2, 6, 35. Situm deſcribit Claudian. de B. Gildon. v. 521. et Tyrios conditores narrat, Carthaginienſes Pauſan. 10, 17, 5. Situm ad mare probant portus (Claudian. c. l.) et ſinus inde *Caralitanus* dictus apud Ptolemaeum 3, 3. Hodie in intimo ſinus receſſu ſita eſt, paullum inflexo priſco nomine dicta *Cagliari.* Incolas veteres civium Romanorum dicit Plinius.

Sulci) De varia ſcriptura monui in not. crit. p. 602 ſq. Nempe ſcribitur Σοῦλχοι, (Strabo c. l.) Σόλκοι, (Ptolemaeus 3, 3.) Σουλκοὶ, (Zonaras 8, 12.) Σύλκοι, (Stephanus) Σύλλοι. (Pauſan. 10, 17, 5.) Incolae *Sulcitani* apud Plin. 3, 17. ſ. 6. et Ptolem. 3, 3. Carthaginienſium κτίσμα vocat Hirtius de B. Afr. extr. Stephanus, Pauſanias, Claudianus. Hodie putatur eſſe portus *Palma di Solo.*

§. 20. *Stoechades)* Gr. Στοιχάδες. Strabo 4. p. 128. ſ. 184. Ptolem. 2, 10. quinque memorant, quarum 3 memorabiles dicit Strabo, et nomina adponit Plinius 3, 11. ſ. 5. qui omnino tres producit, *Proten, Meſen* ſ. *Pomponianam* et *Hypaeam.* Hodierna nomina eodem ordine feruntur *Porqueyroles*, *Protecroz* et *l'isle du Levant* ſ. *du Titan.* Tenuerant Maſſilienſes. (Strabo.) Situs ex Noſtro diſcitur, et hinc Λιγυστίδας vocat Apollon. Argon. 4, 553. Ad Cithariſten ponit Ptolemaeus.

A Massiliensibus propter ordinem sic dictas, adfirmat Plinius, in quo consentit Schol. Apollonii ad c. l. qui etiam tres tantum omnino novit. Quae fuerunt in vicinia aliae, aut Mela praeteriit, aut his adnumeravit.

Balearides) Alii etiam *Baliarides* volunt, de quo dictum in not. crit. p. 604. Inde *Balearicus* s. *Baliaricus*, ut Metellus, de quo c. l. Nomen ex variis caussis ducunt, veluti a βάλλειν, a teli missu, quia egregii funditores fuerunt incolae. Vid. Livius in epit. 60. Strabo 3. pag. 116. s. 167. Diodor. 5, 17. Eustathius ad Dionys. v. 457. aliique. Servius etiam ad Virgil. Georg. 1, 309. usum fundarum incolas reperisse tradit. Sed funditores illi a multis celebrantur, et hinc passim *Balearica funda* commemoratur. Loca dabit Tennulius ad Frontin. 2, 3, 16. etsi Plinius 7, 57. s. 56. fundae inventionem Phoenicibus tribuit, a quo tamen dissentit Strabo, qui 8. p 246 s. 357. Aetolos inventores commemorat. A Baleo, Herculis comite, quosdam nomen duxisse, adparet ex epitome Liv. 61. Strabo 14. p. 450. s. 654. nomen a Phoenicibus inditum scribit, quia apud eos γυμνασίαι ita vocentur, quo nomine Graeci adpellarunt. Quod quidem cupide adripit Bochart. in Chanaan 1, 35. ubi plurima de iis conlegit. Non audiendus est Tzetzes ad Lycophr. v. 633. qui ab Hispanis Βαλερίας ἤτοι ὑγιεινὰ dictas fuisse scribit. Graeci, quod diserte notat Plinius 3, 11. s. 5. *Gymnasias* (Γυμνήσιαι) dixere, vel quod nudi incolae aestate incedant, (Diodor. 5, 17. Livii epit. 60. Eustath. ad Dionys. v. 457.) vel quod facto naufragio Boeotorum aliqui nudi huc adpulerint. (Tzetzes ad Lycophr. c. l. Eustath. c. l.) Alii tamen referunt ad funditores, vel nude pugnantes i. e. levis armaturae milites, qui vocantur Γυμνῆτες, ut Strabo c. l. Hesychius, ubi vid. notata pag. 865. quibus adde Cuper. observ. 1, 7. p. 39. Lips. Cf. etiam de insularum nominibus History of the Islands

pag. 3 sq. (Lond. 1716.) Conditores et primos earum incolas Strabo 14. c. l. commemorat Rhodios. Timaeus apud Tzetzem c. l. Boeotos in eas deducit. Post cum piraticam exercerent, eas Metellus domuit et inde cognomen *Balearicus* tulit. Vid. Strabo 3. pag. 115. s. 167. Florus 3, 8. Orosius 5, 13. alii. Laudantur *vina Balearica*. (Plin. 14, 8. s. 6.) Fertilitas et portus a Diodoro 5, 17. Strabone 3. c. l. illamque hic adiuvari tradit, quod noxium animal non ferat, quod de serpentibus adfirmat Plin. 35, 59. s. 19. De incolarum moribus exponit Diodor. 5, 17. 18. idem etiam de fundae perito iactu cum Strabone et Tzetze c. l. Quantum hac arte et usu omnes alios populos superaverint, adparet ex Livio 28, 37, 6. Hodie tantum, quod refert Lindemann in Beschreibung der Insel Minorca p. 46. fundis utuntur, ut pecus regant et contineant, ovesque longe aberrantes feriant. Situs etiam ex Nostro discitur, earumque divisio in *maiorem* et *minorem*, quarum illa opulentior erat armis virisque, haec agro fertilior, (Livius 28, 37, 5 — 8.) etsi utriusque benignum solum praedicat Strabo. *Minor* ex ambitu paullo minori dicitur, (Strabo) cum maior longa esset 600 stadia, lata 200, (Strabo) vel, ut scribit Plinius 3, 11. s. 5. longa 100 M. P. circuitu haberet 375 M. P. minor longitudine esset 40 M. P. circuitu 150 M. P. etsi in utramque partem, ut fit, alii discrepant. Hodierno nomine prodeunt iam apud Procopium de B. Vandal. 1, 1. 2, 5. et in Theophanis Chronogr. p. 154. Ven. Μαϊόρικα et Μινόρικα. Illarum historiam et antiquitates descripserunt Lindemann p. 24 sqq. c. l. Schwartz. in prolusione scholast. Torgaviae 1787. Wernsdorf in peculiari libro. *Spatium*, quod addit Noster, est amplitudo, quae iudicatur ex longitudine et latitudine.

Iamno) Vid. de scriptura in not. crit. pag. 606. Ptolemaeus 2, 6. Iamnonem et Magonem πόλεις vocat,

ut Plinius 3, 11. f. 5. *civitates*, qui etiam iis addit *Saniferam*.

Palma) Hanc et proximam in urbibus ponunt Strabo 3. p. 115. f. 167. Ptolem. c. l. Plinius c. l. qui iis ius civitatis tribuit, et alias addit. De fcriptura pofterioris monent notae crit. pag. 607. *Palma* h. putatur effe *Mallorca*, *Pollentia* nunc *Puglienza*. Male eius ruinas prope Alcudiam unice agnovit Brietius. Cf. de ea Dametus del reino Balearico lib. 1. §. 6. p. 55. et Rezzonici disquifit. Plin. T. 2. p. 27.

§. 21. *Ebufos)* Gr. Ἔβουσος. (Strabo 3. p. 115. f. 167.) At inconftans eft in aliis fcriptura, et in ipfo Strabone 2. p. 84. f. 123. legitur etiam Ἔβυσος. Sic Dio 43, 29. habet Ἔβεσος, unde Ἔρεσος fluxiffe putat apud Diodor. 5, 16. Weffelingius, etfi vulgatum tueri ftudet Bochart. in Chan. 1, 55. Ptolemaeus 2, 6. Ἔβυσσος; Dionyf. v. 457. Βοῦσος, etfi τὸ ε a praecedenti voce δὲ abforptum videtur, cum Prifcian. v. 465. et Avienus v. 621. agnofcant *Ebufos*; Procop. de B. Vandal. 1, 1. 2, 5. Ἔβουσα; Statius Silvar. 1, 6, 15. *Ebufia* f. *Ebofia*, fc. infula. Sed alia dabunt Gronov. in diatr. in Statium cap. 14. pag. 77. et Surita ad Antonini itiner. p. m. 511. Praeter morem aliorum ab Avieno produci, monet Barth. in adverfar. 49, 13. Inde *Ebufius* dicitur in infcr. in Nonii Hifpania cap. 94. *Ebufitanus* infra apud Noftrum et Plin. 3, 11. f. 5. Antea dicta eft *Ophiuffa*. (Plin. c. l.) *Phoeniffam Ebufum* vocat Silius 3, 362. ob coloniam. Secundum Plinium fuerunt duae, *Pityuffae*, quae hoc uno nomine comprehenduntur, poft Ebufos dicta eft utraque, feiuncta angufto freto interfluente, quod ex aetatis ufu probat P. de Marca de Marca Hifp. 2, 12, 4. Ptolemaeus 2, 6. *Ebufum* et *Ophiuffam* feparatim commemorat, ut Strabo c. l. H. funt *Yvica* et *Formentera*.

Vid. quae prolixe disſerit Rezzonici in disquiſit. Plin. T. 2. p. 25. Nonius c. l. et Weſſeling. ad Antonin. c. l.

eodem nomine urbem) Confirmant Liv. 22, 20, 7. Strabo 3. p. 115. ſ. 167. *foederatam* vocat Plin. 3, 11. ſ. 5. Apud Diodor. *Pityuſſae* urbs vocatur *Ereſus*, de qua ſcriptura quae disputantur, dabit ibi Weſſelingius.

fecunda) Diodor. Sic. c. l. κατ' ἀρετὴν μετρία, qui poſt lanas molles laudat, et *dilectam vago pecori* dicit Avien. v. 621.

expers) Plin. c. l. *Ebuſi terra ſerpentes fugat*, et ſic ex eo Solin. c. 26. ſ. 23. Talem terrae indolem Balearibus tribuit Vitruv. 8, 4. *Gaulo* Plin. 5, 7. et Solin. cap. 32. ſ. 29. Sic hodie, quod adfirmat Thevenot voyages T. 1. p. m. 17. venenatum animal nec fert nec alit.

§. 22. *Colubraria)* *Ophiuſſa* aliorum etiam ex nominis ratione videtur, et multi nunc *Fromentera* eſſe putant, quod prolixe refutat Rezzonici in disquiſit. Plin. T. 2. p. 26. et rectius ſtatuere dicit, qui montem Colubrorum, indigenis *Moncolobrer*, huc referant, quod diagonali linea Sucronem ſpectet, et nunc colubris obnoxia ſit, quod teſtentur Florianus ab Ocampa lib. 35, 19. Mariana 1, 16. et alii; cum contra in Frumentaria (Fromentera) nulli ſint, etſi ad ſtabiliendam illam opinionem telluris indolem mutatam eſſe velit Dameto in hiſt. del reino Balearico lib. 1. p. 7. Certe de inſula Fromentera fabuloſum hoc de ſerpentibus adfirmat etiam Lindemann in Beſchr. von Minorka p. 36. Tum rupes etiam in vera Colubraria commodae ſunt iis animantibus. Denique eadem eſt menſura a Dianio ad Carthaginem novam, quae a Sucrone ad illam inſulam notatur apud Plin. 3, 11. ſ. 5. Cf. etiam Holſten. in Ortelium pag. 138. et P. de Marca de Marca Hiſp. 2, 12, 5.

Ebuſitana) Plinius 3, 11. ſ. 5. *Colubraria infeſta omnibus*, (ob ſerpentes) *niſi Ebuſitanam terram inferentibus*. Humus autem ſaepe animalibus ſolet eſſe infeſta adeoque letifera, ut *Nearum*, inſularum prope Lemnum, perdicibus, (Antigon. hiſtor. mirab. cap. 9.) *Coroneae* in Boeotia talpis, (idem cap. 10. Stephan. h. v. Euſtath. ad Homer. Il. 2, 503. p. m. 205.) *Lebadiae* iisdem, (Ariſtotel. hiſt. anim. 8, 28. Aelian. de nat. an. 17, 10. Plin. 8, 83. ſ. 58.) *Athanatis*, inſulae in freto Gallico, ſerpentibus. (Solin. cap. 25. ſ. 22.) Alia plura conlegit Plin. 8, 83. ſ. 58.

adpetere) De inſidiis, quam vocem addit Frontin. 2, 5, 30. in.